THEOPHYLACTI archiepiscopi Bulgariæ,

IN OMNES DIVI PAVLI EPITSOLAS, ENARRATIONES

Luculentissimæ, diligenter iam tandem, & ad amussim Recognitæ. Cum vtili & copioso INDICE.



τῇ τόλμῃ ἀκολουθεῖ τύχη.

PAR SIT FORTVNA LABORI.

Tomus secundus.

PARISIIS.

1559

AMICO LECTORI S. P.

HOsce Theophylacti in Paulũ commentarios, falso hactenus Athanasio ĩscriptos, Erasmus in suis annotationibus, super illo Pauli ad Rom. Qui prædestinatus est, &c luce lucidius, ac vero verius attestatur. Præterea nõ tibi deerit Ioannes Fabri, doctor egregius, in Malleo suo cõtra Lutherũ. tractatu notanter quinto idipsum confirmans. En, is (inquit) Theophylactus, Vulgariæ fuit Episcopus, qui egregia commentaria ĩ quatuor Euangelistas scripsit, quę Romæ in bibliotheca Vaticana secretiori habentur. Hic etiam in Pauli epistolas commentaria scripsit quę transtulit Christophorus Porsena Romanus: & Prior S. Balbinæ, in vrbe, anno a Christo nato. M.CCCC.LXIX. sub pontificatu Pauli, & sunt primo Romæ tẽpore Sixti, impressa tamen sub falso titulo: quasi sint Athanasij Alexandrini. Quare multi decepti fuerunt, quod mihi contigisse ingenue fateor. Nec meum etiam emendassẽ errorẽ nisi dum ex Gręcis & latinis codicibus, hinc inde collatis, aliud inuenissem: licet semper dubitarim, propterea quod Basilius, Gregorius quoque Nyssenus in his citati fuerunt. Error itaque fuit & extat insignis. quo pro Theophylacto Athanasium, per Germaniã Italiam, Galliam, ac reliquas partes orbis, iam plus quam. L. annis fere omnes legimus. Hæc Fab. Accedit tertius cognomine Beraldus: cuius hac in re sentimentum, subsequens ad lectorem testatur epistolium. Quapropter lector candidissime, hosce in Paulum cõmẽtarios, nemini non Christiano summopere necessarios (funiculus enim triplex haud facile dirumpitur) nõ Athanasij post hac sed solius credas esse Theophylacti, Vale fęliciter.

BERALDVS. LECTORI.

COmmentaria hæc in Pauli epistolas, quę aliquod iam annos sub Athanasij nomine ac titulo sunt circunlata, quidam Theophylacto, quem iam Vulgarium nonnulli, quidam Bulgarium a patria aut diœcesi, cui præfuerit, nominant, vendicant & asserunt. Nec dubito, quin optimis rationibus moueantur, potissimum qui græca legerunt. Porro cum hęc nuper doctissimi ac multis nominibus obseruãdi patris Michaelis Bodeti episcopi Lingonensis iussu domesticis & studijs & curis occupati recognosceremus, ĩter alia nonnulla, id etiam animaduertimus, in eis non semel citari Basilium, quem Athanasio posteriorem fuisse ex Eusebio & Hiero. facile est colligere. Cuius rei visum est lectorem commonefacere, ne quis nos altum dormijsse, aut historię temporum parum peritos esse putaret. Vnum hoc satis constat, in his commentariis pia esse omnia & orthodoxa, longeq; ab iis dissidentia, quę theologorum vulgus quotidie magno supercilio indoctæ plebis auribus inculcat. Vbiq; enim apostolicum pectus non modo explicat operis huius author, sed etiam refert, sapit ac spirat. Id quod quam paucis merito tribuendum sit facile ĩtelliget, qui nouitios theologos ãtiquis illis, cũ Latinis, tũ Græcis cõposuerit. Vale.

F. Christophorus Porsena Romanus, prior sanctę Balbinę, Sixto quarto Pontifici maximo. S. P. D.

CVm mecum animo volutarem, B.P. cui potissimum id opus inscriberẽ, quod superioribus lucubratiũculis e græco latinum feci, occurrit mox Alexandri responsum, qui ferme moriens cum quęreretur, cuinam tantum relĩqueret principatum, ei respondit qui optimus esset. Ipse vero neminem habeo quem tibi pręponam. Quippe qui vt dignitate cæteros superas, ita moribus & doctrina excellis. Nam etsi viri doctissimi sacrarũ te literarum & diuinę scientię perititissimum iudicant, non tamen negant probatiores quique & sapientes ea etiã esse mansuetudine & in oẽs clementia, ac tanta in deũ pietate, vt non minorẽ ex his q̃ ex summa doctrina laudẽ assequaris. Nec dubitant plane id affirmare iure te optimo ad id fastigii, tuis virtutibus & deo bene iuuãte fuisse euectũ, nõ ambitione vlla vel arte, quippe qui & oblatos semper honores non magnifeceris, & ita semper ab ineunte ętate te gesseris, vt quouis amplitudinis gradu dignus sis habitus, non vt faciunt multi, vt de se male, ita & de deo piissime meriti, q̃ ambiendo & pollicitando per dolos ac fraudes, & cupidius longe quã consideratius ad dignitates nituntur, existimantes fortasse nihil deo esse nos curę, & idcirco prauis cupiditatibus vt faciant satis, omni nixu cõtendunt, nec sentiunt hi capti hauddubie incredibili cæcitate & pręsentiũ bonorũ auiditate pręcipites acti, nihil quippiam fieri sine deo posse, qui & Aaron vltro ad summum sacerdotium

euocauit,non supplicantem vel ambientem admisit. Ambitio nanque plerosque hominum ad vitia quæque compellit, quippe vt primum adepti sunt quod maxime cupierunt, confestim se in praua facinora effundunt,& hauriẽdis incumbunt voluptatibus, cũ sibi licere omnia credunt,& peccare impune queāt, vel si qui forte a scelere abstinent, su peruacaneis student, vt paulo post morituri, paucorum dierum fabulam assequantur. Quanto melius tu B.P. cui deus omnipotens Christianæ reipub. gubernaculum detulit, has mundi aspernatus illecebras, & honores hosce non magnifaciens, qui proculdubio non immerenti tibi & habentur & deferuntur, his solis rebus animam intendisti, quæ & ad commune commodum faciunt, & ad veri dei conferunt cultum, siquidem pleraque iam ipse peregeris, quæ & summo viro dignissima sunt, & in tui extabunt memoriam nominis sempiternam. Quæ cum ipse tacitus repeto, tanta animi afficior iocunditate, vt beatum nostrum hoc sæculum ducam,& Romanos nosipsos beatiores, qui te pontificẽ simus sortiti, cuius ductu,& prouidentia, prospere omnia cedunt. Et ita merito illud asseuerauerim, quod est a Platone dictum,& a multis iam vsurpatum. Tunc beatam fore remp. cum vel regnare philosophi cœperint, vel reges philosophari. Cui igitur B.P. id opus, vel rectius ipse dicauerim, vel inscripserim dignius, quam tibi, qui princeps sis & philosophus,& cęteris quidem eo præstantior, quo & Christi vicem nunc geris, & ad philosophiam accedat rerum diuinarum summa cognitio, & optimarum artium aliarum peritia non mediocris.

Vale

EPISTOLARVM DIVI PAVLI INDEX.

COMMENTARIOrum Theophylacti in omnes Diui Pauli epistolas, Index.

Epist.

FINIS.

ANNOTATA QVAEDAM AB interprete epistolarum Pauli pro singulis epistolarū argumentis.

AD Romanos ex Corintho scribit apostolus,quos nondum viderat,visendi tamē percupidus, quia de his multa acceperat, quorū & suscipit, & laudat fidem,vt quam sciret fama & nomine celebrē & vbique vulgatam, & (vt cætera omittam) de gentium vocatione copiosius disserit. Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam, illos obiurgans, quod plurimum inter se dissiderent, & primarium quendam e suis rem cum nouerca habentem satis negligerent, vellentq; sub cœlibatus prætextu,nonnulli diuortia facere, & vxores relinquere,& multi idolothytis vescerētur, & alij cæteris plane contemptis, eos duntaxat demirarentur, linguarum gratiam cōsecuti, & quod erat detestabilius,nequaq̄ crederent humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdē deinceps & aliam ex Macedonia scribit,quandoquidem ex priore plurimum profecissent,quippe quos pœniteret tandiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasu,legis duntaxat literæ inhæserunt, indifferentem existimantes gratiam quæ a Christo esset in multos collata, quinetiam & præceptores admodum iactitabant, & gloriæ ducebant,cum Apollo vellent,vel Cephæ partes tutari, id est suum quisque quem sectaretur extollere,vnde multa erant inter hos oborta dissidia, alioqui in sanctorum aliimoniam abunde, liberaliter conferebant. Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos enim cum antea ad fidem quam optime instruxisset, & credidissent eo prædicante in Christum Iesum, post eius discessum mox lapsi improborum hominum suggestione, vt se circunciderent,compulsi sunt.Quodvtique Paulus ægre ferens,quia præter suam institutionem

egiſſent,incuſat acrius,quod ſe celerrime adeó īmutaſſent. Ex vrbe præterea & ad Ephe
ſios ſcribit,haud dū tamen per ſe aditos,ſed auditione ſolum perceptos fideles eſſe,& in
Chriſtum Ieſum optime credere,& mira quadā in ſanctos omnes affici charitate,alioq
ab ſe percupere in fide hac ſtabiliri. Quocirca & hos per literas inſtruit,aitque haudqua
quam commentitium eſſe,aut nuper inuentum hoc Chriſti myſterium, ſed perſtare a ſe
culo,& alia multa, quæ ad hos in fide firmandos maxime faciunt. Ad Philippenſes in
ſuper literas mittit ex vrbe,quos adierat ſane,& ad fidem inſtruxerat. His itaque,Pau
lo ipſi,& ſanctis nonnullis miniſtrantibus neceſſaria,exorti ſunt quidam, qui prauis per
ſuaſionibus,& ſub legis vmbra,& circunciſionis obtentu,ſimplicium quorundam cor
rumperent aures,aſſerentes nemine poſſe ſine lege iuſtificari,quod Paulus audiens Phi
lippenſium,primo fidem probat,& eorum ſe memoriam habere inter precandum ſate
tur commemoratque, quemadmodum Romæ ſeſe, ac Chriſti fidem tutatus ſit, & qui
præter ea moleſti tibi in vinculis fuerint. Coloſſenſibus etiam ex vrbe literas imparti
tur,quippe quos cerneret per homines captioſos, & ſubdolos falſis quibuſdam argu
mentis circunuentum iri, qui Chriſti fidem apertiſſime Græcis argutijs impugnarent,
cum legis vmbram & eſcas vetitas ſectarentur,& circunciſionem efferrent. Ex Athe
nis vero Theſſalonicenſibus ſcribit,apud quos antea fuerat diutius commoratus,& quo
niam multa tum in Verria tū Macedoniæ ciuitate Philippis, tum Corinthi,& Theſſalo
nicę fuerat perpeſſus,veritus ne vel ex ſuis preſſuris illi offendi,haud ſatis ſtabilis forēt,
vel mœrore nimio ob ſuam e vita diſceſſum conficerentur,quo patrio more certe pluri
mum angebantur, Timotheum cum epiſtola ad eos dimiſit, vt in fide obfirmarentur,ne
quoquam pacto ab ea deſciſcerent,ſiue ipſi afflictarentur,ſiue alios cernerent afflictari,
hortaturque vt ducerent vitam,quemadmodum ab ſe accepiſſent. Commonefacit inſu
per,ne grauiter ferant morientiū caſum,& aliaq; pleraque. Ad eoſdem idcirco ex vr
be & aliam ſcribit epiſtolam,quia apud eos erant nonnulli ſegniores ad bonum & nul
lius momenti viri,qui alios mira arte fallebant,aſtruentes iamiam inſtare Chriſti aduen
tum,cuius & Paulum falſo teſtabantur authorem,& ſeſe idem cognouiſſe per ſpiritum
affirmabant Cuius rei certior factus apoſtolus,per literas Theſſalonicenſium primo ad
auctam fidem collaudat,& gloriæ ducit, quod Chriſti ob gratiam viriliter ferrent preſ
ſuras,ſoluaturque aſſerens illatas his deum vindicaturum quandoque iniurias. Scribit
ad Timotheum,ex Laodicea,eam ob cauſam,quia Epheſi erant permulti,qui Iudaicos
ritus ſeruarent,cum longe aliter ipſe Epheſios inſtruxiſſet,docereque & fallere integrio
res quoſque adniterentur Quocirca Timotheum hortatur,vt Epheſi maneat.& corrup
tiores illos caſtigat & corrigat,vt tandem a ſuis erroribus reſaneſcant. Ad eundem ſecū
do ex vrbe conſcribit epiſtolam, monetque vt ad ſe redeat. Erat enim apoſtolus ab om
nibus iam deſtitutus,qui ſecum Romam ex Aſia commigrauerant, cathenis abſterriti,
quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli ad Titum literas ſcribit, ibi nanque hyemauerat
Paulus. In Creta autem Titum reliquerat,vt per vrbes inſtitueret ſacerdotes. Erant eñ
ibidem plerique,qui ſub legis prætextu ſeducere populum conabantur. Scribit ex vr
be ad Philemonem,cuius ſeruus Oneſimus fugiens Romam, ſe ad apoſtolum contulit,
apud eumque habitauit contectum in carcerem, & in vinculis detentum. Hunc itaque
cum ei optime obſequeretur,& breui probus euaſiſſet, vt ei eſſet acceptior: Philemoni
commendat per literas, hortaturque vt libertate donet, nec eo vt ſeruo, ſed vt fratre
vtatur. Ad Hebræos demum ex Italia ſcribit Qui & ſi Chriſti acceperant fidem, hanc
tamen prorſus a lege defecerant, quo ſane inique ferens apoſtolus, etſi ad Gentes erat
vt euangelium prædicaret, iam deſtinatus, non hos tamen ferebat legis vmbris ob
uoli, exiſtimans haudquaquam credentibus his moleſtam hanc fore epiſtolam, in qua
de Chriſti aduentu, lege ipſa vmbratili diſſerat, quam ceſſaſſe affirmat, & nihil in po
ſtremum valituram quia Chriſtus aduenerit, quem illa præfiguraſſet. His itaque epi
ſtolis Paulus tam valida fundamenta iecit,vt increſcentis in poſtremum fidei, tanta poſ
ſet moles imponi.

Argumentum in epiſtolam ad Romanos.

*Romani ſunt pars Italiæ. Hi præuenti ſunt à falſis Apoſtolis, & ſub nomine domini Ieſu Chri
ſti erant in legem & prophetas inducti. Hos reuocat Apoſtolus ad ueram euangelicam fidem,
ſcribens eis à Corintho.*

A THEOPHYLACTI Archiepiscopi Bulgariæ, in divi PAULI AD ROMANOS EPISTOLAM, ENARRATIO.

PROLOGUS.

SACRARUM LITERARUM FREQUENTIOR LEctio, ad sui cognitionem homines ducit. Inquit enim ueridicus ille, Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Quacirca tunc harum epistolarum mysteria pernoscemus, cùm eas diligentius lectitauerimus. Atqui PAULUS eo plurimùm uniuersos doctrinæ excellentia superauit, quo maiorem præ cæteris laborem insumpsit, abundeq; est spiritus sancti gratiam assequutus: quod sanè non solum ex eius Epistolis, uerùm & Apostolorum ex Actis cognosci potest. Mercurij nanque apud Gentiles, ob ipsius præstantiam eloquentiæ, nomen sortitus est. Prima itaq; Epistolarum ad Romanos habetur. Nec tamen idcirco, quòd prior conscripta sit, siquidem hanc ad Corinthios duæ, & ad Thessalonicenses una, iam antecesserant: quibus ad Hierosolymam facit de transmissis ad uictum necessarijs mentionem: & alia præterea ad Galatas. Hanc itaque ad Romanos Epistolam, eò priorem locum obtinuisse putandum est, quia istiusmodi ordo in sacris literis nequaquam necessitate ulla exigitur. Nam & duodeni prophetæ, & si non in iisdem temporibus extitêre, quin longo potius interuallo distarunt: sic tamen sunt in sacris codicibus positi, perinde ac sese inuicem sint subsequuti. Scribit autem ad Romanos Apostolus, Euangelij ministerio fungens, tanquam ad orbis terrarum principes. Qui enim caput iuuerit, & reliquis membris afferat utilitatem, necesse est.

Ma.vii. Luc.xi.

B Apostol. obe loquentiam apud gentiles Mercurius dictus. Epistola ad Romanos, cur prima ordine.

CAPUT PRIMUM.

PAULUS. Nec Moses ipse, nec eius posteri plerique, neq; hi qui Euangelium scripserunt, suum nomen literarum primordijs adiecere. Hic vero vir perbeatus, suis epistolis suum nomen præponit, quippe qui ad eos literas daret, qui longe abessent, cum prophetę illi ad præsentes scriberent. Quod tamen haudquaquam agit, cum ad Hebræos literas scribit: ne illi, cum se infensum haberent, quia & præputium tolleret, & legem videretur vt inanem contemnere, initio statim nomine eius perlecto, & scripta simul respuerent. Quęret C aliquis, cur ex Saulo sit Paulus appellatus? Ne forte Apostolorum principe haberetur inferior, qui & Cæphas & Petrus sit dictus: Vel Zebedæi liberis, quibus & Boanerges fuerit, id est, tonitrui filij, inditum nomen.

Petrus dictus etiã Cæphas.

Seruus. Multiplex sane est & varia seruitus, aut enim creationis iure obuenit, quia omnia dicuntur deo esse subiecta: aut ex fide, vt illud: Obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis: aut ex vitæ moribus, quibus & Moses dei seruus est nuncupatus. His omnibus seruitutis modis, Paulus dictus est seruus.

IESU CHRISTI. Dispensationis ipsius nomina præfert, ab inferioribus ad superiora contendens. Constat enim, CHRISTUM IESUM carne assumpta fuisse non oleo, sed spiritu sancto perunctum, qui oleo quouis est efficacior. Quod autem vel sine oleo constare vnctio queat, illud audit, Christos meos, hoc est, vnctos meos, nequaquam attingite: quod sane dictum ad ea pertinet, quæ ante conditam legem fuere, quando nec nomen quidem extaret huiuscemodi ex oleo vnctionis.

Rom. vi. i. Para.x. psal. ciiii. Vnctio etiam sine oleo constat. Duplices vocati.

Vocatus. Humilitatem præfert hoc verbum. Ostendit enim non conquirendo se id reperisse, sed venisse accitum.

Apostolus. Ad reliquorum, qui & vocati sunt, differentiam subinde dicit. Illi quidem ad fidem duntaxat sunt acciti: mihi vero Apostolatus id numeris, & creditum est, & demandatum, quo Christo ipsi a patre misso, est traditum.

Segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos. Id est, deputatus ad euangelij dispensationē. Vel aliter, Segregatus, id est, ad id prædestinatus. Quemadmodum & Hieremiam alloquitur deus, Priusq̃ de vulua exires, sanctificaui te. Et alio in loco Paulus, Cum autem deo placitum est, me segregare de vtero matris meæ. Nec sane frustra id inqt, q̄ & vocatus sum, & segregatus in euangeliū. Cū em̄ ad elatos quosdam (Romanos dico) & insolentes sermonem haberet, asserit diuinitus se q̄ esset existere, vt dictis suis faciat fidem. Euangelium vero eo dicit, vt non solum bona per illud effecta, sed & futura prætendat: cuius euangelij, vel nomine ipso, auditores solatur: q̄nquidem non insuauia quędā & subobscura, qualia prophetarum sunt dicta, complectitur. Cōstat autem dei id euangelium esse, id est patris, qui nobis illud vt est elargitus, ita & ipse simul innotuit. Nam & si in veteri haudquaquam erat lege obscurus: solis tamen Iudæis hic noscebatur. Neq; ab illis vt pater est cognitus. Demum, per euangeliū terrarum orbi sese ac filium patefecit: idipsumq; & per prophetas suos prenunciauit. Nam cū euangelium, tanq̃ nouum aliquod, & insolens pręconium homines detrectarent, arguit hoc multis sęculis gentium nationē præcessisse, fuisseq; a prophetis longe an̄ conscriptum. Siquidem apud Dauid id sit euāgelij nomē cōpertū, cū inquit, Dabit verbū euāgelizantibus, virtute multa. Et Esaias item, Quam pulchri sunt pedes, euangelizantium pacem.

In veteri lege deus erat Iudæis notus.

Euangelij nomē Dauid & Esaiæ notū.

Psa. lxvij

Esaiæ. li.

In scripturis sanctis. Neque em̄ sermone solum, sed scripturis etiam nitebātur prophetę, per eaq; & futura præfigurabant, quemadmodum & per Isaac, Abraham, & per serpentem Mosi, per manuum extensionem, & iugulationem agni, futura præcinuerat. Cum em̄ magni aliquid moliturus est deus, longe autem prædicit, Em̄uero cum multi, inquit, prophetę cupierunt videre quę vos videtis, & non viderunt, sese in carne illos negat vidisse: nec signa quidem spectasse affirmat oīm in conspectu per se factitata.

Mat. xiii.

De filio eius, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Liquido hoc loco duplicem filij ortū designat. Cū em̄ de filio eius, inquit, id est dei, supernam creationem ostendit. Cum vero, qui ex Dauid semine factus est, adijcit inferiorē hanc & carnis originem exprimit. Secundum vero carnem cum addit, eundem esse, vel secundum spiritum genitum patefecit. Nequaq; ergo est de simplici homine euangelium promulgatum: cum de filio dei esse constet. Neq; de simplici deo, q̄nquidem ad eum etiā, qui ex semine secundum carnem sit procreatus, noscatur spectare. Ad eundem igitur vtrunq; id proculdubio, & dei, & Dauid, filium spectat. Pudeat ergo suarum ineptiarū Nestorium, tametsi de CHRSTI carnis hac genitura, haud secus faciat mentionem, q̃ & Euangelistę fecere: perinde ac ex ea velit ad supernam & cælestem illam originem authores traducere. Siquidem dominus ipse primo visus est homo, deinde deus est cognitus.

duplex filij ortus.

Nestori⁹.

Qui prædestinatus est filius dei, in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum IESV CHISTI domini nostri. Superius dixit, quemadmodum esset de filio dei euangelium promulgatum: nunc vero confirmat & disserit, quo pacto sit p̄ dei filio cognitus IESVS, cū inquit, Qui pędestinat⁹ est, id est ostensus, confirmatus, & iudicatus. Ab vniuersis namq; assertum est, hunc dei filium esse. Quō? In virtute nimirum, id est, ex signorum, quę factitabat, potentia. Quinetiam p̄ spūm sanctificationis, id est, ex spiritu, p̄ quē credentes sanctos efficeret, quod sane dei est munus. Insuper vel a mortuis resurgendo. Prim⁹ quippe & sol⁹ se suscitauit, qua ex resurrectione dei est filius iudicatus, & spectatus a plurimis, quod profecto haudquaquam parui æstimandum est. Sic enim & ipse inquit, Cum assumptus fuero: tunc cognoscetis, quia ego sum.

Ioā. viii.

Per quem accepimus gratiam & apostolatum. Attende q̃ illud modeste narret. Nil inqt, est nostra virtute actū, sed per filium cuncta accepimus. Atqui per spiritum & apostolatum acceperat & gratiam Paulus. Inquit enim: iste vos diriget. Et spiritus ipse sic loquitur, Segregate mihi Paulum & Barnabam. Insuper per spiritum eundē datus est sermo sapientiæ. Quid multa? Sunt quidā & filij qui spiritus sunt: & cōtra, quæ filij, & spiritus sint, necesse est. Gratiam, inquit, accepimus & apostolatum. hoc est, haudquaquam nostra virtute effectum est: vt apostoli fungeremur officio, sed gratia superna tributum, & qua vel persuadendi modus defluxit. siquidem circunuagari & euangelium prædicare, apostolorum est muneris: dei vero, audientibus persuadere.

ii. Tes. iii.

Act. xiii.

filij & spirit⁹ communia.

Ad obediendum fidei. Haud sane ad verborum contentiones, & quæstiunculas sumus, & ad inanes molitiones nos missi, sed vt fidei obtemperemus, vt & cæteri, inquit, a nobis instructi, nihil renitendo, fidem accipiant.

Apostolorum officium.

In omnibus gentibus pro nomine eius. In cunctis nationibus gratiam, inquit, accepimus

A nec, ipsi modo quin & cęteri apostoli. Neque em̄ nationes vniuersas adiuit Paulus. Ni forte dixerit quispiam. Et si minus cū in humanis hic ageret, vita tñ p̄functus, per suas epistolas gentes oēs & natiōes p̄uasit, vt tm̄ CHRISTI noīe audito, nondū tñ Christi percepta substantia, crederent illi. Q̄nquidem ex signis, quæ factitaret, nomen est christus apud mortales & famam adeptus. Vel id proculdubio fide & credulitate indiguit quod sane nec capi poterat animo. Aduerte tamen euangelij donum. Neque enim vni cuipiam nationi quemadmodum & Iudæis lex illa vetustior, istiusmodi data est gratia. Pau. quō dicatur in cūctis gētib⁹ gratiam accepisse. Gratia euāgelīj ad oēs pertinet.

In quibus & uos uocati estis, IESV CHRISTI. Hoc loco Romanorum deprimit insolentiam. Nec enim, inquit, qui rerum potiri videmini, plus cæteris estis quippiam consecuti. Quandoquidem reliquis, vt & vobis euangelium prædicamus. Ne itaq; insolescite. Vel aliter, Estis quidem & vos vocati per gratiam admissi, non vltro adeuntes.

Omnibus qui sunt in Roma dilectis deo uocatis sanctis. Nec simpliciter Romę manentib⁹ vniuersis, sed deo duntaxat dilectis. At vnde potest huiusmodi cōprehendi dilectio? Nimirum ex sanctificatione ipsa. Sanctos nanq; appellat fideles: repetitq; vocatis secundo: vt diuinum his beneficium commemoraret, aperiretq; p̄ gratiā fuisse vocatos. Et si ex patriciorum estis & cōsularium nūero vocati: perinde ac si dicat, tñ vos deus vocatione eadem, qua & infimos & sine magistratu homines euocasset, nec secus vos atq; illos sanctificauit. Cum itaque & amorem sitis & vocationem ac sanctimoniam cum cæteris Romanorum insolentia.

B parem sortiti, nequaquam erit vobis in tenuiores & infimos superbiendum.

Gratia uobis & pax. Pacem hanc Christus & apostolis ipsis iniunxit alienas domos ingredientib⁹ prēloqui. Pax vero nequaq̄ inimicitias soluet, quas nobis cū deo praua facinora pepererunt: ea tñ nullis nostris laboribus, sed diuina indulgentia nobis obuenit. Præcedit itaque gratia pacem. Id vero vtrunque bonum perpetuo Paulus mansurum precatur ne forte nobis rursum in peccata labentibus, aliud quoddam insurgat bellum. Grā p̄cedit pacem Mat. x.

A Deo patre nostro, & domino nostro IESV CRISTO. O quantum inualuit diuinæ gratia charitatis, siquidem ipsi qui & viliores sumus, & honorum expertes, deum simus in patrem nacti. Sit igitur (inquit) a deo patre CHRISTO IESV domino gratia vobis firma & stabilis, qui eam & elargiri potest, & in longum seruare. Charitas dei, quod pater esse velit.

Primum quidem gratias ago deo meo per IESVM CHRISTVM pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Decet hoc Pauli preces exordium, quo & ipsi ad gratiam deo habendam inseruimus. Nec solum pro ijs quæ in nosipsos, sed quæ in proximum collata per eum sunt beneficijs. Quod vtiquevere est charitatis indicium. Agit autem Paulus gratias haud sane pro terrenis, hisce & labentibus bonis, sed ob eam quam Romani fidem susceperant. Deo vero meo cum inquit, animi sui aperit affectum, quando communem omnium deum suum hic facit, quemadmodum & prophetæ solent. Quinetiam & deus ipse, Abraham, Isaac, & Iacob, deum se nominat, vt suam erga illos patefaciat charitatem. Dicit autem per IESVM CHRISTVM se gratias agere, quia pro nobis ille apud patrem ad impetrāda beneficia intercedit. Nec solū nos ad gratias huiuscemodi agēdas īstituit, quin & patri has defert, cum referuntur. Em̄ue- Deus cur dicatur, deus abraham, Isaac, Iacob.

C ro vel eo gratias agit, q̄ Romanorū sit fides in orbē vniuersa vulgata. Porro duo quędam in Romanis suo testimonio probat, & quia in CHRISTVM crediderit, & tanta cum gloria, vt eorū fides terrarū orbē peruaserit. Qua ex re ingentem cunctis mortalibus obuenturā vtilitatem existimat, qui studio sint inflammati regiam vrbem sectandi. Dicit præterea & deo gratiam, quia & Petro discipulo credidissent, qui id temporis euangelium prædicaret, quocum omnia sibi communia diceret.

Testis enim est mihi deus, cui seruio in spiritu meo in euangelium filij eius, quòd sine intermissione memoriam uestri faciam semper in orationibus meis. Ne forte id dictum minus videretur cum subsequentibus conuenire, siquidem dicturus est se illorum habere memoriam, præsertim quos antea nunquam vidisset, testem inuocat cordium cognitorem. Aduerte quanta insit apostolo animi affectio, quamq; ardentissima in proximum charitas, vt inter orandum vel eorum reminiscatur, & deo commendet, quos nusq̄ spectasset. Seruio autem deo, id est spiritui meo seruio, cui⁹ non carnalis, sed spiritalis est cultus. Gentilis sane fallitur, carnalis est: Iudaicus vero, etsi non fallitur, carnalis tamē & ille est. At CHRISTI seruit⁹ cultusq;, & verus est & spiritalis. Sicuti & dn̄s ipse Samariten alloquitur. Veri (inquiens) oratores, in spiritu & veritate adorant. Sed seruiendi quidem diuersus est modus, alius enim deo inseruit, cum illi solum proviribus vacat: alius cum peregrinorum suscipit curam, vel viduas tutatur: quales erant qui circa Stephanum vera- Dei cult⁹ spiritalis. Multimodi deo seruiēdi.

ſabantur. Alius præterea ſermonem miniſtrat. Propterea Paulus inquit, ego ſeruio in euangelio filij. Quanuis ſuperius patris illud eſſe dixiſſet. Quod ſane nequaquam debet mirum videri. Quæ enim ſunt patris, & filij ſunt: & quæ ſunt filij, & patris erunt. Quod eo inquit, vt oſtendat ſibi neceſſarium eſſe: vt hãc pro eis curam ſuſcipiat. Nam qui ſemel euangelij adminiſtrationem accepit, pro omnibus, vt ſtudium impendat & curam, oportet, qui verbum exceperint.

Obſecrans ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in uoluntate Dei, ueniendi ad uos. Nunc cauſam adijcit, cur illorum memoriam habeat, ad vos ſcilicet, inquit, vt veniam. Attende quanto illos honore proſequebatur, quos viſere & deo volente maturet. Nos vero vel afficimur nemini, vel ſi quẽ forte amamus, pręter dei id agimus voluntatem. Paulus vero ex ingenti quadã charitate ſpectare illos aſſiduo precabatur. Quod autem id omne dei arbitrio ſubieciſſet, eius modeſtiam pręferebat. Quocirca & nos, cum nil prędicando conſequimur, haudquaqam id ęgre feramus. Neque enim Paulo ſumus & nos potiores, qui pro carnis ſtimulo & libidinum incentiuis cum tertio iã domino ſupplicaſſet, nequaquam voti compos effectus eſt: id enim illi conducere videbatur.

Nõ egreferẽdũ, ſi ƥdicando nihil conſeqmur. ii. Cor. xii

Vt aliquid uobis impartiar gratiæ ſpiritalis. Solent plęriq; rei alteri⁹ gratia peregre proficiſci: ipſe vero ego ſum ad vos profecturus, vt aliquid vobis impartiar. Id ſane modeſte locutus eſt, neq; em̃ vt vos inſtruã dixit, ſed quod ipſe acceperim, vobis impartiar. Quodcunque enim in diſcipulorum commodum præceptor impartit, muneris loco habendum eſt. Quinetiam & noſtræ virtutes, velut dona ſunt opis diuinę egentia. E

Ad confirmandos uos. Id eſt, conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt fidem veſtram, ac meam. Tacite arguit, non mediocri hos indigere correctiõe, quod tñ ſi aperti⁹ explicaret, admodum illis moleſtum foret. Dicerent em̃, quid inquis, nũ ipſi vel loco moti ſumus, vel longius iter emenſi te adiuimus ſupplices? vel tua opera indigemus, vt obfirmemur in fide? Ad hæc Paulus ſubinde id modeſte dicit. Cauſa meę ad vos profectionis eſt quidem futura vt memetipſum ac vos tandẽ conſoler, qui multis eſtis affecti moleſtijs. Quocirca viſendi vos mihi inceſſit cupido, vt ſolamen duntaxat afferre mœrentibus. Vel potius, vt ipſe conſolatione afficerer. Id quidem erat in vtriuſque cõmodum hauddubie cõceſſurum. Nam, vt ſolent ſeruitia dũ inter ſe congregãtur plurimũ recreari, ſic & fideles malis multis & grauioribus afflictati, mutua adhortatione alleuantur. Quæret aliquis, Num Paulus horum vel ſolamine vel ſocietate indiguit? Nequaquam. Verum ideo agebat, ne acerbiorum epiſtolam redderet, ne ve vt illos (vt diximus) laceſſeret. Vnde ſe, inquit, opus habere, vt ab his conſoletur. Quod ſiquis hoc loco conſolationem lætitiam dixerit, & eam præcipue quę ex illorum adaucta fide ſuſcepta ſit, eandemq; Paulo affirmet neceſſariã, recte dixerit. Quod vtiq; ex eo perſpicuũ eſt, quod poſt modum ſubdit, Per eam, quę adinuicẽ eſt, fidem veſtrã, ac meã. Perinde ac ſi dicat, ipſe vero, quandoquidem veſtra mihi ſpectata eſt fides, & conſolabor, & afficiar iucunditate. Vos vero per meam confirmabimini, ex his conſolatione accepta: in quibus fortaſſe ob animi puſillanimitatem, nutabundi eſtis & labantes, quod tamen nec palam aperit, ſed (vt iam dictum eſt) tacite infert.

Pauli in ſcribẽdo prudẽtia.

Nolo autem uos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui uenire ad uos, & prohibitus ſum uſq; adhuc. Quoniam ſuperius dixerat, obſecro ſi quomodo ad vos iter habere queã, poſſet ne iniuria quiſpiã eum hoc pacto commonefacere. Si em̃ ipſe & votis, & precibus ſæpe depoſcis, & hos conſolari, & te conſolationis huiuſce facere nõ expertem: quid impedit quo minus conuenire hos queas? Id ſane, ĩquit, quia dei iuſſu prohibeor. Vides quã ille non prorſus cauſam diuinę huius inhibitionis conquirat. Sed paret, nil hęſitãs, dei imperio, nos inſtructurus, ne curioſius quę deus geſſerit, exquiramus. Aperit itaq; Romanis, nec ſegnicie ſe, nec eorum contemptu quodã teneri, quin iter ſtatim ad eos arripiat: adeoq; ſe illorum flagrare beneuolentia, vt quantum in ſe ſit, neque coercitus, quoquã pacto abſiſtat, quin iterum atque iterum proficiſci ad eos tentaret. F

Non eſſe curioſe quęrenda facta dei. ij. Tim. ij. Tit. iij. Act. vi.

Vt aliquẽ fructũ habeã in uobis, ſicut & in cæteris gẽtibus. Cũ em̃ inſignis eſſet, & cõſpicua ciuitas Romanorũ, vniuerſiq; ob admirationẽ & gliam ad eã cõfluerẽt. Ne qs Paulum crederet viſedę vrbis cupiditate, & q̃ cęteri, duci, ſic inqt, Eã ob cãm adire vos cupiebã, vt fructum aliquem conſequar. Soluit pręterea occurſurã forte ſuſpitionem. Dicet aliquis, Eapropter detent⁹ es, quia pro dei voluntate haudquaq̃ Romã contendere animo tuo inſederat. Eoq; id ſubdit, vt fructũ (inquiens) referrẽ. Neque em̃ aperte, vel prędicandi, vel inſtruendi gratia ſe acceſſurũ dixit. Sed moderatius agens, vt fructũ aſſequar, in-

ciuitas romanorũ ĩ ſignis & cõſpicua.

A tulit. Quemadmodum & illud superius, vt grãm vobis impartiar. Frenandi autem hos gratia & corrigendi, sicut & in cæteris gentibus dixit. Proinde id inquit, neque enim & si vobis sit terrarum orbis imperium, cæteris vos nationibus potiores existimauerim, quin pari apud me cum reliquis conditione vtamini.

Græcis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum, ita quòd in me promptum est, & uobis qui Romæ estis, euangelizare. Vel id Pauli præfert modestiam. Nihil eñ vobis prę cęteris affero muneris, sed domini mandatum adimpleo quinetiã vobis gratiæ sunt deo agendæ. Est nanque ille largitor, ipse vero debitor sum, & irrecusabile debitum habeo prædicandi. Quod & ad Corinthios dicit, Væ mihi si non euangelizauero. Sum itaque promptior & vobis euangelium prædicare, & si præuisa sint mihi discrimina: adeo hic ob CHRISTI gratiam se exercendi studio incendebatur.

Paul⁹ debitor.

Prędicandi officiũ

Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Cum eñ Romani magnopere Pauli opinionẽ obstupescerent, quippe q̃ Christum esset Iesum prædicaturus, qui oẽm ignominiã subijsset, & ob id forsitã eos salutatoris pudebat. Idcirco nũc Paul⁹ nequaq̃, inq̃t, euangeliũ erubesco: & illos interea edocet minus Christi pudere. Qñquidem & se nihil Christi pudeat crucis, sed hãc sibi decori ducat & ornamento. Cũque & illi de sapientia iactarentur, ipse inquit crucẽ venio prędicaturus, quã minime erubesco. Virtus eñ dei est in salutẽ, cũ in perditionẽ hęc sæpe sit & interitum: vt illud, Timete eum qui potest in gehennã perdere. Quæ igitur Paulus ipse

B nunc prędico, non cruciatũ aut perniciem continent, sed salutẽ. Verũ, cui hęc futura est salus? Nimirũ credẽti. Neq; eñ cunctis salutiferũ est euangeliũ, sed his duntaxat, qui illud exceperint, Iudæo primum & Gręco. Primum illud, honoris ordinẽ exprimit, non gratiæ abundantiam. Neque plus aliquid Iudæus est iustitię cõsecut⁹, q; maiora exceperit, sed quia prior eam susceperit, honoratur, & verbo tenus honorem assequitur.

Iudæus Gręco p̃ponit, ordine. non gratia.

Euãgelium quib⁹ salutiferũ

Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide uiuet. Asserens ĩ salutẽ futurũ euangeliũ, & modũ explicat, quo fieri id queat, videlicet dei iustitiã salutẽ nobis attulisse, non nostrã. Quã eñ ipsi iustitiã haberem⁹, qui abominationibus sumus, & perditis facinoribus inquinati? Sed deus nos ipse non ex operibus, sed ex fide iustificauit, quæ debet vel in maiorib⁹ quandã & ampliorẽ fidem perficere. Nec enim sat est priores fidem hãc excepisse, sed erit etiam fidei huius ductu ad perfectiorẽ credulitatem progrediendum, ad immotum videlicet & stabile firmamentum. quemadmodum & apostoli his verbis sunt ad dominum vsi. Adde nobis fidem. Confirmat autem eius dicta cum inquit. Dico autem vobis, quoniam sum⁹ ex fide iustificati ex Abraham: Iustus enim, inquit, ex fide viuet. Cum enim ea quibus a deo donati sumus, mortales nequeant cogitatione complecti, merito nobis est fides necessaria. Quam si scrutari hæsitando cœperimus, omnium proculdubio patiemur iacturam.

abacuc.ij.
heb.x.
galat.iij.

Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiã hominum eorum, qui ueritatem dei in iniustitia detinent. A melioribus exorsus, inquiensque iustitiam dei in euangelio reuelari, infert deinceps quę possunt inferre formidinem. Nouerat eñ multos mortali-

C um timore advirtutem induci. Sic nanque & deus post regnum cæleste, & gehennã comminatur. Prophetę insuper bonis propositis & mala prenunciant. Quia illa dei præcedente sententia, hęc nostra obueniant negligentia. Aduerte ergo quã habeant dicta sequelam. Venit, inquit, dominus iustitiam tibi & erratorum deferens remissionem. Quas si haud quaq̃ exceperis dei, tũc ira e cælo retegitur, quę scilicet in secundo eius aduentu futura est. Cuiusmodi iræ & si in præsenti participes sumus, ad castigationem tamen illa infertur, quam tunc ad supplicium duntaxat experiemur. Quia & si in hac vita ab hominibus maxime diuexamur, tunc tamen perspicue a deo cruciabimur.

Ira dei in hoc sęculo q̃tũ differat ab ira futuri sæculi.

In omnem impietatem. Verus cult⁹ & pietas ipsa vnũ sunt: ĩpietas vero diuersa & multiplex. Eoque oẽm dixit impietatẽ, perinde ac si multis ad eam itineribus accedatur.

Et iniustitiam hominum. Differt ĩpietas ab iniustitia. Illa eñ in deũ, hęc dici in homines põt. Per illã contẽplatiõe delinquitur, hac opere & factis peccat̃. Multę aũt & hui⁹ sunt vię. Infert eñ q̃s iniuriã ꝓximo cũ alienã vxorẽ adulterauerit, cũ pecuniã subtrahit, cũ famam carpserit. Dicunt nonnulli iniustitiã Paulũ ꝓ adulterinis dogmatib⁹ posuisse. Quid vero illd̃ sit, q̃ veritatẽ ĩ iustitia detinẽt, audi, Veritas ipsa, siue dei cognitio fuere hoĩbus ab initio indita. Hãc veritatẽ & notionẽ ĩ iniustitia agẽtes detinuere. id est quãtũ in se erat deprauarũt, cum ad idola dei glĩam transtulissent. Nec secus egerunt ac q̃ acceptam pecuniã ĩ imperatoris laudem impendendã, vbi hanc omnẽ in prędones & scor-

Impietas ab iniustitia quid differat.

ta consum pserint, fatebuntur hi plane omnes inique se erga imperatoriam maiestatem gessisse. Gentiles igitur veritatem in iniustitia detinebant, id est iniustius occultabant, obscurabantque dei cognitionem, qua sunt indecenter vsi. D

Quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, siue sempiterna uirtus eius & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Dixit superius, gentiles ipsos in dei cognitionem fuisse iniquos, siquidem ea abusi sunt. Vnde igitur liquet hãc illos habuisse cognitionem? Hinc sane, quia quod notum est dei, erat & his manifestum. Deinde idipsum confirmat, dicens, Quoniã ex optima hac creatorum dispositione, conditor ipse laudibꝰ efferebatur: sicuti Dauid inquit, Cęli enarrãt gloriam dei. Quid autem dei sit notum, hoc pacto perdisces. In deo quidem nonnulla sunt, quę haudquaq̃ cognitione complecti possunt. Nonnulla quę cognitu facilia. Insunt tñ quæ minus humanis sensibus innotescunt. Ea profecto, quæ diuinæ substantiæ sunt, bonitas, scilicet sapientia: virtus, diuinitas ipsa siue magnitudo, quę inuisibilia dei Paulus nuncupat. Noscuntur tñ ex hac mirabili rerum structura. Gentibus itaque vniuersa * apparuit, quę possunt in se cognosci. Et nota sunt dei, id est quę circa eiꝰ substantiam sunt. Quæ & si cerni oculis nequeunt, mente tñ ex hac conditarum ab se rerum serie comprehensibilia sunt. Plęrique vero inuisibilia (nec recte, vt arbitro) angelos dicunt. Refert autem e patribus quidã æternam potentiam filium esse, diuinitatem vero spiritum sanctum. Vt essent inexcusabiles. Aduerte hãc scriptorum proprietatem. Neque enim hęc deus effecit, vt excusari non possent gentium nationes, sed sacrarum literarum consuetudinem sectatus apostolus. Frequenter enim & multis in locis his similia perleguntur: quale est illud Dauid, Quoniam malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, &c. Quod & si minus est, videtur tamen absurdum. Perinde ac si dicat. Et si tuis sum domine obstrictus beneficijs, attamem pręter omnẽ spem meam in te deliqui. Quo fit vt iustificatus, ipse victor euadas. Tunc eñ deus iustificatur, cum sumus ipsi in eum de nobis bene merentem ingrati. Nec quicq̃ habemus quod excusare possumus. Atqui eo gẽtilibus nulla est errati excusatio: quia cum dei notionem ex hac mundi machina habuissent, haud tñ pro eiꝰ dignitate hunc sunt venerati. Nec tanq̃ omnium conditori gratias retulere, quin potiꝰ debitos illi honores in idola transtulerunt. E

Ps. xviii.

Inuisibilia dei q̃.

* Alias paruere.

Psalmo l.

Gẽtes inexcusabiles.

Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Causam exponit, qua illi in tantam sint vesaniã prolapsi. Opinationibus enim quibusdã omnia permiserunt, cum vellent in figura, qui caret figura, & in corpore, qui sit incorporeus mente concipere. Sic fit, vt vani esse penitus arguantur: quippe qui nequeant ad vllum cogitationum suarum finẽ euadere. Insipiens autem illorum cor eo appellat, quia nil prorsus voluerint fide percipere. Vnde & vani deprehensi sunt. Verum quis error eos induxit, vt cogitationibus omnia demandarent? Nimirum quia sapientes se crederent, ideo sunt ad insaniam redacti. Quid enim vesanius: quam lapides venerari & ligna?

Et mutauerunt gloriã incorruptibilis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum. Ille cõmutat, qui alteri quod habet conce[illegible] vt aliud quippiã assequatur. Hi itaq; cũ dei cognitionem haberent, hanc perdiderur[illegible] vt aliquid vltra q̃ habuissent, sibimet vendicarent. Vñ ab eo ꝙ nacti iam erãt, exciderunt. Circundedere autem incorruptibilis dei gloriam, non homini, sed imagini corruptibilis hoĩs. Quodque deterius est, vel adusq; reptantia ipsa, vel horum imagines potius delati sunt. Tam liquido isti insaniunt. Siquidem mentẽ quã in eũ intendere oportuisset, qui omnibus incõparabiliter est excellentior, his applicarunt, quę incomparabiliter sunt cæteris viliora. Deo autem ad gloriã cedit, cum noscitur & condidisse omnia, & vniuersis prospicere, & reliqua quę illum decent, cogitatione & animo admittuntur. Errata autem eiusmodi nonnulli vtique commiserunt, & ij quidẽ qui apud Gentes sapientiores sunt habiti, & Ægyptij ipsi. Hi nanque de reptilium disserunt imaginibus. F

cõmutare glĩam dei.

Ægyptij Ibin crocodilũ cercopythecum colebant.

Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum: in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui mutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori, qui est benedictus in sæcula Amen. Tradidit, id est, permisit, siuit, nec secus q̃ medicus solet, qui cum valetudine laboranti vt resanescat medetur. deinde ingrauescenti morbo, vt affligetur eundem permittit, si incontinentem videat: & sibi minus obtemperantem: laxatq; illi habenas vt suopte arbitrio vsus: a morbo mi

A nime conualescat. nõnulli vero tradidit deus: sic capiunt, id est conuitia in deum illata. Quemadmodum huic illive diximus argentum fuisse exitio, cum constet nequaquam argentum afferre interitum, sed argenti abusum. Saulem dicimus & solomonem perdidisse imperium, id est eo illos disperditos, quia praue sint imperio vsi. Sunt igitur ob innatam nequitiam in immunditiem traditi, vt nihil indigeant opera aliorum ad contumeliam immunditieς. Quid cum ipsi sibi eam intulerint. Immunditiem vero vitia queque impurissima dicit. At si quęras, vnde ij sint in immunditiam traditi, ex ea dixerim, quam deo inferunt, contumelia. Nam qui dei nullã habuerit rationem, nec illum attenderit, mox vitæ totius iacturam faciat, necesse est, quemadmodum inquit, & Dauid, dixit insipiens in corde suo, non est deus. Et paulo post, corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, transtulerunt enim quæ dei sunt, & circuniecere commentitijs & fallacibus dijs. Coluerunt, id est, re ipsa & opere, horum se seruituti addixere, quos colerent. Gratia vel latria enim honor est, qui actu & opere exhibetur, quod cultum nos dicimus. Neque id simpliciter dixit, sed plusquam creatori adiunxit, comparatione quadam crimen attollens, veruntamen ille, inquit, est in secula benedictus, id est nihil est iustorum offensus cõtumelijs, sed hauddubie in secula benedictus. Quippe cui maledici non potest. Amen vero idipsum confirmat.

Tradidit in re. pbũ sensũ qd.

Psal. xiii. Ibidem.

B *Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ exarserunt in desiderijs in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Et mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.* Rursum dei destitutionem, traditionẽ appellat. Nam quemadmodum hi qui dei cultum ad idola transferunt, in perditionem traduntur: sic & in vita abominabiles fiunt, qui naturali voluptate relicta, quæ & facilior & suauior sit, in eam quę cõtra naturã est, collabuntur. Quę & difficilior est, & insuauior, & prorsus abominanda. Cum enim commutauerunt, inquit, ostendit his omissis quæ sibi natura sunt insita, ac nefaria quędam traduci. Dixit de mulieribus (& tacite quidem) turpe aliquid & obscœnum, quod nec dici fas est. Dixit supra, & de viris, q̃ in se inuicem exarserint, incentiua libidinis, & furias explicans. Neque enim res venereæ dixit cupiditatem, sed turpitudinem intulit, arguens istiusmodi viros naturã ignominia affecisse. Cum vero dixisset, in desiderijs suis exarsisse, ne forte existimes libidinis esse hunc morbum operantes adiecit, id est, immunditiæ operam dabant, opus id suum esse existimantes, recepta (q̃ a deo hi defecissent) mercede erroris sunt freti, quo ad idola desciuerunt. Quo fit, vt hac in turpitudine & fœdissima voluptate pœnas luant: vtpote quæ præter naturam sit & plena impuritatis. Hęc autem Paulus infert, quia nondum quiuerat de gehenna quippiam istis persuadere. Proinde dicit, & si gehennam diffitentur & futura supplicia, his tamen hæc facta ad supplicium sibi futura sat sunt.

Destitui a deo qd sit.

naturalis voluptas facilior ac suauior.

Et sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt. Ecce iterato ac tertio eandem sententiã repetit, eodemq; vsus est verbo, tradidit, vbiq; causam asserens, hosce, scilicet homines deum ob ipsorum impietatem idcirco deseruisse. Sicuti & hoc loco, quia non probauerũt deum habere in cognitionẽ, vnde & traditi sunt in via non ignorãtię, sed meditationis atq; scientiæ. Quod fane de[illegible] contumeliæ. Neq; dixit, ignorasse hos deum, sed improbasse, id est non iudicasse deu[illegible]e habere in notionem, sed vltro sibi delegisse impietatem sectandam. Non ergo per carnem (vt hęretici ferunt) delinquitur, sed corrupti iudicij vitio peccatur. Siquidem priores illi dei notitiã improbarunt, deinceps a deo permissi sunt in reprobum sensum deferri. Dei enim a quouis secessio siue destitutio, in sacris literis traditio nominatur. Et lepido quidem patrum nonnulli exemplo sunt vsi, quo dictum id (tradidit eos deus) lenirent. Dicunt enim hoc se haud secus habere, ac si quis ne solem intueatur oculos claudat, progressusq; parumper in foueã collabatur. Est præterea tritum prouerbium, nondum sol ipse inspectus, hunc illumve in scrobem impegit. Nec ob id q̃ ira incensus sol hominem prostrasset, sed quia obstrictis oculis lucem non vidisset. Cur autem lucem sol minus præbuerit si quæras? Nimirum quia oculus ille occlusit: ne lucem admitteret. Sic deus hos in ignominię tradit passiones, quib⁹ ipse plane esset incognitus. Eiusmodi tamen dei ignoratio ab illis orta est, qui nequaquam probassent, id est, non iudicassent dei se habere notionem.

C

Tradi a deo.

Repletos omni iniquitate. Aduerte quẽadmodum progrediendo rẽ augeat. Cum enim hos dicit iniquitate oppletos, arguit sane ad summam nequitiam peruenisse, infert dein-

ceps & nequitiæ species.

Fornicatio. *Fornicatione.* Omnem prorsus impuritatē hoc fornicationis noīe complexus est.
Malitia. Id est, in proximum insidijs.
Auaritia. Pecuniarum videlicet.
Nequitia. Odio scilicet.
Plenos inuidia, homicidio. Ex inuidia gignitur homicidium. Abel enim cū ei a fratre inuideretur enectus est. Et ex liuore: Ioseph morti fuit propinquus.
Contentione, dolo. Ex inuidia cōtentiones emanant & doliut ei noceat cui iā īuidet.
Malignitate. Ea scilicet quæ in ꝓfundo latet nequitiæ, & bonitatē mentitur.
Geñ. iiij. *Susurrones.* Qui clam alienæ derogant famæ.
Gene. xxxvij. *Detractores,* Qui palam.
Deo odibiles. Qui deum oderunt: vel deo sunt odio.
Contumeliosos, superbos, elatos. Iā malorū arcē conscendit, supbiā. s. Qui em̄ effertur superbia, vel bonū amittit ꝙ egerit, quāto magis qui mala. Neq; em̄ poterit hic ꝑpetrati facinoris ob insolentiā pœnitere. Verūtn̄ intelligas velī supbos dei esse cōtemptores. Elatos vero homines aspernari, vñ oritur contumelia. Qui em̄ hoīes paruifacit, diuina
Superbi. simul iura & humana conculcat. At si forte insolentia ipsa natura contumeliam antecedit, nobis tamen contumelia videtur p̄cedere, deinceps eius mater internosci elatio.
Elati. *Inuentores malorum.* Neq; em̄ erāt supiorib⁹ cōtēti, nisi malis excogitādis studerēt.
Parentibus non obedientes. Quinetiam inquit vel naturam ipsam impugnant, quippe qui E
vel genitoribus impugnant.
Insipientes. Et iure quidem. Quo enim pacto qui præsentibus non obsequuntur bene monentibus, ab alio possent sapientiam edoceri?
Incompositos. Id est, conuentis & pactionibus nō stātes, infidos. s. & nutabundos.
Incompositi qui & quō intelligendi. *Absque fœdere, sine affectione, sine misericordia.* Vbi enim charitas ipsa refrixerit, mala omnia procreat. Hinc est, quod nec pacta seruamus, nec afficimur cuiquam, nec ad misericordiam flectimur. Quod sane & Christus sic refert. Cum autem abundauerit iniquitas charitas ipsa refrigescet: tametsi nos natura ipsa quemadmodum & cætera animantia coniungit & copulat. Hoc tamen hi prorsus non intellexerunt.
Qui cum dei iustitiam cognouissent, non intellexerunt. Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Ostendit superius quemadmodum qui dei habere notionem noluissent, omni sint iniquitate oppleti. Nunc vero arguit, nec esse hos venia dignos, cum dicere nequeant boni ignorātia tenebamur. Norunt enim dei iustitiam, ergo id vltro factitant & sponte committunt. Quodque deterius est, facientibus assentiuntur, quod sane est insanabili morbo laborantium.

CAPVT SECVNDVM.

Math. vij Iudicare ꝗ̄ sit periculosum. P*Ropter quod inexcusabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum te ipsum cōdemnas: eadem enim agis quæ iudicas.* Cum diuerse sentiant homines ideo fit vt mala plerunque probemus, persæpe etiam sedendo in alienā vitam feramus sententiam. Dixit de his qui improbis assentiūtur, nunc
vero de iudicio verba facit. Inquitque, Inexcusabilis es o homo. Quid F
ni? Nosti enim dei iustitiam, nec illud ignoras. Malos supplicio esse dignos igitur quod excuses nil habes qui tui similes iudices. Videtur hoc loco ad primates ipsos verba intendere, & Romanos pręcipue, tanquam ad terrarum orbis præfectos vtpote quod iudicium deceat. Congruit tamen id dictum vel hominibus cæteris. Ferre enim sentētiam nequit, qui throno careat & magistratu. Itaque qui alterum iudicat: seipsum iudicet necesse est, qui sit adulterio inuolutus.
Scimus enim quoniā iudicium est dei secundum ueritatē in eos qui talia agunt. Nec forte dixerit quispiā. Ipse equidē & sum adulter & euasi id qđ inquis iudiciū. Et si aliter quispiam ob id est affectus supplicio, ipse tamen nullas tuli pro adulterio pœnas infert Paulus vt hos
Iudicium dei. acrius terreat, adulterij cruciatum. Neq; em̄ (inquit) est apud deum qđ apud homines esse deprehenditur in terris iudiciū. Vbi eiusdem criminis rei, alter plerunq; dat pœnas, abit alter innoxius. Cum deo vero haudquaꝗ̄ sic luditur. cuius verū est in prauos iudicium.
Existimas autem hoc ò homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis: ignorans quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicui

A *que secundum opera eius.* Dixit superius erroris mercedem, & cultus qui creaturæ defertur his in rebus psoluivanis hominibus, in quibus se impie gesserint, cũ immũdicies ipsa satis sit his ad supplicium. Nunc vero aperit eis & cruciatũ. Est enĩ (inquit) aliud tibi tormenti genus o homo, nõ em̃ effugies dei iudicium. Qui enim fieri id poterit, qui ne tuũ quidẽ effugeris cruciatum? Qua enim in re alterum iudicas teipsum cõdemnas. Quod si dei bonitatem cõtẽnis, quia nõdum sis tormenta perpessus, hoc sane tibi augebit, non ĩminuet pœnas. Est em̃ his dei tollerantia, qui ad emẽdationem ea vtũtur, salutaris. Qui vero congestis sceleribus ea fuerint abusi, maiorem in se sæuiendi causam præbebunt, ꝙ tñ non pro ipsius diuinæ tollerantię natura, sed pro ipsorũ duritiæ futurum est. Thesaurizas enim, inquit tibi iram. Quo fit vt non deus, sed ipsemet te tormentis afficias. Quo pacto (inquiens) fieri id potest? Quia cor impœnitens, & ad bonum aliquod exequendum & durius sane & inflexibile. Cũ igitur nec dei bonitate ductus leniris: nec pœnæ formidine flecteris, quid dici te durius potest? Diem vero iudicij cũ diceret & reuelationis, & iusti dei iudicij adiecit. Et merito quidem: ne forte existimes dei iudicium in ira futurum, quod sane pręter dei naturam foret. Reuelatio, inquit, omniũ fiet, & ita vt pro dignitate reuelatorum futura sit & retributio. Eoque & iustũ fiet dei iudiciũ. Apud nos vero quoniam opera occuluntur: eo nec constans est æquitati locus. Ibi vero quia recta patebunt omnia, & rectum iudicium subsequatur necesse est.

B *His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus uitam æternam.* Cum, inquit, dominum singulis æqua bonorum pręmia impertiturum, rem clarius aperit. Cum vero per boni operis patientiam subdit, duo mox exprimit. Alterum quod animo minime concidendum sit, nec plane desidiæ incumbendũ sed rectis facinoribus insistendum perpetuo, nec in fide tantum spes omnis habenda, nisi & bonis operibus adnitamur. Incorruptionem vero cum inquit, resurrectionem indicat. Deinde infert. Postquam autem resurgemus non omnes advnum, sed hi quidem ad gloriam, hi vero in supplicium, eoque & gloriam dixi & honorem. Huius itaque omnis diuina oratio eiusmõi est, vt plane affirmet deũ ipsum futuram eis gloriã, honoresque largiturum, qui eos & conquirunt & recordantur. Porro incorruptionẽ daturum resurgentibus vitã. s. sempiternã. Quęret aliquis, Quonã pacto hæc gloriã & honorẽ cõquiritur & incorruptio? Nẽpe dũ in rectis operibus pmanetur. Qui em̃ actionibus bonis insistit, stabilisq; in aduersum fuerit & constans, is sane & gloriã, & honorem haud dubie quærit. i. incorruptibili deo, incorruptibilium bonorum fruitionem deposcit. Ai̅o non esse concidendum. Non in fide tãtum sed etiam in bonis operibus spes habẽda.

His autẽ qui ex contentione non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio, tribulatio, & angustia in oẽm animã hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Contentio est mentis quidam sine ratione excessus. His itaque qui ex contentione ĩquit, id est cõtẽtio nõ ignorantia, sed altercandi studio nequiores redduntur, ideoq; nec veniã mœrebũtur. Cum vero veritati diffidimus & obsequimur iniustitię, sponte delinquimus. Non em̃ inuiti coactive id agimus, sed voluntarij. Aduerte aũt, vt deũ asserat æternã vitam largiri, mœsta vero nequaꝗ̃. Neque eĩ irã, indignationẽ, tribulationẽque & angustiã, di-

C xit a deo inferri. Erit aũt subintelligitur, vt superiorẽ orationẽ concludat. Viuificandi igiť deo inest facultas, nobis vero præ nostra ignauia supplicij & cruciatus. Cũ vero omnem aĩam hominis inquit. Romanorum frenat elationẽ: pinde ac si dicat. Vel si regia quis sit dignitate ornatus, & q̃ mala sunt operetur. i. malis operandis intẽdat, nec demũ pœniteat, haudquaquam est dei sententiam euasurus. Neque em̃ hominis mala facientis intulit, sed operantis: vtpote qui præmeditatus, & sciens, q̃ mala sunt semper peragat. Nam & Iudæus vt plus diuinæ susceperat disciplinę, ita erit & maiori dignus supplicio. Nam & potentes potentius, & sapientiores acrius cruciabuntur. Iudæus q plus disciplinę suscepit pl⁹ puniend⁹ est.

Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Non enim est personarum acceptio apud deum. Nititur Paulus in his quę subsequuntur ostendere, nec circuncisionem ipsam, neque pręputium efficere quippiam, aut fidem inducere, qua homo iustificetur. Hoc cum illi animo insedisset, Iudæorum ritus & cærimonias confutat. Vt id agat, vide qua vtatur prudentia. Exordium ab his sumit orationis, qui Christi aduentum pręcesserant, asserens mundum malitia esse oppletum & supplitijs esse mortales (Iudæum primo & Gręcum) obnoxios, pro certo ducens, pœnas Gręcum ob commissa daturum: proinde confirmat eosdem, pro recte factis honorem assecuturos, si ita ab operibus ipsis & honor & decus maneat. Superuacanea ergo lex erit & circuncisio: nec superuacanea solum, quin erit Iudæo acrioris tormenti occasio. Nam si Gręcus

neque a creatura, neque a naturali lege instructus damnabitur, longe magis Iudæus qui ab ipsa lege instructionem accepit. Cum igitur rei sensum perceperis, sequere & dictionem græcam. Græcum significantem & Gentilem. Vnde hoc non idolorum, sed dei cultores dicere, & qualis Melchisedech, qualis Iob, quales & Niniuitæ, qualis demum Cornelius ille. Sic p̄terea & Iudæos hos esse affirmat, qui añ Christi aduētū extitissent. Volens autem studiosius circuncisionē ipsam ostendere nullius esse momenti, neq; aliquid posse, repetit tempora illa superiora, arguitq; nil prorsus differre. Græcum deum colentem & Iudæum recta operantem. Quod si ante Christi aduentum, cū maxime res Iudæorum florerent, nil ipsi plus quippiam essent, præter cæteros consecuti: eo magis hoc tēpore, quia vel eorum lex fuerit euacuata, & finē iam nacta nemini p̄stant. Hæc aūt ideo infert, vt Iudæorum, deprimat insolentiam, qui gentilem nullum admitterent. Gloria inquit, & honor & pax. Et sane mundi hæc bona & obturbationes habent & bella, quippe quę & liuore petuntur & insidijs. Quinimo vel si nemo insidietur, is tñ qui illa possidet varie obturbatur. At illi cui apud deum est, vel honor, vel gloria, quietem affert & pacem. Quia nec agitari insidijs potest, nec curis offendi, cūq; īcredibile posset videri honorem hmōi gentili cuiq; posse contingere, qui nec legem, nec prophetas aliquos audisset, factu id facile asseuerat. Cum īquit nullam esse apud deum personarum acceptionē. Neq; eñ inquit, cuiusquā veretur personā deus, sed opera & facta disquirit. Cū Græcus itaq; nihil sit Iudæo actionum rōne dispar, nil impedit quin pari sit honore dignandus. Quapropter nihil erit tibi Iudæe post legis tuæ vacationē aduersus Gentilē q̄piam gloriandum, siquidem cum tua florerent, vel gentilis aliquis qui bonis operibus inhæsisset, te haudquaquam fuerit honore inferior.

Iudæorū insolētia.

Deus opera, nō genus disquirit.

Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Ostendit superius Græcum æque ac Iudæum honore dignandos esse. Nunc vero Iudæum infert grauius iudicandum. Græci siquidem siue gētiles q̄ sine lege peccarūt, i. sine vlla legis doctrina, sine lege cruciabuntur, hoc est leuiorē cruciatū subibūt: vtpote q̄ lege caruerint qua ligarētur. Sine lege eñ illud p̄tendit, quasi sine illorū dānatione. Iudæus vero in legem deliquit, i. in legis p̄cepta peccauit: ꝓpterea & lege iudicabitur, i. condēnabitur. Qñ lex ipsa acrius criminando hūc vrget: & maiorē in modum condēnat. Quo ergo pacto id iactas Iudæe, gratia te nō indigere, quia sis ex lege iustificatus? Ecce nunc plane argueris, nil tibi hanc quam iactitas legem profuisse. Habes ita longe magis gratia opus, q̄ Græcus ille, vtpote qui nihil fueris iustitiæ, sola legis auditione a deo promeritus. Possunt vtiq; apud mortales legis auditores ęquitate pręferre, quod facere apud deum non valent. Siquidem qui legem exequuntur & seruant, iusti habentur.

Græci minus puniendi quā Iudæi.

Cum enim gentes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum conscientia ipsorum. Cum eñ aliquid est de rebus Iudaicis asserturus prudentius loquitur, ne in legē dicere videatur quamvis extollat & magnificat, inquit. Cum eñ gentes quæ legem non hñt, mox illud, quę legis sunt faciunt id est naturali quodam instinctu admirationi sunt. Quia cum lege carerent, legē sunt executi, eorūq; cordibus non literas sed opera insculpsere, & in testimonium bonitatis ducę natura ꝓ lege sunt vsi. Proinde tres legum species explica, q̄ scripto scilicet natura & operibus cōstant. Gentes itaq; lege carent quæ scripta est. Natura quę legis sunt factitat. Cuius nam legis? Eius, scilicet, q̄ operibus constat. Legem vero nō habent. Quam legem? Scriptam videlicet. Sed ipsi sibi loco sunt legis. Natura enim pro lege vtuntur, qui & legis opera præ se ferunt. Cuius? Eius nimirum quę re & operibus adimpletur. Vide q̄ modeste hęc dixerit, ne Iudæos videretur īcessere. Quo eñ pacto nō incessiuisset, si oīa effudisset apertius? eo eñ ne reticuisset recidebat oratio. Qui vero sine lege sunt, natura præuia, quæ sunt, faciunt, eoque & p̄ferri his debent, qui sunt a lege instructi. Abstinuit tñ id dicere, & lętius quiddam subiūxit, videlicet qui sibi pro lege essent. Vnde id plane argumento est superioribus sęculis & antequam lata lex esset, fuisse naturam humanam omni prouidentia fretam. Obstruit pręterea & illis ora, qui forte hmōi obiecissent. Cur eñ ab initio deus non se huc ad nos cōtulit hoīes ad bonū instructurus? Inquit igitur bonorū malorumque illū a principio dedisse mortalibus cognitionem. Verum cum nihil se vel hoc pacto proficere præuidisset, ipse demum aduenit.

Tres legū spēs.

Natura humana etiā sine lege ꝓuidētia fulta est & fuit.

Et inter se inuicem cogitationem accusantium aut defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum. Meminit hoc loco, q̄admodū

A vniuersi simus dei iudicium subituri. Tunc em̃ cogitationes humanę partim incusabũtur, partim & excusabuntur. Quo in iudicio nec accusatore est opus nec defensore. Vt autem formidinem augeat, abscondita dixit, non peccata. Cum homines aperta & patentia iudicent malefacta. Deus vero vel occulta sit iudicaturus per Iesum Christum secundum Euangelium meum, id est per Christum Iesum mihi demandatum.

Occulta solus de⁹ iudicat.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatem eius, & probas utiliora instructus per legem. Cum Gręco dixerit legis opera facienti nihil ad salutem deesse, cõmemorat demum quæ apud Judæos sunt potiora, & quibus illi confisi, & gloriantur maxime, & in Gentes ipsas superbiunt: & primum Iudaicum nomen, ꝙ haud secus hi magnifaciunt, q̃ nos Christianum. Neq; enim dixit Iudęus es, sed Iudęus cognominaris. Iudæus enim confessus dicitur, & Iudas hebraice cõfessio ĩterpretatur. Et acquiescis legi .i. nihil laboris insumis, vt circũuagus, q̃ fieri oporteat instruaris. Sed legem habes te instituentem, deinde iactitas deum tibi esse beneuolum, quippe qui te honoribus auxerit. Quod sane vltimæ dementię est, dei abuti beneuolentia in proximi tui contemptum. Et eius nosti voluntatem, dei videlicet, & probas vtiliora id est magis decentia, iudicas scilicet quid fieri deceat, quidve factu sit indecorum.

Iudas & Iudæus quid Hebraice.

Confidis teipsum ducẽ esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientiũ, magistrum infantiũ, habentẽ formam scientiæ & ueritatis in lege. Dixerat supra legis auditionẽ nihil conducere, nisi & opa p̃sto sint, nec legis auditores tm̃ esse apud deũ iustificatos,
B sed & legis factores. Id est, qui ea q̃ legis sunt exequũtur. Nunc vero ꝙ maius est, infert. Nã siuel p̃ceptor sis, inquiens q̃ vero sunt legis nõ egeris, nihil ꝓdest. Quin exhibet potius maioris cruciatus occasionẽ. Et cũ plurimũ hanc Iudæi p̃ceptoriã dignitatem iactarent, ex ea magis eos ridiculos arguit. Quinetiam cũ cæcorum duces, & insipientiũ eruditores appellat, illorũ obtrectat ĩsolentiã. His em̃ noĩbus illi se duces & aliorũ lumen, & eruditores ꝓfitebantur. Gentiles vero ꝓselytos in tenebris degẽtes, insipientes & stolidos dictitabant. Habes igitur o Iudęe formã cognitiõis & veritatis, nõ in opib⁹ ipsis, aut vllis officijs, sed sola in lege hac tua constitutã, tibiq; ipsi & soli confidis, quasi virtutis formandę sis facultatẽ adeptus. Nec sec⁹ agis ac solet qui apd' se ĩperatoris statuã habeat, neq̃t tñ illi assimilem effigiare, cũ alter accedat quispiã qui nec visam ad verũ effingat & imitetur. Sĩguli itaque p̃ceptores in discipulorũ mentib⁹ figurant boni cognitionẽ & veritatem. Qui si quid ꝓfuerint, ꝑfectiores hñtur. Sin vero tales existimabuntur, quales hi sunt quos nunc Apostolus ĩprobat. Nõnulli vero formã accipiũt ꝓ mentita aliqua, & simulata cognitionis imagine. Proinde dicit, nondum Iudæe veram aliquã es dei notionẽ, religionẽ pietatemve assecutus, sed fucatam poti⁹ adumbratãque tenes.

Proselytus latine aduena & peregrinus.

Qui ergo alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum furaris: qui doces non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola sacrilegium facis, qui in lege gloriaris per præuaricationem legis, deum inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est.

Sciscitando orationem orditur. Iudæos vituperans, qui de doctrina tantopere iactarentur. Dicit aũt sacrilegium quodcunque hi ex idolorum oblationibus subtraxissent. Quę
C & si abominari sunt visi: victi tñ habendi cupiditate, immolationes eiusmõi obtrectabant. Deinde ꝙ grauius est, supinducit, sic inquiens. Qui em̃ in lege gloriaris, tãq̃ per legem sis honoribus a deo donatus, per legis transgressum, deum honore fraudas. Tribus hic modis delinquitur. Primo, quia honorem nõ deferunt deo. Secundo quia haudquaquam hunc venerantur, qui sit honoribus ꝓsecutus. Tertio, quia legi qua sunt honores adepti, eandem transgrediendo ignominiã inferunt. Proinde ne vltro videatur hos criminari. Esaię dictum ꝓducit: eosdem incusantis. Quod sane debet intelligi: cum sicut scriptum est, inquit Apostolus, sic duplex illis obijcit crimen. Et quod non solum ipsi deo contumeliam inferunt, sed alios in id scelus inducunt. Et ad ea q̃ legis sunt non modo nullos instituũt: sed quæ contra hanc faciunt, alios edocent, vt eum quod longe est a lege diuersum, gentes maledictis incessant: quippe quos viderint corruptis moribus viuere, deum dixerint charitate cõplecti, ideoque & hunc maledictis insectantur

Esa. lij Ezech. xxxvi.

Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis circuncisio tua præputium facta est. Qm̃ circuncisionem Iudæi plurimi faciebant, non statim initio supuacaneam hanc & inutilẽ dixit, sed verbis duntaxat videtur ꝓbare: cum re penitus tollat & ĩprobet, inquit, circuncisionẽ non esse inutilẽ, si legem ipse seruaueris. Neq; hanc dixit minus prodesse, ne illam aspernari penitus & afficere ignominia videatur. Exprimit autẽ h̃ Iudæum hoĩem, aperitque cuius ille momenti sit, cum inquit circuncisio

Circuncisio.

Circuncisionis species duæ. nẽ factã esse p̃putiũ, & eundẽ enudat corde esse circũcisum. Porro circũcisionis duas explicat species, & præputia duo, illas quidem apparentes: & q̃ sub aspectum veniunt hęc quæ cognitione & mente cõplecti possent. Quęret aliquis, Cuiusmodi ergo erit apparens hęc circuncisio? ipsis nempe quæ fiat in carne. Spiritu vero qualem dixeris? Talem nimirum qua vitia præcidantur. Potest & aliter spiritalis hæc circuncisio ita intelligi, vt eam dicamus inesse cuiquam, qui gentilis sit animo, nec aliquid sustulerit vitiorum. Inquit igitur Paulus, cum fueris secundum carnem hanc circuncisus, nihil tamen eorum egeris, quæ lege iubentur, spiritu eris incircuncisus, & præputij præcisione carebis. q̃admodũ & qui carnis præputium non absciderit, legem tamen seruauerit, spiritu erit procul dubio circuncisus, q̃n & carnis vitia sustulit, quod clarius in sequentibus explicat.

Spiritalis circuncisio.

Si igitur præputium iustitiam legis custodit, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Non em̃ inquit præputiũ circuncisionem longe p̃stare. Graue em̃ id & molestum foret sed ꝓ circuncisione id duci. Sit itaq; vt circuncisio recta sit actio quædã p̃putiũ vero prauum sit facinus. Aduerte aũt q̃admodum non illud intulit, cum præputiũ legẽ seruabit. Poterat ei quis illis his dictis occurrere. Quo em̃ pacto poterat ab eo, qui ĩ præputio esset, lex ipsa seruari. Esse nãq; in p̃putio, legis est plane p̃uaricatio. At quo pacto iustitias legis dixit? Nimirũ q̃a iustificari ex illorũ videt̃ opib⁹. Circũcisio ei haudquaq̃ operatio erat quĩ poti⁹ ꝑsuasio q̃dã, vt patiẽter ferret circũcidẽd⁹. Itaq; nec legis iustificatio dici circuncisio p̃ot. Erat em̃ in signũ tradita, ne gentibus admiscerentur Iudæi.

Circuncisio cur tradita Iudęis in signum.

Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans te, qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque qui manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus: & circuncisio cordis in spiritu, non litera cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Hoc loco aperte duo pręputiorum gñа explicat. Naturę alterum, alterum voluntatis, vt dictum est. Cum nihil quispiam naturæ, id est ingenita resecuit vitia: & circuncisiones duas carnis scilicet & spiritus. Inquit igitur. Naturale illud p̃putium q̃ vitiorum circuncisionem iam tenet, quia legem adimpleat .i. legis vt dixim⁹ iustitiam: iudicabit hoc est condemnabit. Non circuncisionem. id enim Iudæos nimis offenderet, sed te qui circuncisus secundũ carnem videris, cum sis incircuncisus corde. Quia legis transgressor factus es. Haudquaquam igitur circuncisionem vituperat, quippe quam venerari videtur, & laudibus summis extollere. Sed in eum inuehitur, qui illi ignominiam irrogat. Post horum oĩm perspicuã assertionẽ, definit etiã quid in se habeat iudaicũ nomẽ arguitq; Iudæos oĩa ad ostẽtationẽ moliri. Neq; em̃ in propatulo, inquit Iudæus, sed qui in abscondito, qui nil ꝓrsus corporaliter agat, sed spiritualiter, & sabbata, & sacrificia, & purgationes intelligat. Cũ vero circuncisionẽ cordis, inquit, in spiritu ecclesiasticę vitæ iter ostendit, & ad fidẽ inducit. Hæc nanq; & corde cõstat & spiritu & laudẽ a deo assequit̃, qui corda scrutatur. Nec sc̃dm carnẽ sententiã ꝓfert. Summa aũt q̃ ex his p̃ot complecti, eo tẽdit, vt recte ducenda sit vita. Cũ vero incircuncisum siue Græcum, siue Gentilem audieris, non idolorum cultorẽ intelligas sed eũ qui deum & colat, & virtute sit prædītus, & nulli sit (vt ante diximus) legi obnoxius. E

Caute ad iudęos loquit̃ Paulus.

Circuncisio cordis

CAPVT TERTIVM. F

Qvid ergo amplius est Iudæo? aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit.

Cum ex eo quod (nõ em̃ in manifesto Iudæus est) dixit. quę legis sunt penitus eiecisset, pręuidens obiectionem aliquam imminere, in hanc se parat. Dicet aliquis, Si prorsus est vt inquis, circuncisio ista ĩutilis, cur ergo electa est gens Iudæorum? Hunc in modum obiecta dissoluit, afferens plurimũ adiutos esse Iudęos. Cumque idipsum affirmat, nullas Iudęorum virtutes commemorat, sed dei duntaxat dona & gratiam. Nec Iudæos, inquit, cæteros superare, quia hæc, illa ve gesserint. Sed quia credita sint illis dei eloquia: quod sane dei est beneficium, non illorum officium. Quid enim illud credita sunt, pręt ẽdit, nisi quia oblata acceperit. Quippe qui a deo dignati semper sine, vt oracula superne demissa exciperent. Rursus tamen & alia in medium profert, ostenditque eos diuinis eloquijs, quibus sunt honorẽ emeriti, fidei nihil adhibuisse. Id tñ ex alio quodã inducit. perinde ac si dicat aliquis. Quid em̃ dei eloquia ꝓfuere min⁹ credentibus? Quã obiectionẽ videtur hic soluere cũ nõ Iudæos sed deũ excusat hoc mõ. Si fidem hi nullã diuinis eloquijs p̃stiterũt, quid deo officit? nũ incredulitas illorũ fidem dei euacuauit? id est credita dei eloquia & beneficium? Tãtum

Iudęi honorati plurimũ sũt a deo

A ẽm abest, vt illorum infidelitas deo officiat, vt ex eo gloriã sibi potius vendicet, cum in eos videtur beneficus qui se affecerint ignominia, videns q̃admodum hos crimini fecit obnoxios, vel hisce ex rebus quas illi gloriæ ducerent, id est ex lege accepta. psal. l

Est autem deus uerax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Dixi superius, quid enim, si quidam illorum non crediderunt. Sed postquam non aliqui, sed omnes sunt visi ea incredulitate teneri, prudenti oratiõe vsus ne grauis appareat, quod re actum est, sub dubiũ ponit, perinde ac si dicat concedatur hos omnes incredulos factos. Quid tum? Num vel ex eo iustificatur deus? id est si res veniat in disceptationem, & dei in Iudæos beneficia supputentur, & Iudæorum in deum merita discutiantur, erit haud dubie penes deum victoria: quemadmodum & Dauid testificatur. Est autem deus verax, id est vt manifestetur, ostendaturque. psal. cxv

Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniustus est deus qui infert iram secundum hominem dico? Absit. Aliqui quomodo iudicabit deus hunc mundum? Obiectio nẽ ĩducit hmõi. Deinde q̃rent nonnulli. Si deus cum de nobis sit bene meritus, ingratos nos sentiat, iustus arguitur, vel potius victor euadit, vtpote qui ob ĩmensam clementiam, vel in indignos conferat beneficia cur demum iram infert? id est cur nos supplicio afficit? qui illi & iustitiæ fuimus, & victoriæ causa. Soluit itaq; obiectionem hanc Paulus, & sapienter admodum. Sane (inquit) haudquaquam deo eris iustitiæ causa, cũ te affecerit cruciatu. Esset nanque iniquũ, cum qui vincendi obtulerit causam, a victore pœnas Ioã. xxxviij. Obiectio pulcherrima.

B subire. Deus vero nulli hoĩm infert iniuriã. Nam quo pacto esset mundũ iudicaturus, q nullã seruaret in alios æquitatẽ? Fit igitur vt deus nil sit cruciando ĩiustus, ergo nec tu illi victoriæ causam attulisti, quia in eũ deliqueris. Fieri ẽm poterat: vt aliter sibi vel nulla tua perspecta ĩprobitate, victoria pareret. Hoc aũt scd̃m hoĩem dico, sic intelligitur. Istiusmodi ipse ꝓ deo secundum cogitationem humanam respondeo, hoc est quantum licet homini prouehi cogitatu. Habet ẽm ineffabiles quasdam rationes, quodcunq; egerit deus, quę vel supra humanos sunt sensus, & nostra nil indigent responsione. Deus iustus. Ioã. vltio

Si enim ueritas dei, in meo mendacio excellit in gloriam ipsius quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? ac non sicut blasphemamur, & sicut aiunt nos quidam dicere, faciamus mala ut ueniant bona quorum damnatio iusta est. Repetit eadem vt clarius pateant. Si enim deus (inquit) ex meo transgressu iustus apparuit & verax, quid ob id iudicor, quod in dei gloriã egerim Neque enim damnatione, quin potius corona sum dignus, quod sane si verum deprehenditur. Quod ergo de me dixerint Græci, falso dicunt. Græci namque cum Paulum audissent (vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia) prędicantem, non sine irrisione iactabant dicere Christianos solere, faciamus mala, vt veniant bona: & delinquamus plurimum, vt abunde & gratiam consequamur. Hæc igitur quæ Gręci & maledictis in nos & obtrectationibus dictitabant, vel nunc contigisse videbuntur, si deum asserimus eo bonum videri quia ipsi & improbi sumus & igrati, quod tamen haud ita se habet. Græcorum enim semper mendacium dicta sunt illa, quorum damnatio iusta hoc est iuste cruciabuntur: non ergo vel ipse iustitię deo præbeo causam delinquendo, quip Græcorũ mendacium quid

C pe qui ideo iudicor quia commiserim, nec iudicarer equidem si ad dei gloriam ipse delinquerem.

Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul iutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unũ. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinẽ. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Non est timor dei ante oculos eorum.

Dixit superius aliquid fuisse Iudæis abundantius datum, quia lex illis credita esset. Nũc vero ostendit nihil hos affatim habere quo ad proprias actiones, nam cum rem creditã minus seruassent, magnopere potius improbantur, abundantius tamen aliquid habere sunt præ cęteris visi, quia fuerant a deo electi. Sed postquam ex suis operibus deũ ignominia affecere, & eum nequaq̃ sunt venerati, qui amplissimum illis honorẽ cõtulisset, nõ solũ nihil hñt quam cęteri abundantius, sed reiecti dãnantur. Inquit igitur, tanq̃ ex Iudæorũ persona. Quid ergo p̃cellimus. i. plus quippiam sumus ipsi quam cæteri consecuti, quo p̃stare videmur Iudæi, & a deo probari? Vtpote qui legem & circuncisionẽ accepimus, nequaquã inquit. Siquidem Iudæi æquis criminibus (ne maioribus dixerim) sint cum Græcis obstricti. Vnde id liquet, si quæras? ex Dauid nimirum & Esaia prophetis. Iudæi a deo electi, postea ingrati, & ob id iuste dãnati. psal. xiij.

Dauid enim dicta sunt illa. Non est iustus nec vnus: & advsq; illud eius terminatur oratio, maledictione & amaritudine plenum est. Deinceps Esaiæ sunt hæc. Veloces pedes eorum ad effundendū sanguinem, ad viam vsq; pacis, & nō cognouerunt. Producit aūt & Iudæorū criminatores ꝓphetarum clarissimos. Et q̃admodum de Iudæis hi senserant patefacit, eoq; & Esaiæ dictis explicitis, rursus & Dauid protulit. Esaias quidē liquido de Iudæis edisserit, & Dauid subsequitur. Simulac enim quis a bono diuertit, prorsus inutilis redditur. est em̄ nequitia nihil aliud nisi ꝑuersio q̃dam naturalis cuiusdā ad malū lapsus: ita vt ad ea q̃ cōtra naturam sunt, hoīem traducat, eundemq; nullius vsus effici at. Id enim non vltra hoc viro vtitur ipsa natura, sicuti neque ægrotantē ad eius opera exercebit contritio & calamitas. i. delictū. Nihil em̄ magis q̃ praua facinora ob ipsorū inæqualitatem animam conterunt. Virtus vero tanq̃ naturale quoddā inditū nobis est bonū q͞ nos læniter facit placideque deferri: At malignitas ipsa & vitia longe se aliter hñt, si quidem hoīes diuerse & varijs modis exagitant, excessuque quodam defectuque innotescunt, vnde & nobis dispares quosdam & conscisos animi pariunt motus, ne dicam futura supplicia. Per pacis autem viam intelligas velim eam quæ pro dei voluntate degitur vitam, hæc quippe est quietudinis via. Tollite, inquit, iugum meum, & inuenietis requiem, id sane iter ad veram Christi pacem traducit.

Ps. xiij. Esa. lix.

Inutilis redditur q bono diuertit.

Virtus bonū est naturale.

Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Ne forte id dicant Iudæi nihil ad se hmōi dicta spectare. Inquit Paulus quodcunq; lex ipsa loquitur illis iri denunciatum, qui sint legi obnoxij. Cur enim necesse est, vt lex quæ vobis sit tradita, instituat alios? Legem aūt non Mosi solum, sed vetus omne testamentum appellat. Quemadmodum Paulo superius Esaię & Dauid dicta, legem nuncupauit. E
Per illud vero, vt omne os obstruatur. Iudęorum prætendit insolentiam & vanam dicacitatē. Hanc itaque ꝓpheta obstruxit, qui instar fluminis ferebat, neq; ĩquit, illos ideo fuisse in pctā prolapsos, vt eorū ora occluderentur, sed propterea fuisse a ꝓphetis correctos, ne cū ĩprudētes delinquerent, erratorū ignorantiā gloriæ ducerent, nec solū Iudæi, sed mund⁹ oīs subdit⁹ fiat. i. humilis, abiectus, & inglorius nec ꝓprijs opibus iustificat⁹, & opere indigens aliena, hoc est dei gratia. Quid ergo Iudæe hanc tuam iactitas legem? qui sis, vt cęteri omnes, & noxius: & nihil prorsus ex legis operibus iustificatus.

Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est, testificata à lege & prophetis. Si de lege gloriaris Iudæe, intellige illam tibi maioris supplicij causam fore, quippe q̃ tibi pctā aperuit: qui em̄ prudens & sciens deliquerit, acri⁹ cruciatur verum id tibi tua negligentia contigit, qui cū ea q̃ innotuere pctā nō defugias maiora tibi tormēta cōsciueris, e quibus eo te pacto poteris explicare, si iustitiam dei vel sine lege exceperis. Deus em̄, quia omnipotens est, vel nullis nostris operibus nos iustos efficiet, recte autem dixit manifestam esse dei iustitiam, vt arguat illam fuisse ꝑpetuo, & latuisse iamdiu: & quia testificata est, inquit. i. legis testimonio & prophetarū asserta, demostrat haudquaq̃ nuper esse cœpisse dei iustitiam, vtpote de qua Mosi lex & prophetę mentionem fecissent. Iure igitur naturali suscipienda hæc est, q̃ etsi vel nullo legis ministerio constet, iuuat tamen quod diuinæ iustitię est, vel lege ipsa iustificari. F

Acri⁹ punitur qui sciens delinquit.

Iustitia dei ad omnes ꝑuenit per fidem.

Iustitia autem dei, per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Eiusmodi (inquit) iustitia qua scilicet iustos nos deus efficit ad vniuersos per fidem peruenit, fide enim illata, iusti omnes reddūtur. Iudęi simul & Græci. Non enim est distinctio, quia etsi legem accepit Iudæus, haud tamen græco præfertur. Quippe qui a lege peccati acceperit notionem, non libertatem, quod si pari cum græco obstringitur scelere, priuatur etiam æque & gloria, quandoquidem deum prorsus offendit, offensor autem ignominiam sibi, non gloriam vendicat. Nihil tamen est desperandum, vniuersi namque vel gratis dei gratia iustificantur, cuiusmodi gratia per redemptionem conceditur. i. per libertatem perfectam, quam operatus est Christus: is enim nos cum sese in redemptionem dedisset iustificauit.

gratia

Quem proposuit deus reconciliatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in patientia dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore ut sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Propitiationis hoc loco & sanguinis meminit, vt Iudæo suadeat in Christo remissionem & iustitiam cōparari. Proinde dicit, si em̄ ipsi beluarū sanguine aboleri peccata existimabāt, lōge magis xp̄i sanguine

Propitiatoriū arcæ quid.

A fieri id posse credendū est. Propitiatorium aūt arcæ operculum dicebatur, ꝙ Cherubin vtrincꝫ obtegeret, præferebat insuper & naturam ipsam humanam, quæ diuinitatis esset velamen. Laudibus præterea ab angelorum cœtu, & potestatibus efferebatur, qui illi subministrarent, propter eam quæ ad deum verum est vnitatē: proposuit autem dixit, quia fuerat per Iesu Christi sanguinem prędestinata redemptio, vt sanaretur remissio, id est præcedentium delictorū mortificatio, in sustentatione Christi dei. nā etsi plurima Christi bonitate fruamur, sumus tamen paralyticis & mortuis ipsi persimiles: hæc autē sunt ad dei iustitiæ ostensionem effecta, ne solus ipse appareat iustus, quin & alios peccato demortuos suscitet qui potest soles iustificare, Si deus itaque id facere demonstratur, id est & decori ducit, & gloriæ nobis iustitiam hoc tempore elargiri, quod & peccata inualuissent, & nobis nil esset spei reliquum, tanq̃ qui morbo paralysi videremur correpti, & vita perfuncti, quo pacto tu Iudæus cum sis istiusmodi dei gloriam erubescis?

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non sed per legem fidei. Ostendit nos fide iustificari: vñ & merito Iudæum, īquiens, rogat. Vbinā tua est gloriatio, & animi tumor? Neque em̄ vbi est virtus, inquit, q̃ certe nullam habeat, nisi solam iactantiā subitoque exclusa est & explosa. Hoc est nullū tēporis spatiū habet. Fuerat em̄ vobis ante Christi aduentū in lege hac gloriādum. In præsentiarū vero nulla est ad id opportunitas. Est em̄ lex vestra inutilis plane deprehensa. Si em̄ illa iustificādi vim habuisset, quid op⁹ nobis Christo fuisset? Dicet forte aliquis, Qua lege fuit gloriatio ista exclu-

B sa? Num ab ipsis operibus lege iubēte, qui hæc fecerit, viuet in eis? Hæc em̄ lex ipsa Mosaica imperabat. Nequaq̃ inquit. Sed a fidei lege, q̃ per gratiā non ex operibus largit̄ iustitiā. Vides vt fidē legem idcirco appellet, quia legis hoc nomen apud Iudæos venerationi habetur. Est itaque tibi o Iudæe in fide manendū, quę iustificare vel solari potest.

Lex iustificādi vī nō habuit.

Arbitramur igitur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum deus tantū? Nonne & Gentium? Imo & gentium: quoniam unus est deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide & præputium per fidem. Postquam ostendit iustificationem in Christi sanguine, non in operibus legis constare, finem sermoni facit, inquitque. Arbitramur sane per fidem cunctos iustificatum iri mortales. Neque id dictum grauiter tuleris o Iudæe, quasi absurdum aliquid ex hoc subsequatur. Non enim cuiusquam vnius duntaxat partes tutatur deus, vt te solum saluum facturus sit. Quin vniuersos est homines donaturus salute. Hoc loco acerrime Iudæos impudentiæ arguit. Vt pote qui deum audeant impugnare, cum non existiment, vel gentes salutem assequi per fidem posse. Non enim credunt communem hunc esse cunctorum hoīm deum, curarecꝫ ęque oīa. Vnus igitur est, id est fidem Iudęorum & Gentium deus. Qui & circuncisum nō ex lege, sed fide iustificat. Et qui in pręputio est, fidei intercessu admittit. Facta autem circuncisionis & pręputij mentione repetit etiam q̃ paulo añ dixerat, quib⁹ significabat, neque circūcisionē neque præputiū sine opib⁹ quicq̃ ꝓdesse. Quin obesse potius ꝑ se singulas, & vtrasꝗ demū fide indigere.

Iustificatio nō ex operibus legis.

Legem ergo destruimus per fidē? Absit. Sed legē statuimus. Cum fidē Paulus legē asserēdo destrueret, essetcꝫ ꝓpterea Iudæis infestior, ꝓ sua prudentia rē lenit, inquiens. Legem per

C fidem statuimus, Nam ꝙ erat legi propositum, vt hoīem iustificaret, id nequit illa sine fide perficere. Siquidem vt primum quis credidit, iustificatur. Non igitur legē destruit fides, sed statuit quo verbo iacere illam ostendit, quam postmodum statuit, erexitque.

Fides legē nō destruit sed statuit

CAPVT QVARTVM.

Quid ergo dicemus īuenisse Abrahā patrem nostrum secundum carnē? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam, sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abrahā deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Sat iam de fide rōnibus firmatis, eācꝫ demum olbus necessariam fore, vel Abrahæ exemplo (cuius maxima esset apud Iudęos authoritas) patefecit. Inquit namque Abrahā ille qui tot rebus egregie gestis plurimū claruit, nō ex operib⁹ est, sed fide iustitiam cōsecutus Patrem aūt hunc scd̄m carnē appellat, vt Iudæos ob ea prorsus (q̃ spū fit) cum Abrahā ꝓpinquitate excludat. Quinetiā illos compellit, vt Abraham omnibus in rebus sectentur aitque. Si enī ex operibus iustificatus est ille: gloriam habet, sed non apud deum, hoc est gloriari hic potest, qui suo labore aliquid egerit, sed nō apud deū. Qui vero sit per fidē iustificationem adeptus: & hic gloriā apud deū assequit̄. Et ideo gloriatur, qa dei gratia salutē ab eo: & bñuolentiā cōsecut⁹. Pōt & aliter apd̄ deū ī fide qspiā gloriari: cū illū & laudib⁹ effert: agitcꝫ ꝓ fide suscepta grās: creditcꝫ eidem factu fore facillima, q̃ fieri non

Abrahā ex fide non lege iustificatus.

Geñ, xv. Galat. iij, Iacobi. ij,

Gloriari ĩ deo quõ quis dicatur

possunt. Fidit itaq; in deo & gloriatur, qui nihil hæsitans de deo, quam optime sentit, creditque illi nihil factu esse difficile.

Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundũ debitum. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositum gratiæ dei. Sicuti & Dauid dixit, Beatitudinem hominis cui deus in acceptum refert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus homo cui non imputauit dominus peccatum. Qui operatur, inquit, mercedẽ accipit: q̃ credenti cum deberetur, soluta est tametsi nihi operetur & fidem præ se tulerit, quæ magni habetur. Vt autem haberi pro comperto queat, posse hunc deum qui impie vixerit, non solum a tormentis eximere, sed iustum reddere, illud subdit, Credenti autem in eum qui iustificat, & ideo credenti cui fides ad iustitiam reputabitur, videlicet illius fidem admittit deus. Non ea propter vt mercedem ei dependat, sed vt faciat iustum. Nũ igitur est & hic quippiam allaturus? Fidem duntaxat.

ps.xxx.

Cum itaq; abvsq; Abraham per fidem iustificationem huiusmodi fluxisse ostenderit, & Dauid illam inducit, beatum appellans cui dominus crimen non imputauerit, remq; vt augeat, magnificat. Nam si beatus est, cui gratis remittuntur commissa, longe magis & qui fidem pertulerit iustitiam assequetur. Dicet aliquis, haudquaquam id asseras velim. Permagnum est enim gratis errata dimitti. Is quidem dici & beatus haberi potest, cuius missa sint facta delicta. Neque enim beatum hunc faceret, in gloria insignis esset & clarus. Est namque permagna beatitudo hæc & iustificatione ipsa præstantior. Vtpote quæ pro arce quadam bonorum omnium habeatur, quæ nobis a domino conferuntur. E

Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiã. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Si beatitudo, ĩquit, ei congruit, cui nil crimini ascripserit deus, id est qui sit haud dubie iustificatus: iustior ergo factus est Abraham? & plane beatitudinem consecutus. Spectandum igitur, quando sit ille iustificationem adeptus cum in circuncisione maneret, an in preputio. Beatitudo ergo in preputium cadit hoc est præputio magis, est quam cicuncisioni accommodata.

Abrahã si iustificatus cur circuncisus.

Abrahã præputij & circuncisiõis pater.

abraham credidit resurrectionem mortuorum.

Simile.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ in præputio est, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis: nõ his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur uestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Soluit quod possit inferri obiectum. Dicet aliquis, Si cum in preputio iustificatus est Abraham, cur ergo circuncisus est? Inquit igitur circuncisionis signum pro signaculo accepisse, quo & obsignaret, & prædicaret suam ex fide iustificationem, quam fidem vel dum in preputio esset præ se tulisset. Cum autem duo hæc Abrahæ videantur inesse, preputium scilicet & cicuncisio, per præputium quidem eorum q̃ in preputio sunt ostenditur pater, qui tamen reddat ei creditos nil sui absimiles, & ita vt vel illis fides suscepta ad iustitiam computetur, hoc est vt iusti efficiantur. Ex circuncisione etiam pater esse monstratur circuncisionis, hoc est eorum qui sunt circuncisi. Est itaque Abraham non eorum modo qui in circuncisione sunt parens, sed omniũ plane qui suæ fidei q̃ esse in præputio constat, insistunt vestigijs. F Hoc est, qui idem q; ille & credant & sentiant. Credidit enim ille resurrectura, aliquãdo corpora morte cõfecta habereq; & deum ex se vel decrepito semen excitandi facultatẽ, & filium mox procreandi. Huc redit dictorum summa hęc omnis. Abraham cum in præputio esset, & credidit, & iustificatus est ita, vt eorũ qui in preputio cũ manerent, pater sit habitus. Deinceps circuncisionem accepit in signum eius, quę in præputio esset fidei, q̃ hic etiã cũ circuncisus esset, seruabat. Fit itaque vt qñ in præputio non desit hæc fides. fustra Iudæi aut secus circuncisionem iactare hanc valeat: q̃ hi qui etsi sacculũ aliquẽ obsignatum ostentent vacuis tamẽ pecunijs deprehendatur. Iudæus igitur marsupium gestat circuncisionis signo munitũ, cum fidei nullam habeat notionem, cuius signaculum est circuncisio.

Promissio facta abrahæ.

abrahę fides.

Non enim per legem promißio Abrahæ aut semini eius: ut hæres eßet mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides abolenda est promißio. Ostendit iustificationem haudquaquam ex lege, sed fide fieri. Nunc vero asserit Abrahæ promissionem non ex lege, sed ex fide fuisse ęquitate effectã. At qualis fuit ista ꝓmissio? Nẽpe vt mundi hæres efficeretur. Hoc est: vt in eo vniuersus bñdiceretur orbis terrarũ nationibus. Si ẽm, inquit, lex fidẽ donaret: esset hęc fides exinanita, hoc est inanis prorsus & inutilis esse conuinceretur. Quis ẽm vltra illius consequendæ susciperet curã: si lex pro-

A missionẽ prẹberet? Nequaquam res ita se habet. Nam Abraham promissionis factus est hæres non lege, quippe quæ nulla tunc esset: sed fide quemadmodum & scriptis proditum est. Credidit Abraham deo. Gẽn. xv.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Confirmat hoc loco promissionem ipsam per legem inanem reddi. Inquit enim, legem sequitur præuaricatio, legis vero transgressio iram operatur & maledictionem & supplicium infert. Qui autem supplicio fuerit adiudicatus, quo pacto poterit mundi hic hẹres fieri?

Ideo ex fide, & secundum gratiam firma fit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum. Sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deum, cui credidisti Cum constet legem irã inducere, ideo Abraham, inquit, fuisse iustitiam & hæreditatem adeptum, vt omnia per gratiam cedant. At cui rei conducet hæc gratia? Nimirum vt promissionem confirmet. Non enim in legis morem, vllam hạbet in se prẹuaricationem, vt quæ semel effecerit, nihil habeant firmitatis: verum cum vniuersa sint in dei cum gratia tum misericordia sita, profecto quẹ ab eo conferuntur stabilia fore & certa omni semini .i. credentibus cunctis existimanda sunt. Necq; his solũ qui ex lege fuerint. i. circuncisis: quinetiam & in prẹputio cõstitutis qui semen Abrahæ sunt & iidem ex fide. Ita fit, vt qui fide caruerint neque eius ex semine arguantur producti. Qui oĩm nostrum est parens credentiũ .s. Quemadmodum scriptum est, quia patrem multarũ gentium te constitui corã deo cui credidit. Horum talis est sensus. Abraham cunctorum est pater ante deũ .i. ad instar dei est pater. Et quemadmodum ille est oĩm parens, ita & is non naturali sanguinis nexu, sed fidei ꝓpinquitate cunctorũ est genitor. Propterea & illud adiecit., cui credidit, vt arguat hunc pro prẹstita fide in præmiũ accepisse, vt pater omniũ fieret. Quod si hunc Iudẹus ipse haudquaquam amiseris, imminuisti proculdubio honorem, quem ille est ex fide promeritus.

Abrahã cunctorũ pater cur dicatur. Ge. xvij.

B

Qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quod supra dixerat hoc loco confirmat, credidisse .s. Abraham posse deum, & huius corpus demortuũ excitare, redderecq; & illi seminis genitalis vigorẽ. Idcirco nunc inquit, qui viuificat mortuos. Illud vero, qui vocat ea quæ non sunt tanq̃ ea quæ sunt: ideo intulit, vt ostendat deo nil prorsus ĩpossibile: vel eos Abrahæ liberos facere, qui nõ essent Abrahẹ liberi. Et se nescentis demortuam viri naturã ad filios ꝓcreandos habilem reddere. Nec sane qui deducit, inquit, sed qui vocat. Nam q̃admodum nobis difficile est suis nominibus appellare, quẹ visuntur, & constant, sic illi facile quæ nunquam sunt, constituere.

Ismaelitẹ ex Abrahã per naturã, non per fidẽ.

Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium. Nequaquam, inquit, existimes fuisse honoribus Abraham temere insignitum. Qui enim fieri aliter poterat, qui spem præter humanam diuinẹ præstitit fidem, futurum se multarum gentium patrem nec Ismaelitarum quidem, qui ex se non fide sed natura fluxissent, sed eorum qui fide sui similes forent.

Secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli, & sicut arena maris: & non est infirmatus fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum ferè centum annorum esset, & emortuam Sarræ uuluam. In repromissione etiam dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo plenissime sciens, quia quæcunque promisit deus, potens est & facere. Illud quod paulo ante diximus, spem præter omnem humanam diuinẹ Abraham fuisse potestati confisum, hoc loco confirmat: videlicet, quod denunciatum illi fuisset semen eius vt astra cẹli futurum, & vt maris arena. Ipseque nĩl fide infirmus, quin ea, vel enixe seruata, nulla sui corporis ratione habita, quod esset ætate multa confectum. Nec Saræ vulua considerata, duplici mortificatione affecta. i. senio & sterilitate demortua. Non hẹsitauit, hoc est nil prorsus habuit, quod ille ambigeret. Quin statim per fidem fortior est effectus. Aduerte autem quemadmodum asserat magnis animi viribus indigere credentẽ. Fuere tamen nonnulli, qui fidem eo parui existimarent, quia nihil in se prẹferat difficultatis. Opera vero ob id magnifaciant, quia plurimum habent sudoris, firmitatemcq; & robur exposcunt. Necessarius, inquit, credenti erit excelsus, & fortis animus, vt diffidẽtiæ repellat suggestiones. Siquidem Abraham vt fide inualuit, deo retulit gratias: nil humanis, inquit, fisus est viribus: quin ea quæ digna dei sunt gloria contemplatus, credidit illum indubitanter facere posse, quæ fieri nequirent: quod sane in dei gloriam cedit. Qui igitur deo fidem non adhibuerit, sed hærens & dubius pleraque animo versat, nullam refert gloriam deo.

C

Gẽn. xiij. & xv.

Sara senio & sterilitate affecta.

Ideo reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum. Quia reputatum

est illi ad iustitiam: sed etiam propter nos quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum
Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit p ropter
iustificationem nostram. Cum magna quædam de Abraham explicasset, ne quis forte
occurrens, inquiat. Quid nostra hoc interest? Sic subdit, qm̃ nost ri ob gratiã scripta hęc
Fides quõ paranda. Heb. ix. i. Pe. iij.
sunt, & ad iustitiam nobis fides ista concedet, hã c isto mõ paremus in eum credẽtes, qui
& Iesum a mortuis reuocauit. Quod subdubius maneas, quo pacto poteris adipisci sa-
lutem? Noscendus præterea, qui tua omn ia aboleuit delicta, qui nullo suo facinore, sed
ob mundi errata mortẽ oppetijt. Cum ita prorsus innoxius persunctus est vita, merito
etiam resurrexit. Quo enim pacto, qui sit peccati ĩmunis, detineri apud inferos potuit?
Mortuus igitur est, & excitatus a morte, vt a prauis nos facinoribus eximat, & iustos
f Abrahæ ides.
reddat. Vt igitur Abrahã, cum eius esset corpus demortuum, vigorẽ pristinũ recupera
turũ se credidit: sic ipse pro certo habeas velim, Iesum & mortem obijsse, & advitã fuis
se a mortuis reuocatum, quod tibi hauddubie vt tuo progenitori iustitiæ tribuetur.

CAPVT QVINTVM.

De modo viuendi.

IVstificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christũ
per quem accessum habemus per fidem in gratiã istam, in qua stamus & gloriamur in spe
gloriæ filiorum dei. De modo viuendi hoc loco differit. Nam cum de fi-
de magna quædam dixisset, & opera verbis extenu asset, ne desides forte
efficiamur, & nihil agendo inhęsisse inerti ocio videam ur: refert demum, E
quemadmodum ducenda sit vita. Cum enim, inquit, iustitiam nobis a t tulit fides, nequa
quam vltra peccandum erit: quin potius pacem cum deo con ciliemus, & vitam hanc ita
degamus, vt illum oblectet. Quo pacto (ĩquies) fieri hoc liceret? Nimirũ per Iesum Chri
stum dominum nostrũ: is enim nobis (quos cum dilectis obstringemur, iustificauit) opẽ
Gratia q̃ ex baptismo.
est simul & operam præstaturus: vt in iustitia perseueremus, eoque ad illũ accessum ha-
buimus. Quod si longius nos aberrantes reduxit, longe magis adeuntes se detinebit. In-
uexit aũt nos in hanc gratiam. Quo pacto? In fide scilicet. i. cum fidẽ intulissemus. Verũ
quę ista est gratia? bonorum, inquam, omniũ quæ nobis per baptismum obueniunt asse
cutio. In qua stamus, hoc est, in qua obfirmati & stabiles sumus. Permanent neq; bona il
la cælestia, nec casum aliquem patiuntur. Nec solum eorum quę consecuti iam sumus,
est nobis firma possessio, sed alia capiendi spes est. Gloriamur enim, inquit, in spe bono-
rum, videlicet quæ in nos sunt ferendo quę cum ad dei gloriam faciant, nobis vt confe
rantur, necesse est, & si minus nostri ob gratiam, vt illi tamen gloria deferatur.

Non solum autem, sed & gloriemur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam opera-
tur: patientia autem probationem: probatio uero spem, spes autem non confundit. Non solũ, in-
Patientia xp̃ianorũ propria. Spes humana fallax.
quit, futuris in bonis nos gloriamur, sed quod pręstãtius est, & in præsentibus hisce no
stris angustijs. Neq; enim id iniquo ferendum est animo, quod angimur ipsi & vrgemur
cum Christiani potius sit hæc gloriatio. Quo pacto? Nimirum quia pręssura patientiam
parit, patientia vero eum qui fuerit oppressus, probatissimum reddit, qui vero de se ex
perimentum dederit, suæ conscientiæ bonitatis confisus, quia dei ob gratiam malis plu
rimis vrgeatur, sperat haud dubia pro his præmijs recepturum. cuiusmodi spes nec labi F
tur vnquam, nec sperantem confundit, nec fallit siquidem rerum humanarum spes om
nis, cum exitum qui sperabatur nacta non fuerit, confusionem affert in se cõfidẽtibus.
Quod tamen haudquaquam ea spe quæ in ea sit habita potest contingere. Ille nanque
nobis, cum immortalis & bonus sit: largiturus est bona. Quæ vtrique se capiẽtibus pari
unt vitam, qua vel defuncti fruuntur. Quo fit, vt nihil impediat, quo minus vobis ad vo
ta succedit spes ista in deo sita.

Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Confir-
Spes bonorum cęlestiũ non concidit.
mat quæ nobis a charitate ipsa, quam erga nos deus ostendit, sunt obuentura. Quasi in
huiusmõi (inquiat) nil diffidas. Non enim bonorum cælestium spes ipsa cõcidet. Qui eñ
nos adeo est charitate complexus, vt per spiritum sanctum, vel nulla nostra ĩdustria dei
filios fecerit: quo pacto post multos labores non palma & coronis donabit. Diffusa est
itaque charitas dei in cordibus nostris, hoc est abundans & opulenta est visa spiritum
nobis in corde habentibus, quem ipse immiserit.

Accedat etiam, quòd Christus (cum infirmi essemus) secundum tempus pro impijs mortuus est. Vix eñ
pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitam quis audeat mori. Commendat autem suam charitatem
deus in nobis quoniã si cũ adhuc pc̃tores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multò magis igitur

iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Dixerat dei charitatem in
A cordibus per spiritũ sanctum preferri, quem ipse contulerat. Exprimit preterea charitatis ipsius diuinæ magnitudinem ob eam, quam Christus nostris gratia, qui sumus infirmiores, hoc est qui delinquimus, subijt mortem. Siquidem infirmitas ipsa peccata prætendit, q̃admodum & iustitiam sanitas. Nec solum pro peccatoribus ille, sed etiam pro impijs vltro mortem adiuit. Quod sane debet maius videri, tametsi pro iusto vix quispiam moriatur. Præfertur itaque amoris immensitas eius, qui voluit pro delinquentibus nobis & impijs mortem obire. Secundum tempus, hoc est tempore decenti & destinato (cum enim oportunum est visum) mortuus est. Quod si ex charitate mortem ille perpessus est, & per mortem iustificauit, longe magis hoc tp̃e ab ira nos tutabitur: quippe quos iam iustificarit. Contulit enim, quod præstantius videbatur iustificationem videlicet, & ab ira nos demum, vtrum sit nec ne excempturus addubitamus? A qua cũ erimus liberi, & bona est ob ingentem suam in nos charitatem daturus. Christus nos per mortem quõ iustificauit.

Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius. Videtur de rebus ijsdem habere sermonem, tametsi diuersa sint sensa, quę comparationibus exprimũtur. Superius nanq; illud esse nos scilicet peccatis obstrictos, ꝓposuit, deinceps iustificati subijciens, ꝑ cõparationem intulit, cũ peccatores essemus, iustificauit per mortẽ, & longe magis iustificatos saluabit. Nunc vero & Christi vitã & mortẽ repetens sursum cõparando explicat sensum, hoc pacto inquiens,
B Tunc quidẽ conciliati ꝑ Christi sanguinẽ & mortem fuimus, nũc vero eius in vita haud salui efficiemur. Qui eñ nec proprio filio pepercit, qui illum morti conciliandi nos gratia obtulit, nonne vel in præsentiarum maxime illius in vita saluos nos reddet?

Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Non modo, inquit salutem sumus iam consecuti, quin etiã gloriamur in deo, id solum, quia cum impij fuissemus, salui sumus iam redditi, & per vnigeniti sanguinem gloriamur & per dominũ Iesum, quippe cum ipse sit huiusce nobis gloriæ causa, qui & reconciliationis fuerit. Pauli gloria.

Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors ipsa pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Cum iustificauit nos dominus Iesus, dixisset: ad ipsius mali radicem diuertit, peccatum videlicet & mortem. Indicatque id vtrunque, vnius hominis Adę vitio inuasisse mundum, abscessisseque itẽ hominis vnius, id est Christi virtute. Quid vero illud sibi (in quo omnes peccauerunt) velit, explicabo. In Adam scilicet omnes homines deliquerũt. Nam eo labente, vel qui de ligno nihil edissent, suo crimine mortales sunt facti? Perinde ac si ipsi forent peccato obnoxij. quia ille peccasset. In Adam quõ deliquisse oẽs dicantur.

Vsque enim ad legem peccatum erat in hoc mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri. Arguere nititur qui de ligno nec manducassent, nequaq̃ pari cum Adam obstringi facinore, alioqui ob Adę peccatum haberi pro
C peccatoribus, & fuisse mortales effectos, idipsum quo pacto confirmans. Ad legis vsque promulgationem regnauit peccatum, hoc est anteq̃ lex ederetur. Quæret aliquis. Quo ergo pacto cõmittebatur? Nimirum non ex legis præuaricatione. quod enim erat futurum peccandi genus, lege non edita? Tunc eñ delictum admitti existimatur, cum leges conduntur, quas hoẽs aliqñ transgressi, dicuntur fuisse in crimen collapsi. Mors autem ad Mosen vsq; regnauit. Id est, anteq̃ lex vlla ferretur, nec profecto illa vnq̃ regnasset, nisi aliquod extitisset ꝙ hanc confirmasset, pct̃m. Cũ aũt perspicuum sit, ex legis trãsgressu (quæ nulla esset) nondum deriuasse pct̃m, relinquitur sane Adæ fuisse præuaricationem, q̃ occasionem attulerit, qua mors ipsa vel in eos regnaret, qui quantum in se esset nil deliquissent. Qui eñ non legem accepit, neq; illam transgessus est, haudquaq̃ dicitur facinus commisisse. Veruntñ præuaricantis Adæ similitudine vel cæteri omnes crimine obstringuntur, & cum Adam, qui forma est Christi tanq̃ progenitore fiũt peccati participes. Nam quemadmodũ Adam ille vetustior, cunctos vel immerentes crimini suo fecit obnoxios. Sic Christus omnes iustificauit, vel si iustificationem minus essent commeriti, & Adam idcirco est forma futuri, hoc est Christus. Adę præuaricatio. Vetustus Adam.

Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt longe magis gratia dei. & donum in gratia unius hominis (Iesu Christi) in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex uno in condemnationem, gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ.

Adā forma xp̄i.

Non modo, inquit, tantum profuit Christus quantum Adam offecit. Si em̄ peccati tanta vis fuit, vt delinquente vno, vel cæteri omnes, nullo admisso crimine, quia ortum ex eo duntaxat habuissent damnarentur, lōge magis dei gratia & patris. Nec huius solum sed filij insuper in multos affatim defluxit. Nec tanti illud est dei minus, quāti ob vnius erratum damnatio. i. addictum damnationi peccatum, quod ex Adam vno manauerit. In damnationem. i. in mortem. Vel quia eius posteri, multum increscentibus vitijs, tantopere sunt euecti ad scelera, vt non solum delictis, verum & motibus infecerint homines. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Hoc est gratia non modo pristinum illud deleuit peccatum, quin & reliqua sustulit mala quæ postmodū inualere mortales. Quippe cum crimina, quæ post præuaricationem sunt consecuta, prorsus dissolue rit, nobis ad iustitiam cessit.

Simile.

Si enim in unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uitam regnabunt per unum, Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationē, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationē uitæ. Si em̄, inquit, de ligno homine vno gustante, mors ipsa regnauit, longe magis & nos, qui gratiæ sumus vbertatem & abundantiam nacti, & iustitiam consecuti, per vnū Christum Iesum & vita potiemur & regno. cuius & fratres sumus effecti, & vnius panis participes. Nec secus illi inhæsimus quā capiti corpus. Neq; em̄ simplici aliquo & vnico bono affecti iam sumus, vt quicq̄ sit de futura gloria hæsitandum. Sed gratię abundantia bona nobis īpartit, qui haud secus habendi sumus, ac alius quispiam qui æris alieni sit obstrictus magnitudine. Vbi cum liberis & vxore in carcerem traditur, non solū carcere & debita pecunia liberetur, sed donetur etiā talētis mille, inuectusq; in regiā aulam dignetur honore āplissimo, sicq; demū ab īperatore in filiū adoptetur. Vt itaque sensum cōcludat, sic īquit. Igit̄ sicut p̄ vnius delictū oēs hoīes p̄eunt: sic p̄vni⁹ iustitiam in oēs hoīes diffunditur grā, hisque & iustificationē ꝓ peccato cōdonat, & vitā ꝓ morte. E

Delictum vnius. Vnius iustitia.

Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam, iusti constituentur multi. Non enim rei eiusdē repetitio est vt apparet, sed cum diceret superius, sicut per vnius delictum: sic per vnius iustitiā. Nunc quid sit vnius delictum interpretatur, exprimitque quid inobedientia sit, per quam cōstituti sunt peccatores multi, id est homines supplicijs obnoxij, & mortis rei. Quidve sit vnius, id est Christi iustitia, atque hanc esse mortis obedientiam & crucis mortem, perquam obedientiam, morte contrita, ex mortis sumus erepti damnatione.

Lex autē subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictū, superabundauit & gratia. Postquam Adæ culpa ostendit fuisse omnes damnationi adiudicatos, Christi vero iustitia salutē adeptos, iure q̄s posset ābigere, quærereque. Quid ergo tot sęculis lex ipsa effecit, si iustitiā nobis īpertitus est Christus? Inq̄t igitur legē subītrasse, hoc est ad tēpus aliqd' fuisse hanc traditā, non vt prior ipsa iustificaret, quippe q̄ subiens, peccatū potius accumulabat. Multa em̄ iniunxit, q̄ cū homines transilirēt, augebatur delictū. Lex itaque tradita est īminuendi gratia tollendique praua facinora. Habuit tn̄ longe diuersum rei euentū hoīm sane, non legis incuria. Cum itaque per legem abundauit peccatum superabundauit tn̄ per Christū & gratia, quæ non solum a peccatis arceret, quin & iustitiam largiretur, cælestesque faceret hoīes, & in dei filios adoptaret. Ideoque non abundasse, sed superabundasse dixit, vt eius gratiæ exprimeret vbertatem. F

Grā supabundauit per xp̄m.

Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternā. Cū sup̄ abundare grām diceret, & rei indicat rōnem, ne diffidamus. Inquitque ad instar regni alicuius se habere peccata: mortē vero in multis armati morē. Si nobis igitur dn̄atur peccatum, q̄ mortem habeat sub se militantē: longe magis & gratia in nos imperiū est habitura, q̄ iustitiam ducet, delicti perniciem. Quod cum perdiderit, & morti sit interitū allatura, & vitam inductura sempiternam, & quasi acie vtrinque instructa. Peccatū quidē pro milite mortē habebat: gratia vero iniustitiam sustulit. Igitur iustitia quod regnaret peccatum, & mors vna cum peccato, ita effectum est, vt vita sit sempiterna inducta

Grā sustulit iniustitiam.

CAPVT SEXTVM.

Quid ergo dicemus: permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui peccato sumus, quo pacto adhuc uiuemus in illo. Cum dixisset, vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Dicturus est & forsitan aliquis. Nil ergo committere desinamus, vt increscente delicto concrescat & gratia. Id igitur hūc in modum nunc soluit, absit inquiēs, quod

A prohibentis est. Idque Paulus dictum in rebus solet absurdum admodum per alios affirmatis, vsurpare. Ita mox subdit, quia peccato mortui sumus, id est quantũ ĩ eo est morti adiudicamur: ergo nec vltra illi gerendus est mos verum quo pacto in delicto viuemus, cum illi scilicet ita afficimur, vt ei obtemperemus. Ex eo autem nouimus fidelem omnem esse baptismatis gratia peccato demortuum: eundemque si negligentius agat, excitatum tandem & ad vitam redactum, vt cum delicto feratur in pręceps, vt impiger cõtra & diligens apud se. semper huiusmodi mortificationem seruat, peccatoque imperat & illi non obsequitur.

Mori peccato quid sit.

An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum ipso per baptismũ in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Confirmat quemadmodum peccato mortui sumus, per baptismum videlicet. Sumus em̃ in Christi morte nos baptizati, hoc est vt ille morte affectus est, & nos moriemur. Baptisma enim in nobis eũ obtinet locum, quem crux ipsa & sepultura in Christo. Ille nanque carni & mortuus est, & surrexit: nos vero peccato morientes, virtuti sumus resurrecturi, vt quemadmodũ Christus carni surrexit a mortuis per gloriam patris, hoc est, per suam diuinitatẽ. Patris em̃ est gloria filius. Sic & nos per aliam quandam surgamus resurrectionem: id est per vitæ nouitatem Sic & mœchus aliquis & lasciuus cum sit continentior: & si mortuus fuerat, resurrexisse dicetur, confecta nequitia: & excitata virtute.

Virtutis resurrectio.

B *Si enim complantati, facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus pctõ.* Non enim dixit, quoniam participes sumus similitudinis mortis suę effecti, sed cõplantati, vt ipsius plantæ nomine & fructum simul ostendat. Domini enim corpus cum esset in terris sepulturæ mandatum, fructum protulit. Et quoniam in terra ille, nos vero sumus in aqua sepulti, Et ipsi quidem peccato, ille corpore. Propterea non morte dixit: sed mortis similitudine: qui etiam vel resurrectionis participes erimus et vitæ illius sempiternę hæredes, quia bonis operibus resurrectionem pertulimus. Nam & vetus ille noster homo, id est nequitia, simul est cruci affixus, hoc est haud secus quam Christi corpꝰ suspensum patibulo, baptismo est consepultus, vt corpus peccati destruatur. Vel etiam dixit nequitiam quæ varijs modis composita sit tanquam vnum sit corpus, vel quod ex ea in illa corpus hoc nostrum prætenditur, in peccata procliue. Et ideo inferat, vt nõ vltra seruiamus peccato. Velim autem corpus hoc nostrum morte affici, non vt intereat, sed vt non delinquat.

Vetus hõ id est nequitia.

Qui enim mortuus est peccato, iustificatus est à peccato. De quouis hoĩm hæc loq tur. Nam q̃admodũ qui hac sit vita ꝑfectus, a peccato iustificatur. i. soluitur & liberatur, sic & ipse qui sit baptismo perfusus, & peccato demortuus, in hac morte persistas necesse est.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam uiuemus cum eo. Scientes quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & ipsi existimate uos mortuos quidẽ esse

C *peccato, uiuentes autem deo, in Christo Iesu domino nostro* Videtur hoc loco Apostolus lõgiori oratione prouectus, ꝙ tamen haud ita se habet. Superius nanq; disseruit oportere nos semper peccato esse demortuos. Nunc vero vt in nobisipsis vitæ illius diuinæ habenda sit resurrectio. Nã si cum Christo mortem per baptisma obiuimus, credimus tñ nos vel vitę ipsius nouitate resurrectionem assequi posse, nobis perpetuo affuturã. Christus siquidem non amplius moriturus, viuit in sempiternum. Et quia mortuus sit, peccato dicit obijsse, hoc est nostris erratis, tametsi morti non esset obnoxius. Quod aũt viuit, viuit deo. i. diuinæ potentiæ. In dei em̃ & patris virtute vitã agit ꝑpetuã. Et qm̃ nõ iterato moriturus est Christus, nec ipsi quidẽ secundo mortẽ baptismi ob gratiã patiemur. Maneamus igitur in prioribus, hoc est in mortem quidẽ peccati resurrectione vero eius q̃ secundum deum est vitæ, hoc est in Christo Iesu adipiscemur. i. illius ope. Qui em̃ vel mortuos suscitat longe magis & viuos in vita tutabitur.

Christus quõ mortuus peccato dicatur.

Manẽdũ in morte peccati.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis illi in concupiscentijs eius. Postq̃ sat patefecit, nos nec violentia vlla nec necessitate coercitos, sed voluntarios ab ipsa nequitia demeri. Nequaquã huiusmõi intulit, ne scilicet tyrannidẽ in vos peccatũ exerceat, sed minime regnet. Rex siquidẽ volẽtibꝰ ꝑsidet. Cũ vero in nostro mortali corpore, inquit, duo q̃dã ꝑtendit alterũ quia minus stabiles sunt corporis voluptates, quippe ꝙ mortale, & non diuturnũ. Quo fit, vt nihil illi quo diu lętandum sit, possit accidere,

Voluptates corporis quales

neq; quę laboriosa sunt, tolleret. Vnde nec ei licebit tristitia quæq; vel agonē defugere, q̄ sunt plerunque voluptatibus præuia. Altera aūt nos cōmonefacit, mortalitatē hanc a delicto fuisse corpori indutam. Noli ergo morē ei amplius gerere, ꝙ mortē inducit. At quale est peccati hoc regnum? Tunc quidem illud videbitur potiri imperio, cū in his ei obtemperabimus, quæ & voluptatis sunt, & corporis cōcupiscentiæ. Fit itaq; vt nihil officit corpus, sed id quod ad peccandum præstatur obsequium, maxime noceat. Aduerte aūt quam sumus ipsi a Christo gratiam consecuti. Deliquit itaq; Adam, īmortale corpus sortitus: nos vero & si mortali obducimur, peccata simul & vitia superamus.

Mortalitas inducta corpori per delictum.

Neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis, peccato, sed exhibete uosipsos deo, tanquā ex mortuis uiuentes, & membra uestra, arma iustitiæ deo. Vbinam gentium sunt Manichęi, qui corpus suapte natura nequam & improbū astruebant, cū constet, armorū loco id esse. Arma vero mediū teneant, virtutem inter & vitia. Mihi siquidem ad ciues tutandos, cōceditur. A prędonibus vero ad ciues perdendos, ferrū arripitur. Nolite ergo exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato. Qui enim delinquit, in ꝓximū sæpe, in seipsum semper nequiter agit. Sed deo exhibete, plane discernentes quantum inter deū & peccatum intersit, vel quæ sit conditio potior peccati, ne quod afferat mortem iugum subire: an dei, qui vitā. Cum vero arma iustitiæ mēbra ipsa appellat, & simul (quod paulo ante dictum est) patefacit: non est corpus per se iniquum. Si potest illud ad iustitię arma conuerti: simul, etiam vt ostendat imminere & bellum, ob idque sub deo duce militiam exercendam, & arma fore in animę defensionem exponenda.

Manichęi arguūtur.

Corpus ꝑ se non est iniquum.

Peccatum enim uobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia. Corpus, inquit, hoc vestrum ante Christi aduentum, facile a delicto expugnabatur. Neque enim spiritus aderat opem laturus, neque qui peccatum vim trucidandi haberet baptismus. Propterea neque lex, quæ facienda iniungeret, quicquam proficiebat. Cum vero Christus in mundum prodisset, facilior facta est colluctandi potestas. Vnde eo acrius nobis sint allata certamina, quo maiora sunt transmissa subsidia. Nullū igitur in nos imperiū habet peccatum, nisi enixius ipsi succubuerimus, quippe quibus nulla sit imposita lex, quæ iubeat solum & nihil afferat opis. Sed gratia cōtributa, quę superioribus delictis omissis, de bonis futuris faciat certiores. E

peccati īperium in nos malū

Quid ergo, Peccabimus? quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam qui exhibuistis uos seruos ad obediendū, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Vbique occurri posse obiectionibus Paulus suspicatur ideoq; illas & inducit & soluit, quemadmodum illud, cum absit, inquit. Deinde perfacilē nobis arguit esse peccandi abstinentiam: pernoscite itaque vtrunq; sit satius, peccati ne obstringi nos seruitute, vtroq; illud adire (id em̄, cū exhibete inquit, prętendit) & mortē lucrifacere. i. immortale suppliciū nobis parare. Siquidem Adę peccatū mortē peperit corporis pręsens vero delictū mortem intulit sempiternam. i. perpetuis hoīes supplicijs tradidit. An Christo obtemperare, iustitiamq;, & quę hanc consequuntur bona adipisci.

Gratias autem deo, quòd serui fuistis peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis. Ideo inquit deo habendæ sunt gratiæ, quoniam non humanę illud sed diuinæ potentiæ est, fuisse vos e tantis erutos malis. Non enim coacti, sed voluntarij, & e corde obtemperastis. Non ergo vobis pristina illa repetenda sunt mala, a quibus sponte iandudum defeceritis. Ostendit præterea cum fuerint non induti ad bonum traducti, esse id omne diuinæ gratię ascribendum. Traditi em̄ estis, id est a deo deducti estis in formam doctrinæ. Qualis autem sit doctrinæ hæc forma, si quæras. Certe vitam dixerim rectorem, & bonis operibus incumbentem. F

Doctrinæ forma q̄d

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditijs, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Duplici estis a deo affecti beneficio, & quia estis a tanta scelerum fœditate erepti, tum etiam quia vobis permissum est iustitię inseruire, quod sane vobis ad gloriam cedit non mediocrem. Cum vero esset illi dicendum, quandiu peccato obtemperastis, tandiu & deo præstate obsequium: anticipans, inquit, humanum dico, id est tenue, quod & exiguum, & vestræ infirmitati conueniens. Nā & si longe magis deo sit peccatis inseruiendū, ob vestrā tm̄ infirmitatē vel parem eius q̄ delicto exhibuistis, deo p̄state nunc seruitutē. Videte quā ꝑspicuū id obsequium fecerit, ꝙ vltro impendamus, cū inquit. Quemadmodum exhibuistis membra vestra in seruitutem, tanquam vosipsi mancipantes peccato, īmunditię

Immunditia.

A iugum subistis, incœstus videlicet, adulterij, & rerum earum quæ nequeunt, cum obscœna sint, explicari. Tametsi cum de sola immunditia dixerim, de quouis scelere dictũ velim, vtpote quæ ad omnes per hunc ipsum sermonem commune quid habeat ad iniquitatem, id est, cum nequitiæ plurimum studeatis. Neque enim cum facinus aliquod vnũ admittebatis, illo cõtenti reliquis per vos finis imponebatur, sed scelus vnum aliud succedebat, vt vestra nequitia in maius excresceret. Pari ergo mensura exhibete membra hæc vestra iustitię inseruire, hoc est, omni virtute contendite, vt cõtinenter & sancte pro pristina illa immunditia, quod reliquum vobis est vitę degatis.

Peccatorũ nexus.

Cum enim essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Cum in nequitia, inquit, versabamini, eratis a iustitia soluti & liberi. Hoc est, nõ illi subiecti, eidemque obsequi aderat omnino voluntas, sed procul ab ea ferebamini. Nunc vero iustitię huic seruientes, nil prorsus eritis peccati seruitute detenti, quem prꝗterea ex ea cœpistis immunditiæ fructum? Prꝗter pudorem profecto nullum. At quid illi erubescebant? Olim nimirum commissa & praua facinora, quorum finis mors est. Quæ etsi corporalis plerunque esse deprehenditur, animæ tamen ad perniciem semper est & interitum. Factum est tamẽ, vt mortem huiusmodi euaseritis munere dei singulari. Pudor vero ille perutilis & in vobis restiterit. quippe quos prꝗteritorum nunc pudeat scelerum.

Pudor immunditiæ

Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem dei, uita æterna in Christo Iesu
B *domino nostro.* Ex delicti operibus qui sequitur fructus, erubescentia est. Ex iustitiæ vero actionibus sanctificatio, puritas & castimonia in fructum obueniẽt, illi⁹ finis mors est, huius, vita perpetua. Delicti stipẽdium mors est. Stipendium vero pecunia dicitur, quæ militibus a principe ad commeatum dependitur. Peccatum igitur nobis, quos seruos habuerat, seruitutis in prꝗmium mortem retribuebat. Gratiam autem non mercedem dixit a deo futuram, perinde ac si inquiat. Non enim laborum accipitis prꝗmia, sed per gratiam fiunt hæc omnia in Christo Iesu, qui hæc operatur & factitat.

Stipendiũ peccati. Stipendiũ quid.

CAPVT SEPTIMVM.

AN ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nam quæ sub uiro est mulier, uiuenti uiro alligata est lege. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Omissa mortalitate ad legum sanctionem transgreditur. Ostẽditque non vltra debere hos esse legi obnoxios. Lex enim inquiens, cuius vos notionem habetis, in hominem dominatur, quandiu vitam hanc duxerit. In mortuos vero nullum habet imperium. Fit itaque vt ipsi legi mortui sitis, cum nihil illa in vobis habeat potestatis. Idipsum ante exemplis corroborat. Viro enim (inquiens) mortuo, mulieri facultas est alteri se viro coniungere. Sic & hoc loco, lex ipsa viro similis potest videri, vos vero fœminæ, proinde vt ita prosequeretur
C exigebat oratio. Itaque, fratres, nihil ampli⁹ vobis lex dominatur, quia mortua sit. Abstinuit tamen huiusmodi dicere, ne Iudæos offenderet, sed mulierem inducit, sub cuius persona Iudęos ipsos expressit, vt quemadmodum illa viro hac vita defuncto libertatẽ adepta est, sic & Iudæi lege cessante, legis sunt potestate exempti.

Iudæi lege cessante legis potestate sunt exẽpti.

Itaque, fratres mei, mortificati & uos estis lege per corpus Christi, ut sitis uos alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Si mortui fueritis ipsi effecti nequaquam sub lege estis. Nam si viro iam mortuo non vltra est mulier obligata, longemagis cum & ipsa e vita abscesserit, a legis erit iugo soluta. Estote ergo & vos a lege liberi, per Christi corpus cruci pro nobis suffixum. Ideo nanque hoc corpus fuit morte affectum, vt legi vos morientes sub altero sitis, qui vestri ob gratiam & mortuus sit & resurrexit. Lex enim vbi semel interijt, vita non amplius fruitur. Christus vero moriens viuit, nequaquam ergo vobis licebit ab eo deficere qui viuens sit. At quid nobis inde lucri obueniet? Nẽpe vt deo fructificemus, hoc est, vt ex eo ꝙ cũ xp̃o iniuimus fœdere, deo rectas pariam⁹ rationes.

lex Iudęorũ interijt

Lex nihil facit ad corporis vitia vitãda.

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut morti fructificarent. Cum ostendisset legem nihil nobis proficere ad vitia corporis euitanda, propterea quia commonefaciat duntaxat vt recte viuatur, non demat vitia, mox illud subdit. Cũ essemus, ingens, in carnis vita per praua quædã facinora, pecca-

torum passiones, quæ nobis per legem innotuerunt, per animam in nostris mēbris operabantur. Neque enim apertius dixit membra ipsa nequitiā exercuisse, ne pbeat carnem criminandi occasionē. Anima siquidem citharistæ loco habenda est, mēbra vero p cithara, q̄ si ineptus forte ille pulsauerit, & ipsa inconcinnū sonū reddat necesse est. Si legi itaque ipsi subijcimur, cum minus liceat vitia nobis defugere, morti praua opera gignimus.

Aĩa citharistę, mēbra citharæ loco.

Nunc autem soluti sumus lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. Non enim dixit legem fuisse irritā redditam & inanā, ne Iudæos laceſſeret: sed ipsi, inquit, sumus a lege soluti, id est moriendo dimissi, & in libertatē redacti & mortui, & immobiles ad eam rem facti qua antea tenebamur, peccatum scilicet. In hoc em̄ eramus quasi vinculis irretiti: mortui autem illi sumus, vt deo seruiamus in nouitate spūs, non in literæ vetustate. Olim nāque haud facile virtus poterat vendicari, cū Adam in corpore illo mortali pleraque naturę vitia excepisset. Nunc vero Christi munere in baptismi ablutione natura hæc nostra per spiritum est obfirmata, qui nos īnouauit & iuniores effecit, & ab literæ infirmitate liberauit. Propterea & in veteri lege perrarus erat hominū cælibatus. Nunc vero nostræ huius ecclesiæ homines innumeri sunt, qui non modo Veneris abstinentiā, sed etiam sibi mortis contemptū pepererint.

Nouitas spūs, literæ vetustas.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam non cognoscebam, nisi lex diceret, non concupisces. Cum pleraque attulisset, q̄ legem visa sunt obtrectasse, cuiusmodi illa sunt, peccatū vobis non dominetur. Neque em̄ sub lege estis, sed sub gratia. Et lex subintrauit, vbi abundauit delictū, & pauloante, qm̄ passiones pctōrum quę per legem proferuntur & literæ vetustatem, & istiusmodi omnem mitiget suspicionem, quasi obiectionem quandā inducens, & perinde ea in re cōsulturus sic inquit. Quid igitur dicemus de lege, num illam peccati insimulabimus? Moxque id soluens. Primum nititur interdicto, absit inquiens, vt in his solet q̄ absurdiora videtur. Deinde rationes quasdā proponit. Lex, inquit, peccatum non est, sed peccatum aperiens. Neque em̄ concupiscentiā cognouissem, si lege non esset concupiscentia interdicta. Verum quo pacto vel extitisset diluuiū vel Sodoma conflagrasset, nisi vel ante æditā legem, mali notionem habuisset hęc cupiditas. Noscebatur sane peccatum, sed nondum erat cōcupiscentia interdicta. Neque adeo illud cognitum erat, vt non magis in posterum legis testimonio innotesceret. Superioribus enim seculis naturali quadā lege literis postmodū demandata delicti habita est cognitio, quod profecto maioris vesaniæ causam præbuit, non legis vitio, quę ad bonum instrueret, sed eorum neglectu, qui legi minus vacarent, quod in sequentibus perspicuum facit.

lex pctm̄ non est.

Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Non enim legem dixit concupiscentiam peperisse sed peccatum. Quod dici secundum aliquos potest iners quædam & corrupta voluntas, vel dæmonem per peccatum designat, quod vtique sensere nōnulli, vel voluptatis est studium. Impetuosus em̄ est quidā ad peiora prolapsus, qui legis doctrina ad ea vtatur, quę secundū se fuerint. Quemadmodū em̄ & medicus febricitanti cuiq̄, & gelidā potionē intempestiue optanti, quominus explere sitibundā illam permiserit auiditatē, eo magis augebit, non imminuetque sitim, & medici officiū sit potum eiusmodi interdicere, ægrotātis sine potione manere. Sic & lex ipsa homines instruebat, vt hos a concupiscendo abigeret voluntas tamen peccati oblectatione detenta, prauā hanc propagauit cupiditatē, neque vnum aliquod huiusce concupiscentiæ genus, sed multiplex & varium prosemināuit, malū enixe operata. Siquidem cū quis aliquid exequi quod ferat animus prohibetur ilico insanit & furit maxime, & peccatum tum magis patebit, cum lex præteritur. Nam sine lege delictum emoritur, id est nusquam esse existimatur. Lege autem extante & decētia suggerente, viuit peccatum, id est extat & delictum esse conuincitur. Vnde sciēter delinquunt qui legem transgrediuntur.

Iners & corrupta voluntas

Ego autē uiuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mandatū peccatum reuixit, ego autē mortuus sum. Sub sua persona apostolus humanam naturā prętendit, sic inquiens. Ante traditam Mosi legem, viuebā equidem sine lege. Propterea nec vehemens erat in me condēnatio. Cum aūt mandatū venisset, peccatum apparuit delictum esse. Ēmuero & prisci illi, si quod in crimen collaberentur, vel imprudentes & nescij delinquebant. Legi vero id boni inest, quod hominibus quæ praua sunt aperit. Illud autem mortuus eram, duplici modo potest intelligi. Vel quia deliquerim, vel quia acriori supplicio obnoxius sum effectus. Quod sane non legis est crimen, sed eius qui legē offenderit. Exēpli gratia. Ægrotat

A quiſpiam, nec valetudine ſe affectum intelligit, accedens medicus laborare hunc morbo ſignificat, iniungitque hoc illo ve cibo abſtineat, quo minuere ęgritudinem queat, ſic ille cum medico nihil obtemperat, moritur.

Et inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per iſtud occidit. Neque enī mandatū mihi factū eſt ad mortē dixit, ſed inuentū, vt hunc in modū rei abſurditatē exponat. Legi nanq; mēs erat vt ad vitā traduceret, eoque & tradita eſt. At ſi ex ea, mors ipſa defluxit, nō eſt propterea illa culpanda, ſed paccatū, i. īpetus ille, qui ad malū defertur, & corruptus & voluptuarius animus quin potius, vt proprius loquar, voluptas me ipſa ſeduxit, occiditque ſub mandati prætextu. Quod ꝑfecto ſi nullū fuiſſet quod errata monſtraret, neque cōmiſiſſe viderer, nec forē tormentis obnoxius. Occidit vero, cū inquit, ad vtrūque poteſt accōmodari. Peccatū videlicet & pœnā, vt illud eſt quod dictū eſt ſupra, mortuus ſum; Apoſtolus id demū concludit & ſentit, lege non exiſtente nec imputari peccatum. Illa vero iam ædita, nec tamen ſeruata, apparuiſſe delictum & reuixiſſe. Vnde quia fuerit mandati facta tranſgreſſio, ſubſecutum eſt crimen. Hoc eſt, in apertum prodijt, & peccati ſubſtantiam ſubijt, quæ antea nunquam ceſſante lege ſubiſſet, nec mente ſit & cogitatione comprehenſa, cum nec lex quidem aliqua eſſet. Itaque cum neque ad peccandum, quantum in ea erat, lex ipſa cauſam vllam obtulerit, nec a peccato quidem homi-

Lege non existente non īputari delictū.

B nes eximendi vim habet. Fit ergo, vt legis ob impotentiam, dei gratia egeamus.

Itaque lex quidem ſancta & mandatum ſanctū, & iuſtum, & bonū. Ecce apertiſſime hoc loco Marcioniſtarū, Manichæorūque, & Simogianorū veteris obtrectantiū teſtamentū ora obſtruxit. Sanctā eī perſpicue prædicat legē, ſanctū inſuper & mandatū æquū & rectū. Lex autem ſctā a mandato hoc differt, tanq̄ a particulari quod vniuerſale ſit. Leges eī partī dogmata ſunt, partim mandata, vt quę legis ſunt dogmata ſanctiora, ſic & quę in operibus verſanē mandata & ſctīmoniā, habent & iuſtitiā & bonitatē, tāetſi quos diximꝰ, huiuſmodi legē hęretici, tanq̄ ab īprobo aliquo Deo latā, blaſphemēt, & criminentur.

Legis ātī qua impotentia.

Marcioniſtæ. Manichęi

Quod ergo bonū eſt, mihi factū eſt mors? Abſit, ſed peccatū ut appareat peccatū, per bonū mihi operatum eſt mortem. Lex quidē haudquaq̄, inquit bona, Abſit, ſed peccatum me interemit. Vt perſpicuū ſit quantum illud ſit malum, quod ſane peccatum vel ſi a lege ipſa medelam acceperit, deterius redditur. Peccatum autē vt ante diximus & voluptuoſum animum eſſe intelliges, peccandique īpetū, ſiue dæmonem ipſum, vel opera quæ a voluptate trahuntur. Sint itaque deo & gratię, qui a tantis nos malis eruerit.

Lex a mādato quō differt.

Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Vt fiat, hoc eſt, vt appareat quanta ſit peccatum pernicies. Quemadmodum & illud, fiat deus verax, id eſt, appareat, innoteſcat. Hoc vero peccatum patuit per mandatum legis, videlicet quæ ad interitum vtebatur mandato, nec ſecus ac morbus ſolet, qui cum medicorum medelis & cura fiat deterior, malam ſui habitudinem dicatur præferre, quandoquidē medentis arte nihil ꝑfecerit.

Scimus enim quòd lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum uenundatus ſub peccato. Cum per mā-

C datum dixiſſet patuiſſe peccatum, ne forte exiſtimes legem huiuſmodi eſſe criminis cauſam reſpondet pro lege, & eius patrocinium ſuſcipit, profertque communem quandam ſententiam. Nouimus, inquit, ſpiritalem hanc legem eſſe. Eſt nanque illud certiſſimum & omnibus plane compertum, tātopere legem abeſſe, delicti ſit cauſa, vt ad virtutē erudiat & nequitiæ aduerſetur. Id enim ſpiritalis prætendit. At vnde ergo peccatum hoc prodijt? e diſcipulorum nimirum, vel negligentia vel imbecillitate. Ego enim carnalis ſum, inquit, hoc eſt, natura hęc noſtra humana oīs, ſiue āte ędita legē, ſiue cū eſſet in lege oēm in ſe vitiorū turbā excepit. nec ſolū ob Adę ꝑuaricationē ſumꝰ mortales effecti, qn natura hęc ipſa venūdata & legi ſubiecta, tātopē vitia cūcta admiſit, vt neq̄at reſpirare.

Quod enim operor non intelligo. Non oēm hic ignorantiam prędicat. Si eī per iuſtitiam delinquerent homines, quo iuræ cruciarentur. Sed quid, inquit obducor? Quibuſdā ipſe & corripior tenebris, & neſcius ſum quemadmodum rapiat me delictum, vt quod ignorem id faciam, fit itaque, vt non facti imprudentiam pręferat, ſed angi ſe potius & inſidias perpeti & dolos, & inuitum arripi fateatur. Hęc autem omnia, etſi de his diceret, qui ante Chriſti aduentum fuiſſent, illos tamen in ſui perſona expreſſit.

Peccatū quō interdum accidiat Paulus.

Sed quod odi hoc facio. Vides quemadmodmm neque violentiam indicat, neque neceſſitatem. Adieciſſet enim & illud, quod cogor facere id ago. Nunc haudquaquam inquit huiuſmodi aliquid, ſed quod odio, volo itaque illud, ita vt diximꝰ, eſt capiendū. Verum quo pacto & parua homines cōmiſerunt? quia & rapti ad malū, & fragiles ſint,

Humana natura nō nisi a xp̄o sanari poterat.

& huiusmodi fragilitatē ex Adę transgressu exceperint. Quibus reb⁹ nec mederi lex p
terat, tāetsi quæ faciēda essent, denūciaret. At xp̄s adueniens hæc cuncta sanauit. Hic eni
per hęc p̄tendit Apostol⁹, quę vel antea dixit vel dicturus deīceps ē, vt arguat hūanam
naturā īsanabilia quędā fuisse ꝑpessam, nec potuisse nisi a xp̄o adiutā denicꝗ resanescere.

Si aūt quod nolo id facio, consentio legi quòd bona sit. Quod aūt bona sit lex, patet ex his q̄
ipse cognoui, inquit, nec corrupta sum mente, tāetsi mala pertracto.

*Nunc aūt iā non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatū. Scio enī quòd non inhabitat in me,
hoc est, in carne mea bonū.* Nō eī carnē dixit effecisse, sed peccatū. i. peccati violētiā, quæ
me arripuerit. Quid ergo deblaterant qui carnē obtrectāt, & a dei opere faciūt alienam?

In eos q carnē obtrectant.

Quærat aliqs, quomō id inqt Apostolus, nō in me habitat, hoc est, ī mea carne bonū? di-
cā equidē, cū cōstat hominē ex duobus esse cōpositū, aīa .s. & corpore, horū sane alterū
cæteris dn̄atur & pręsidet, alterū vero i. caro, vt serua obsequitur. Nō igitur inhabitat
in carne quod bonū est, hoc est, nō residet in corporis potestate, sed aīæ. Quicqd itaqꝫ
destinauerit aīa faciendū, & corpus faciat necesse est. Neque id secus se habet quā si dixe

Homo ex duobus constat

rit quispiā nō in cithraa esse, sed in citharœdo, vt pulcher aliquis, & cōcīn⁹ edatur son⁹.
Necꝫ id inquiens citharā ille insimulabit, sed organo illum & citharę p̄stare monstrabit,
qui hanc ex arte pulset.

*Nam velle adiacet mihi, perficere aūt bonū non inuenio. Non eī quod uolo bonū hoc facio, sed quod no
lo malū hoc ago. Si aūt quod nolo istud facio non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatū.*
Cum non inuenio inquit, molestiā & insidias peccati ostendit. Liberat eī cum aīę, tum
carnis substantiā crimine, & omniū summā in prauas actiones, & voluntatē ipsam con-
uertit. Cum eī dicit quod volo, aīm eximit culpa. Cū vero non amplius operor illud, car
nem a detractione tutatur. Quis igitur malū hoc operatur? Praua certe & peccatis assue

Velle aliquid simpliciter dei op⁹ ē. Velle malum, mētis est vitium.

ta voluntas, quā non ex deo esse opifice constat, sed ex nostri animi motu quodā & ipe-
tu. Nam aliquid velle simpliciter, dei est opus, velle autē mala, nostræ mentis est vitium.
Dictum est supra quid sit peccatum, & quemadmodū peccati violentia animum nostrū
per voluptatem corripiat.

Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Obscure dictum,
quasi aliquid desit. Sic enī dici oportuit inuenio ergo legē fauentem, volenti mihi qui-
dē bonū facere. Non aūt facienti, qm̄ mihi adiacet malū, sed summa rei est hæc boni erā
(inquit) cognitionē cōplexus, quod bonū & legē inuenio iuuisse & extulisse. Et idē ipse
quod bonū est exequi velī, cōprehendor tn̄ a peccato corripiorqꝫ. Ita fit vt iuxta me ia-
ceat malū. i. mali operatio nondū a me sublata sit. Est & aliorū eiusmodi in ea re senten-
tia. Primum ꝙ imperfecta sit hęc & manca oratio, deinde quod construi hoc pacto pos-
sit. Inuenio aūt legē nemini alteri esse impositā, nisi mihi facere bonū volēti. Siqdē soli
duntaxat recta agere cupienti hæc erit in legem, vtpote quæ idē sentiat quod ipse cupi
at, vt in sequentibus patet.

*Condelector enim legi dei secundū interiorē hominē, uideo autē aliam legē in mēbris meis repugnantē
legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati quæ est in membris meis.* Nouerā equidem
vel antehac quod dicimus bonū, quod cū mandatū literis cōperissem, & legē laudo &

Lex pc̄tī in mēbris cur, ita dicatur.

cū ea secundū interiorē hominē sentio vel secūdū meū hunc sensum. Video aūt aliā legē
i peccatū, quod eo legē appellat, qui ꝗ qui ab ea fallūtur obtēperant, vereturqꝫ hanc le-
gē deserere, tanq̄ lex sit quā præteriri non liceat. Delictū id igitur mentis meæ legē op-
pugnat. i. naturalē. Verū quod pauloante interiorē hominē dixit, hoc ipsum nuncupat
mentē, & me inqt peruincit, quin potius captiuū ducit, quod sane naturę legē & scriptā
superat. At quo pacto cōprehendit & ducit in seruitutē? nimirū peccati lege. i. violentia
& virib⁹. Nō enī dixit carnis īpetu aut natura, sed lege peccati quod meis in mēbris do-

Legum quatuor species

minatur, ꝙ profecto nihil ad carnis facit detractionē. Nā queādmodū si inuaserit quis-
piam regiā domū incolatqꝫ, nihil illud adscribitur ædibus contumeliæ. Sic & peccatū cū
in nostris insederit mēbris, nō eapropter caro neqtię arguetur. Quippe cui vis fuerit illa
ta. Nonnulli vero quatuor esse legū species asserunt. Priorē dei q̄ nos instituat qd sit fa-
ctu decorū. Secūdā quę plane īpugnet q̄ nobis diaboli oꝑa suggerit. Tertiā q̄ mentis est
lex, id est, naturæ. Quartam quæ in membris consistat, hoc est, voluntatem ad ad pecca-
t procliuem, & consuetudine quadā obfirmatā ad malam animi promptitudinem.

Lex naturalis insufficiens

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Lex naturalis insuffiiciēs videbat
per se scrip ta lex nil valuit. Sūt ergo vtręqꝫ pc̄tī tyrānide suparę. Vnde igit̄ erit salutis
spes aliqua? quis me liberabit a corpore mortis huius. i. morti subiecto? Nā postq̄ illud
est ex Adę præuaricatione patibile redditum, simul & eo reddactum est, vt facile queat

A a delicto cõprehendi. Sed dicet quispiã. Si corpus tanta felicitate a pctõ corrumpitur, cur ergo sunt tormentis affecti qui ante Christi aduentum deliquerant? Sane quia ea facere videbantur, quæ vel dominante peccato perficere potuissent.

Gratias ago deo meo per Iesum Christum dominum nostrum. Cũ enim inops cõsilii esset & dubius nec aliũ inuenisset, qui sibi salutem afferret, necessario Christum cõuenit, eoque deo & patri gratiã refert per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc est qui vt patri gratiæ haberentur, prębuit causam Quippe qui ea perfecerit, quæ exequi lex ipsa nequiret, & me hac corporis fragilitate exemerit, illudque adeo roborauerit, vt nulla possit peccati violentia superari. Sed q̃admodũ ob Adæ transgressum, cum mortale esset effectum facile poterat peccato conuinci, sic per eius qui & affixus est cruci & resurrexit, obedientiam pignore incorruptionis accepto, peccato viriliter aduersatur.

CAPVT OCTAVVM.

Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est his, qui in Christo, qui non secundum carnem ambulant: sed secundum spiritum. Seruio pro seruiebam. Meminit em̃ præteritorum: nã cum dicendũ fuisset, nulla ergo nunc relinquitur condẽnatio, & c. & explicanda esset Christi ineffabilis gratia: recordatur tñ quemadmodum nobiscum prioribus seculis ageretur, vtq; boni habuerimus nationẽ. Sed carne. i. per carnis fragilitatem legi peccati subijciebamur. Nunc vero nihil dãnationis, inquit, hos manet qui sunt ĩ Chri-

B sto, hoc est vt baptismo eluerentur dignati: quinetiam illud obiecit, qui non secundum carnem ambulant, vt arguat id omne nostra negligentia factu, præsertim cum liceat in præsentia & facile sit secundum carnem minus incedere, quod sane tunc graue omnib⁹ & perdifficile erat. nec solũ est, inquit, ab huiusmodi carnis incessu absti nendũ quin accedat oportet & quę spiritu fiat, deambulatio. Neque em̃ quempiam magis nequitię abstinentia ipsa coronat, quam virtutis, & spiritualium operum participatio. Lex spũs lex pcti.

Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Legẽ spũs spiritũ sanctum appellat, q̃amodum & legẽ pcti ipsum delictum. Vitæ aũt legem eo intulit, vt hanc a peccatis lege secernat quæ mortem inuexit. Dei nanque vel gratia peccatum simul & mortẽ peremit, & certamen nobis cũ leuius effecisset mox & colluctationem induxit. Ausæ sunt iniquæ quorundam lingug hoc loco vitę legẽ pro Mosi lege interpretari quam tñ & Apostolus haudquaquam hoc modo, sed sanctam appellat & spiritalẽ. Si spiritalis, inquiens. Mosaica est lex, quid igitur differt a lege spiritus? Valde quidem Mosi enim per spiritum data est lex, hæc vero spiritum subministrauit.

Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Cum spiritus mentionem fecisset, nunc patrem commemorat & filium & trinitatem nos edocet. Videtur autem aduersus legem dixisse, quod tamen non ita se habet. Non em̃ legis nequitiã dixit, qua mali quippiam egerit, sed ĩ quoerat infirmior. At quo pacto sit ĩfirmior facta in carne, inquit, hoc est, quia quæ carnis sunt, saperet: omnium autem sensus quæ per apostolum

C dicta nunc sunt, in sequẽtibus explicatur. Inquit enim (quemadmodum supra diximus) legem ipsam instruendi habuisse facultatem, non tñ quiuisse ingenitam carnis sensibilem peruincere. Pater itaq; filium suum demit in carnis peccati similitudinem, id est carnem habentem, & si nostrę huius peccatis obnoxiæ similitudinem quidem secundũ substantiam peccati tamen expertem. Et quoniam peccati fecerat mentionem, adiecit similitudinem.. Neque enim aliam Christus præter humanam hanc carnem assumpsit, quam & sanctifi cauit assumptam, & coronauit, condemnauit, condemnato peccato, quod carni inesset, quam suscepisset, hanc ipsam ostendit nequaq̃ esse natura peccatis addictam. Similitudo optĩa.

Nec secus Christus effecit quam faceret quispiam, qui muliere aliqua in foro vapulante conspecta vt eam a verberantium manibus eruat, fœminæ illius se vel priuatæ, & infimę fortis filium fateatur, cum regius sit. Potest & de peccato superiori quodammodo intelligi, videlicet ꝙ pater filium de peccato transmiserit. i. expugnandi gratia peccati, vel quia conuincitur peccatum graue admodum & exitiale. Quandiu em̃ in facinus aliquod labentibus exitio erat peccatũ, iure his videbatur mortem inferre, at vbi & Christi corpus: quod esse sine delicto deprehenderat, morte affecit, quia inique egisset, cõmisissetq; grauiter, dãnationem excepit. Misit itaque suum filium deus cũ vt peccatum iniquitatis & errati argueret, tum vt iustius id condemnaret. Ne forte illud iactaret Diabolus, Christum vi & propria potentia superasse.

Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritū. Dicet aliquis, quid mea refert, si in ea Christus quam sumpserit carne, victoriam retulit, quin potius tua inquit magnū immodū interest, nam legis iustificatio .i. exitus ipse & destinatio (hoīem eñ iustificare destinauerat deus) in nobis finē sunt nacta. Nā q̄ facere lex nitebatur, id Christus nostri est gratia executus, ille quidem certauit, nos vero victoria fruimur: eoq; nobis erit ne labamur, cauendum, qui non secundū carnem īcedimus, hoc est qui nequaquam quæ carnis sunt sapimus, quinimo nec sat erit minus id sapere nisi (vt dictum est supra) & spiritus adsit sapientia. Propterea secundum spiritum addidit. Declina enim a malo, inquit, & bonum facito: tametsi Christum audiuimus victoria nos condonasse, haud tamē erit in pristinos relabendum errores, quin lauacri gratia tutanda, quandoquidem leuior nobis hoc tempore futura sit, quam antea colluctatio.

Legis iustificatioī nobis finē nacta.

p̄s. xxxiiij

i. pe. iij.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui uero secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Qui enim īmoderatius carnis se addixerit seruituti, quæ carnis sunt mente volutat, & nil prorsus quod dei sit animo versat: qui vero spiritui prorsus subijciuntur, quæcunque ad spiritū attinent, & sentiunt & exequuntur.

Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax. Carnis prudentiā crassiorem mentem appellat, quam quia deterior sit, hunc in modum denominat, non quidem quod per ipsam aliquid sentiat caro, sed quia crassior quædam illi insedeat mens, ob carnis prudentiā, perinde ac si dicat aliquis, Mens est carnalia sapiens, q̄uemadmodum & spiritus prudentiam dicimus animum, qui sentiat spiritalia, quæ prudentia vitam parit, vt longe appareat a mente hac carnea disiuncta, quæ non vitam, sed mortem progenuit: pacem insuper spiritus prudentia procreat, vt differre ab his videatur quæ insequuntur.

Carnis prudētia. quid sit,

Spiritus prudētia.

E

Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Spiritalis vtique mens pacē gignit: q̄ vero carnea sensit, odium generat erga deum. Dicet aliquis, Ergo & manus illatus est deo, qui carnis est sapientiam nactus. Nequaq̄, inquit, sed quia diuinę legi non subditur, inimicitias fertur hic exercere in deum, neq; id quidem cū audis expauescas, sed q̄admodū dicet, intellige. Non enim valet carnis hæc sapientia, quo ad vsque sic manserit, deo subesse, alioqui haud secus se illud haberet, quam siquis inquiat fœminam impudicam, fieri continentem non posse: neq; enim dixit non poterit, sed non pōt: interea dū scilicet in carnis sapientia permanet. Nā quo pacto Paulus ipse & latro, & alij fere innumeri ex improbis fuissent probi effecti, si istiusmodi fieri nō poterat īmutatio? Sic & in euangelio dn̄s. Non potest arbor mala fructus bonos facere, quandiu .s. illa in sua malitia manserit. Nil itaque nobis quod carnis, sed q̄d spiritus sit sapiendum, vt pacem ineamus cum deo, qui spiritum nobis largitur quo cuncta erunt factu facilia, quæ in lege videntur difficultatis habere plurimum.

Pauli immutatio.

Mat. vij.

Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autē in carne non estis, sed in spiritu. Hoc est qui carnis sapientiam sectātur nequeunt deo gratificari q̄diu cōditiōe in hac fuerit. Non eñ ob carnis substantiā exprimit, sed vitā ipsam, q̄ per carnis instigationē crasse degatur, vt hoīem (vt ita dixererim) totū carnificat q̄admodum & in veteri testamēto habetur. Non permanebit sp̄us meus in hoībus istis, quia caro sunt: & alibi. Vos aūt nō estis in carne .i. non operā datis carnali vitę, sed spiritali. Verum cur non illud & intulit Vos autem non estis in peccatis, q͵ hauddubie exposcere oratio videbatur, cum in carne non esse dixisset? Vt intelligas non modo per Christum extinctam fuisse peccati tyrannidē, sed carnem ipsam tolleratu leuiorē, & spiritui esse ꝓpinquiorem effectam, nam q̄amodum ferrum cum in igne & versatur & consuescit, ignis redditur, sic & illorū caro qui spiritum per baptismum exceperint, in spiritus cōmutatur ardorem.

Carnis via

Gene. vi,

F

Pc̄ti tyrānis p̄ xp̄m extincta.

Si tamen spiritus dei habitat in uobis. Siquis uero spiritum Christi non habet, hic non est eius. Non enim dixit si Christi spiritum non habetis, ne molestius dictum id videretur, sed spiritum, inquit, Christi siquis non habet, neminem notando, is Christi non est & iure quidem. Habetur nanq; pro signaculo spiritus, quo qui caruerit, domini non erit qui per illud signaculum innotescit.

Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem. Addit his dictis hilaritatē quandā auditoribus, si Christus in vobis est inquiens. Tametsi plerią; hoc loco Christum pro spiritu ipso acceperint q͵ tamē haud ita se habet. Si eñ sentit Apostolꝰ, q͵q Christū habet, & sp̄m habeat sit necesse. Nā vbi vnā constiterit esse sanctæ trinitatis substantiā, eodē & reliquæ consequuntur. Ve-

Substantiam vocat q̄ a Græcis hypostasis dicitur.

A rum quid inde nobis plus quippiam est obuenturum, si Christus apud nos commoretur. Nimirũ, quia quo ad peccatũ demortuũ erit, hoc corpus, & vitã spiritus est largiturus, cum nobis inhæserit. Hoc est, non solũ spiritus ipse fruitur vita, sed alijs hãc potest præstare. Est aũt vitæ spiritus ipse per iustificationem, hac obseruata, nõ erit delictũ: delicto aũt prorsus sublato, nec mors quidem futura est. Ergo id omne ad vitam concedet, si ætas hæc nostra secundum deum per nos transigatur. Hæc enim vera est vita, cum erimus peccato demortui, & in futurum insolubilis illa manet & sempiterna.

Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra. propter inhabitantem spiritum eius in uobis.

Iterato de resurrectione nunc disserit, inquitq;. Ne perturberis animo, quod mortali obductus sis corpore, habes nanque dei spiritum qui hristum a mortuis excitauit. Vtq; & illum eduxit ab inferis, sic plane & te suscitabit, quinetiam condonabit & vita. Resurgent præterea & qui hoc spiritu carent, sed in suppliciũ: qui vero spiritus fuerint, in vitam suscitabuntur. Eoq; Paulus nõ dixit, corpus suscitabit, sed viuificabit propter inhabitantem in vobis spiritum Nec qui inhabitasset, intulit, sed inhabitantem, vtpote q̃ vobiscum ad fidem vsq; sit permansurus. Vt eñ minime laturus est deus, si suum in vobis spiritum inesse prospexerit, quin suis in nuptijs vos simul admittat: sic si spiritus vid□ebit esse ĩmunes, omnino disperdet, etiãsi a mortuis reuocabis ad vitã. Mortificate igitur corpus hoc vestrũ, vt spiritus in vobis inhabitet, vt huius gratia & vita donemini.

Resurrectio bonorum, & malorum quõ differat.

B *Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.* Cum iam patefecerit quantum spiritalis hæc vita afferat commodi: quippe quæ Christum nostri faciat inquilinum: cadauera ipsa excitantem. Commonefacit demum & arguit nil nos esse carni sed spiritui ipsi obnoxios. Nam dei in nos beneficia per gratiam conferuntur. Nostra vero benefacta ex debito exiguntur. Edisserens autem quare menti non carni dixerit, ne id de carnis natura dictum intelligas, secundum carnem viuere intulit: perinde ac si inquiat, non enim penitus carnis curam ademerim, quippe cui plurimum sumus, quia fouet nutritq;, beneficio hoc ipso obstricti: sed studium omne quod carni impenditur, quod ad peccandum inducit, prorsus sustulerim. Viuere autem secundum carnem is dicitur qui carnem vitæ præfecerit sempiternæ eandemq; & animæ heram constituat.

xp̃s nostri inquilinus,

viuere secũdũ carnem.

Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta corporis mortificaueritis, uiuetis. Mortem dicit, futurum in gehenna immortale supplicium, alias tamen & mortem vitam appellat, quæ in hoc seculo prauis facinoribus obuoluta degitur. Quemadmodum contra, cum spiritualem ducimus vitam, ĩproba corporis facta mortificamus & vitam illam incorruptibilem sumus in futurũ victuri, & in præsenti hanc ipsam acturi, cum officio & virtute: siquidem qui mundo moritur is sane viuit. Aduerte aũt q̃admodũ non corpus asserat morte conficiendum. Quod proculdubio ꝓ homicidio haberetur, sed corporis opera mortificãda, & praua præsertim. Nec visum simpliciter & auditum qui naturales sunt corporis actiones, necandos inducit, sed horum abusum.

corp⁹ nõ esse morte cõficiẽdum sed corporis opera.

Quicunque enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Dixit superius illos esse victuros, si
C praua opera morte conficerent: nunc vero mercedem his & coram superiori illa longe maiorem promittit, qui a deo videlicet in filiorum sint adoptionem recipiendi. Ideoq; haudquaquam dixit, quicunq; spiritu viuunt, sed quicunque aguntur. i. gubernantur & diriguntur. Et spiritum ipsum cum animæ tum corporis constituunt dñm. Nam & si baptismum acceperis, & dei sis filius per baptismum effectus: spm̃ vero nequaq̃ fueris ducem sortitus, feceris sane donorum huiusmodi omnium iacturam. Vniuersi ꝓfecto per lauacrum accipimus spiritum duci autem per omnem vitam hoc spiritu quasi nostro quodam iure deposcimus, & ideo non illud dixit, quicunq; acceperit spiritũ, hi dei sunt filij, sed quicunque spiritu ducuntur.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Dixit filios dei esse qui spiritu agerentur, & quoniam Iudæi sibi sunt visi adoptionem hanc vendicasse, vt illud. Filios & genui & exaltaui. Et alibi. Filius meus vnigenitus Israel. Ostendit hoc loco quantum nostram inter & illorum intersit adoptionem, inquitque. spiritum illos accepisse seruitutis. literam scilicet legis hoc modo appellans, quæ & si fuerit a spiritu promulgata, seruis tamen maxime congruit, vtpote quam & supplicia & corporum lapidationes, vstiones insuper subsequantur & minæ, vt illud. Gladius nos deuorat, & ideo ingens est illis præ oculis obiectus timor, rursumque & his æqua sunt præmia. Nam & terræ promittuntur, & parui sunt

Esa. i. Exod. iiij.

Spũs seruitutis litera legis

mandata momẽti:& seruilia quædã. Fit itaq; vt illi, & si filij dicebantur, iustus seruorũ tamen hoc loco sint habiti. Nos vero pro ingenuis ducamur & liberis, quippe quibus & cęlestia præmia ꝓponuntur, & cæli regnum. Non pro tormentis, lapidibus ipsi obruimur, neq; huiusmodi pœnis a sacerdote afficimur. Sat habet si ꝓ graui facinore a Christi mensa repellimur. Sunt præterea & dei mandata ingenuis nobis satis accommoda, cuiusmodi illa sunt. Nihil cupide respexeris alienum, nullum feceris iusiurandum, mitte quæ possides, non timore supplicij, sed spiritus potiundi cupiditate. Vnde & charitas comparatur quod sane liquet ex his, qui etsi mandata magnum in modum excesserint, non tamen acerrime cruciantur. Cumque a Iudæis spiritus ipse abesset, in nos tamen gratia abunde defluxit.

A xp̃i mẽsa qui repelluntur

In quo clamamus: Abba pater. Iudaico vsus est verbo, quod a pueris solet & filijs, cũ patrem appellant, vsurpari. Quid ergo? Nonne & Iudæis mos erat, deum patris hoc nomine, clamitandi? Maxime. Deum, inquit, genitorem tuum dereliquisti. Et rursum, Deus vnus nos effinxit, ꝗ & pater vnus est omnium nostrum. Quæ & si dicta de illis fuisse constat, eorum tamen est nemo inuentus, qui interpretandum deũ dixerit patrẽ. Quod ipsi in præsentiarum facimus omnes baptismo accepto. Quod si forte Iudæorum non nullos id egisse comperimus, suopte ingenio, non vulgata quadam eorum consuetudine fecisse credendum est, cum fideles ipsi spiritus sancti suggestione id factitent. Nam quemadmodum nouimus vaticinandi spiritum ei inesse qui illum exceperit, idque ex rebus futuris, quæ ille prædixerit, coniectare solemus, sic spiritus adoptionis eo dinoscitur, quia illius instinctu, qui hunc ipsum accepit, deum dictitat patrẽ. Est em̃ hoc vel vnum spiritus sancti inter cætera donum, quemadmodum Paulus idem in subsequentibus explicat. E

Abba pater verbũ iudaicum

Spũs adoptionis.

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filij dei. Paracletus ipse suo testimonio gratiam adstruit, quę nobis est data. Non em̃ vltro Abba illud sine alterius assertione pronunciamus, sed paracleti illud est donum: & ipse nos per spiritum instruxit, id est per gratiam, vt ita precando loquamur. Abba pater.

Galat. iiij

Hęredes cuius.

Si autem filij & hæredes. Hæredes, quidem dei, cohæredes autem Christi. Cum constet nõ omnes filios hæredes esse arguit nos & filios esse & hæredes. Et quoniam non omnes ingẽtium rerum sunt hęreditatem adepti, ostendit nos grandes quosdam futuros hæredes, quippe qui dei sumus hæredes. Rursus etiam & si dei hæredes fuerint pleriq;, haud tamen omnes cum Christo hęreditatis participes videbuntur. Vnde & id Paulus, sumus, inquit, iam assecuti, vt Christi simus cohæredes effecti

Mat. xvij

Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Cum dixerit Christi futuros nos cohęredes, ostendit nunc iure hanc non esse adeptos hæreditatem. Nam si eos quorum facinus nullum extat præclarum, tanta beneficiorum munificiorum munificentiam prosequutus est Christus, nonne & illos qui rectis opibus plurimũ insudarint, maiori mercede donabit. Quod sane Paulus infert: ne eos pudeat, vel sine vllo labore accepisse, & gratis quod adepti sunt munus. Aduerte tñ ꝗadmodum hoc loco p̃tendat, oportet eos qui tali sint dono affecti, vt intrepide discriminibus se & supplicijs offerant. F

Existimo enim quòd non sunt condignæ paßiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Postquam asseruit eos comites passionis futuros, ne id reformident auditores, quippe qui iam in medium essent discrimen coniecti, & ad adeunda tormenta compellebantur, sic inquit. Haudquaquam tibi vtendum est, non enim dignæ sunt temporis huius passiones: hoc est, momentanea hæc & labentia, gloria illi futura quæ in nobis est reuelãda. Nec ad præsens otiũ dixit & quietẽ, sed gloriam cuius vel nomen pergratũ est multis. Nam vbi otiũ fuerit nil prorsus gloriæ residebit. At vbi gloria, & otiũ insit necesse est. Cum aũt reuelabitur, inquit, astruit illam: & si interea delitescat, p̃sto esse tum etiam reuelatũ iri, hoc est ꝑfecte manifestam fore. Et qm̃ pręgrandis sit huiusmodi gloria, & tantopere excedat hoc seculum vt explicari sat nequeat, ideo in cælis recõditur & asseruatur, vt cum tẽporum illa æternitate prouehatur in longius. Cum itaq; compertum iam habeatis, temporis huius passiones esse ad breue mensuras, seculi vero illius futuri & sempiterni gloriam fore perpetuam, contemnendæ vobis erunt passiones huiusmodi: & gloria hęc vendicanda.

Passiones tp̃is hui⁹ breues.

Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. Velim, inquit, iam patefacere quantum simus glorię vendicaturi. Nam si mundi hæc machina & creata omnia ĩmutabuntur in melius, longe magis & ipsi, quę potiora sunt, assequemur. Enimuero quod, &

Mũdi machina in meli⁹ cõmutabit.

A prophetę assolent, vt flumina manibus prudentes, & montes ipsos inducant saltantes, & rebus demum insensibilibus & inanimatis viuentiũ personas imponant: itidẽ & Paulus faciens, inquit, creaturæ omnis magna est expectatio, videlicet vt ipsa in id quod potius est, immutetur, opereturque gloriæ nobis futuræ reuelationem, qui dei filij sumus. Tunc em̃ & hæc incorruptionem glorificabitur, cum eandem & nos assequemur.

Prophetę reb⁹ insensibilibus & inanimatis viuentiũ ꝑsonas imponunt.

Vanitati autem creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Vanitati. i. corruptioni, subiecta est creatura, videlicet corruptibilis reddita propter te o homo. Nam cum mortale & partibile corpus susceperis ideo terra & sentes & tribulos ꝓtulit, & cælum vetustate confectum, ĩmutatione indiget. At cur alterius gratia corruptibilis facta est creatura, quia ꝓpter hoĩem omnem prorsus subijt seruitutem. Non volens autem cum inquit, diuina ꝓuidentia id oẽm effectum demonstrat, & nulla terræ ipsius virtute. Factum præterea est, vt in cõmodum cedat vt scilicet cum hanc corruptibilem noueris contemptui habeas, & cælum ipsum suscipiens demireris. Liberabitur igitur hæc mundi structura, nec ipse solum libertate potieris, quin etiam quod te inferius est, hac perfruetur. Inanimatum dico & sensibile aliquid tecum bona hæc sortietur. Nec iam corruptionem, sed te mirabitur, & quemadmodum ipse cum corruptibilitatem iam excepisses, effecta est & structura hæc incorruptibilis: sic & te corruptibili permanente, seruabit & illa incorruptionem. Si itaque id quod creatum est tui ob gratiam patitur, debes & ipse ob deum quod pateris æquo animo ferre. Cumque & creatura hęc glorificanda sit, longe magis & tibi debetur hęc gloria. Nam vt assolet pater in liberorum gloriam seruos ornare, sic deus hanc terræ machinam in vestram laudem decorabit.

Cęlum vetustate cõfectum indiget mutatione.

B

Scimus eni quòd oĩs creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Cogit his dictis auditorem præsentia hæc aspernari: perinde ac si hunc in modum commonefaciat. Noli esse creatis rebus ĩferior, nec te pręsentibus hisce ĩmerseris, sed potius ingemisce, quia nondum futuram sis gloriam assecutus. Nã si idipsum vel hęc terrę machinam deflet, longe magis & ipse debes dolore angi. Infert deinceps & nobis ingemiscendum spiritus primitias noctis qui cum futura iam degustarimus, nondum carne simus hæc consecuti. Ex his nanque spiritalia dona accepimus, quæ ipsas pretendũt primitias. Per hęc enim & futura nos contemplamur. Verum ne occasioné hæreticis præbeat, obiectandi ob mundi huius prauitatem nos gemere, quia adoptionem subdit, accepimus. Verũ quo pacto? Num cum semel fuerimus in adoptionem admissi, alteram operimus? Etiam inquit: non em̃ hanc dixerim adoptionem qua sumus iam per baptismum potiti, sed gloriam illam vndi que absolutam, quæ in corporis incorruptione consistit, idque per redemptionem prætendit. Est enim λυτρωσισ perfecta quædam & expedita, mortis & passionum liberatio quando non amplius nobis sit ab ipsa adoptione ad seruitutem peccati diuertendum

Terrę machina decoranda.

Adoptati nos alterã adoptionẽ expectamus λυτρωσισ gręce, redẽptio latine.

Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat.

C *Si autem quod non uidemus, speramus per patientiam expectamus.* Quoniam de futuris disseruit, quæ apud plerosque fidem nec sortiuntur, sic inæuit: noli, fidelis ipse cũ sis, quoquam pacto dictis his meis diffidere: quin potius vel horum quæ iam es adeptus, experimento, & futuris fidem præstiteris. Vtque & ante hac pręter fidem cum nihil attuleris magna tamen a deo in præmium accepisti, sic velim pari nunc fide vtaris ad futurorum spem assequendam. Tunc enimvera spes erit & certior, cum ea sperantur quæ humanis obtutib⁹ minus patescunt. Quod em̃ quis videtq͂d sperat. Hoc est, nõ em̃ dicimus q͂ vi funtur sperari. Non igitur omnia in hac vita nobis quęrenda sunt. Siquidem per patiẽtiam speramus futura. Cum aũt proponi patientiam audis, certamina & sudores intelligas designari inungique. Debet itaque christianus vir tolleranter omnia ferre, ea operiens, quæ & si sub aspectum non veniunt, fide tamen sperantur.

Quæ cernunt, non ꝓprie dicuntur sperari.

Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Paulus ideo patientię meminit vt auditorem faciat fidentiorem. Inquit enim & spiritum opem nobis laturum. Noli ergo tollerando, & futura sperando deficere. Spiritus nanque tibi opitulabitur, spẽ duntaxat & tollerantiam inferenti.

Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Ostendit q͂admodum nostrę faueat spiritus fragilitati, inquitque. Adeo ipsi fragiles sumus & infirmi, vt nulli hominum teneant nec ipsi nos, quid votis sic & precibus deposcendũ. Orabat enim & ipse pro carnis stimulo

a se demendo, vtique & Romã concedere. Precabatur & Moses ne Palestinam videre
pro Iudaeis & Hieremias, ignorantibus plane quæ expedirent. Hæc aũt Paulus infer
quia non iniuria qui Romę essent ex Christianis cum fuissent persecutiones perpessi, &
plurimum affligerentur erant tandem remissionem laboribus, & quietem postulaturi
futurum quod, vt si minus id impetrarent, obturbarẽtur animo, & grauiter ferrẽt. Pro
pterea dicit, neminem posse, quod expediat postulare. Sunt itaq; vobis cuncta ferenda,
solus nanque spiritus nouit, quæ vobis conducant, eoque & eiusmodi subdit.

Inutilia sæpe posciit hoẽs & noxia.

Sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Quem admodum eñ & olim
his deus dona plurima largiebatur, qui baptismum susciperent, quæ & spiritualia voca
bantur, vt alius esset prophetiæ spiritum nactus, alius sapientiæ, & alius aliud quippiã
assecutus. Sic deus orationis gratiã condonabit, quæ spiritus dicebatur. Etenim quæ
nobis profutura sunt ignoramus, & inutilia sæpe deposcimus, conferebat spiritus do-
num in vnum aliquem ex illis, qui tunc adessent, qui stans quod videbatur conducere

Diacon⁹ cui⁹ figurã pferat.

in medium precabatur, & alios idem vt peterent, edocebat. Spiritum itaque hoc loco do
num appellat, & animam ipsam quæ orationis excipiat donum, ideoque obuersetur &
ingemiscat. Adstabat enim spiritalis vir ille gemebundus & dolens, cuius hoc tempore
diaconus præfert figuram, & assiduas pro populo preces fundebat.

Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.
Haud sane deo ignaro adstat homo supplicaturus: quippe qui corda disquirat, teneat-
que quid spiritus sentiat, id est spiritalis homo, qui omnia pro dei nutu exposcit, orat
que pro his qui in ecclesia & fide & sanctimonia pollent. Quod eo fit sane, vt perdisca-
mus & ipsi quæ secundum deum sunt postulare, id est, quæ illi placita sunt & grata.
Cum igitur pro nobis spiritus, & precetur & intercedat, nil doleas ne[...]se est, cum ad
uersis opprimeris.

Dei cultores cur molestiã interdum patiantur

*Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum: his qui secundum propositũ
uocati sunt sancti.* Quod dictum est ante, & creatura vanitati subdita est, & iterato
corruptionem subibit. Illud vero (vt credimus) quod quid petendum sit ignoramus, vt
qui Romæ essent, acrius afflictati commonefaceret & solaretur intulit, quod & in prę
senti clarius explicat. His eñ inquit, qui dei charitate tenentur vel ea quæ difficilia sunt
& vrgentia ad bonum cooperantur. Non eñ dixit, nihil molestum aut graue deum co
lentibus accidisse, sed accidunt quidem, & in eorum vtilitatem qui affligantur: deum in
quit, vt ingerantur hæc mala permittere. Deinde cum parum id credibile videretur, prę
teritis ex rebus idipsum confirmat: his dico, qui secundũ prædestinationem vocati sunt
sancti. Te enim si vel longius abeuntem vocauit, & sibiipsi familiaritate coniunxit de⁹,
quanto enixius & vocatum iuuabit. Accitur autem homo secundũ prædestinationem,
id est voluntate ꝓpria. Nec sat habet hæc euocatio. Nam si omnes habituri essent salu
tem vocarentur & omnes. Sed omnino nostra accedat voluntas necesse est.

*Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis fi[...] sui, ut sit ipse primogenitus in
multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit.* Præscius vtique deus est, præ

Agnitio ꝓcedit pdestinationem.

Quid prædestinatio

uidetque qui sint vocatione digni, deinceps prædestinat. Præcedit itaque prędestinatio-
nem agnitio. Prædestinationem autem velim intelligas, optimam dei & immutabilem
volũtatem. Nouerat itaque Paulũ euangelio dignum: & ita prędestinauit. i. immutabili
ter definiuit, & statuit ad euangelicum mun⁹ vocare. Conformes pręterea facit imagi-
nis filij sui quos dignos prænouerit. Quod enim natura est primogenitus, hi per gratiam
sunt adepti, qui & dei filij nuncupantur. Est igitur ille inter fratres multos primogeni-
tus per dispensationem denominatus: vnigenitus vero per diuinitatem. Nam vbi caro
assumpta in omnium conspectu, & propalam baptismo abluta, & nobis primitiæ est effe
cta, & natura illa humana peccato obnoxia in eo sanctificata est, iure hic et primogeni
tus est et fratres nos huius appellamus.

Quos autem uocauit, hos iustificauit. Per lauacri scilicet regenerationem, & a peccatis
exemit, & iustos reddidit

Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Quia adoptione hos dignos effecit: & donis
alijs condonauit.

Subinde pro freqnter more suo.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis quis contra nos? Vides quemadmodum aper-
tissime hoc ostendat ad oppressos se habere sermonẽ, cũ subinde id inquiat. Si nos cum
hostes essemus post iustificationẽ acceptam & gloriam tot bonis dignatus est deus quã
to magis cum nos ille tutabitur, quis tum poterit aduersari? Quoniam vel si terrarum

A in nos orbis insurgat, in nostrā diuina sapientia gloriam, hunc omnem vertet insultum.

Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum Quomō non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vt reliqua omittam, que dixeram videlicet quod iustitiam nobis & gloriam dederit. Attendas id velim, quemadmodū nec filio suo proprio, hoc est vnigenito & amantissimo, qui ex se natura sit genitus (cum cęteri sint per batismum in adoptionem admissi) pepercit deus, sed pro nobis hunc obtulit. siue ingenui & conspicui gloria siue minus generosi & inglorij fuerimus. Neque id modo nostri gratia egit, quin & occidendum hunc tradidit. Cur ergo, qui tantis nos affecerit beneficijs, non cuncta est nobis hoc tempore largiturus, qui enim pro nobis filium dedit? nonne & creata hęc conferet? Si itaque votis ille minꝰ ānuerit, arguit sane haudquaquā pi ofuturaq́poscimus. Noli ergo tātopere ocium & quietē percupere, qui pręssuris & malis pro Christo exagitaris, Eris namque & voti compos, si conducere arguetur quod flagitas. Patris in nos beneficia.

Quis accusabit aduersus electos dei? Cum post tentationes alias, & illud a Iudæis Christianis obijceretur, quod instabiles essent & nutabundi, & gregatim sese in Christi fidem proriperent, ideo nunc Paulus inquit. Cum nos deus elegerit quis poterit electionis huiusce nos incusare? Opificem sane, quod seorsum selegerit quippiam, nemo insimulabit. Deum vero si quid secreuerit, quis criminabitur?

Deus qui iustificat? Quis est enim qui condēnet christus Iesus qui mortuus est, immo quięr resurrexit. B Non deum dixit qui peccata dimittit, sed quod pręstantius est, qui iustificat. Non itaq; timendi sunt qui vel molestiam inferunt vel iniuriam, & probra ingesserint, quandoquidem elegit nos deus, & iustos effecit, qui ve nostri ob gratiam mortem subiuit, & resurrexit Christus est dei filius, quis ergo, quos deus tot bonis dignatus sit, damnabit?

Qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Interpellare illum pro his dixit, vt Christi erga nos explicet charitatem, qui etsi carnis assumptę dispensationem perfecit, haud tamen suam in nos clementissimam sustulit animi affectionem, sed intercedit pro nobis. Non em̄ intercessio hæc vnigeniti ipsius imminuit gloriam, cum dixerit prius, qui est ad dexteram dei, quod plane magnitudinem præfert, & filij maiestatem. Deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud iudicaturus (vt diximus) quā summā huius innos charitatem. Dicet aliquis. Cum em̄ patris facta sit mentio, vtpote cui a deo nostri ob gratiam supplicetur, imminuitur ergo gloria dei & authoritas, quia supplex precetur: quin potius id vel ineffabilem dei in nos prouidentiam patefacit. Nonnulli vero interpellat sic accipiunt, videlicet in quantum corpus hoc filius gestat, nec deposuit, vt garriunt Manichæi, pinde ac si corpus ipsum sit apud patrē interpellator. Nā cū intuetur hoc (inqt) deus charitatis tū reminiscitur, q̄ erga genꝰ humanū ostenderit: sic plane & ad misericordiā flectitur. Hęc aūt eo Paulus (vt sæpe diximus) explicat, vt Christianos oppressos mitiget & cōsoletur, cum aperit & spiritum pro nobis intercessisse, nec nostri de causa pepercisse filio patrem, quin iustificasse nos, & gloria condonasse. Supplicare præterea pro nobis & patris filium. Cum itaque tam multiplex fiat apud patrem intercessio, optime vobis sperandum erit, nec quoquam pacto animo concidendum. Manichęi stulte garriunt, xp̄i corpus deposuisse.

C *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? āgustia? an fames? an persecutio? an nuditas? an periculum? an gladius?* Postquam ineffabilem patefecit patris & filij & sancti spiritus in nos charitatē, spū ceu arreptus sic fatur. Quis nos segregabit ab amore Christi? Eū nāq; qui tāto sit charitatis ardore affectus, nihil est quod seiūgere possit a deo, quippe cui tā egregie diuinitus sit ꝓuisum. Hoc vero tribulatiōis & angustiæ noīe cōplexꝰ est Paulus, quæcunq; possunt nos malis afficere, & si minus hæc sigillatim enumerat. p̄s. xliiij.

Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, & æstimati sumus sicut oues occisionis. Ne forte ob id videantur quia fuerint a deo hi destituti, malis ijs afflictari, prophetā inducit hm̄oi proclamantem, agentemque, consolationis plurimū illa habere quæ dei ob gratiam, toleramus. Vel si quotidie mors ipsa sit subeunda, quod fieri volūtate potest, natura non potest. Mortificari aūt illud, immolare est & sacrificium deo offerre. Id enim prætendit, cum inquit, tanquam oues occisionis, vt quemadmodū ille, cū occiduntur, nihil repugnant, sic nobis cum malis afficimur, erit æquo id animo tolerandum. Vel hoc loci attende quā fidus interpres fuerit. mori quotidie volūtate possumus, non natura.

Sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit. Cum mortificamur dixisset, mox & cōsolationē adiecit, ne quis humanitatis sectatus fragilitatē desperet. Nec simpliciter vicimus, inquit, sed maxīe superamꝰ, hoc est, summa facilitate, sine labore ac sudore vel in his ipsis victores euadimus, in quibus & insidias patimur. Hęc enim perfectior est et summa victoria, cum exagitati persecutores ipsos & afflictantes tolerando euincimus. Victoria perfecta.

Epist. C

Neq; his dictis ipse diffidas, deus eñ tecũ vna in hostẽ decertat. Accedit etiã q̃ amore nos ille ꝓsequitur, vnde nec mirũ videri debet, si in malis medijs victoriã reportamus. *Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque fortitudo, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.* Primũ de dei in nos charitate disseruit, nunc suũ in deum exponit beneuolentię ardorẽ: vtq; magni aliquid dicere de se videatur, sic inquit. Eo eñ magnitudinis sumus ex nostro hoc flagrãtissimo in deum amore prouecti, vt non modo quæ in hac vita sortiri mala solemus, queãt nos ab eiusmodi charitate distrahere: quin etiam vel siquis mortẽ futurã illã in æternis supplicijs cõminetur, vel vitã polliceatur ĩmortalẽ, ob id duntaxat, vt a Christo diuellat, is nunquã suis bonis fecerit satis. Verũ quid mihi vel iperatores vel tyrannos ꝓtuleris, qñ nec angeli ipsi, nec potestates supernę oẽs poterũt nos a deo eruere. Quinetiã me nec pręsentia hęc, nec futura: nec altitudo. i. cælestia: neq; profundum. i. quæ in terris sunt, nõ gloria, non ignominia commouebunt. Nõnulli aũt altitudinẽ ꝓ cælorũ imperio acceperunt profundũ vero pro imperij huiusce iactura. Si alia præterea esset creatura, siue visibilis, siue q̃ mente non obtutu compręhenditur nunquam a Christi me charitate auertet. Neq; eo hæc intulit, perinde ac si angeli, homines a deo disiungant, sed sui erga deum amoris vt exprimat magnitudinẽ: nec eum quidem quem se Iudæi profiterentur habere, sed quem in Christo Iesu adeptus est quispiã. Iudæi quidẽ & si deum colere se iactitent, non tamen in Christo nunc colunt, quippe cui nec fidem adhibeant. E

Iudęi deũ colũt, sed nõ ĩ xp̃o.

CAPVT NONVM.

VEritatẽ dico in Christo Iesu, & nõ mentior, testimoniũ mihi perhibẽte consciẽtia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Futurũ est orationis ꝓgressu ostẽdat non oẽs q̃ ex Abrahã sunt. Abrahe fuisse ex semine ꝓcreatos. Et ne ex aĩ passione aliqua videatur id dicere, p̃ueniẽs Iudæorũ p̃dicat bona, suspitionẽ hmõi sublaturus, fateturq; se vel summa erga hos teneri beneuolentia. Vt aũt dictis suis non abroget fidẽ, veritatẽ, inquit, dico in Christo, & non mẽtior: producitq; testes tres numero. Christum propriã conscientiam & spiritum sanctum: inquitq;, ingens me inuasit mœror, qui cor meum pro Iudæis obrodit, qui de gratia sunt eiectĩ, id enim erat, & si minus expressit dicturus.

Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Perdiscendum est tibi prius quid anathema sit. Est sane seiunctio quædã & alienatio. Anathema præterea gręce, potest latine oblatio dici & sacrificium. Et q̃admodum quæ deo & offerũtur, & dedicantur, attrectare audet nemo: sic eum qui anathema sit ratione quadam nullus conueniet, aut cum eo versabitur. Nam sacris oblationis honoris gratia, tanq̃ deo dicatis appropinquare nulli hominũ audebunt. Ab hoc vero qui maledictioni fuerit obnoxius, non secus ac prophano, & ab ipsa diuinitate alieno secedunt omnes. Quid igitur sibi vult quod Paulus dicit. Videtur nanq; dictis suis superioribus aduersari. Nam supra id clamitans profitebatur, quis nos separabit ab amore dei nunc vero optat a deo seiungi. Videntur itaq; dicta hæc inter se esse contraria. At non ita se habet. Illud nanq; vehementissima quadam in deum charitate dictabat incensus: hoc vero vt cum deo perpetuo maneat. Cum eñ vniuersi deum criminarentur, q̃ Hebręos, quos antea adoptione & gloria dignissimos iudicasset fuissentq; Christi progenitores, eiecerit & affecerit ignominia, & ijs postmodum gentes suffecerit, qui sui nullam habuissent antea notionem, eoq; & diuinam prouidentiam obtrectarent pleriq; & maledictis insectarentur, tanquam nullam in hos ęquitatem seruasset deus, vtpote qui suos fefellisset maiores, quos suis ornare beneficijs promisisset. Dolens itaque Paulus & ꝓ dei gloria tutanda, & istorum maledictis perculsus, optabat se anathema fore, dum modo detractores hmõi salutem assequerentur, & abolerentur eorũ in deũ conuitia. Vides vt Paulus pro sua in deũ ardentissima charitate cupientissimus sit, & si fieri liceret, sese vel a cœtu sanctorũ, qui deo assistunt se positum iri, & gloriæ illius ęternę fruitione. Non tñ a dei amore seiungi, q̃admodum plerunq; consueuere parentes qui dulcissimo sese liberorum cõmercio abdicant, vt absentes gloriã pariant, cũ nihil interea illi omittãt pristinę in liberos charitatis: quin etiã abiectos se & inglorios haberi perpetiuntur, vt illi prouehantur honoribus. Ipse igitur, inquit, qui res innumeras gesserim, vt deũ vltra q̃ humana natura coluerĩ, cupiditate teneor & ingẽti dei ob gloriã (si dici fas est) vel a dei excidere gloria. Quod sane dictũ non gloriam tollit, sed vendicat potius. Cũ vero cum F

Anathema quid.

Conuitia Iudæorũ in deum.

A fratribus meis qui cognati mei sunt secundum carnem, inquit, suę in illos charitatis pręcordia patefacit, aperitque quam illorum sit salutis percupidus.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa. Quorum patres & ex quibus Christus, secundum carnem. Qui est super omnia deus benedictus in sæcula, Amen. Hoc loco Iudæos laudat & magnifacit, ne videatur (vt diximus) ex animę passione hæc dicere. Tacite autem ostendit diuinæ voluntatis fuisse, vt salui redderentur Iudæi, quod patet ex his, tum quia illos sit adoptione dignatus & gloria, tum etiam quia & patribus sit multa pollicitus. Tum demum quia alia complura his sit perpetua sane & egregia impertitus, placuitque vt ab his & Christus originem duceret. Hi tamen huiusmodi dei in se beneficia repudiarunt. Ob idque dei charitatem magnum in modum obstupescens Paulus, agit vnigenito gratias, qui est super omnia inquiens, benedictus deus. Si enim alij, inquit, maledictis deum incessuerunt, existimantes haud merito excepisse hunc ad se gentes, nos tamen qui dei mysteria nouimus, scimus hunc & gloria esse & laude dignum. Ex his hauddubie verecundia & pudore obruitur Arrius, cum Paulus vbique Christum prędicet & astruat Deum. Beneficia dei in Iudeos In Ariū.

Non autem quòd exciderit uerbum Dei. Vror equidem, inquit, ob hanc in deum blasphemiam cuperemque, etsi haudquaquam sint omnes habituri salutem, vniuersos tamen saluos futuros. Non enim mentitus est deus, aut factas patribus promissiones conuellit,
B tametsi maledici asserant deum, quæ alijs promisisset, contulisse in alios, sed aduerte quę subsequuntur.

Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ. Neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij. Quod pollicitus est Deus, inquit, & executus est. Dixit vtique, tibi & semini tuo dabo hanc terram videamus ergo quod illud sit semen, non enim omnes qui ex Abraham prodiere sunt Abrahę semen. Neque qui ex Israele, item & Israelitæ. Sed qui secundum Isaac geniti sunt, quive & Israelis sunt digni virtute qua deum ille videre promeruit. Neque enī ex Iacob dixit, sed Israel, venerandum illud commemorans nomen. Si itaque, qui homi num ex Iacob oriantur didiceris, comperies sane dei promissa nil esse mentita His nanque sunt promissiones factę. Quo fit, vt haudquaq̄ dignus videatur cōuicio deus, quia p̱ fecerat quod fuerat pollicitus tan etsi id plerosque clā habeat. Nec multis sit cognitū. Israelis nomē venerandū.

Sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij dei existimantur, sed qui filij sunt promissionis, hi deputantur in semen. Promissionis enim uerbum hoc est. Secundum hoc tempus ueniam & erit Saræ filius. Nil ipse, inquit, interpretor, quod verum sit Abrahæ semen, sed vetus id testamentum edisserit, in Isaac tibi semen vocabitur asserens. Quicunque itaque semen Isaac fuerint p̱geniti, ex promissione videlicet certiores sunt Abrahę filij, vel dei potius. Quippe cum id omne verbo sit diuino effectum, nec enim Isaac vel legis est ortus vel naturæ potentia, sed promissionis virtute. Secundum tēpus hoc veniam, inquit, & erit Saræ filius. Dei itaque verbum Isaac illi formam & ortum dedit. Haud secus & in nosipsos, qui & dei filij sumus cum in baptismi eluimur lauacro, tanquā in vulua quadam materiali diuina dicta pronunciantur, quę nos iterato & effingunt & pariūt. Nam
C in patris & filij & sancti spiritus nomine baptizati renascimur. Et quemadmodum tunc promiserat deus Isaac nasciturum, & res ipsa hunc est euentum sortita. Sed & nostram quam per Prophetas fuisset pollicitus genituram compleuit, quæ per baptismum constaret. Illud itaque in Isaac vocabitur tibi nomen sic intelligitur, videlicet eos esse Abrahæ filios qui eodem quo ortus est Isaac modo, sunt geniti, id est, lauacro illo diuino. Nō ergo frustra dei excidit verbum, sed vero semini, id est, his qui ex gentibus Christi fidē cœpere, & dei sunt filij facti, promissa seruauit, quemadmodum & in Isaac egit, qui horum pręfert figuram. In Isaac vocabit tibi nomē quō intelligendum

Non solum autem illi, sed & Rebecca ex uno concubitu habens duos filios, Isaac patris nostri. Ostendit etsi multos haberet & varios Abraham liberos. Isaac solum id seminis nomen fuisse sortitum. Vnde & qui haud absimilem illi ortum haberet, eandem esse appellationē adeptos. Nunc igitur, inquit, non in Isaac solum idipsum poteris contemplari, sed quod maius est, in fratribus ipsis, ex parentibus vnis susceptis, vel gemellis & partu vnico ęditis, Esau & Iacob videlicet. Hi nanque haud quaquam pari sunt sorte vsi, cum alter electus sit, alter odio habitus. Nulla itaq; erit per te ratio exigēda, cur gētes elegerit deus, & Abrahę semē vel diuinū potius illas effecerit, propulerit vero Iudęos & p̱rsus eiecerit. Esau & Iacob īpari sorte vsi.

Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionē propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut dictum est, Iacob di

lexi, Esau autem odio habui. Necessario mihi hoc loco vel eorũ explicãdus est sensus, q̃ longe post dicturus est Paulus. Et qm̃ quærebant pleriq; cur deus gentes p̃tulisset Iudæis auxeritq; amplissimis semper honoribus, p̃sertim cum constet ,pprijs nullis virtutibus diuina bñficia fuisse ,pmeritas, quippe cũ æque essent & ipsę pctis obnoxiæ, colligit apostolus pleraq; quę in dubiũ veniunt, nec cõprehendi a nobis sat possunt, & soli deo sunt cognita. Et primũ ex geminis illis demõstrat, neq; alterũ fuisse ob virtutẽ electum, neque ob nequitiã alterũ odio habitum, cum nondũ aut prauis facinoribus essent infecti, aut bonis imbuti. Vtpote qui materno adhuc vtero conderentur. Sed diuina prædestinatione, id est præscientia illum amorem promeruisse, hunc odium. Sicuti & propheta testatur: Alium amaui, alium odio habui. Vt perspicuum sit omnia dei nutu & præscientia fieri. Sed quid istos commemorem, cum & Israelitæ omnes vitulum effixerint quem colerent. Quorum nonnulli sunt affecti supplicijs, nonnulli euasere impunes? Et Pharao certe obstinatus erat, suique similes habebat multos, solus tamẽ quo iure excruciatur? Vides vt hęc mortalibus incomprehensibilia sint, & soli pateant deo. Sic vobis quod electæ sunt gentes, & reiecti Iudæi, absurdum videtur, deo vero æquissimum.

Gentes Iudæis prę-lat ę.

Multa esse hominibus occulta, & soli nota deo.

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit, Misereor cuius misereor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Addit insuper (vt dictum est ante) & aliud quidam ex veteri testamento, ostensurus soli deo cognitos fuisse Iudæos. Qui & partim amore essent, partim tormentis digni. Tametsi vniuersi in vitulo illo cõflando pariter deliquissent, istorum tñ nonnullos miseratus est deus, nonnullos vero leuitis tradidit morte mulctandos. Cuius commiserationis & sæuitiæ causa vel Mosen latuit, qui tantum apud deum autoritate valeret. At ipse rationem deposcis, cur gentes, præsertim cum essent delictis obstrictæ, Iudæis honoribus pręferantur. Poterat autem apostolus quam alibi causam attulisset, vel hoc loco afferre, cum diceret Israelitas extimasse ex operibus se iustificatum iri, Gentiles vero fide & gratia, quod tamen enunciare in præsenti abstinuit. Cum vnum illud pręcipue adnitatur, vt huiusmodi homines diuinorum operum indagatores coerceat, persuasurus nihil esse dei facta a mortalibus perscrutanda. E

Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Voluit Isaac Esau benedicere, iussus ille in campũ contendit, vt ex venatione patri cum aliquid detulisset, benedictionem acciperet. Deus vero iusto iudicio benedictionẽ hanc Iacob, quia dignior esset, vt assequeretur effecit. Dicet aliquis, videtur sane liberũ hoc loco arbitriũ sustulisse apostolus, nequaquã hoc tollit. Nam q̃admodum cũ condenda est domus, in opifice pẽdere oĩa dicimus, tametsi ille id opus per se exequi nequeat, sed & materia est ad structurã necessaria, & iuuantum ministrorũ opera. Sed quoniã illi absoluenda est domus, fatemur illius esse omne id opus. Sic itẽ dicere de deo solemus, & in eius potestate cũcta consistere, qui nihil a nobis, nisi animi exigat promptitudinẽ. Et qm̃ finem ille rebus imponit, & benemerẽtes coronat, damnatque sontes, dicimus vniuersa in eius potestate consistere.

Paul⁹ nõ sustulit liberum arbitrium.

Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendã in te uirtutẽ meam, & ut annuncietur nomen meũ in uniuersa terra, ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Perorat iã & decernit, nullas esse a deo ĩ quẽpiam pœnas efflagitãdas, cũ ipse cui velit ignoscat, & quẽ velit obduret. Cui rei Israelitæ sunt argumento, qui vitulũ excitarunt. Et Pharao ille, cuius & cor est oduratũ. Tunc vero deus mortaliũ corda obdurat, cum illos pro sua magnitudine tolerat diu, cuius deinceps ob tolerantiã redduntur, ĳdem obstinatiores ad malũ. Nec secus deus se habet quam herus aliquis qui seruum nactus sit improbũ. Quem, vbi humaniter & clementer vtatur, facit deteriorem. Quod quidem non eo fit, ꝙ dominus seruũ malignitate imbuerit, sed quia seruus dñi placabilitate sit ad augendã improbitatem & nequitiã abusus. Vtpote qui herilem huiusmodi in se benignitatẽ contempserit. F

Dices itaque mihi, quid adhuc quæritur, uoluntati enim eius quis resistit? Omni studio nititur (vt sępe diximus) patefacere Paulus dispensationes huiusmodi omnes & iudicia soli deo innotuisse. Ideoque ambiguitates vndequaque colligit multas. Nec tamen soluit, vt auditorem vrgeat magis, suadeatque ab homine hæc comprehendi non posse, nec plane cognitione vlla teneri. Quærat aliquis. Si itaque quem velit deus obdurat, quid ergo delinquens culpandus est? Quis enim poterit eius volũtati obsistere. Voluit ille & obdurauit eo nec illud iniuria fit, si obduratus aliquis in aliquod prolabitur facinus. Hunc ergo quo iure vel culpat, vel cruciat deus? Hæc itaque obiectio, idcirco inducta est, vt arguantur quæ diximus hominibus esse obscura, & deo duntaxat comprehensibilia. Propterea neque apostolus ea soluit, sed hæsitantes & dubios obstruit inquiens.

deus mortaliũ corda quando obduret.

O homo, tu quis es qui respondeas deo? Vides quam reprimat intempestiuā hanc & su
A peruacaneam hominum curā, & frenos imponat hæc conquirentibus, erudiatq; ad diui
nam cognitionem, vt intelligant quanti sit deus, & quid videat homo. Tu quis es, num
is, qui cum eo habeas partiri īperium? Ac tibi licet decernere quid illi agendū sit, quid
ve minime? Scrutari nanq; virum hoc illudve deceat necne, eius est sane qui in faciem
deo respondeat, & iudex sit in hanc constitutus. Nequaquam hoc pacto agendum sed
rebus ipsis parendum est, & fides præstando, vtcunque per eum sint gestæ.

Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Istiusmodi
exemplo vsus est Paulus, non vt liberum nobis demat arbitrium, neque vt ociosos & — Esa. xlv. Hie. xviij
desides. arguat, sed vt instruat q̄admodum deo sit obsequendum, vtque intentio & quę
dam taciturnitas ad obsequendum sit pręferenda. Nam quemadmodum figulus, inquit
eodem ex luto, nihil fictilibus ipsis contradicentibus, effingit quod animus tulerit:
sic tibi, cur deus qui ex vno eodemque hominum genere tormentis hos cruciet, illos — Cur hono
honoribus augeat indagandum nil erit, quin potius ceruice summissa, hunc pron⁹ ado — rētur alij,
ra, & lutum quod fingitur, imitare: vtque illud figuli manū subsequitur, sic & ipse dis- — alij deijciā
ponentis dei voluntatem sectare. Velim tamen intelligas, quod quemadmodum nō fi — tur, nō es
ficti ratione, sed vtentium partim hęc vasa preciosa redduntur, partim vilia, cū ex vno — se quærē-
eodemq; luto conficta sint. Sic in hominibus non natura, quippe quæ mater sit omniū, — dum.
B sed voluntas hos facit supplicio dignos, corona illos & præmijs.

Quod si uolens deus ostendere iram suam, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quos & uocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus.

Postquam illorum ora obstruxit, qui diuina iudicia īuestigare adnitterētur, demum ob
iecta dissoluit. Est tamen hæc rei totius sententia Iræ vas Pharao erat, hoc est, homo ob
innatam duriciem dei iram succendens. Hunc sustinuit deus & tolerauit, & mira in eum — Pharao
longanimitate est vsus qua tamen ille abutens in animi duriciem vertit, & factus est iræ — vas iræ.
susceptibile vasculum, & ad perditionem idoneum, quam scilicet sponte adierit. Nil em̄
deerat quod ad eius perditionem faceret, sed cuncta præsto fuere, apta profecto & ac-
commodata, quæ illum ad interitum ferrent. Vt igitur hunc furentem, & iracundiæ
vasculum sponte sua effectum, excrucians deus, suam pręse tulit potentiam, sic & de
his deus, qui plurimum ex gentibus deliquissent, & suæ gloriæ diuitias patefecit.
Et ideo tandem est illos commisertus, quia illi se commiseratione dignos fecissent. Nec
enim clementiæ dixit, sed glorię: nam veniam quę peccantibus datur in summam ce-
dit deo ad gloriam. Quæ autem præparauit, id est ille pręsciuit, nec gentiles dixit sal-
uos esse per eum omnes effectos, sed ex gentibus aliquos scilicet. Noli ergo Iudæe id fer
re molestius: ecce ex gentibus, & si plærique ignoscitur, tamen non omnes sunt ve-
niam consecuti.

Sicut in Osea dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam, & non dilectam dilectam. Et erit in loco ubi dictum est eis. Non plebs mea uos. — Osee. ij.
C *Ibi uocabuntur filij dei uiui.* Ne forte id dicant Iudęi. Quid nos fallis o Paule talia præ — i. Par. ij. Osee. i.
dicans? Inducit Oseam clamantem, dicentemque. Vocabo, qui non est populus meus, — Ecclesia.
populum meum. Verum quis erat hic populus? Gentes nimirum. Quæ illa dilecta? Ec-
clesia gentium, quorum alij in populum concesserunt: admiratique sunt, & viuentis dei
filij redditi, quod proculdubio videtur præstantius. Ac si dixerit quispiā de Iudęis hęc
dicta fuisse, qui etsi fuerint ingrati, admissos tandem in gratiam redijsse, non erit ei fides
pręstanda. Nam etsi dei illis dicta hæc esse constaret, quid impediret, quo minus vel in
gentes idipsum cadere videatur.

Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ saluæ fient. Non vno contentus Osea, quinetiam & Esaiam inducit, clamātem, hoc
est, vocem libere edentem, & nihil repressum, quia non omnes Israelitæ salui essent futu — Esaiæ. ix.
ri, nisi qui digni salute forent. Reliquiæ autem saluæ fient, cum inquit, electos pręten-
dit, quos scilicet reliquerit deus, seiunxerit que vt dignos videlicet. Cum vero dicit se
cundum maris arenam admonet eos promissionis, quæ sit in veteri testamento con- — Exod. iij.
scripta, cuius indignos se fecerint. Perinde ac si inquiat nolite animo obturbari, si men — & xiij.
tita esse videatur hęc repromissio. Cum constet prophetas omnes clamitando præcinu-
isse, non esse omnes salute dignos.

Verbum enim consummans & abreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Ostendit hoc loco, quemadmodum reliquũ illud Israel saluabitur, inquitq; Nec laboribus opus esse ad illorum salutem, nec terrę ob id lõgius sunt obeundę, nec misera quæque & calamitosa sunt tollerãda quæ legis operibus insunt. Sed deus ipse cõsummans abbreuiansque fidei verbum, in omnes terras, id quidem in ęquitate faciet & iustitia, hoc est vt iustificet omnes qui verbum illud sunt suscepturi. Nam si Iesum dominum tuo ore fateberis, credideris que corde & animo hunc ipsum fuisse a mortuis excitatum, saluus haud dubie fies. Hoc sane abreuiatũ est verbum. Hæc inquam compendiosa & breuia fidei dicta.

Esaiæ. i. Sodoma Gomorrha amora Hebręi dicunt. Gene. ix.

Et sicut prædixit. Esaias Nisi dominus Saboth reliquißet nobis semen sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuißemus. Dixit saluas fore reliquias illas. Nunc vero cur sit illud effectum interpretatur, inquitque, semen illud electum & fermentum ipsum reliquit iam deus. Quod enim elegit, dixerat, reliquit nunc dixit. Perinde acsi inquiat, Nisi nos deus ipse tuetur, vniuersi haud secus quam Gomorrha ipsa & Sodoma in perniciem ibimus, vtpote qui ob praua facinora sumus damnationi obnoxij.

Cur gentes susceptæ, Iudęi vero reiecti.

Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Hoc loco apertissime causam refert, qua & susceptę a deo sunt gentes, & reiecti Iudæi. Inquitque, gentes ideo iustificatas esse, quia ex fide tenerent iustitiam. Israelitas vero, quia iustitiæ legem, id est quę ex operibus tota constaret, sequentes conquirerent. Non dum tamen eo prouectos, vt iustificari potuerint, neque enim tanti lex erat, vt exactionibus ipsis iustos redderet homines. E

Quare? Quia non ex fide, sed quasi operibus legis. Quæris quamobrem non sunt Israelitę iustitiam assecuti, & si enixissime vt assequerentur, incumberent. Edisce ergo non ex fide illos iustitiã, sed ex legis operibus conquisisse. Ex legis vero operibus, inquit, non iustificabitur oĩs caro. Attende aũt nõ ex opibus dixisse simpliciter, sed quasi ex opibus, vt arguat non veris illos incubuisse operibus, sed fucata potius quædam prę se tulisse.

Esa. viij. & xxviij. Syon hebręi dicũt Christ⁹ lapis offendiculi Iudęorum. p̃s. cxvij. i. Pe. ij.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Syon lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui crediderit in eum non confundetur. Qui offendit idcirco illuditur, quia rebus alijs vacet, neque ea q̃ coram sunt, videat. Igitur & Iudæi cum legi inhiarent ad Christũ offenderunt, id est illi non crediderunt. Nam ab eorum euentu qui minime credidissent, Christus est offendiculi lapis & petra scandali dictus. Ipse nanque quantum in se erat: pro fundamento fuerat, & firmamento impositus. Inquit eñ. Et omnis qui crediderit in eum: non cõfundetur, siue gentilis sit ille, siue Iudęus. Fides itaque sola est, non opera ipsa: quę & operatur omnia & iustificat.

CAPVT DECIMVM.

FRatres, *uolũtas quidem cordis mei, & obsecratio apud deum pro Israel, est ad salutem.* Cum Iudæos sit perfidiæ incusaturus, demulcet hos prius: ne ex odio dicere quæ dicturus est, videatur. Inquitq;. Volũtas mea & vehemens desiderium, neque id modo, quinetiam & preces meæ pro nobis maxime connituntur, non solum vt tormenta illa futura euadatis innoxij, sed vt salutem etiam consequamini. Qui ergo possum vobis videri infensus, quibus sim ipse comprecatus salutem. F

zelum habentes secundũ scientiã, Iudęi cõtentiosi & cupidi prĩcipatus.

Testimonium enim perhibeo illis, quòd emulgationem quidem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Videtur initio quidem illis gratificari demulcens. Inquit enim hos dei zelum habere, non tamen secundum scientiam. Vnde commiseratione dignos potius eos quam supplicio arguit. Legis siquidem hi zelo tenentur, quæ a deo sit tradita. Zelus tñ huiusmodi haud quidem secundum scientiam est. Neque enim scire volunt quemadmodum lex illis cessauerit, nec vltra vim habeat. In sequentibus vero ostendit contentiosos hos esse, cupidos principatus, quippe qui cum propriam quærant obfirmare iustitiam, eam videlicet, quæ legis sit & labore proprio & operibus parta, quęve & plane collapsa est, nec queat consistere, neq; hanc statuisse coarguuntur, nec diuinę se iustitiæ subiecisse, q; sane horũ & superbiam retegit, & mentem præfecturę percupidam, vel insanam potius patefacit. Quandoquidem id quærat statuere, q; instabile sit, & ea in re frustra versetur. At dei iustitia ex fide constat, quippe quæ nihil exigat, quod nobis gloriosum sit aut graue, sed omnis spes sit diuina in gratia sita.

Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credenti. Postquam & legis iustitiam dixit, ne
A forte qui ex Iudæis crediderant, dicerent. Ergo & ipsi hæc amissa iustitia, legem transgressi sumus. Et item, qui prorsus nil crederent, id forsitan obijcerent. Cum constet igitur in lege inesse iustitiam & si minus nos ad id temporis hanc adimpleuimus, omnino tamen sumus hanc obituri. Vtrunque itaque confutans Paulus, inquit, legis finem Christum est. Quod enim lex ipsa volebat, vt hominem iustificaret, nec tamen est quod voluit executa, id Christus perficit, & hominem iustificabit. Nec dixeris, qui ex Iudaicis institutis ad Christi fidem contuleris, legem te fuisse trasgressurum, cum videas potius legis hanc voluntatem, fuisse in te finem iam nactam, quia in Christum credideris. Nec cōtra tibi quidem. Iudeę nondum fide suscepta ad sperandum est in te perfectum iri legis iustitiam, cuius perfector est Christus. Si iustitiam igitur vendicare hanc cupis, Christus est tibi per fidem suscipiendus: hoc pacto omnium factus es compos.

Christ⁹ ꝑfecit quod lex non ꝑfecerat

Non enim scribit, Quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Confirmat quod dixit Christum fuisse quod lex minus implesset, iam executum: & Mosen asserit dixisse hominem posse ex operibus iustificari, neminem tamen inuentum esse, qui legis opera ista perficeret, eo ne licere quidem per legem iustificari.

Leui. ij. xviij.

Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo. Quis ascendit in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura. Prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod prædicamus. Quod si
B *confessus fueris in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.* Audisti legis opera non posse homini iustitiam impertiri. Perdiscendū tibi insuper erit, quę facile liceat, & nullo labore in Christo iustitiam comparare. Quandoquidem perspicuum sit fidem apostolum in corde fundatam, nec solam oris confessionem exigere. Necessarium autem erit dictum latius explicare. Et quis nam ille qui cœlos sit conscensurus, qui ve in profundum descensurus ad inferos, quod Paulus a Mose sumens longe aliter quam litera habeat, interpretatur. Moses interea quantum ad literam attinet exteriorem, sic inquit. Dei mandatum Iudeę iacet tibi sub oculos, nec tibi vt hoc ipsum & potiaris, vel cœlum est inscendendum, vel subeunda abyssus. sed præsto est illud, & tibi propinquius. Ecce tuo scilicet in ore & mente adest. Nam cuncta tibi per legem aperuit deus. Hęc quidem secundum literam disseruit Moses, aliter tamen longe apostolus. Nil hæsites (inquit) neque id animo subdubius verses, quemadmodum e cęlo Christus descenderit, & cruci affixus sit, vel ex abysso cum mortem obisset. i. ex abditissimo & profundissimo loco emerserit, quid potius crede carnem sumpturum descendisse de cęlo, quod item a mortuis suscitatus ascendit: deus enim hunc suscitauit. Potes itaq; vel ob suscitationis dignitatem Christo fidem pręstare. Quid ergo hac re facilius? Cum in ore salutis vis omnis consistat, & ne ob facilitatem hm̄oi contemptibile appareat fidei verbum, ostendit fidei aduersari incredulitatem: quę mente & cogitatione voluatur, eoque his viriliter obsistendum. Ne dixeris, inquit, in corde tuo, hæc illave. i. nihil animo agites quod ambigas, vel si quid occurrat quod te in dubium vertat propelle.

Deuter. xxx.

Nota.

Fidei q̄d interdum aduersef.

C *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confeßio fit ad salutem.* Opus habet & cor oris ministerio. Quid enim ꝓdesset aīo dūtaxat credere, nisi in hoīm conspectu, & verbis ꝓfiteremur qd' credimus. Iustificat enī q̄ menti insidet fides, perfecta autem salus in cōfessione versatur. Ex ea nāq; & fides splendescit & plurīos iuuat. Eget ꝑterea & os ip̄m cordis officio. Nam plerique veritate mentita, & si Christum ore fatentur, corde tamen ab eo sunt longius.

Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium diues in omnibus qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Cum diceret corde pręstari crudelitatem, & ore confessionem producit sacris ex literis testimonia, vt quemadmodum fidei, ita & confessionis, & inuocationis, ipsius necessitate nobis commendet, Quia omnis qui credit, & fidem præ se ferat necesse est, qua iusti non confundentur. Cum vero omnis qui inuocauerit inquit, confessionem designat: quę operatur salutē, vnusquisque igitur siue Iudæus sit ille, siue Gręcus acceptus est deo, quippe qui sit omnium dominus, & diues in omnibus qui inuocant illum. Hoc est, opes in his possidet sempiternas, qui eius inuocauerint nomen, perīde ac si dixerit quispiam imperatorem in auro argentove amplissimas habere fortunas. Cum itaque credētes deus ꝙ diuitijs habeat, nequaq̄ ipse, & si quauis venia, indigna admiseris, desperes Est enim ille vel te suscepturus, vt suarum opum in partem locet.

in fideos cordis, et cor oris officio in diget.

Esaiæ. xxviij.

Ioel. ij.

Actu. ij.

Quomodo ergo inuocabunt eum in, quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem nō audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scri-
Actu.ij. *ptum est. Quam speciosi sunt pedes annunciantium pacem, annuncia ntium bona.* Dixit superius, quicunque inuocauerit eum saluabitur coarguit itaque negligentiæ & incredulitatis hoc loco, quia non inuocauerint. Cur enim (inquit) non inuocarunt? Qui non crediderunt, quamobrem non crediderunt? Num quia non audierunt? Nequaquam. Audierunt quidem & persępe. Mox obiectionem hanc subdit. At quo pacto poterant sine prædicante audire? Proinde hanc soluit, dicens. Atqui multi sunt ad eos, qui prędicarent transmissi. At vnde id liquet (dicet aliquis) fuisse hos ad illos dimissos? Ad id demum
Esaię.liij. Prophetam producit dicentem. Quam pulchri sunt pedes annunciantium pacem, annunciantium bona Nihil enim circumacti prædicabant Apostoli, præter bona illa ineffabilia & pacem, quæ esset iam deo cum hominibus ipsis conciliata. Fit ergo vt fidei non
Ioan.xij. susceptæ crimen ascribatur Iudæis, quia non cœperint prædicantes.
Esaię.lij. *Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro.* Cum prædicatores dixisset Prophetarum fuisse testimonio comprobatos, quod diuinitus essent in mundum trāsmissi, eo quod oportuisset vt audirentur ab omnibus haud dubie (inquit non omnes Euangelio paruerunt, nihil tamen id iacturæ patitur veritas. Illud vero iampridem Esaias prædixit. Quis credidit auditui nostro. Perinde ac si dicat, perpauci auditui nostro obtemperarunt.

Ergo fides ex auditu auditus autem per uerbum Christi. Hoc dictū a superioribus pendet, ac
Ex auditu fidem constare veluti pe rorat, & terminat quę superius dixerat, pręten ditque aliud quiddam se dicturum. Nam tum Iudęis per singula tempora postulantibus signa, & resurrectionem quæ rentibus pene oculis intueri, fidem dicit ex auditu constare, quinetiam auditu esse præstantiorem, eoque prętar hanc non esse aliud quippiam expetendum. Siquidem auditio hæc non indictis quibusdam simplicibus, sed diuinis consistat. Itaque si miracula quæ a
p̄s .xviij. deo prodeunt flagitas, erit tibi & verbis, vt ab eo enunciatis, fides præstanda.

Sed dico Nunquid non audierunt? Et quidem. In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ uerba eorum. Haud secus respondet, quam si quispiam diceret. Quid ad iudęos illud, si missi sunt qui Euangelium prædicarent. Hi tamen horum neminem intellexerunt. Inquit igitur terrarum orbis hos audiuit, & hi duntaxat sunt auditionis huius expertes, apud quos tamdiu sunt prædicantes Apostoli diuersati, essentque & eorum ex genere oriundi. Quo ergo pacto rationis quippiam habere in se videbuntur hæc dicta?
Deuter. xxx.ij. *Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? Alia rursum obiectio. Si constat, inquiet aliquis, prædicasse Apostolos, hos uero istorum dicta nihil exaudisse. Ergo nec ueniam merebuntur.* Primus Moses dicit. Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Et si non aliunde, ex honore saltem, qui gentilibus ipsis impensus est sapere debuissent. Nam cum eos spectarent qui idolis inseruissent, fuisse tot bonis repente donatos, oportuit eos vel zelo ductos pernoscere, has esse gentes, de quibus Moses præcinuisset. Non enim solum honoris immensitas hęc satis iam videbatur, vt sese ad gentes sectandas impelleret, quin illud etiam quod abiecti & viles adeo haberentur, qui tantis essent affecti honoribus, vt nec pro gētibus quidem credi apud alios possent. Id enim designat, quod inquit, qui gentes non sunt, & insipientes. Nam quid dari gentilibus ipsis potest insulsius, qui lignis & lapidibus inhiarent.
Esaię testimonium. esa .lxvij. *Esaias autem audet dicitque. Inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui eis qui me non interrogabant.* Mosen cum dixisset priorem fuisse de gentibus vaticinatum, mox alium inducit prophetam, eadem illa apertius asserentem. Esaias (inquiens) audet, & dicit. i. visus est que vera sunt nudius explicare, & potius discrimen subire, quam obticere. Inuentus autem sum (inquit) a gentibus qui minus me quererent, nec plane rogarent. Quos autem Moses Gentem insipientem appellat, hos Esaias non quęrentes neque rogantes dicit, tanquam indociles & rationis expertes, & quibus essent dei verba infensa. Oportuit itaque vel ex his omnibus Iudęos non ignorare sese fuisse depulsos, & esse alienos & Gentes inductas.
Esa.lxv. Popu. iudęus contumax. & incredulus.

Ad Israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Ne causam habeāt excusandi, q̄ se gentibus deus inuentu facilē præbuisset, sui vero cōuersationē defugerit. Si inquit. Tota die. i. p̄ omne tempus, manus meas expādi, vt vos ad me traherē: at vos populus incredulus q̄dē & cōtumax obstitistis, vobis itaq; id crimini datur non mihi. Ipse nāque distentis brachijs, ad me vt iretis, hortatus sum:

A vos tamen minime paruistis. Vnde patet sane Israelitas & prædicantes aduenisse Apostolos, & cognouisse, haud tamen voluisse illorum dictis obtemperare.

CAPVT VNDECIMVM.

Dico ergo, Nunquid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suam quam præsciuit. Cum Israelitas affirmet populum contumacem, perinde ac si dubitans, inquit. Num quod populus sit inobediens, eo & falsæ sunt repromissiones? Minime. Neque enim quem præsciuit populũ deus reiecit, id est quẽ nouerat esse ad fidem suscipiendam idoneum. Sum etenim & ipse Israelita. Deinde, ne illi obijcerent te ergo solum pro populo ducis: rursum infert, non reiecisse deum populum suum, cum constet videlicet ad hominum tria milia extitisse, sicuti patet in Actis apostolorum, & alijs infinitis, qui in Christum crediderint.

An ignoratis in Helia, quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersum Israel. Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam? Sed quid dicit responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non cur- Actu. ij.
B *uauerunt genua ante Baal.* Ne forte id dixerint, quid ais Paule, tribus milibus aut milibus quinque, vel numera multitudine tantum populi terminabis, qui arenæ & stellis assimiletur. Inquit igitur Heliæ temporibus milia hominum septem superfuisse, quibus erat de salute sperandum, quod tamen nec Heliæ ipsi innotuit. Nunc vero non iniuria dixerim, quamplurimos esse qui Christi fidem exceperint. Quod si vos latet, nil mirum, quandoquidem & Helias ille suæ ætatis homines ignoraret, qui salui essent futuri. Tacite autem cum rem aliam videtur tractare, & Christi mortem interserit, cuius se cæde hi inquinassent iampridem & ab initio prædicatam. Verum ne asserant illi Christum sese occidisse vt seductorem, quo pacto, inquit, & priscos illos prophetas maiores vestri e medio sustulerunt: num & illi seductores fuere? At nobis dicturi sunt pro eorum licentia, & molesti erant & graues: verum cur illi & altaria disturbabant, num illa poterant improbare? Cur præterea & Heliam qui pro eorum salute intercederet, factitaretq; admiratione quæq; dignissima vt morte afficerent, conquirebã. Cũ itaq; tantus esset improborum hominum numerus, septem milia duntaxat sibi elegit dominus, sicuti responsum diuinum dicit, id est apparens deus & loquens. Haud igitur est quoquã modo mirandum, si vel gentes & quos dignos pręsciuerit, selegerit deus, quod clarius in sequentibus demonstrabit.

Helias. iij. Reg. x. Iudęi prophetas primo & ide xp̄m e medio sustulerunt.

Sic ergo & in hoc tempore, deliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Quemadmodum enim frumentum, contusis eiectisque paleis prius residet, sic malos reprobans deus, sibi digniores reliquit. Cum autem secundum electionem, inquit, gentium studiũ
C patefacit, quo sibi sint electionis huiusce dignitatem adepti. Cum vero gratiæ dicit, dei dono id factum prætendit.

Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Maximum sane in modum inexcusabiles fore hos asserit, qui ex Iudæis Christi fidem non exceperint perinde ac si dicat. Nec enim excusare illud potestis, negocia deum & labores exacturum, ab his qui se & sectētur & colant, quippe qui omnia sit per gratiam elargiturus, cur ergo salutem respuitis: præsertim cum id boni possit tam facile vendicari. Volentes itaque omnes salui sunt facti, quos dei ex populo esse constaret. Nequaquam ergo populum suum repudiat deus, qui dignus salute sit. Nota diligenter.

Si autem ex operibus nõ ultra est gratia. Quoniam opus non amplius est opus. Si ex operibus deo grati efficeremur, vacaret gratia: si vero gratia vacet & superuacanea sit, vel opera ipsa tollantur necesse est. Vbi enim gratia inerit, nulla requiritur operatio: & vbi operatio gratia nulla exigitur.

Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. Cum aperuit quid gratia sit, eamque dei donum sine vllis operibus hominum esse monstrasset asserit demum Israelitas cum iustificationem conquirerent, nequaquam fuisse hanc consecutos, quia nec recte quæsissent. Et ex operibus ipsis, q; fieri non poterat, iustitiam se habituros sperarent. Electio autem, hoc est, qui electi fuissent illam sunt nacti. Ostēdit

Israelitæ iustificationē non assequuti sunt.

itaque per hanc electionis appellationem futurorum bonorum magnitudinem, & dei munere cuncta euenire mortalibus. Est & illud huiusmodi apud nos sermone vernaculo vsurpatum, consecutus est ille, quod cordi habebat, hoc est sine labore oblatum aliquid vltro inuenit.

Cæteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritum compunctionis oculos, ut non uideant, & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem. Esaiam huiusce cæcitatis testē producit, ne sua videatur narrare & propria. Dedit autem deus id est sinit, permisitq;, vt spiritum compunctionis haberent. Compunctionem aūt dicit animi habitum quendam pertinacem ad malum & immutabilem. Horum itaque insanabilem mentem, & in malo constantem, compunctionem appellat. Quandoquidem & si hi & oculos haberent quibus possent miracula intueri, & aures quibus domini doctrinam perciperent. His tamen vtriusque nihil oportune sunt vsi, neque hoc modo sensus Christo domino, sed ne Apostolis quidem accommodarunt.

Esa. vi. Ioan. xij. Cōpūctio quidapud Paulum. p̄s. lxviij.

Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Qui enim perseuerant in malo nec immutantur, extremis supplicijs diuexabūtur. Et mensa eorū, id est vniuersa fortunæ bona, & delitiæ omnes, his ipsis in contrarium cadent. Capiantur insuper & comprehendantur, & cunctis sint in rapinam perfaciles, in omnemque suam vitam & scandalum habeant, & præ cæcitate offendant. Hęc autem cum ex prauis actionibus, & peccatis perpeti Iudæos monstrasset, & mercedem simul exponit. His enim inquit & oculi sunt, ne videant obtenebrati, & mentis prorsus cæcutiunt oculi, vel sensibiles quidem & corporei, exterioresque calamitatibus obscurantur, & illorum incuruatum est dorsum, quippe qui Romanorum seruitute & iugo premuntur, a quo nunquam soluentur. E

Dico ergo. Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Cum satis iam eos carpsisset, quēadmodum consoletur nunc, quęrit rogatque. Num hi deliquerunt, vt caderent: id est nū facinus insanabile aliquod commiserunt? Absit. Offenderunt em̄, id est illisi sunt. Nec tamen adeo, vt prorsus acti, pręcipites videātur, vel ita collapsi, vt se cum velint, neque ant aliquando attollere. Sunt nanq; & hi vel in seculi consummatione habituri salutē, ita vt salui fiant, sicuti & in orationis processu asserturus est Paulus.

Sed illorum delicto salus Gentibus, ut æmulentur. Duo quædam hic nititur Paulus vt Iudæos soletur, & gentium tumorem & insolentiam frenet. Inquitq; Iudęorū ex lapsu & diffidentia, nec Christo præstita fide, salutem obuenisse Gentilibus. Erat sane id consequens, & res ipsa identidem videbatur exposcere, vt horum salua Gentium præueniret salutem. Sed quoniam minus hi paruissent, vocatæ sunt Gentes, quod multis locis in euangelio demonstratur. Saluati sunt quidem Gentiles, vt illos æmulentur, id est Gentibus collati honores cum Iudęos momorderint, vel harum ęmulatione sese, vt ad fidem conferant persuadebunt.

Ex Iudęorum lapsu ac diffidētia. Salus obuenit gentibus.

Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum. Si cum offendissent, inquit, Iudęi tam multis peperere salutē, vt ipsis eiectis admissę sunt Gentes, & illorum pecatum diuitiarum loco Gentilibus cesserit, quanto magis plenitudo ipsorum. Id est, cum ipsi salutem fuerint pœnitendo adepti, hæc quidē eo nūc disserit vt Iudæis gratificetur, & solamen is aliquod afferat. Non em̄ Gentiles, si fide caruissent, idcirco salui fuissent effecti, quod offendissent Iudæis. F

Vobis enim dico Gentibus, quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus. Ministerium enim meum honorifico, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos illis. Rursum cum Iudęorū demulcet animos. Gentiles coercet, Inquitq;. Laudo vos o Gentes duabus de causis. Primum, quia necesse est mihi, vtpote qui vos instituendos susceperim, honorificare ministerium meum, id est vos. Secundo, vt ad æmulationem prouocem carnem meam, hoc est Iudęos, sanguine mihi secundum carnem coniunctos, & saluos faciam. Nec vniuersos cum dixit, sed aliquos, tacite etiam illorum duritiem patefecit, & eorundem nonnullos ęmulatione quadam inductos, & contentione suspicatur Gentiles imitaturos & suscepturos fidem.

Paulus apostolū se gētium vocat.

Si enim amissio illorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi uita ex mortuis. Si cum Iudæis, inquit, succenseret deus, tantis alios donauit bonis, & cum inimicis amicitiam conciliauit, quibus non ille largitionibus Iudęos est ornaturus, si illos susceperit? Erit em̄ tunc ex mortuis vita, id est bona, innumera; id enim pręfert per vitam. Simul etiā nescio

A quid profundius aperit, videlicet quemadmodum a mortuis resurrectio, vt non Iudæorum gratia futura est, sic est, nec illorum respectu aliis obuentura est salus, nisi fide habuerint. Quęcunque autem dicere pro Iudæis nititur, lenta quadam gratificatione & frigida ad illorũ gratiã loquitur, nec secus ac solẽt medici ægrotãtib9 plerũq; gratificari.

Quod si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami. Delibationem & radicem patriarchas appellat: fermentum vero & ramos, qui illorum persuasu crediderint. Consolatur itaque infideles Iudęos, & vos (inquiens) credentes, sanctimoniam comparabitis. Est enim necesse vt delibationi, id est fermento & massa persimilis sit & radicibus rami. Quod si & vos non hanc fueritis similitudinem nacti, & summæ erit in vobis & pertinacis nequitiæ argumentum. Patriarchę delibatio vocantur.

Quid si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster eßes, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Infideles Iudęos ramos appellat confractos, sunt enim sanctiori hac indigni radice redditi. Et recte confracti sunt, dixit. Siquidem nunquam antea constat perdidisse hos deum, vel grauiter delinquentes, vt in præsentiarum sunt perditi. Pro his itaque insertus est, inquit. Gentilis, non tamen plantatus dixit, sed insertus, ostendens Iudæum pro arbore, Quinetiam vel eadem in arbore, id est in patriarchis ipsis, Gentium consistere nationem participemque & radicis esse & qualitatis effectam, id est eiusdem sortitam esse adeo cum illis, & ingenuitatis & gloriæ portioem. Haud quaquam ergo in ramos iactabundus ipse insurgas. Insertus, non plantatus.

B *Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.* Id sane auulsorum ramorum erit officium, nam radicis est sustinere. Vides quam frigide gratificetur Iudæis, consolari illos duntaxat studens, quin potius vt gentes sectentur, hos concitat, aperiens qualem sint iacturam perpessi, & quemadmodum alii sua possideant.

Dicit ergo, Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene propter infidelitatem fracti sunt: tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Ostendit hoc loco non propterea fuisse gentiles inductos, quia commisissent Iudæi, sed fidei gratia, quam prę se tulerint illi. Quibus vero in rebus videtur gentium nationem frenare, Iudęos magis emendat venia quamuis commisisse indigna. Interea tamen & Gentilem instituit & Iudæum. Inquies igitur tu, qui Gentilis sis, ideo fuisse Iudæos effractos, vt inseraris ipse. Effracti sunt quidem, sed præ ipsorum infidelitate, non vt honorem aliquem tibi deberet deus. Stetisti enim fide, id est per fidem radici insertus. Itaque & tibi ne cadas verendum est quando non naturę insertio, sed fidei fit. Gentiles fidei beneficio iudęis sũt pręlati.

Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, forte nec tibi parcet. Illi (inquit) sanctorum erant patriarcharum filii, & fuere ob infidelitatem diffracti. Timendum ergo & tibi erit, qui inductitius sis, & nuper admissus, ne forte & delinquenti tibi non parcat.

Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint, in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus, iterum inserere illos. Gẽtiles insitiii & inductitii quã in Iudeorũ honorem successerint.

Non enim quod recte egeris, aduerte inquit, sed dei bonitatem attende. Nam omnium C summa, huius in gratia versatur. Et cura, vt incumbas, nõ fidei dixit, sed bonitati, hoc est, adusque finem ea facito sedulo, quæ dei sunt, non indigna clementia. Nam si haud ita te gesseris non aliter ipse es perdendus. Atque illi certo sunt inserendi, si non in fidelitate perstiterint. Neque enim illos prior præcidit deus, sed ipsi per se sunt ob suam incredulitatem præcisi. Dei autem dicit seueritatem, quia nil illis pepercerit tã praue labentibus sed indignos potius iudicarit, qui primoribus & sanctis patribus participes essent, vel aliquo cum illis vinculo necterentur. Prudenter autem ex his, quæ Iudæo obtigerunt, Gentilem perterrefacit, & iudæum hortatur gentilis exemplo, vt per fidem & ipse inseratur, redditque illum ob dei potestatem, & spei plenum. Potens enim, inquit, est deus insertionem hanc facere, qui omnia supra humanam spem operatur.

Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ. Si gentilis ipse cum improbus sis, maiores tuos habeas oleastro assimiles, a quibus si ob fidem abscissus, & pręter naturam fueris bonæ oliuę, id est patriarchis, insertus quanto magis Iudęus qui natura id boni possideat: nonne ad suam oliuam, id est ad suos patres confugiet? Secundũ naturam cum a Paulo dictum inueneris, pro re decenti, & quę vt sequatur necesse sit accipias, Exempli gratia, decuit sane Abrahæ filium patris sanctitatem sectari, & sanctũ fore. Et contra, cũ pręter naturã dixerit pro indecenti & alieno sumendũ est. Præter na- Scd'm naturã, & p̃ter naturã quidapud Paulum.

turam est enim, filium quia scelerato Gentili sit ortus, posse sanctitatem seruare.

Nolo autem uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobisipsis sapientes. Quia cæcitas, ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Mysterium hoc loco illud inquit, quod nõdum vel sciri queat, vel explicari. Quod illud erit? Id scilicet, quod non penitus infideles Iudęi futuri sint, sed ex parte illorum sic cęcitas. Nam vt superius diximus) ex eis plærique quos deus pręsciisset, fidem sunt assecuti, & alij rursum sunt credituri. Sunt tamen interea cæcitate hi capti, donec ex gentibus prędestinati saluentur: tunc demum quicunque crediderit, Israelita videlicet, saluus fiet.

Sicut scriptum est. Veniat ex Syon qui eripiat & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Esaiam rursum clamitantem inducit, ex Syon prodi- turum qui habeat condonendę salutis potestatem, & israelitarum purgandi peccata. At quando hæc dicis futura? Nimirum cum illorum delicta sustulerim, id est cum per baptismum venia dignos reddiderim, quam nondum sunt consecuti, quippe qui cęcitate laborent, cum hanc tandem omnino sint habituri.

esaię verba a Paulo citata Esa. lix.

Secundum Euangelium quidem, inimici propter uos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio dei. Quoniam euangelio (inquit) ipsi obtemperastis, & estis a deo experti contentiosiore illi effecti sunt, & desciuerunt magis, & inimicitias acrius vobiscum exercent. Et quemadmodum istorum progenitores ab initio deus elegit, sic nec sinet hoc prorsus iri disperditum, quippe quos diligat & suscepturus sit demum, si credant.

Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo: non autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita & istis nunc non crediderunt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Confirmat Israelitas adhuc demum futuros. Vos quidem Gentiles (inquiens) & si priores vocati, parere deo nil voluistis, quo factum est vt Iudęi acciti sint, & legem acceperint. Deinceps his rursum excisis, nec Christo obtemperantibus, reuocati vos estis & misericordiam consecuti, & commissorum remissio per vos impetrata, vel his condonabitur, quandoquidem & ipsi vos imitati, credituri sunt tandem. Vnde & eadem quam ipsi iam estis adepti misericordiam, consequentur.

Paulus israelitas cõfirmat

Conclusit enim dominus omnia in incredulitate, ut omnium miseretur. Id est, coarguit hos incredulos, vt alterna contentione alteros saluos reddat. Prius nanque ob gentilium contumaciam saluabit iudęos (vt dictum est) Iudæis minus obtemperantibus, Gentiles salui sunt facti. His salutem adeptis, æmulatione impulsi Iudæi, salutem nouissimis seculis vendicabunt, ita vt omnes dei misericordiam assequantur.

Sapi. ix.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Dei dispositiones reputans secum Apostolus, vel quæ a mundi constitutione fere vnquam, animo versans, quemadmodum scilicet contraria constare contrarijs faciat, per quę alterius inobedientiam, alterius obsequium arguat, miratur & obstupescit. Nihil diffusus, qui nostra tam optime disposuerit, vel in futurum de Iudæorum salute rationem denique habiturum. Diuitias vero bonitatem appellat, cuius, vel solam altitudinem demiratur, qui de quantitate nil differens conticescat. Diuitiarum vero ideo intulit, quia gentiles ipsos ex fide prędiuites fecerit. Cum bonitate pręterea dei sapientiam expauescit, mirabundus & stupens quia & nostra dispenset, & gentiles indociles reddat prudentiores. Et scientiam stupet, qua quod cuique vtile sit, facile internoscit. Nec eius incomprehensibilia iudicia dicit, sed inscrutabilia, id est quæ scrutari nequeant prorsus, nec plane disquiri. Et viæ, id est dispositionis, quę non modo nulla possunt cogitatione complecti, sed ne inuestigari quidem cum nec vllum vestigium pateat.

altitudo diuitiarũ dei.

Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, ut retribueretur ei? Solus (inquit) quæ sua sunt nouit deus, & præter eum alius nemo. Cumque & sapiens sit, ab alio consultore nemine est ad sapientiam eruditus, sed ipse sibi est satis, & bonorum omnium fons quodcunque largitur, non accepti muneris vicissitudine, nec vili obnoxius, sed suapte bonitate largitur. Quis enim prior tradidit illi, id est deo vt ei retribueretur, id est, vt dei beneficium tanquam remuneratio aliqua accepti officij reddita existimetur.

Esaię. xl. Rom. ix i. Cor. ij.

Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso facta sunt omnia. Ipse fons omnium est & origo quod cum ex ipso (inquit) prętenditur, & omnium rerum affector, quod per ipsum significatur, & in se cuncta complectitur, ꝙ cum in ipsum dicit, exprimitur. Vniuersa nanque ab ipso ortũ habẽt, & per ipsum effecta sunt, & ĩ ipsũ tãquã in fundamentũ aliquod mixta

A perstant & continentur, & vertuntur omnia.

Ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Solet Paulus cum magni aliquid dixerit, & gratias agere perorans, quemadmodum & hoc loco facit. Nam postquam dei & bonitatem & sapientiam scientiamque & dispositiones contemplando obstupuit, gloriam illi & laudem reddit, nosque facere item instituit, vt bonis affecti ingentibus, & verbis & optimis vitæ actionibus, gratias deo & laudes referamus.

Paulus semp pōrat cū gratiarū actiōne.

CAPVT DVODECIMVM.

O*Bsecro itaque uos fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam deo placentē, rationabile obsequiū uestrū.* Postquam satis est sermoni dogmatico immoratus, ad moralem procedit. Vbi vero ineffabilem dei erga nos dispensationem ostendit & bonitatem, hortatur & orat, per dei misericordiam. Proinde hanc mediatricem proponit, vt huius saltē pudore ducti, nil ipsi agamus quod sit ea indignum. Verum quid ille orat? Nēpe vt præparemus corpora nostra, id est vt illa ad prælium exponamus, dici enim sic vulgo solet. Parauit militiæ princeps ad bellum acies, & instruit. Vel quia debemus ipsi deo membra hęc nostra, tanquam imperatori, proferre probatiora, & fortia.
B Istiusmodi enim sunt qui principibus astant, quin etiam eadem illa in hostiam viuā sunt offerenda, vt hisdem castigatis tandem & fere confectis, secundum spiritum vitam ducamus. Enimuero nō est Iudæorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc (inquit) a manibus vestris requisiuit. Fidelium vero sacrificium & rationabilis seruitus, magnum in modum a deo reposcitur. Inquit enim, immola deo sacrificium laudis, & illud sacrificium laudis honorificabit me. Rationalis autem seruitus non solum quæ ratione & iure optimo deo impenditur dici potest, sed etiam quæ secundum Christum ducitur vita, cū nullum in nobis, quod absurdius sit vitium, dominatur. Sed nostra omnia & ratio ipsa moderatur & ęquitas. Et quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris efficitur, cum internā mactat nequitiā, & siue verba hic faciat, siue quid agat, deo videtur assistere, sic tibi trepidandum assiduo, nec secus ac solet pontifex ille, cum rem agit diuinam, & sacris astat altaribus.

Rationalis seruitꝰ quę dicatᷓ a Paulo

Nolite confirmari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Et modum suggerit quo sit rationalis hæc seruitus comparanda, qui modus tunc sane per nos adhibebitur, cum nihil erimus huic sæculo ipsi conformes, quod nihil habet quod aut diu constare possit, aut stabile sit, sed illius cuncta & momentanea sunt, & figuram vel solam asseruant, nec substantiam habent aliquam quæ subsistat, & firmior sit. Nolite igitur huic seculo conformari, nutabundo & labili. Id est, nolite sapere quæ seculi sunt, sed mētis vestrę innouatione transformamini. Hoc est, innouate vosipsos, exempli gratia. Es ipse diuturnis criminibus obuolutus, obduxit animum tuum prauis facinoribus, & vetustior iam affectus est ille, nouum hunc reddito. Castiga & stude vt magis hac magis in viam
C redeat castigatus. Sic proculdubio innouaberis, cum formam hanc tuā ad meliora trāstuleris. Aduerte autem eum nos conformari minus debere huic sæculo dixisse, quia breue sit illud & facile dissoluitur, & figuram prę se labilē ferat. Cum vero de virtute agit, & spiritus innouatione, transformamini intulit, vt virtutem ostendat nullam habere in se adumbratam figuram, sed formam veram & subsistentem, nec illo indigere exteriori ornatu, quemadmodum mundus qui se & comit quidem, & figuris quibusdam expolit, vt nos fallat. Debemus itaque semper in virtutis effigiem transformari. Innouatione a prauis ad bonum desumpta, & a minori virtute prouehi ad maiorem.

Querēda spiritus īnouatio.

Vt probetis quæ sit uoluntas dei bona, & bene placens, & perfecta. Cum innouamini dixerit, noui semper effecti, infert etiam cui rei conducat istiusmodi mentis innouatio. Inquitque vt præbeatis, id est, vt noscatis quæ dei voluntas sit, qui enim mentem gesserit vetustate confectam, longe abest a diuinæ voluntatis cognitione, quæ sane exigit vt in spiritu & paupertate viuatur, & luctu, & aliis in rebus, quas lege cauit. At qui mente & animo innouatur, tenet hauddubie quid deus velit. Nec tamen ea cognitione qua & Iudæi, qui a lege pendebat. Quæ etsi pro Dei voluntate in legem sit habita, alioquin nec grata fuit, neque perfecta. Non enim vt præcipua lata est illa, sed ob illorum imbecillitatem concessa. Testamentum vero hoc nouū & perfectum est, & deo acceptum. Potest secundum Basilium dei voluntas vel in hunc modum intelligi. Quod

Cui rei cōducat mētis innouatio, quā postulat Paulus.

Testamētum.

multa vult deus quæ partim quia nobis in beneficium cedunt, & bonitate sunt plena bona dicuntur, partim mala, quia inferunt malum. Quod profecto tum fit, cum nostris prauis facinoribus irascitur deus, tametsi illorum finis optimus sit futurus. Debemus igitur bonam hanc Dei imitari voluntatem. Quæ vero fuerit ad malum procliuior, nequaquam erit sectanda. Non enim ipsi inferendorum malorum sumus ministri, sed potestates illæ peruersæ funguntur hoc munere. Primum itaque aduerte quę sit dei voluntas in bonum. Qua pręcepta, quid illi deinceps sit beneplacitum, specta. Sunt nanque bona pleraque quæ vel temporis ratione, vel personæ nihil placeant. Exempli gratia. Bonum est quidem deo offerre incensum, Ozias tamen cum id obtulisset, non placuit. Bonum præterea fuit vt dei arcana discipulis crederentur, haud tamen erat cum nondum tempus adesset deo id placitum. Non enim, inquit, potestis nunc portare. Cum autem simul & bonum erit & bene placens, curandum vt perfectum & integrum sit. Quod bonum cum erit hoc modo absolutum, vti res postulabit, tribuendum est. Non mancum vel imminutum, sed in simplicitate, id est, affatim & liberaliter. Quod si parce illud donetur, nil plane perfectioris mensuræ modum assequetur istiusmodi largitio.

Sapere plus quã oportet quid sit apud Paulum.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omni qui est inter uos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Præ sua humilitate Apostolus nullibi dignum se dicit, cui fides pręstetur. Sed dei clementiam & gratiam sæpe interserit, quibus omnia se consecutum fatetur. Non meum aliquid, inquit, edissero, sed dei ex gratia & eius suggestu dicta hæc profero. Omnibus autem edico tam priuato quam magistratum gerenti, nõ esse vltra quam scire oporteat, sapiendum. Et primum quidem de humilitate disserit. E Aqua & Christus exorsus est, cum inquit. Beati pauperes spiritu. Quod autem Paulus hoc loco sentit, huiusmodi est. Oportet quidem sapere, hoc est, excelsam habere mentẽ, sed ad habendam cœlestium cognitionem, & conculcanda terrena. Non vt in proximos superbiamus. Id enim foret longe plus sapere quam oportet. Sed vt sapiamus ad sobrietatem, id est, ad humilitatem. Accepimus enim sapientiam non vt ea ad insipientiam, sed ad sobrietatem, hoc est, ad humilitatem vtamur. Quod eo dixit, vt arguat qui se nõ humilem exhibet, desipere, & plane afferri. Qui vero prę se tulerit humilitatem, mente hunc esse integra, eo quę & optime sapere prædicari.

Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Cum diceret nobis non vltra sapiendum, quã ratio ipsa deposcat, sed sobrie sapiendum, differit & quemadmodum sapere debeamus. Et vt sic sapiamus, vt putemus vnicuique deum fuisse mensuram fidei impertitum. Et quoniam singulis deus fidei mensuram diuisit, non enim id tua virtute, sed dei munere effectum est, quod siue magnum sit illud, siue exiguum, deus ipse largitus est. Fides autem hoc loco pro dei gratia sumenda est, qua illi miracula factitarent. Duplex nãque est fides nostra. Altera, vt illud. Fides tua te saluum fecit. Altera dei est donum, qua fiũt miranda, vt illud, si habueritis fidem vt coccum sinapis, dicetis monti huic &c.

Fides nostra duplex.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Corporis & membrorum exemplo eorum tollit elationem, qui sapere vltra modum conquirunt. Nam quẽadmodũ vnũ est corpus, & mẽbra habet diuersa, varios actus operantia, sic & fideles ipsi vnum in Christo sunt corpus, tanquam capiti innixum, & pro se quisque ad inuicem est alteri⁹ mẽbrũ. Ita vt nõ solũ qui maior est, minoris sit mẽbrũ, sed minor maioris. Nolite ergo inuicẽ superbire, quandoquidẽ & ipsi non secus ac mẽbra, alterna ope ĩdigetis. F

Habentes autẽ donationes, secundum gratiã quæ data est nobis differentes, siue prophetiã secundũ rationem fidei. Non enĩ numerum vel magnitudinem vel paruitatẽ expressit eos habere, sed varietatem. Vt vel ex nomine ipso eorum qui efferuntur reprimat insolentiam. Nec officia dixit & virtutes, sed donatiões appellat, vt a deo asserat ista concedi. Quinetiam vt seniores ad studiũ excitet, ostendit & ipsos, vt frui his donis liceat, conferre aliquid posse. Vnde, inquit, siue prophetiam secundum fidei proportionem, quę etsi gratię sit loco habenda haud tamen effunditur temere, sed tantum influit, quantũ vas aliquod offeratur, quod excipere se sit accommodum. Cuius prophetiæ idcirco meminit prius, vt nos cõmonefaciat, ne condemnemus vel delinquentes, qui id muneris sint consecuti, diceret deus quos mea gratia ipse non spoliarim, tu quis es, vt contemptui habeas?

Prophetia.

Siue ministerium in ministrando. Est sane priuatum quoddam dispensandi donum administratio, qualis illa septem diaconorum fuit. Potest tamen pro quouis opere spiritali intelligi. Infert igitur, Si quis administrationem susceperit, in administratione vide-

A licet maneat neque præter hanc aliud quærat, neque in alium superbiẽdo, insurgat, sed maneat accepto contentus.

Siue qui docet in doctrina Si generalem quandam administrationem intelligis, accipe etiam huius & species innumeratas. Si priuatam, attende quemadmodum vel huius prius fecerit mentionem. Vel si inferior sit, & doctrinam quę sit longe prestantior secũdo loco posuerit, indifferentem in his ordinẽ præferens, & plane per hęc instructurus, neque intumescendum his esse, nec quodam pacto superbiendum, qui alijs præstare qua uis gratia videantur.

Qui exhortatur in exhortationibus. Quinetiã vel huiusmodi exhortatio doctrinæ quædã est species. Ea quippe dicitur esse doctrina vel simplex, quæ possit de re qualibet disputare abiecta. Exhortatio vero quæ animum mœrore vel ira effectum: & continet verbis & frenat. Qui igitur (inquit) hortatur, in hortationibus perstet, hisque & operam impendens, neminem per insolentiam aspernetur.

Qui tribuit in simplicitate, qui præsidet in solitudine. Cum doctrinam & exhortationem commeminisset, quę animis pręsident ad tutelam, nunc de rebus corporeis disserit, quæ secundo sunt loco habendæ. Simplicitatem autem abundantiam dicit. Est enim necesse abunde largiri. Nulla nanque permansura est virtus, quæ exercetur remissius. Accedit & virgines, cum oleum haberent, alioqui quia satis esse non videbatur, fuisse relictas. Nec minus præsidentem oportet diligentissimum esse, nec munus sibi iniunctum exequi negligentius. Præsidere nanque est, cum verbis, tum proprij corporis adminiculo opem pręstare indigenti. Et quoniam pecunijs iuuandos fore inopes dixit, & earum non multis sit copia, esse tamen cum præsidemus egenis pro viribus studiosissime succurrendum iniungit. Mat. xxv Negligẽtia in prælatis.

B

Qui compatitur in hilaritate. Dixit superius abunde esse & solicite tribuendum. Et quoniam plærique, & si multa impartiantur, inuiti tamen id agunt, mœstique conferunt sua, necessarium fore, inquit, vt in abundanti largitione nulla insit tristitia, sed hilaritas potius & tranquilior facies. Est nanque lętãdum magnopere cum tibi tenui quodam, & perexiguo præcio cælum vendicas. Aduerte autem hoc largientis esse, & commiserantis discrimen, quod alter quod ab alio ceperit, in alium confert, & alter vero q̃ sua sun t tribuit. Dãdũ cũ hilaritate

Dilecto sine similitudine. Ostendit quemadmodum perfici possint prędicta, nũc charitatem ait nequaquam debere fucatam esse. Tunc em̃ & amorem dicit subsequuturũ & cuncta factu fore facillima, cum is qui clementior sit, hilarem se in locando beneficio præstet, & diuitias alienis perinde ac sibijpsi impartiat. Et si pręfuerit, omni studio præsit, quandoquidem proximi gratia non secus ac pro seipso contendat.

Odientes malum. Dixit in charitate. Et quoniam est noxium quoddam amoris genus, eiusmodi pręd onum, vel istiusmodi ad furta conspirantium beneuolentia, illud infert, Odientes malum, id est ex animo malum odio habetote. Cunque plerique sint qui & si res ipsa a prauis abstineant facinoribus, sunt tamẽ ea perpetrandi cupidiores. Odium

C (inquit) aduersus nequitiam quod ex corde prodeat a vobis exegerim, vt anima purior sit & integrior. Neque cum illud auditis, amate vos inuicem, existimetis vos concitari, vt conspiretis ad malum, sed velim (quod ex his longe diuersum) alienos vos fieri, non modo ab actionibus prauis sed etiam ab omni mentis affectu qui ducat ad malum.

Adhærentes bono. Nec sat est mala defugere, sed incumbendum etiam vt bona operemur. Propterea & bono inhęrentes dixit, id est, vt animi quodam affectu quo bonum est prosequamini. Nec secus ac deus, cum virum fœminę arctius copularet, vxori inhęrebit, subiecit. Gene. ij.

Charitatem fraternitatis in uicem diligentes. Commonefeci vos (inquit) vt mutua vos beneuolentia complectamini & merito quidem id erit per vos exequendum, estis nanque fraternitatis vinculo nexi, & vna ex vulua & lauacro procreati. Aequum est itaque, vt ad inuicem amicitiam ineatis, qua vel magis fraternitas hæc innotescat, vt amicitia quam fraternitas parit, gratior sit futura & firmior.

Honore uos inuicem præuenientes. Disserit hoc loco, quemadmodum fraterna hęc charitas diu sit permansura, tum scilicet, cum se fratres honore præuenerint, in eoque exhibendo se, vel officijs alternis anticipent.

Solicitudine non pigri. Quoniam videntur plerique proximum animo dunta-

xat prosequi, nec tamen manum porrigunt indigenti, vel opē ferūt, studio, esse, inquit, & diligentia committendum, vt dum alijs præsidemus, & auxilio simus.

Nō suffi- cit amare nisi man⁹ porrigat̄ egenti.

Spiritu feruentes. Haud secus hac quispiam roget, quo pacto efficiemur solicitudine non pigri? Respondet, Si spiritu erimus feruentiores, id est si exciti fuerimus & charitatis ardore incensi. At illud velī aduertas, q̄cum plerasque virtutis spēs explicasset, demum & spiritu feruentes intulerit, perīde ac si quis fuerit dicta hæc omnia consecutus & spiritus sit gratiam habiturus, & ab eo incensus feruescat.

Mat.xxv

Domino seruientes. Cum fraternitatis amore tenebris & charitatem simul habueris, & reliqua fueris (quę superius narrata sunt) nactus, tunc deo videberis inseruire qui in se excipit, quodcunque in fratrem contuleris.

Spe gaudentes. Quoniam magna quędam & factu difficilia egisse videtur, ait nunc quemadmodum fieri hæc facillime queant, si spe, videlicet ipsi iuuabimur: etenim virilem admodum animum reddit spes, & ad obeunda pericula fidentiorem.

spes de futuro.

In tribulatione patientes. Et quoniam spes de futuris habetur, asserit eum tam in præsenti hoc seculo, quam in futuro magni aliquid boni vendicaturum, qui ex angustiæ & pressuræ tollerantia de se periculum fecerit

Orationi instantes. Magno vel id futurum est adiumento, id est oratio ipsa, vt consequi cuncta possumus, quę sunt superius explicata. Nec quidem simpliciter orantes, dixit, sed orationi insistentes, vt si nihil initio statim acceperis deprecatus, instando tamē ad votum cuncta perficias.

Eleemosynæ.

Necessitatibus sanctorum communicantes. Superius dixit qui in hilaritate cōmiseretur, vniuersis plane manum porrexit, & opē tulit. Nunc vero de eleemosyna meminit, quę in fideles ipsos confertur, quos sanctos appellat: nec solum inquit istorum necessitatibus subuenite, quin velim & participes sitis: arguens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrum commune sit concessurum: siquidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturi sunt cælum, sic sane cum nummis cælestia commutabis. Nec delicijs sanctorum dixit: sed necessitatibus succurrendum, vt ocius impetret quod hortatur. Nam quo pacto non inhumani vel immanes potius videri debent, qui sanctorum non subueniant indigentiæ?

non delicijs, sed necessitatibus succurendum.

Hospitalitatem sectantes. Non dixit tractantes: sed sectantes, vt nos instruat, nil expectandum fore, vt nos adeant pauperes, sed occurrendum his potius esse. Insuper & prosequendos hos esse, vt Abraham & Loth illum fecisse memoriæ proditum est.

Ge. xviij. xix.

Benedicite persequentibus uos, benedicite, & nolite maledicere. Postquam eos de charitate fraterna & erga proximos amore instruxit: demum quemadmodū nos erga inimicos, debeam⁹ habere, edisserit. Neque id dixit, nolite vel odia exercere vel vindictas, sed qđ præstantius est: benedictis prosequimini vobis infessos. Porro qui pro Christo, se insectātibus benedixerit, arguit se id lætiori animo ferre, quod eius gratia tolerat, quem colat plurimum. Contra vero qui maledictis se lacessentem insequitur, eo grauiter se id ferre quod patitur patefecit, quia cum nil amet, cuius ob gratiam iniuria lacessitur.

Flete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus. Mira est op⁹ animi magnitudine, vt nō modo vacemus inuidia, sed etiam adgaudere possimus, lætitia exultantibus. Per id nanque arguitur animus oī prorsus inuidia liber. Siquidem longe est maius gaudentibus congratulari, quam edere cum flentibus gemitum. Lachrymas nanque natura suggerit, & ad commiserandum faciles reddit. Ad misericordiam igitur nos erudit, & vt animo simus erga omnes beneuolentissimo, vel in eos ipsos qui nos persequuntur.

Gaudere cū gaudētibus animi est ab oī inuidia liberi.

Idipsum inuicem consentientes. Rursum de sobrietate & humilitate nunc differit, & merito quidem. Insederat enim in vrbe regia, vtpote rerum potita, superbię morbus. Sensus autem huiusmodi est: & si magni te ducis, haud tamen qui frater sit, te inferiorem existimabis. Vt enim tenuem illum & humilem putas, sic velim de te & ipse sentias. Nunc enim in modum omnem disparitatem æquabis, nec illum contemnes tanquā tibi sit impar, sed ęque hunc ac ipsum te honoribus prosequeris.

superbiæ morbo laborabant Romani.

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Quo pacto dicet aliquis, quod paulo ante dictum est, consequi quispiam poterit? Nempe si altiora, inquit, & superba minime sapuerimus, sed cum humilibus, id est vilioribus, abiectis, & contemptibilibus cōsentiemus, id est deferemur, & illorum nos sorti annumerabimus.

Nolite eſſe prudentes apud uoſmetipſos. Hoc eſt, nolite vel veſtræ prudentiæ vel viribus A ita confidere, vt exiſtimetis nemine vos indigere conſultore, & quæ recta ſunt ſuggerente. Moſes enim & ſi dei colloquio frueretur, opus tamen habuit quē conſuleret ſocero.

Nulli malum pro malo reddentes. Si alium quempiam dixeris nequam eſſe & improbum cur ipſe hunc imitaris, & quæ praua ſunt peragis? Nec ſolum inquit, nil mali credent intuleris, ſed nemini dixit, vel Græcus ſit ille, vel quiuis alius fuerit.

moſes ſoceri conſilio iuuabatur. Exo. viij.

Prouidentes bona coram omnibus hominibus. Non enim vt adiactant iam viuamus, hoc intulit, ſed nec cauſam alijs præbeamus nos obtrectandi præſertim cum plurimi ſint qui dicta noſtra & facta obſeruent.

Si fieri poteſt quod ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Recte dixit, ſi fieri poteſt. Nam ſępe nec quietem ducere poſſumus, nec pacem ſeruare, pręſertim cum de fide certamen aliquod oritur. Age igitur, inquit, nullam pro viribus cuiquam diſſidij vel obturbationis occaſionem obtuleris. Verum ſi religionem fidemve offenſum iri proſpexis, obſiſte virili & ingenti animo pro veritate tutanda decertans. Nec dixerim hominem ipſum odio habeas, ſed illius ſit tibi odioſa impietas, vel potius hunc commiſeratus curandum per te, & ad ſanitatem reuocandum exiſtimato. Sic fiet, vt quod interea fieri videbatur non poſſe, factu facillimum ſit, & quantum in te fuerit, pace ſis vſus, impietate duntaxat oppugnata.

Impios odio nō eſſe habendos, ſed impietatē

Non uoſmetipſos uindicantes chariſsimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim. Mihi uindictam & e- B *go retribuam, dicit dominus.* Cedite inquit iræ, id eſt, diuinæ, quæ illatas vobis iniurias vindicabit. Nam ſi pœnas de iniuriam inferentibus ſumpturi vos eſtis, non vobis opem laturus accurret deus. At ſi illos miſſos feceritis, acerbius in hos vindicabit. Apoſtolus autem eo hæc intulit, ſacrarum literarum teſtimonio comprobata, vt conſoletur intolerantes, qui nihil magis voluptati habent cum offenduntur, quā vt cōtumelias vindicēt.

Deutero. xxxij.

Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Plurimus a nobis ſapientię exigit. Quid ergo, inquiet quiſpiam: num erga laceſſentes iniuria, pax erit vtenda? quin etiam vel beneficia conferenda eſſe iniunxerim, inquit: quippe qui ſis in caput illius congeſturus carbones. Quod eo intulit, vt eorum qui laceſſuntur & afficiuntur iniurijs ſub leuet animi pulſillitatem, quibus nihil adeo videtur ſuaue, quam hoſtem ſpectare cruciatum ſubijſſe: quaſi illud īquiat deus. Viſne in contumelioſum & laceſſentem exercere vindictam? Boni aliquid in eum confero, tunc acerbior ero tuæ iniuriæ vindex. Vnde & cum acriora tormenta prætenderet, fore dixit vt ardentes in eum carbones accumularet, & ea propter illud prædixit eſſe diuinę irę concedandum.

Cōgerere carbones in caput īimiciquō ſit intelligendum.

Noli uinci à malo, ſed uince in bono malum. Hoc loco tacite arguit, non eo eſſe inimicos cibandos, vt acriora illis ſupplicia inferamus. Hoc plane ſibi vult illud, cum inquit. Noli vinci a malo hoc eſt, nihil in quempiam iniquo & maleuolo animo geſſeris, nec hunc tibi imitandum deſumpſeris, qui officere ſoleat & obeſſe. Hęc namque tua erit victoria, quin potius quouis ſtudio nitere beneficio vincere eundemque ex improbo reddere probiorem. Quę autem ſupra commemorauit apoſtolus, vt eos qui puſillo ſunt animo, & C impatientes demulceat dixit, nunc vero hęc quę perfectiora ſunt, explicauit.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Poſtquam ſatis iam auditorum mores inſtituit, eoſdemque vt humanos ſe erga hoſtes exibeant, commonefecit, inducit aliud quoddam inſtructionis genus, & vniuerſos erudit, ſiue ſacerdos ſit, ſiue monachus, ſiue apoſtolus, vt ſe principibus ſubdant, cuiuſmodi ſubiectio nil prorſus eſt dei ſublatura cognitionem. Quod idcirco Apoſtolus admonet, vt oſtendat euangelium homines non vt a deo deſciſcant inſtituere neque ad crudelitatem hos erudire, ſed ad gratitudinem potius & fidem.

Non enim eſt, poteſtas niſi à deo: quæ autem ſunt, à deo ordinata ſunt. Queret aliquis. Quid ais Num ſinguli a deo principes inſtituuntur? Non illud aſſero, inquit, neque de ſingulis qui hoc principatus munere funguntur nunc mihi eſt ſermo, ſed de re ipſa. Namque conſtitutę ſint poteſtates, & alij dominētur alij vero dominorum

Non omnis princeps a deo

imperio pareant, ne confuse omnia differantur, diuinæ sapientiæ esse dixerim opus. Neq; enim dixit, nõ est prĩceps: sed nulla est nisi a deo proficiscatur potestas: ita vt de ipso prin cipatus munere non de principe differat. Sicuti cum sapiens aliquis dixerit. A deo vxor viro coniũgitur, haud sane inquit, quicunque cum vxore rem habeat ex eo sibi vxorem connectere, sed deũ hanc copulasse, qui & nuptias fecerit. Potestateς itaque omnes quascunque animo & cogitatione versaueris, a deo sunt institutæ, siue patris in filium, siue in vxorem viri, vel si quas alias dixeris, siue cæteras omnes quas esse vel inter bruta animantia constat, quales apium, anserum, & piscium sunt, & huiusmodi. D

Potestas oĩs a deo instituta q̃ late pateat.

Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ne forte illud fideles obĳcerent, nos ipse reddis obiectiores, qui cum simus regno cœlorum potituri, principibus subdas, ostendit deo esse subiectos qui magistratibus parent. Quinetiam quod est horribilius adĳcit, eum videlicet qui his minus paruerit, deo obsistere, qui illos instituit. Qui vero obstiterit, cum deo, tum hominibus pœnas daturum. Quod sane per illud significatur, quod inquit, damnationem sibi acquirunt.

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex ipsa. Quid trepidas, aut quid timore corriperis, num tibi recta agenti: mala ingesturus est princeps? Non enim ille formidini futurus est ei, qui virtuti incũbit. quin potius si bona egeris, in tui gloriam assidebit, tantumque aberit, vt se tibi formidolosum exhibeat, vt vel laudum tuarum sit præco futurus.

Dei enim minister est tibi in bonum. Princeps enim dei voluntati obsequitur. Consulit tibi per euangelium deus vt pudicitiam & castitatem secteris, has ipsas & principes iubet seruare. Auaritiam commonefacit per legem vt futura defugias, & ille de his pręsidet cogniturus. Ita fit: vt si principi illi obtemperaueris ad optimas actiones tibi vel operam præstet. E

Si autem malum feceris, time: non enim sine causa, gladium portat. Non enim princeps nobis formidinem parit: sed nostra malignitas, qua & principis gladius exrcetur, id est principis potestas, quæ pœnas exigit. Neque enim temere ille succinctus est ferro: sed vt improbos tormentis afficiat.

Dei enim minister est uindex in iram ei qui malum operatur. Cum laudibus princeps virtutem extulerit dei voluntate exequitur: cum gladio vtitur, dei minister est. Cum vero vindex fuerit virtutis nequitiam insectatur. Plerique enim non dei magis quam principis formidine ducti sese ad virtutem exercent. Pręsul itaque ille, cum animaduertit in improbos ob virtutis vindictam dei ministerio fungitur.

Princeps iustitiam exercẽs, est dei minister

Ideoque necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Necesse est inquit, vt subeas iugum, vt non modo vel dei vel principum iram nil prorsus pericliteris vt contumax: nec intolerabili afficiaris supplicio, sed etiam ne conscientia carere appareas, id est ne ingratus in beneficos arguaris. Maximis enim beneficĳs principes ciuitates condonant. Per illos namque & nostra vita hęc constat. Qui tollantur e medio, auferantur & cuncta necesse est, vocantibus infirmiores potentibus. Suadeat ergo sibi conscientia tua: eis honorem vt deferas, qui nobis bona huiusmodi largiuntur.

Prĩcipes q̃ sint necessarĳ.

Ideo enim & tributa præstatis. Ipse, inquit, principum istiusmodi in te beneficia testificaris & probas: cum eis tributum & mercedem dependis. Quod sane perspicuum est: eo te illud persoluere: quia & tui curam illi susceperint. Neque enim præsidibus ipsis hos cẽsus a principio detulissemus, nisi nobis fuissent pernecessarĳ, quippe cum ipsis curis vacui non hos habeamus qui pro nobis inuigilent. F

Ministri autem dei sunt in hoc ipsum permanentes. Fit itaque vel dei id voluntate: vt tributa suis ministris pendantur. Vult enim deus vt pax ipsa & virtus exerceantur: & propulsetur iniquitas: additque, deo volente ministri sunt principes, & illi parent cum ministerio isto funguntur: & pro communi hominum statu labores insumunt, in eoque & præstant & connituntur: vt vitam ipsi per quietem ducamus. Si quis vero hoc principatu abutitur, nihil his principi officit, quin suum ille: & moderandi & ministrandi decus tuetur.

mat. xxĳ.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorẽ. Debitum inquit, tibi quoddã inexcusabile impositũ est, ꝙ psolue re prĩcipibus debeas, gratitudinis .s. Redde itaque vniuersis q̃bus creditus est magistratus, ꝙ debes: cui fueris pro cẽsu obligatus, censum depẽde, cui ꝓ vectigali, vectigal: cui ꝓ tributo, tributũ psolue. nec solũ pecunias deberi illis affirmat, q̃n & timorẽ, hoc est,

Tributa principib⁹ esse pẽdenda,

pudorem & verecundiam,& honoris plurimum principibus exhibendum :ita,vt cui debeatur hic honos,honos reddatur. Timor autem duplex est: altero noxij,ex malorũ facinorum conscientia corripiuntur: alterum vicissitudine quadam impertiuntur,qui mutuo detinentur amore cuiusmodi timor,honor est quidam præcipuus. Qualis ille videtur, cum inquit. Nihil deest timentibus eum & timor domini permanet in seculum seculi. Timor autem hoc loco venerationem quandam prætendit. — Timor duplex. Psal. xxxvíij. & xvíij.

Nemini quicquam debeatis,nisi ut inuicem diligatis. Soluite,inquit,que maiora sunt debita nunquã tamen persoluere charitatem velitis,quin potius sit illa vobis in debitum quoddam perpetuum. Neq existimes velim si hodie proximo te beneuolum prestitisti, fuisse te ob id beneuolentię vinculo liberatum, vt eundem mox in crastinum negligas, sed existima te proximo cuique perpetui amoris esse obnoxium.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit: nã, non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Totam legem implet qui proximum amore prosequitur. Itaque amare hunc debet, cum ex hoc animi affectu, tantum quisque beneficij vendicet, vt legem ipsam adimpleat: enimuero & mandatorum summam breuibus explicat. Virtutis namque vt principum, ita & finis est charitas. Lex ergo interiorẽ quandam beneuolentiam exigit,quippe quę istiusmodi iubeat, haud secus ac teipsum, proximum colas. Christus vero, quod præstantius est,longe magis hunc esse beneuolentia cõplectendum iungit, quem nosipsi complectimur. Quandoquidem vel animam ipsam amici gratia ponendam commonefacit. — Totã legẽ inplet, q ꝓximũ amore ꝓsequitur. Ioan.xv.

Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est charitas. Duas charitati inesse virtutis species patefacit, mali videlicet abstinentiam, cum malum inquit,non operatur & boni operationem cum infert, Impletio igitur legis. Quo fit vt integram nobis virtutem pariat charitas, quæ lege prætenditur.

Et hoc, scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. Debetis,inquit, plurimi facere charitatem,per hanc namque & reliquæ constant virtutes, & temporis gratia,quia in proximo est resurrectio, in propinquo & dei iudicium. Necesse est itaque vt ab ignauiæ torpedinis somno excitemini: promptioresque sitis & parati ad opera, quę resurrectione sunt non indigna — Per charitatẽ reliq virtutes constant.

Nunc enim propinquior est nostra salus. quam cum credidimus. Quoniam par erat vt illi in fidei ipsius primordijs.maiorem de se diligentiam & feruorem pręstarent,& deinceps temporis processu refrigescerent,dixit magis hoc tempore futuro sęculo appropinquamus, quod potiore quodam salutis nomine expressit. Siquidem peccantibus illud non saluti sit, sed exitio futurum Cum itaque ad diem illum propinquiores accedimus, maiori studio virtuti est incumbendum, quod postmodum ex his quæ insequuntur ostendit.

Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Id est,ad finem nox ipsa declinat. Exempli gratia. Concedamus horis duodecim produci noctem, e quibus decem exactis,prouectam hanc discimus .i. propemodum fidem transgressam,breuique fore vt finiatur, quia in auroram iam vergat. Sic sane per noctem hoc sęculum exprimit, cum quia in eo plerique versentur in tenebris, tum etiam quod singulorum sit ocultior. Deinde vero per diem, futurum illud prętendit iudicium, quia in eo sunt iusti splendorem habituri & gloriam, & quæ adhuc cælata sunt,& occulta patebunt cuncta. In euangelio tamen perdiem præsens hoc sęculum dicimus, quia in ea sit bonis operibus studendum,per noctem vero futurum: quia nemini in eo licebit aliquid operari. — nox seculũ hoc exprimit,dies futurũ iudicium Ioan.ix.

Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induamnr arma lucis. Opera vocat peccati actiones: vt pote quę plurimum difficultatis habeant & negocij, & in maximo sint, cum in hac vita, tamen in futura discrimine. Iustitiæ vero arma, quę virtutis sunt opera: quibus hi quidem securiores redduntur & tuti, qui illa sunt nacti. Ea namque armorum sunt loco securiores redduntur & tuti, qui illa sunt nacti. Ea namque armorum sunt loco, & afferunt charitatem. Abijciamus autem tenebrarum opera:cum inquit, & lucis arma induamur, & quemadmodum possint delictorum actiones defugi, & ad virtutem possimus induci, facilitatem ostendit. nam vt nobis perfacile est altero depositio indumento vt alterum induamus: sic leue admodum reiecta nequitia, vt virtutem sectemur.

Sic ut in die honeste ambulemus. Dixerat supra appropinquare diẽ,nunc imminere hunc indicat, cum honeste inquit in die vt ambulemus. Et quoniam ea apud Romanos gloria plurimi ęrat, que esset a multis delata,pellicit eos & moderatur,per honestatis eiusmodi

appellationem. Neque ambulare dixit, sed ambulamus, vt minus molestam exhortationem hanc reddat. Nihil enim a deo impudentiam parit, quam praua facinora. Vti contra nulla re magis quam virtute comparatur honestas.

Paul⁹ nõ prohibet potũ sed vini intẽperãtiam

Non in comeßationibus & ebrietatibus. Non potum prohibet, sed vini potius intemperantiam, Nec vino frui, sed temulentiam interdicit: κῶμοσ enim græce cantationes dicuntur, quæ post nimiam vini luxuriam & potum abundantissimum per luxum & incontinentiam decantantur, quod etiam παροινια dicitur.

Non in cubilibus. impudicitijs. Cum ebrietatis mentionem fecisset, nunc & mala quæ hanc subsequuntur cõmemorat. Nam vel ex hac vinolentia, sæuitia, & impietas oritur. Hoc autem loco non legitimum mulierum concubitum prohibet ineundum, sed incestum & adulterium.

Non in contentione & æmulatione. Sublatis quæ ex cõcupiscentia prodeunt malis, nũc quę ab ira nascuntur comprimit vitia. Nil enim adeo Venerem ipsam succendit, & iracundiam concitat, quam temulentia. Ex æmulatione autem contentio oritur. Qui enim alteri inuidet, & ad conuitia demum deueniet. Contentionem itaque cum sit sublaturus ad liuorem vnde illa originem sumpsit, decurrit. Et quoniam ex ebrietate & comessationibus incenduntur & bella, & domus euertuntur plerumque post illas: contentionis & inuidiæ meminit.

Mala temulẽtię.

Sed induimini dominum Iesum Christum. Cum nos sordidis vestibus exuisset, vt optimis ornet, non vltra lucis armis nos induit, sed quod honorabilius est pro veste Christum largitur. Hoc si quis fuerit obductus, omnem prorsus est virtutem adeptus.

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nihil sane quo minus carni prouidendum sit, impedit; sed illi ne ad voluptatem & luxum indulgeatur, iniungit. Perinde ac si dicat, carnis duntaxat ad sanitatem, non ad continentiam habẽda est ratio. Nec enim dici prouidentia posset, quę carni flammam & incendium excitaret. & ignis caminum & gehennam illi succenderet. Ad vnum illud quærendum, vt carnem bona valetudine habeas. Neque præter id quippiam curæ habendum, ne libidinem nimia carnis indulgentia excites, quin studium omne tuum spiritalibus in rebus impendas.

Carnis cura quõ sit habẽda& quatenus

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

INfirmum autem in fide assumite. Ex Iudæis plerique vel post Christi fidem susceptam, escas a lege olim interdictas cauebant. Et ita vt a carne suilla his quondam in esum vetita, abstinerent, nondum confisi a lege prorsus desciscere, sed cum minus se tolerabiles fore existimarent si suillam & solam nõ ederent, cęterarum carnium esu intermisso, holeribus vescebantur. Cæteri vero qui perfectiores iam essent, nec huiusmodi escam, & si lege interdictam cauerent, cauentibus conuitiabantur. Veritus itaque Paulus, ne si potiores illi & stabiliti iam fide imperfectiores alios minus opportune incesserent, nec decenter, & leniter castigarent, obturbarent potius, & a fide suscepta summouerent, qui aliquid viderentur proficere. Et rem prudenter pertractat, & alternatim horum partes tutatur. Siquidem nec conuitiantes audet obiurgare, quod nequiter agant, ne imperfectiores in sua pertinacia confirmet nec rursum iure illos ab his castigari, ne ad criminandum hos redderet acriores sed modeste hos admonet. Et videtur quidem fide iam obfirmatos potius increpare, tum tamen sub sermonis quem ad hos habet prętextu castigationem omnem in infirmiores cõuertat. Quod plane ex verbis quibus ad hos vtitur, potest intelligi. Nam cum infirmos appellat confestim valetudine affectos ostendit. Cum vero assumite, inquit, hoc est iuuate, arguit illos cura indigere, & medela nõ mediocri, ꝙ vltimum sane est morbi iudiciũ.

Non in descriptionibus cogitationum. Hoc est, nil altercantes & varijs suggestionibus perturbemini, quin ægrotantem curandum existimate.

Alius enim credit manducare se omnia: infirmus autem holus manducat. Comparat cum imperfecto qui sit perfectionem adeptus. Inquitque. Perfectus quidem in fide confisus, indifferenter omnia comedit. Imperfectior vero, vtpote qui nutabundus sit & instabilis, holus habet in esum. Aequum est igitur, vt curetur potius quam offendatur infirmior.

Infirmitatis est ĩ cibis delectũ Iudaicũ facere.

Is qui manducat, non manducantem non spernat. Et qui non manducat, manducantem non iudicet: deus enim illum aßumpsit. Qui omnibus vescebantur tanquam in fide pfectiores cæteros aspernabantur. Qui pro Iudæorum more a plurimis abstinebant, & rursum qui minus ederent, & eos qui omnibus vescentur, gulę vitio condemnabant. Et quoniam horum plerique erant gentiles, vel horum inquit, apostolus, deum suscepisse tutelam, hoc

A est, ineffabilem suam gratiam in eos ostendisse. Quid igitur cum eis vltra de lege contemdis? Quandoquidem & eos deus iustificabit. Iaco. iiij.

Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Perfectiores alloquitur istiusmodi vt quemadmodum eos a proximi contemptu auertit, sic ne alios iudicēt, dehortatur. Vtrumque enim id factitabant qui magis in fide profecerant. Nam & minus perfectos aspernabantur & iudicabant. Tacite autem carpit hoc loco, qui nondum ad fidei perfectionem euaserit: neque enim quod huius facta iudicanda non sint, eo iudicium interdico, sed quod alteri sit in seruitutem ascriptus? hoc est, non tuum sit, sed dei mancipium. Qui & si morbo affectus, haud tamen seruitutem euasit, nec ob id penitus desperandus. Rursum vt hunc consoletur, non prorsus eum infert fuisse collapsum, sed siue stet pedibus, ait, siue labatur vtrunque in domini, siue lucrum, siue damnum cedit.

Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Cum, inquit, a deo hunc obfirmatum iri, labantem arguit, & ita vt ad consistendum diuina ope indigeat. Quod dicere de his consueuimus, de quibus nulla haberi spes possit.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Erant nonnulli qui etsi a carne suilla non abstinerent, statutis tamen diebus ab ea cauebant. Alij vero qui illam assiduo esitarent, qui tamen abstinentes illos, quod minus ederent incusabant. De his itaque mentionem nunc facit: inquitque, alius aliter iudicat, ita vt in æquo sit res haud

B tamen ob eiusmodi abstinentiam incessendi sunt fratres. Ex his quidem & abstinētibus condescendere videtur Apostolus, vtpote in quibus recens esset fides plantata.

Vnusquisque in suo sensu abundet. Perinde ac si inquiat, cum de dogmatibus agitur, nequaquam est opus vt nostro sensu ducamur, quin erunt quæ ab alijs accepimus tenenda, vel si angelus e cœlo demissus diuersa denunciet. Cum vero de ciborum abstinentia contentio oritur, vel alijs istiusmodi, si qui sunt ex Neophytis cui delinquant, vel indulgentia egeant, laxanda his erit, non intendenda seueritas. Neophytis parcebat Paulus, & indulgebat

Qui sapit deum, domino sapit. Qui diem, inquit, obseruat domini ob gratiam seruat, quia eum veretur. Qui vero minus hunc obseruauerit propter dominum, tanquam in Christo perfectionem adeptus, omnibus legis obseruationibus euasit, superior.

Et qui manducat, domino manducat: gratias enim agi. deo, & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Vnum, inquit, illud perquirimus, si dei respectu gerantur omnia eidemque per eos si aguntur & gratiæ, qui abstinent, & qui cibum sumunt: quod sane si mente hac geritur, calumniari, poterit nemo. Hęc quidem (vt diximus) Neophytorum ob gratiam disserit, & tacite carpit, qui Iudaicæ legis instituta sectantur, cum inquit. Et qui non comedit Deo gratias refert: quo enim id pacto ageret, qui adhuc a lege penderet? Solus itaque qui comedit, Deo gratias agit.

Nemo enim uestrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, deo uiuimus: siue morimur, deo morimur. Dominum inquit, habemus, cui curę nos sumus, qui pro diuitijs, vitam hanc nostram ducit, & mortem pro damno. Neque enim nobisipsis duntaxat viui- Vita q̃ fide cōstat.

C mus, sed etiam domino. Vitam autem hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortem quæ a fide exciderit. Nequaquam igitur eos permisurus est deus, qui fuerunt infimiores, subire hunc secundum fidem interitum, vel in fidei huius causam prolabi.

Siue igitur uiuimus, siue morimur, domini sumus. A fidei morte ad naturalem pertransit, quæ de nunc disserit, videlicet siue naturæ vitam hanc viuimus, inquiens siue mortem obimus, domini sumus.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Vel hoc ait, tibi vt suadeat dominum eorum qui inbecilliores sunt suscepturum curam, vt in viā redeant tandem, quia & sanguinem fuderit, & subierit mortem, vt in nobis ius & imperium habeat. Quo ergo pacto non & illis prospiciat qui in eius sint seruitutem redacti, & quorum causa sit tam multa perpessus? Porro si vita perfunctis solet deus prospicere: quid illis facturus est, qui adhuc in humanis agunt? Hæc vero ideo intulit, vt pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur, suadeatque vel eum qui adhuc legi intendat, ingratū se Christo præstare, qui pro se mortem obierit. Iudaicos rit' obseruantes tacite reprehendit.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum, comedentem ut gulosum, & tu autem comedens, quare spernis fratrem tuum tanquam modicæ fidei? Frater est: non oportet aspernari proprium membrum. Num tu pro ipso redditurus es rationem? Ipse constituetur ante tribunal, & ipse pœnas subibit. Vides quēadmodum per hæc quę ad perfectiores edisserit perterre facit iudaizantem, vtpote qui apud tribunal illud horribile subiturus sit cruciatum.

Esai.xlv. *Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo.* Quod, inquit, fore vt tanquam serui apud dominum iudicemur: & Propheta testatur, cum dicit. Omnes mihi genu flexuri sunt, & omnis lingua, vel eorum qui ante conditam legem fuere mortalium vel legis tempore confitebitur mihi, id est, factorum reddituri est rationem. At cui? Nimirum non legi, sed Christo. Quid ergo amplius a lege dependes?

Non amplius ergo inuicem iudicemus: sed hoc iudicate potius, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Vtrique, inquit, quæ inter vos oborta est: soluite contentionem. Et ita, vt neque ipse, qui comedis, imbecilliorem incesses, nec tu quia vetitis escis abstines, fratrẽ quoquo pacto offendas, quia ipse legem obserues. Scandali autem & offensionis appellatio vtrisque videtur pro mutua quadam sese offendendi vicissitudine tam vescenti scilicet quam abstinenti competere.

Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid inquinatum commune esse illi commune est. Postquam commonefecit minus esse offendendũ qui infirmioris sit fidei, de cibis etiam statuit, imbecillum erudiens, ne illos sumere uereatur, nec tanquam immundos abhorreat, inquitque. Noui & confido non in cogitationibus hisce humanis sed in domino, hoc est, edoctus ab eo, certior factus, quod nihil per se sit inquinatum, id est, quod ad eius naturam immundum, sed id ad eorum hominum fieri opinionem immundum, a quibus & solis sordidum habeatur, non cæteris.

Nihil ciborũ immũdum.

i.co. viij. *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas.* Ad perfectiores hoc loquitur, & si nequaquam natura sint inquinata cibaria, oportuit tamen te a carne suilla abstinere, si charitatem eras obseruaturus, ne tristitia frater offensus afficeretur, moxque & ita subiungit. E

Perfecti sua perfectiõe non abutẽtur.

Noli cibo tuo illum perdere: pro quo Christus mortuus est. Nec sane eduli gratia fratrem enecces velim, aut peruertas, quia Christo tanto sit studio, & curæ habitus, vt huius gratia vel mortem subierit. Nam si te porcinam ille edentem carnem perspexerit, ex mutuo iurgio & astu obstinatior fiet, & in discrimĩe erit, ne Christo relicto, legi prors⁹ ĩhæreat.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est, tu cum perfectionem sis nactus in fide (hanc enim & bonũ appellat) noli hac tua perfectione abuti. Nec causam præbeas, vt qs hanc detestetur. Nam cum perfectior sis, si imperfectum perdideris, id ipsum quod tibi inerat boni obtrectatoribus carpendum expones. Potes etiam id bonum pro dogmate capere, quasi sic sentiat Paulus. Futurum omnino ob vestra dissidia & escarum contentiones huiusmodi, vt exercentur infideles: vestrum id bonum, id est, dogma vestrum.

Non enim est regnum dei esca & potus. Neque enim ob escam potumve probatum nos iri existimemus, nec id quidem cœleste illud in regnum inuexerit. Carpit autem eos qui ob cibatum huiusmodi plurimum sibi laudis vendicarent.

Sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Ad regnum dei aditum iustitia patefacit, id est, vniuersæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quę proximo sine iurgio exhibetur, & lætitia quam parit concordia, commista tristitia, quę proximi ex affectione oboritur. Et quoniam vel prauis in rebus pax quędam, & gaudium videtur inesse, in spiritu sancto adiecit. Perinde ac si inquiat, de pace equidem & hilaritate, quam in spiritu sancto constat inesse edissero, non aliqua quauis pace vel mundana lætitia. Potest & sensu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicique. Qui a carne suilla haudquaquam abstinuit, saluti inferre iniuriam, quam ei moriens Christus iam comparasset. Sic contra, qui fratris ob gratiam ab eiusmodi esca se continuerit, iustitiam operatur quæ cœleste elargitur imperium. F

Iustitiæ noĩe oẽs virtutes cõplectitur Theophilact⁹.

Qui enim in his seruierit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Ostendit hoc loco inanis glorię & iactantię gratia obiurgasse se imperfecto, qui haberentur perfectiores. Quiem vult inquiẽs, hoĩbus esse admirationi, nõ tñ ex ipsa vitæ pfectione, quãtũ ex pacis & reliquarum virtutũ laudẽ consequetur, quas inter vel eam esse maximã constat Christo .s. inseruire & deo placere. Non tamen carnis suillæ substantiam virtuti & laudi.

Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Quæ pacis sunt imbecilliores: cuiuspiam causa intulit. Is nãmque erat qui cæteros diuexaret. Quæ vero ad ædificationem spectant: propter perfectiorem aliquem dixit, vt pote qui fratrem carpat & turbet. Qui vel vtriusque id crimen impertit, cum ad inuicem inquit. Cumq; & pacis prius commeminisset, ædificationis deinceps, arguit haud facile posse proximi ædificationem sine pace constare.

A *Noli propter cibum destruere dei opus.* Dei opus, fratris esse salutem affirmat. Non ergo hanc ipse dissolueris, quam Christus proximo comparauit, & cibi præsertim gratia, videlicet ab istiusmodi esu absistere, vt fratrem sic lucrifacias.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Cum perfectiorem acrius increpasset, veritus ne infirmior in sua praua conscientia perseueret, rursum hunc immodum decernit. Sunt quidem omnia munda, officiunt tamen hæc homini, qui improba conscientia obturbetur. Imperfectus enim suillam immundam existimans, si hanc degustare cogatur, magis incessitur. Necesse est itaque vt a re prius edi-scat, munda esse in esum omnia. Et si mũda sũt õnia infirmi tñ scãdalizãdi nõ sunt.

Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu, inquit, fratrem manducare compellis, quibus ille vti in cibum minus confidit. Ipse vero ea dixerim per te esse vitanda: quæ fratrem offendũt. Nec ideo quod mala hæc videantur quippe cum mũda sint omnia, sed quod scandalum ex his inferatur infirmo. Scandalizatur enim vt leuis, offenditur autem quia morbo laboret, vtpote qui fidei sit perexiguæ. Ex his itaque omnibus pellicit firmiorem, vt fratri opituletur qui profusus & fragilis sit, & imbecillus.

Tu fidem habes: penes teipsum, habe coram deo. Hic plane explicat qui perfectior videretur, iactantiæ gratia suam hanc ostentasse perfectionem, infert igitur. Visne te mihi nũc

B aperire quemadmodum de istiusmodi escis & sentias recte, & credas perpuras esse? nil mihi dixeris vel alteri cuiquam significandum, sed satis sit tibi vel tacita cõscientia tua & deus ipse, cui tu pares.

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Si hominum nemo perspexerit ipsemet tibi, ad id consequendum facturus es satis, si te ipsum minus condemnes, nec ea in re tua te conscientia criminis arguat: quam vel probaueris: vel elegeris consectandam. Intelligas autem hęc de propositis escis duntaxat dici.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Qui hæret, inquit, ne fidentius edit, damnatur. Nec eo quod immundus sit cibus, sed quia diffidit hunc mundum esse: & illum perinde ac si inquinatus esset, libauit.

Omne autem quod non est ex fide peccatum est. Quotiescunque quispiam vel nihil confidit, vel autumat obsonium aliquod immundum esse, & ita vt deprauata conscientia illud degustet, prorsus est peccato obnoxius.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

D*ebemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere.* Lenit hoc loco, & hortatur perfectiores vt alios instituendi secum vna onus insumant, quod sane prætendit, cum inquit: nos fortiores sumus. Nec simpliciter infirmos dixit, sed infirmorum imbecillitates. Duplici vsus vocabulo, vt ad maiorem hos commiserationem alliciat.

Et non nobis placere. Cum diceret oportere nos sustinere, docet quemadmodum fieri id queat, si ea videlicet quæ nostra sunt nil requiramus.

C *Vnusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.* Ne forte perfectus ille id inquiat: ecce ipse ad me quod bonum est, attraho, ad ędificationem adiunxit: perinde ac si illud inferat, nunc quidem etsi quod agis sit rectius, verum quia minus fit oportune, ad perditionem potius facit. Siquidem intempestiua obiurgatio nihil ædificat. Intẽpestiua obiurgatio nihil ędificat.

Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptũ est. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Christum producit in medium, vt arguat nobis eius exemplo viuendum. Psal. lxxviij.
Illi namque licebat sese a quouis opprobrio & contumelia vindicare, neque ea quæ passus est perpeti, si sibipsi placere maluisset, hoc est, si quod sua intereat, non quisisset. Sed suo iure repudiato, tum cruciatus & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionem ingesserat. Quippe quia impotens esse & nullius momenti videretur habereturque pro malefico & seductore. Alios, inquit, saluos facit, seipsum autem saluare non potest. Exprobrantium itaque improperia tibi patri in veteri testamento obiecta, in me filium ceciderunt. Ita fit, vt nil noui mihi obtegisse sit visum. Matth. xxvij.

Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarũ, spem habeamus. Hęc autem, inquit, ideo sunt scripta, vt ea sectemur. Hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur cum ait. Vel scripturę ipsius hortatu validiores effecti toleremus, tolerandoque ostendamus nobis spem esse vegetam quandam & stabilem. Siquidem qui sustinet, sperare futura bona videtur, quemadmo-

dum contra impatientior est, a spe ipsa excedisse conuincitur.

Deus patientię & cōsolationis cur dicatur.

Deus autem patientiæ & consolationis det uobis seipsum sapere alterutrum secundum Christum Iesum. D
Arguit ex sacris literis deum vna & tolerantiam & consolationem largiri, eoque ipsum patientiæ deum & consolationis appellat, vtpote qui harum sit & largitor & causa. Optat itaque & his comprecatur, idipsum ab eo adinuicem sapere exhiberi. Illud enim est certioris charitatis iudicium, vt quod de se quispiam sapiat, itidem & de proximo sentiat. Et quoniam est alius quidem huius seculi amor, intulit secundum Christum Iesum, hoc est, vt illa sapiatis, quæ a Christo Iesu sunt placita.

Vt unanimes, unum ore glorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Quidnam lucri consequimur cum vnum omnes sentimus & sapimus? Nempe quia deum laudibus ipsi efferimus. Nec ore duntaxat vno id agimus: sed & animis vnis. Hoc enim cum vnanimes ait, prętendit. Mox illud seorsum oritur, & patrem domini nostri Iesu Christi. Quod si ita perlegas videlicet ipsius Christi deū & patrē esse, neq; potest id absurdū videri. Est enim secundum humanitatem Christi deus: & pater secundum humanitatem.

Ioan. x.

Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei. Superioribus monitis iterato insistit, & in exemplum, Christum inducit. Id sane inquiens, cum vobis inuicem opem tuleritis, deo in gloriam cedet. Istiusmodi nanque vestra animorum coniunctio, deo laudem affert. In hoc enim, inquit, cognituri sunt omnes, quod ipse me miserit, si in vnum conuenietis: quemadmodum contra vestra dissidia deo blasphemiam. Nam & gentiles cum Christianos homines viderint factionibus inter se concertare, fidē ipsam criminātur & culpant. E

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promißiones patrum. A superioribus quæ subsequuntur dependent. Ostendit autem hoc loco Paulus, Christum haud quaquā sibiīpsi gessisse morem: sed nostri potius gratia omnia tolerasse. Et gentibus suadet, ne in Iudęos qui credidissent superbe & insolēter se gererent. Constat enim Iudęos ex diuinis pollicitationibus suis moribus factis, fuisse salutem assecutos, Gentiles vero misericordia solum et dei benignitate saluos factos. Quod autem dicit tale promissum Abrahę fuerat, iampridem fore scilicet vt eius semen mundum hæreditaret. Verum cum omnes qui ex Abraham ortum duxissent fontes essent & peccatis obnoxiī, vtpote qui fuissent legem pręuaricati, eoque & promissione illa viderentur indigni, venit Christus & legem impleuit, & circuncisionem insuper in se admisit. Lege itaque adimpleta, circuncisionis & Abrahę semen effectus, dei iram dissoluit, effecitque nos ad excipiendas promissiones idoneos. Ob id igitur circuncisionem suscepit, vt vera redderet, dei promissa, non vt legem statueret. Quid igitur, heus tu, qui Iudaicos ritus sectaris a lege pendes? Cuius gratia vt a promissionibus excidas, haud sane in paruo versaris discrimine.

Gentiles ex dei misericordia salui facti.

Ge. xxiī.

christus cur circūcisionem admisit.

Gentes autem super misericordia honorare deum. Qui ex Iudæis essent oriundi, & si videbantur indigni, habuisse tamen constat promissiones. Ipse vero gentilis ex sola dei clementia saluus est redditus. Propterea & merito debes laudem deo enixius deferre & gloriam. Haud quaquam igitur me incusandum existimatis, si vos appellor & alloquor. Exposcit enim sacerdotale hoc meum officium, vt euangelium pędicem. Qua in re verbis vtor pro cultro. Estis enim vos hostiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit illatæ iniuriæ, quia nouaculam admouerit ad immolationem iam destinatis? F

Sacerdotale officiū euangeliū praedicare.

Sicut scriptum est. Propter hoc confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eū omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, & in eo gentes sperabunt. Testimoniīs omnibus his inductis, nititur Paulus demonstrare, futurum omnino ex gentibus homines cum credituris Iudæis iungantur, & vnum sentiant omnes Iudęos pręterea frenat & comprimit, ne in gentiles superbiant, cum pateat plane prophetas gentiles vocasse. Quinetiam & his qui ex gentibus sunt, persuadet humilitatem per se sectandam, arguitque eos tanto plura deo debere, quo & multa affatim acceperint. Si quidem cum essent non populus, vniti sunt populo. Confitebor autem in gentibus, sub CHRISTI persona prolatum est, hoc est, prædicabo te o pater in gentibus. Erit autem radix Iesse, id est, ex radice Iesse prodibit, qui surget dominari gētibus, hoc est, Christus.

p̄s. xvīī.

ī. reg. ī.

p̄s. cxxi.

Esai. xi.

Gētes cū Iudæis crediturę

Deus autem spei, repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe &

A *uirtute ſpiritus ſancti.* Precatur his, vt omni lætitia impleantur, qui ex Iudæis videlicet erant fideles effecti pace vero gentiles. Hi nanque ſunt viſi infenſos illos habuiſſe, qui adhuc a lege penderent. Vel potius vtræque hæ nationes odia inter ſe exercebant. Verum quo pacto hi poſſunt gaudio repleri & pace? In credendo quidem. Fides vero qua in re vobis eſt profutura. Nimirum vt in ſpe abundetis, ſperantes futura, & aduerſa, & grauiora tolerantes. At quid præterea, & ſpes nobis conduxerit, ſi quęras? Ad cōſequendam hauddubie ſpiritus ſancti virtutem, quæ ſpem nobis ipſam reddit validiorem. Largitur enim & ſpes ipſa nobis ſpiritus ſancti potentiam, & rurſum ſpes hæc a ſancto ſpiritu ſtabilitur.

Odium inter gentiles & Iudæos.

Certus ſum autem fratres mei, & ego ipſe de uobis, quoniam ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita ut poſſitis alterutrum monere. Cum duriorem habuiſſet multis in locis orationem conſolatur hos tandem. Nec ſolum audiui, inquit, ſed certior ſum vel ipſe ego effectus, qui vos obiurgo & criminor, quod eſtis bonitate referti, hoc eſt mente bona, & erga fratres beneuola, vel integram virtutem ipſam bonitatem appellat. Nec bonitatem dixit habetis, ſed pleni bonitate eſtis. Nan nihil prodeſſet, ſi eſſemus bonitatē adepti, nec ſciremus q̄admodū illa vtendum ſit. Propterea omni ſcientia ſubdidit, vt poſſitis alterutrum monere. Hoc eſt non ſolū vos diſcere ſed alios cōmonefacere & caſtigare.

Audacius autem ſcripſi uobis fratres ex parte, tanquam in memoriam uos reducens. Erant Romani id temporis in ſummo dignitatis faſtigio: ideo & elati animi videbantur & tu-
B midi. Et eos nunc propterea lenit, cum inquit, audacius ſcripſi. Admodum namque iſtiuſmodi verbis hos frangit. Neque his contentus, ſed ex parte adiecit, id eſt, placide & breuiter. Nec in docenti morem id egi, ſed in memoriam redigentis, hoc eſt, paululum admonentis.

Romani tumidi, & ideo ſermone blādo lenieni di.

Propter gratiam quæ data eſt mihi à deo, ut ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus, ſanctificans Euangelium dei. Humili admodum ſermone vtitur, inquiens, non enim mihipſi honorem vltro arripui, ſed deus hunc mihi decreuit, qui me ad id operis ſegregauit. Nec me is pro meritis, ſed ſua ex gratia. Ad quid aūt mihi data eſt gratia. Certe vt euangelij miniſterio fungar & ſacerdotio. Nil itaq; mihi ſuccenſeatis ſi vos alloquor. Id em̄ mihi eſt ſacerdotij munus, vt euangeliū prædicē, & pro cultro ſum ſermonem ſortitus, & vos hoſtiæ loco. Quis ergo ſacerdotē inſimulabit qui cultrū adigat, in ſacrificiū deſtinatis?

Vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in ſpiritu ſancto. Neque eo ad vos ſcripſi, vt laudem mihi aliquam vendicem, ſed cum reliquis gentibus, vt ſalutem & vos conſequamini. Hoc pacto gentilium ipſorum oblatio omni fit ex parte accepta. Quandoquidem vniuerſi deo ſanctificant, ſanctificato in ſpiritu ſancto, hoc eſt in puriori quadam & ſpiritali vita. Neq; enim ſola ex fide, quin & ex optimis vitæ actionibus ſanctitatem quis adipiſcitur. Credentes enim, & baptizati accipimus ſpiritum. Verum ſi rectis operibus cernimus extinguitur omnis ſuſcepta illa ſpiritus gratia. Reprimit inſuper Romanorum elationem, ne eum dedignentur in pręceptorem habere, qui vniuerſas gentium deo obtulerit nationes.

C *Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad deum.* Poſtquam ſe humilem admodum reddidit & abiectum, rurſum tamen ſuum ſermonem Paulo effert, ne omnino contemptui habeatur. Inquit pro mea gloria non in meipſo aut in meo ſtudio, & īduſtria poſita eſt, ſed in Chriſti gratia. Verum ſi quibus in rebus gloriam & ipſe quæſierim, in his equidem quæ dei ſunt dixerim, hoc eſt non in vanis his, & momentaneis, ſed in ſpiritalibus ipſis mea omnis eſt gloria.

Sanctitas non ex fide tm̄ ſed ex bonis operibus.

Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Chriſtus, in obedientiam gentium, uerbo & factis, in uirtute ſignorum & prodigiorum, in uirtute ſpiritus dei.
Quoniam Euangelij ſe miniſtrum vel in omnes gentes aſſeruit: nunc ſubdit, nil equidem glorior neque vt iactabundus & inſolens prædico, quod ipſe non geſſerim: qui potius nihil ipſe confeci, ſed deus me pro inſtrumento quodam vſus & organo operatus eſt omnia. Quocunque enim vel loquor, vel ſum de cœleſtibus philoſophatus, vel ſi quid aliud ego, vel ſi vitam duco cœleſtem, & miracula factito, deo ſunt accenſenda, non mihi. Differt autem a prodigio ſignum, quod ſignum dici in rebus naturalibus ſolet, cum nouum aliquid & inſolutum editur, vt illud quod Petri ſocrus febricitans ſtatim conualuit. Cum enim febris curatur naturæ officium eſt. Quod autem mox poſt tactum febris abſceſſerit, nouitatem præfert. Prodigium vero in his hauddubie conſtat, quæ præter naturam videntur: videlicet, cum biceps aliquis oritur,

Prodigiū & ſignū differunt. Luce. iiij. Ioan. ix.

vel cum his visum recuperat, qui cæcus sit natus. Et quoniam signa huiusmodi & prodigia dæmonum opera quadam plerunq; eduntur, in spiritus dei virtute adiunxit. Vnde quanta sit eius prętenditur dignitas, cuius tantum valeat spiritus, vt istiusmodi admiratione dignissima factitet. D

Ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illiricum repleuerim euangelium Christi. Perinde ac si inquiat, visne dictorum meorum spectare iudicium? Respice discipulorum meorũ multitudinem. Ad Hierosolymis quippe ad mare vsque Illiricũ, quod eius est regionis confinium, quæ nunc Bulgaria dicitur non prædicaui, inquit, sed compleui euangelium. Vt arguat se non inanem habuisse sermonem, sed vtilem plurimis & perfectum. Et ne forte existimes cum ab Hierusalem dicit ad Illiricum vsque recta illum fuisse profectũ. Et in circuitu addidit, hoc est eas oras, quæ in septentrionali sunt plaga, & ad meridiem vergunt, verbo transegi & peragraui.

Illiricum confiniũ bulgarię.

Sic autem hoc prædicaui euangeliũ, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem. Non solũ tot numeris gentibus euangelium prædicando, quod visum est persuasi, sed me etiam ad homines contuli, apud quos fuerat Christi nomen ĩauditũ. Adeo ipse ab eo absum, vt me alienis discipulis ingeram, vel gloriæ gratia id agam. Itaque neq; ideo ad vos literas dedi, quasi a vobis cuipiam laudem vendicare, sed vt ministerium meum absoluam. Alienum autem fundamentum, Apostolorum instructionẽ dicit. Neque eo quod illi essent abinuicem alieni, vel contraria prædicarent: id dixit, sed mercedis ipsius ratione. Siquidem aliorum apostolorum merita pro susceptis in Christi fide vulganda laboribus aliena a Paulo videbantur, quia nihil sibi afferrent mercedis, cum aliĳs ex euangelio venirent. E

Esa. lĳ.

Sed sicut scriptũ est. Quibus nõ est annunciatũ de eo, uidebunt: & qui non audierunt de eo intelligent. Prophetiã hoc loco ostendit adimpletã. Plurimum aũt insudat & laborem insumit in gentem, qui indociles admodum & rudes elegit instruendos, cui rei Paulus erat intẽtus.

Propter quòd & impediebar plurimum, uenire ad uos. Vel idipsum epistolæ initio dixit, impeditus sum vsque adhuc. Nunc vero impedimenti exponit causam, videlicet quia euãgelium prædicando circuncursarẹt. Vnde ob id, inquit, equidem plurimum ĩpediebat hoc est persæpe cupidus vos ad eundi, iter aggrediens interpellatus sum & detentus.

Nunc uero ulterius locum non habens, in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos, ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cæpero, quòd præteriens uidebo uos, & à uobis deducar illuc, si uobis prius ex parte fruitus fuero. Impediebatur, inquit, meus ad vos aduentus, quia inerat animus his in regionibus prędicandi. Nunc vero cum nullum mihi, his ipsis in locis negocium superest, ideo ad vos scribo, & facio de mea profectione futura propediem certiores. Deinde ne forte illi obĳcerent, cum nil habeas vltra ibi negocĳ, ad nos quos parui æstimas quasi ex ocio abundanti, non necessitate conferre te cupis, sic infert. Habeo equidem ad vos iampridem veniendi cupidinem, eamque iam tandem explere contendo. Vtque rursum gloriæ ducant, a Paulo se tantopere concupisci, tanquam cæteris præstantiores, & illud intulit. Cum autem in Hispaniam ipse concessero, ad vos proficiscar, & ne illud etiam Romani obiectent. Perinde ac superuacaneum hoc tuum ad nos iter nunc Paule paras, cum alio sis concessurus, adiecit. Et a vobis eo traduci, hoc est vosmet inspecta quæ me vrget necessitate. Vt vel Hispanos conueniam, priores estis ad illos me dimissuri. Non itaque quia vestri praua quædam apud me ratio constet, sum vos ipse pæteriturus, sed quia sic cogor, vt faciam. Cumque vel id afferre Romanis molestiam videretur, maiorem illos in modum solatur, cum inquit. Si prius & vobis ex parte fruar, vnde & summam suam erga Romanos aperit beneuolentiam. Ex parte autem dixit, quasi id inquiat, nullam posset vnquam tempus vel animum meũ explere, vel vestræ mihi conuersationis afferre satietatem. Pergratum itaque fuerit si vobis quiuero, vel in partem aliquam frui. F

Nunc igitur proficiscar Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Pollicitus fuerat superius se ad Romanos prætereundo iturum, sed cũ esset suam profectionem aliquanto remoraturus, ne illos videatur eludere, & moræ causam explicat. Sum equidem inquiens, Hierosolymam concessurus, vt sanctis illis ministrum me præbeam. Quod eo intulit, vt intelligamus quanta sit, & quæ pręclara huius ministerĳ virtus. Et Romanos hortatur ad eleemosynam erogandam, quandoquidem probatum est ait, hoc est rectum est id Macedonibus, & Achaicis visum, Nec minus & hos ĩcitat, illos vt imitentur. Vbiq;

Pauli beneuolẽtia in Roma.

A autem Paulus eleemosynam cõmunicationẽ appellat, vtpote quę in cõmunem cedat vtilitatem, tam præbentis videlicet, quam accipientis. Cum vero aliquam dicit eleemosynæ tenuitaem expressit, ne videatur Romanis auaritiam exprobrare, & parcitatem. Pauperes autem sanctorum, id est fidelium, qui duplici sunt ratione misericordia complectendi, & quia pauperes, & qua virtute sunt præditi. Eleemosyna cur a Paulo dicatur.

Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Nihil inquit, mirum est, si visum sanctis necessaria ministrare, quippe qui his plurimum debeant. Quo pacto id inquis? Quidni, cum ex Iudęis, quibus assero hos esse obnoxios, oriundus sit Christus, & bonorum gratia in mundum concesserit? Ab hisque & apostolos & prophetas, & bona reliqua fluxisse constat, quorum omnium particeps factus est terrarum orbis. Vnde & merito debent gentiles istiusmodi viris, bona saltem carnalia suppeditare. Nec communicare his dixit, sed ministrare, quippe quos vt ministros constituit. Nec in carnalibus suis dixit, cum spiritalia Iudæis adiudicasset, quandoquidem non vltra essent carnalia illa, hoc est bona externa in gentium potestate, quæ fidem iam excepissent, sed fidelibus cunctis communia.

Hoc igitur cum consummauero: & assignauero eis fructum hunc. Hoc est, in regium ęrarium condam, tanquam in asylum aliquod & locum tutissimum. Quę enim sic recondun tur, dici possunt & obsignata. Fructum autem eo dixit, vt arguat eum maxime lucri fa
B cere, qui aliquid egentibus impertitur.

Proficiscar per uos in Hispaniam. Rursus Hispaniæ meminit, ostendens necessarium sibi illuc fore inter suscipiendum. Nec tamen interea vrbem prætereundam, quasi eos parui existimaret.

Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis euangelij Christi ueniam. Hoc est conspecturus sum vos in omnibus bonis, quę secundum euangelium sunt, profecisse. Abundantiam autẽ benedictionis euangelij bona vniuersa appellat, quę benedictione sunt digna. i. laude, quam per euangelium promeremur. Poteris etiam pro benedictione eleemosynam intelligere, perinde ac si dicat, Inuenturus sum vos, cũ in eleemosynis ero gandis, tum in præstita in omnes humanitate ad perfectionis apicem euasisse. Hæc aũt dicit, vt eos anticipet blandiendo, vt laudum cupidine capti, tales præstare se studeant, vt digni possint haberi quos & efferant omnes, & laudibus prosequantur. Paulus tribuit Romanis q̃dã, vt illi eadem assequi niterentur.

Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti. Haudquaquam fide se dignum existimat, sed mediatores in præsenti facit. CHRISTVM inducit & spiritum sanctum. Patris vero ideo mentionem non facit vt intelligas, nec filium, nec spiritum sanctum excludi, cum patris tatum enim erit. Spiritus autem intulit charitatem, quemadmodum enim, inquit, pater & filius dilexit mundum, sic & spiritus.

Vt adiuueris me in orationibus uestris ad deum. Ingentis sane humilitatis indicium eum se vel horum precibus asserit indigere. Matth. xxvi.

C *Vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa.* Non enim dixit, vt hos impugnem & superem, sed vt liberer: legem executus diuinam, iubentem orandum esse, ne in tentationem protinus inducamur. Simul etiam patefacit, administrandum his esse, qui in medio tot infidelium diuersentur, a quibus & se liberari precatur, veretur que ne fame illi in posterum deperirent. mar. xiiij. Luc. xxij.

Et obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierosolymam sanctis. Hoc est, vt animo libẽti oblata excipiant. Vnde & illud comprehendi potest, hanc satis esse eleemosynam impertiri, nisi & vltro hãc contulerim: sitque illa ex rebus bene partis oblata, non ad iactantiam & gloriam contributa. Sic enim omnia ex eã deperit fructus.

Vt ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei. Ideo, inquit, ab his exemi precor, vt quã plurimum, cum animi voluptate vos visam, si modo id fieri dei voluntate liceat.

Et refrigerer uobiscum. Non vt vos instruam dixit, aut commonefaciam, sed vt refrigerer, hoc est & vos in me estis ob doctrinam habituri quietem, & ipse in vobis ob auctam fidem. Arguit præterea sese & illos iamdudum certantes, & laboribus multis affectos, quiete iam & ocio indigere.

Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen. Consueuit vbique Paulus auditoribus bene precari, vbi illos instruxit.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Commendo autem uobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchreis. Hanc enim illis, cum esset epistolam delatura, commendat. Magnificat etiam, cum sororem appellat, quod primum ad authoritatem facit: nec minus & cum ecclesiæ ministram dicit.

Vt eam suspicaris in domino digne sanctis. Hoc est ob domini gratiam hāc honorate. Qui enim ob dominum aliquem excipit, vel minimū quēq; magnopere honore prosequitur, præsertim si sanctior sit qui suscipitur, longe magis est honorādus. Propterea digne sanctis adiecit, videlicet quemadmodū excipiendi sunt sancti.

Et assistatis ei, in quocunque negocio uestri indiguerit. Hoc est pro viribus illi opitulemini, & manus porrigite.

Etenim ipsa quoque assistit multis & mihi. Huius primo laudes explicauit mox vt suscipiatur orat. Postremo & laudes repetit, vndequaque hos cogens vt in honore hanc habeant, cuius sit ecclesia ministerio vsa, & plerisque tulerit opem, & mihi ipsi orbis terrarum præconij & tanta perpesso.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu. Fuere hi quidem mihi adiumento in sermone & doctrina, laborum insuper & periculorum participes. Nonnulli vero eo adiutores nos dicunt, quia tentoria texerent, quorum ex opificio, & ipsi cum Paulo victitarent.

Paul⁹ ex opificio victitabat, nā texebat tentoria.

Qui pro anima mea ceruices suas supposuerunt. Perfecti quidem & hi martyres extitere quippe quibus Neronis tempore magnum omnibus impenderet discrimen.

Quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium. Hoc loco istorum in se hospitalitatem prætendit. Et ne ad gratiam hæc falso videatur dixisse, & alios testes producit.

Et domesticam eorum ecclesiam. Tanta erant hi probitate imbuti, vt suam domum & familiam omnem fideles reddiderint. Horum itaque domum ecclesiam dixit, nec solū quia Christi fidem exceperant, sed quia hospitio credentes admitterent. Eorum præterea domus dici pro ecclesia debet, in qua dei timor insit & virtus. Audiant hæc qui nuptijs copulantur: & intelligant, eas non esse ad virtutem impedimento.

Nuptię īpedimēto virtutinō sunt.

Salutate Epænctum dilectum meum, qui est primitiuus Achaiæ in Christo Iesu. Permagnum est sane a Paulo quempiam coli & obseruari, qui non ad gratiam nouit, sed vero iudicio suam impertiri beneuolentiam. Primitiuum vero ideo dixit, vel quia maiorem q̄ reliqui omnes præ se tulerit pietatem, eoque & in Christo adiecit, hoc est non se pro huius seculi bonis, sed pro his quæ sunt Christi, priorem obtulit.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis. Ex susceptis pro veritate laboribus, mulierem exornat. Non solum (inquiens) suīpsius gratia vigilijs, & humi cubationibus insudauit, sed in nobis apostolorum officio functa laborem insumpsit. Quæret aliquis, Cur Paulus fœminam hoc loco produxerit, vi ros erudientem ad fidem, cum nullam huiuscemodi permittat mulieribus facultatem? Haud quaquā doctrinę Apostolus interdicit sermonem, sed ne in concessu præsideat mulier, vel suggestum conscendat, alios instructura, prohibuit. Sed priuatam vbiq; instructionem maxime probat, sic enim & vxor virum instituit, & Prisca Apollo edocuit. Nec illam ait multum alios instruisse sed laborasse plurimum, vt arguat illam vel in erogandis priuatis pecunijs & modis alijs fuisse hoc mysterio vsam.

Fœmina apostolica fungēs officio.

Paulus priuatam fœminæ instructionem permittit nō publicā.

Salutate Andronicū & Iuniam cognatos & conceptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Non tantū laudis affert cum Paulo iuncta necessitudo & propinquitas sanguinis, quantum subita cum Paulo seruitus. Longe enim grauiora tolerabant fideles, quam solem captiui, qui compedibus vinciuntur. Magni est sane faciendum Apostoli nomen fuisse sortitam & Iuniam, præsertim quæ mulier esset, quod præterea maioris æstimandum, & nobiles inter Apostolos dici & insignes. Sunt enim hi ex rebus gestis & optimis actionibus adepti nobilitatem. Nec Paulum pudet hos profiteri in CHRISTI fide suscipienda se præuenisse: quin potius & laudibus efferre quod ad id boni anticipandum prosilijssent.

Salutate Ampliam dilectissimam mihi in domino. Si ab īpatore obseruari & coli maximi sit: quāto magis ab apostolo, q virtutis gratia & dei respectu hoīes claritate cōplectit.

Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu. Id quidem superiorem illam excedit laudem, quinimo ab hoc illa originem sumit. Est enim hauddubie ille dilectus qui sit in tali opere adiutor & socius.

A *Et Stachin dilectum meum.* Hunc pari dignatur laude.

Salutate Appellem probum in Christo. Hoc est, qui nec criminis potest coargui, nec vlla affectus est nota. Nonnulli dicunt probum hunc appellasse apostolum: quia alter quidam tunc erat Appelles idem nomen sortitus: moribus deprauatus & improbus.

Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Hos nominatim non explicat, quia forte erant eorum, quos supra meminit similes.

Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate & eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Id est fideles.

Salutate Tryphænam & Tryphosan, quæ laborant in domino. De Maria quidē dixit, quod laboris plurimum insumpsisset. De his vero, qui adhuc labori incumbant, quod vtiq; his summam in laudem cedit, continenter aliquid factitare & insudare negocio.

Salutate Persidem mihi charißimam, quæ multum laborauit in domino. Hęc quidem eo habetur præstantior quo a Paulo sit charitate complexa, & opere simul pro domino impenderit plurimum hoc modo singulos pro dignitate appellat, & reddit ad opus diuinum propriores, & alios vt imitentur instigat.

Salutate Ruffum electum in domino, & matrem eius ac meam. Duplex id bonum, quod filius & mater irreprehensibiles sint. Nec temere suam & matrem hanc intulisset, nisi per magnam inesse mulieri illi virtutem percaluisset.

Salutate Asyncritum, Philegontem, Herman, Patrobam, & Hermen, & qui cum eis sunt fratres.
B Haudquaquam attendas, quod nullam his adiecerit laudem, sed illud aduerte, quod cū cæteris essent inferiores, dignatus est tamen hos sua salute: quin potius vel hanc in eos contulit laudem, quod fratres appellet.

Salutate Philologum, & Iuliam, Mereum, & sororem eius, & Olympiam, & reliquos qui cum eis sunt sanctos. Ingens sane vel horum est laus quos sanctos nuncupat. Olympia

Salutate inuicem in osculo sancto. Ne altercatio oriatur, quod varia quadam, per se appellatione sint nuncupati, & in pari prorsus laudum genere affecti, hos demum ex osculo sancto permiscet, & pares facit, ne maior inferiorem contemnat, vel inferior maiori inuideat, osculo hoc sancto mitigante omnia & coæquante. Osculum sanctum.

Salutant uos omnes ecclesiæ Christi. Nec solum hos pares & vnanimes reddit, quin etiā & ab ecclesiarum vnitate salutem transmittit. Nam ecclesiarum hoc nomine fideles omnes complectitur, nil hunc illumve exprimens. Tam multis igitur personis, quod in aliis nusquam seruauit, hac in epistola salutem his impertitur, quia nondum vrbem ac romanos conspexerat, & plerique, quos antea cognouisset. Romam confugerant, eoq; haud iniuria sigillatim illos commemorans, Romanis commendat.

Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dißensiones & offendicula, præter doctrinam quam uos didicistis faciunt. Rursum eos commonefacit, non consulendo, sed obsecrando, & cum honore non mediocri fratres appellat. Et tentantium se, vt patefaciat dolos, obseruate, inquit, hoc est diligenter illos cauete. Præcedunt autem dissentiones, quas mox & scandala subsequuntur. Quandiu enim vnitum est ecclesiæ corpus, nullum habent aditum scandala, hoc est hęreses. Præter doctrinam quam vos didicistis, inquit, non quam
C ipsi docuimus: anticipans eos & arguēs excepisse iam se eius doctrinam & credidisse, & permanendum in his esse quæ accepissent. Dissentiones vero & scandala, hoc est hæreses ab his induci, qui præter apostolorum doctrinam & dogma aliquid afferant. In eclesiā concordē nō subire scandala.

Et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri. Defugite hos, inquit, qui si vel nescii vel errore ducti delinquerent, reduci aliquando possent in viam, & corrigi. Sed quoniam scienter in id facinus prolabuntur, vitandi sunt maxime. Iudæos vero hos esse indicat, quos acerrime solet gulositatis insimulare. Istiusmodi enim Iudęorum vniuersum est genus. Ex hac igitur ventris ingluuie & vitiorum seruitute omnes eruperunt hæreses. Aduerte autem eum, qui sit ventris & gulæ addictus. Christo seruire non posse. Vētri addic⁹ deo seruire nō potest.

Et per duces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Insidiantur, inquit, & blandiuntur. Id enim verba suauia præferūt & benedicta. Siquidem verba beneuolentiam exprimunt, mens vero dolis est plena. Nec sane vos, inquit, seducunt & fallunt, sed innocentium, id est simplicium corda.

Vestra autem obedientia in omnem locum diuulgata est. Incautos profecto alios & imprudētes, non vos inescant & alliciunt, quandoquidem vestra obedientia quæ a summa mansuetudine oritur, ad omnes peruasit. Quo fit, vt non solum ipse testificari hanc possim

vobis inesse,sed orbis terrarum vniuersus.

Gaudeo igitur in uobis. Hoc est, vestri gratia,quia decepti non estis, afficior iucunditate

Matth.x. *Sed uolo uos sapientes esse in bono,& simplices in malo.* Arguit ex his circunuentos fuisse nonnullos persimile id sane dictum ei,quod dominus ait. Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. Vult aũt hos & sapientes in bono & prudentes fieri,hoc est in propriam,tam salutemq̃ commodũ.Simplices vero in malo id est ad mala aliis irroganda nil docti. Simplex enim & integer vita, nocet nemini.

Deus autem pacis conteret Satan sub pedibus uestris uelociter. Cũ essent inter illorum nõnullos iam ortæ dissentiones, pacis inuocat largitorem,vt sedet hereses tollatq;. Neq; subdat intulit,sed quod acrius est, conterat dixit. Nec eos modo qui dissidia moliuntur, sed horum etiam præfectum & ducem commoliuntur. Hos autem a tempore consolatur, cum velociter & breui futurũ id intulit. Conterat vero & optantis est & prædicentis futura. Futurum siquidẽ est,vt Satanas ille tradatur in tenebras & deligetur.

Satanas ĩ tenebras tradend⁹.

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Gratiam eis cõmemorat vt vel ex his quę iam per gratiam acceperunt,promptiores reddãtur:vel futuris bonis ad fidem.Si enim vos deus, & si olim hostes, & sibi infensos saluauit, longe nunc magis perditurus est Satanam,qui mala ista interserit.

Salutat uos Timotheus adiutor meus. Hic enim apostolum in euangelio subleuabat. Magnæ sane id laudis,vt eadem faceret Timotheus,quæ & Paulus factitaret.

Et Lucius & Iason & Socipater cognati mei. Iason iste in Actibus Apostolorũ plurimũ vendicat laudis,vtpote qui viriliter pericula pro Christo subiret.Cognati autem & propinqui dicuntur,non modo qui carnis necessitudine,sed qui fide & religione nobis sunt iuncti. Ne enim tales se præstitissent,& arctissimo vinculo fratribus iungerentur,nullam horum fecisset Paulus mentionem.

Saluto ergo uos Tertius, qui epistolam scripsi in domino. Id autem non suæ laudis gratia scribit: sed vt vehementiorem vendicet a Romanis in se beneuolentiam, vtpote qui in his literis conscribendis operam hic pręstitisset.

Tersi⁹ siue (vt alii) Terentius hanc epistolam scripsit Paulo dictante.

Salutat uos Caius hospes meus & uniuersæ ecclesiæ. Hoc est, qui me hospitio excipit, & quod maioris est gloriæ,& vniuersam ecclesiam domi recipiebat, quoscunque scilicet se adeuntes fideles. Neque enim temere apud hunc Paulus diuertisset, nisi dignum se hospitem comperisset.

Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Hoc est, ciuitatis præfectus & moderator. Vnde datur intelligi,neque opes nec dignitates & magistratus, cuiquam esse vel ad fidem,vel ad recte viuendum,impedimento.

Actu. vi. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis, Amen.* Epistolam vel inde exorsus est,inquiens. Gratia vobis & pax,& cętera,cuius & in calce & gratiam subdidit,candẽque illis adesse precatur & optat. Tunc enim nostra arguitur vera & certior disciplina cum non solum verbis verum & precibus sumus discipulis profuturi. Propterea & illud dicebat.Nos autem orationi & dispensationi sermonis insistamus hæc nos tutabũtur,qui nihil ex operibus nostris speramus posse salutis locũ aliquem inuenire,sed quicquid est spei,diuinæ gratiæ & clementiæ accensemus, quibus & dæmonum laqueis superiores euasimus,qui sunt sub pedibus nostris cotriti in Christo Iesu,hoc est, Christi potentia, cui gloria in sęcula, Amen.

Missa ad præcedens epistola per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

Argumentum in priorem Epistolam ad Corinthios.

Corinthii qui. *Corinthii sunt Achaici. Et hi similiter ab Apostolo audierunt uerbum ueritatis, & submersi sunt multifarie à falsis apostolis. Quidam à philosophiæ uerbosa eloquenia, alii secta legis Iudaicæ inducti sunt, hos reuocat Apostolus ad ueram fidem & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum discipulum suum.*

A In primam ad Corinthios epiſto. THEOPYLACTI PROLOGVS.

Corinthij.

CORINTHVS CVM PLVRIMVM ET opibus polleret & ſapiētia, in Chriſtū credidit. A quo poſt fidem ſuſceptam, ne deſciſceret magno in diſcrimine uerſabatur. Siquidē cum ditiores plerique ſcorſum conuenticula & cōſotiationes inirent, coirentq; & ſapientes in unū multi, præceptoribus ſibi ad eam rem conſtitutis. Paulo paupertatem & inſcitiam obiectabant. Accedit prætereà, quòd inter hos quiſpiam nouercæ admiſcebatur, & idolotytis gulæ uitio ueſcerentur: nonnulli, & de pecunijs repetundi, cum oriretur contentio, iudices gentiles adirent, comas inſuper nutrirent uiri. Et cum in eccleſijs ſæpè comeſſarent, nil cibi egentibus impertiebant. Pecunijs item & bonis externis plurimum confidētes, cum inſoleſcerent maxime & efferrentur, reſurrectionis iam ratio apud eos claudicabat. Quibus omnibus ob exteriorem ſapientiam fallebantur, quæ profectò in ſe confidentibus mala omnia pa-

B rit, & prauorū facinorū mater eſt & origo. Scribit itaq; ad Corin. Paulus, eorum ut uitia corrigat. Et quoniam in eccleſia abortum diſsiduum eò maius omniū uidebatur, quò ex ſuperbia erat & animi elatione profectum, huic primum medetur Apoſtolus, & ſeditionem huiuſmodi, cum altiora quædam Corinthij ſeſe inſtructuros profiterentur, euertit. Et hunc in modum orditur.

CAPVT PRIMVM.

Paul⁹ apoſtolat⁹ dignitatē ſibi nō quæſierat. Actu.x. i.cor.xv.

PAulus uocatus Apoſtolus, Perinde ac ſi inquiat: neque hanc ipſe mihi dignitatem quæſiui, nec propria vlla ſapientia accepi, quippe qui olim cum eſſem eccleſiæ dei euerſor, ad apoſtolatus ſum demum hoc munus obeundum accitus. Quo ergo pacto & ipſi alios ad fidem inſtituendi officium id inuaſiſtis.

Ieſu Chriſti, Chriſtus fuit apoſtolorum inſtructor. Cur vobiſipſis adſcribitis mortales quoſdam in præceptores.

Per uoluntatem dei, Haud ſane nos ille vt dignos vocauit, & ſaluos fecit: ſed quia ſic ei placitū eſt, egit vt libuit. Nunc vero placuit illi, vt ipſe vos edocerem. Cur alium præter me vultis magiſtrum? Nam deo vt obſiſtendum ducatis id egitis?

Et Soſthenes frater, Præ modeſtia Soſthenem ſibi adiungit in comitē. Quod quidem corinthiorum vt tollat inſolentiam, facit qui cæteros aſpernarentur.

Eccleſia quid.

Eleſiæ dei quæ eſt corinthi. Non huius illiusve dixit eccleſiam, ſed dei. Quid ergo homines ipſi habetis qui vos tutentur. Quod ſi eſtis eccleſiæ nomen ſortiti, neceſſarium eſt vt

C iuncti & vnanimes ſitis: qñquidem eccleſia, vnitas q̃dam & conuentio interprætatur.

Sanctificatis in Chriſto Ieſu. Neq; em̄ ĩ quouis hoĩm, ſed in xp̄o Ieſu hāc eſtis ſanctimoniā conſecuti. Et baptiſmi grā nō humanæ ſapiētię aut diuitiarū, quib⁹ elati ĩſoleſcitis.

Vocatis ſanctis. Quin & hoc ipſum credere haudquaquam noſtri eſt iuris, ſed dei potētię & volūtatis a quo eſtis hoc pacto vocati, vt obſeq̃ndo exceperitis ſimul & fidē. Fit itaq; vt a deo fides hæc ſumat initiū. Nā ſi vos ille nō conuocaſſet, nequaq̄ p̄uiſſetis.

Fideles oēs vnam faciunt eccleſiam.

Cum oībus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Nec vobis ſolis pax ſit hmōi, ſed vniuerſis Chriſti inuocantibus nomen. *In omni loco noſtro & ipſorum.* Omniū videlicet quotquot vbiq; fidelium ſunt, meminit, vt arguat fideles oēs vnam eſſe eccleſiam. Vnde ſic eos videtur obiurgare. Cur ipſi vnius ciuitatis incolæ inter vos diſſidetis. Nōnulli vero noſtro & ipſorum loco ita intelligunt, id eſt in quo & nos ſumus & illi.

Gratia uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. A deo ea vobis ſit gratia, q̄ olim ipſi cum inimici eſſemus, iā conſecuti pacem nunc vtimur, eandē & vobis vt p̄ſto ſit cōprecamur. Nec vltra a pace eiuſmōi excidatis optamus, qui factionib⁹ nunc & quibuſdā inter vos ſimultatibus diſſidetis. Nunc vero, cur vos hominibus addixiſtis, illorumq; & gratiā inire ſtudetis, & placere illis vt præceptoribus omni ſtudio cōnitimini.

Gratias ago. Hoc loco nos ad gratitudinem quandā erudit. Cūq; idipſum p̱ oēm epiſtolam agat nunc tn̄ oportunius lōge quam alibi gratitudinem recordatur. Gratitudo

ẽm gratiã sequitur, gratia vero nec debitũ pręfert, nec beneficij arguit vicissitudinem.

Deo meo. Ex summo quodã animi affectu, cõmunem oĩm deum suum hic facit.

Semper pro nobis in gratia dei. Ex his vtique & Corinthios instruit, vt & ipsi assiduas deo gratias agant, & nihil proprijs vel actionibus confidant, vel vllis virtutibus: sed in dei gratia sit illorum spes omnis.

Quæ data est mihi in uobis in Christo Iesu. Hoc est per Christum duntaxat, nec per alium q̃piam mihi concessa. Quid ergo hoĩes ipsi attenditis, cũ sit in deo & solo sperandum.

Quia in omnibus diuites facti estis in illo. In illo, id est per ipsum, cum constet vel opes ipsas, & si pro diuitijs habendæ non sint, per vnigenitum tñ donari. Cur ipsi omniũ ingratissimi homines sine vllo delectu in præceptores adsciscitis.

Verbũ sine sciẽtia sciẽtia sine verbo.

In omni uerbo & in omni scientia. Est nanque & sine scientia verbum, vtpote cum quis nullo sensu superuacanea narrat. Et præterea & sine verbo scientia, videlicet cum altiora quispiam cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat, sermone. Vos vero, inquit, & sermonem habetis, & dei scientiam, ita vt intelligẽdi & loquendi vobis insit facultas.

Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis. Sicut per verbum videlicet & scientiam, quibus vtrisque cælestes diuitias comparastis, confirmatum est in vobis testimonium, hoc est dei archanũ. Neq; ẽm per exteriorem sapientian archanorum dei facti estis participes, sed quibus dignati estis signis ac donis.

Infra. iij.

Ita ut nihil uobis desit in ulla gratia. Quæret aliquis. Si ꝑpetua erãt illa dona adepti cur eosdem in orationis progressu carnales appellat? Responderi ad id potest, neque omnes spiritales fuisse, nec secundum carnẽ vixisse vniuersos. Vnde in præsentiarũ verba huiusmodi ad spiritales habuisse Apostolum, ad carnales vero quę paulo post subsequentur. Vel forte, quia fieri poterat, vt in ipsis fidei susceptæ primordijs, cũcta essent hi dona adepti: et demũ, vt feruor ille refrixit desides facti, secundũ carnẽ vitam transigerent.

Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi Hoc loco territat eos, cum meminit secundi & futuri Christi aduentus, quasi id inquiat. Si futurum est, vt Christus ipse reueletur, & iudicaturus adueniat: quo pacto alios ipsi estis iam nacti qui vobis pręsint & ducent. Ostendit præterea & cum his donis, alias deposcendas esse virtutes. Siquidem nihil huiusmodi dona iuuabunt, nisi & vita accedat bene transacta. Cum autem reuelationem dicit, ostendit vel hoc tempore Christum nobis adesse, delitescere tamen interea quia sese in futuro iudicio sit palam facturus.

Aduẽtus secundus xp̄i cur reuelatio dicitur.

Qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Cum confirmabit, inquit, ostendit eos & nutabundos esse, & ab alijs circunuentos. cum vero sine discrimine dicit, illos criminibus subesse demõstrat: Christi aũt Iesu, eo frequentius hoc loco repetit, quæ in cęteris epistolis solet, vt corinthios cõmonefaciat, per hunc se & salutẽ fuisse adeptos, & huius ex noĩe non alterius hominis, christianos se dici.

Fidelis deus, per quem uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Hoc est veridicus est deus. Itaque si nihil ille mentitur, & vos ad filij sui vocauit societatem, id est vt suo in reo cum filio vna & vos gloria donet, perspicuum est deum omnino, quæ promisit facturum. Estis enim ipsi vocati, non iniussi adistis: cur ergo insolescitis: nec secus superbia efferimini, acsi vestra opera id effeceritis.

Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi. Cum acerbiora sit in hos verba facturus, pręueniens per Christum illos precatur, sic inquiens, cum haud satis ipse flectere vos valeam precibus, ad id peragendum, Christi nomẽ obtestor & inuoco, a quo & ipsi christianum estis nomen sortiti. Quo Christi nomine affecto per vos ignominia, ab hominibus ducere mauultis cognomen.

Vt idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schimata. Quid illud est, inquit, quod precor. Vt omnes vnum sentiatis, nil dissidenter, cum ẽm vnum aliquid in plures scinditur partes, videtur quidẽ in frustra multa & minutiora cõcisum, alioqui quæ potest in multis & detruncatis inesse vtilitas, quin & vnum illud perdiderint quod integrum fuerat. Apertissime igitur illorum facta, schismata nuncupat, quo verbo, quemadmodũ calamitose cum corinthijs ageretur, demonstrat.

Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Quoniã supra, vt vnũ loquerentur, oẽs iniunxerat, ne existimarent verbo tenus hanc animorũ coniunctionem seruandam: & in eodem sensu adiecit, hoc est idem vt sentiatis. cumque & multi in aliqua re, vna sunt cõiuncturi, in alia minime, & perfecti sitis adiunxit, hoc est omnibus in rebus

A idem cunctis sit animus. Multi præterea, & si idem videntur sentire, animis tamen & mente dissentiunt. Quod sane tunc fit, cum fidem omnē omnes habemus charitate tamen longe dissiugimur, quod plane expressit, cum in eodē sensu diceret, & eadē sciētia.

Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, & ab his qui sunt Chloes. Ne illi quæ obijciuntur negarent, testes producit, eodemque ne commentitus videatur vt quos ipse fuisset commentus, nomine explicat, & qui Chloes sunt inquit. Erat autem Chloes Corinthij domus & familia quædam sic appellata. Nec desinit fratres appellare, quorum & si perspicua essent illorum commissa, haud tamen eos fraterno nomine dedignatur, nec illorum exprimit nomina qui sibi Corinthiorum facta renunciassent, sed domum integram & familiam posuit, ne testes productos infensos Corinthijs redderet. Fratres vocat Paulus corinthios, licet præuaricatos.

Quia contentiones sunt inter uos. Mitiore vsus verbo, contentiones appellat, quæ sibi sunt de corinthijs renunciata. Cum vero illos vltro obiurgat, dissidia obijcit, quæ longe contentionibus videntur deteriora.

Hoc autem dico, quod unusquisque uestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo. Id quidem non vestrum aliqui dictitant, sed omnes. Nec hæc intulit Paulus, quia eiusmodi verba iactarent corinthij, sed ipse in hunc modum sermonem figurat, vt arguat sic. Id dicere, Pauli sum, & Apollo sum, noxium est & criminosum. Longe magis officiet & crimini dabitur, sese homines alios delegisse, quos sectarentur.

B *Ego uero Cephæ.* Haud sane vt se preferat, postremo meminit Petri, sed vt hunc sibi potius anteponat. Quemadmodum christi deinceps nomen honoris gratia subdit. In rebus vero indignis & abiectioribus, seipsum primo commemorat.

Ego autem christi. Neque enim ob id eos incusat, quod christi se asserant sectatores, sed quia non omnes itidem fateantur. Vel potius, ego sum christi, intulit, volēs id criminis augere & grauius reddere, arguereque christum ipsum oblatum esse in partem vnam, vt pariter omnes saluos faceret, ipsi vero in diuersum se scinderent prorueréntque.

Diuisus est christus? Num intercisus est christus? Num eius diuisum est corpus? Irascentis sunt verba & indignabundi. Nonnulli autem (diuisus est christus) in hunc sensum accipiunt, videlicet. Num ille mortalibus diuisit ecclesiam? Num partem vnam ipse accipit, alteram vobis contulit? xp̄s non diuisus.

Num Paulus crucifixus est pro uobis? Confutat, euertitque quod erat per hos absurdius gestum, & proprium nomē producit in mediū, ne videatur liuore ductus, aliorū nomina recordari. Nec sane id dixit. Num Paulus vobis creationis dedit originē? sed quod longe prestat, & eius ineffabilem prefert humanitatem, crucē cōmemorat. Nec illud intulit, num Paulus pro vobis mortem excepit? sed num crucifixus est dixit, vt quod turpe & ignominiosum visum est mortis genus, ostenderet christum, non se subijsse.

Aut in nomine Pauli baptizati estis? Baptizauit haud dubie plures Apostolus, sed in christi nomine, non suo. Id autem eo infert, quia vel illud dissidij causam præbuit, cum vellent singuli ab his sibi nomen desumere, a quibus & baptismum sumpsissent. Haud enim id queritur, quis sit baptismo ablutus: sed, cuius sub nomine fuerit quispiam baptizatus. Christus enim, non autem qui baptizat, dimittit peccata.

C *Gratias ago deo meo, quia neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium.* Quid (inquit) baptismi gratia insolescitis, quandoquidem ipse ego magis gratias agam, id baptizandi munus haud sepe obiuerim? Quod tamen non ideo infert, vt improbet baptismi virtutem: sed illorum vt diluat insolentiam, qui baptizantium nomina iactarent, & gloriæ ducerent, quam baptismus ipse, non baptismi minister afferret. xp̄s, non qui baptizat, dimittit peccata.

Ne quis dicat, quod in meo nomine baptizaui. Neque enim hęc ideo dixerim, quia ita se habeat res, sed veritus, ne eo vsque prouehatur hæc pestis, vt vel iactare id audeant multi. Nam si vel infimis viris baptizantibus, orta hæc contentio est, quod tandem id progressurum est malum, si ipse qui euangelij præco baptismum administrarem? Propterea coercendi erunt nonnulli, ne mihi baptizandi id imputent munus.

Baptizaui & Stephani domum. Erat vir hic sane egregius & insignis.

Cæterum, nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Adeo, inquit, baptismi administratio haud magnę mihi est curæ, vt non satis meminerim, vtrum alium quempiam, præter hos, baptismo abluerim. Quo ergo pacto in hoc vos efferimini?

Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Erat quidem euangelij pręedicatio vel sola grauis admodum & operosa, & ferreos animos deposcebat, nedum quiret Apostolus & baptismo intendere. Nam hominis quispiam immutare sententiam, & ad veri-

Euangelij pdicatio onus grauius est, q baptismi prouincia.

tatem traducere, vel a patrijs institutis & legibus, quibus diutius inoleuit, diuertere, & præsertim non sine summo dissuadentis vitę discrimine, magni quidem & excelsi animi erat. Paratum vero quempiam & volentem ad baptismum excipere, cuique licet, qui sacerdotio fungitur. Quęręt aliquis. Num neminem baptismi lauacro tingebat Apostolus, quia minus esset ad id destinatus? Haud sane fuerat ad id præcipue missus, non tamen obire id minus prohibebatur. nam qui maioribus esset negocijs deputatus, vel minora exercere iam poterat. D

Non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi. Sublata illorum qui se baptismi ministros iactarent, superbia, ad eos pertransit, qui sese ob exteriorem hanc & humanam sapientiam magnificarent. Inquitque. Et misit me dominus euangelizare, non in sapientia sermonis, hoc est, in orationis ornatu, ne crux imminuta patiatur iacturam. Id enim vt non euacuetur, cum inquit, pretendit. i. ne vacua & inutilis arguatur. nam si in eiusmodi sermonis sapientia prædicassent apostoli, iure forte obijcerent homines, persuasione potius illos & verborum lenocinio quodam, alios ad veritatis notionem pellicere, non eius, quem ipsi prædicant & profiterentur, virtute, quod vtique in crucifixi euacuationem & damnum cessisset. Nunc vero cum doctrinę humanæ huius ignari prædicent Christum: proculdubio arguunt cuncta per eius qui cruci affixus est, potentiam geri. Potest & aliter illud euacuetur intelligi. Exempli gratia. Rogabit gentilis aliquis de diuinitate ipsa me quidpiam, quod ab homine comprehendi non possit. Si enitar illi quod postulat syllogismis nonnullis, & exterioris sapientiæ huius rationibus patefacere, haud dubie succumbam deficiens. nulla enim potest diuinitas ipsa ratione probari. Ita fiet vt imbecillitatem hanc meam Christi ipsius quem prædico accenseant impotentiæ, vnde & crux ipsa euacuabitur, hoc est, inanis & vacua conuincetur. E

diuinitas xpi syllogismi pbari non potest.

Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est. Cum essent Corinthij nonnulli qui crucem illuderent, decens erat & necessarium, vt huiusmodi illusoribus, pro sua sapientia fideles obsisterent, & crucem hanc tutarentur, indigneque & grauiter ferrent illorum in crucem ludibria. Subdit itaque, nulla vos ob id subeat admiratio, perditis enim & minus credentibus, quæ a deo sunt ad salutem concessa, stulta videntur. Sermonē vero crucis prædicationem designat, quæ Christi affixi patibulo nomen diuulgabatur.

Nobis autem qui salui facti sumus, uirtus dei est. Crux ipsa non modo dei virtutem, quin & sapientiam indicat. Virtutem, quia mortem morte dissoluit. Est namque immensæ potentię & exuberantis virtutis, vt is qui ceciderat, referat palmam. Sapientiam vero, quia hac via perditos saluos effecit.

esa. xxix Abdię .i.

Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientium, & prudentium prudentiam reprobabo. Cum infideles sapiētes perditos diceret, confirmat id statim scripturę testimonio. Illā enī inquit, tollam deperdāque a sapientib9 sapientiā, quā ipsi per exteriora hęc iactitant. Hoc est insipientem illam conuincam, & prudentiam prudentium demam: qui sapere sibi videntur.

Esaiæ. xxxiij.

Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi cōquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit deus sapientiam huius mūdi? Cum explicasset quę sacris literis continentur perspicua insuper ex rebus ipsis hęc facit, & gentiles quidem reprehendit, quia vsurpare hoc solent. Vbi est sapiēs. i. philosophus. Philosophię enim studebant plurimum, & sapientis apud eos summa authoritas erat. Iudęos vero coarguit, cum dictitat, vbi nam scriba? Inquisitores autem eos appellat, qui opinationibus quibusdam & inuestigationibus permittunt omnia. Horum nemo salutem attulit nobis pręter piscatores qui erroribus nos exemerunt. Fatuam autem reddidit, hoc est, inertem & nullius momenti esse coarguit mundi sapientiam deus, vtpote quę inuenire veritatem nequiuerit. F

Inquisitores qui.

Nam quia in dei sapientiam, non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Causamque aperit qua sit exterior hęc sapientia stultior reddita. Nam cum ex diuina sapientia, quæ ex hac potest machina creatorum comprehendi, cœlum ipsum & terra, & omnis hæc mundi structura suum prędicant, & laudibus efferunt conditionem. Deum tamen haudquaquam cognouit mundus, hoc est, qui mundana hęc sapiunt, quippe qui prauis cupidinibus capiuntur, & quoddam dicendi lepore (qui huic inesse sapientię videtur quę oculis cernitur) detinentur, quo minus queant deum & veritatem ipsam pernoscere. Placuit autem deo per eorū prædicationē qui & imperitiores essent, & stulti apud alios haberentur credentibus salutem largiri. Gentiles itaque, & si dei sapientiam instructricem habeant, eam videlicet quæ in hac tanta rerum molitione comprehenditur, dei tamen nullam sunt adepti cognitionem. Quia

A illi potius intenderent sapientiæ, quæ verbis constaret inanibus, nec dei esset.

Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt:nos autẽ prædicamus Iesum crucifixũ. Nititur Paulus patefacere quemadmodum ex contrarijs deus contraria sit operatus, in quitque. Cum Iudæum ad fidem exhortor, mox ille, vt prædicatio certior deprehendatur, signa deposcit. Nos vero Christum affixum patibulo prędicamus, quod vtrique modo nec quo ad exteriorem hanc faciem signorum, ne potentatus, quia ignominiosum habetur, vllum præ se fert argumentum, sed imbecillitatem potius patefacit et impotẽtiã alioqui idipsum patibulum, quod imbecillum & contrarium noscitur, Iudæos ipsos quo ad ipsorũ petitionẽ, ad fidẽ traducit, & maximã prętert dei virtutẽ. Rursum & Græci a nobis sapientiam quęritãt. Sed his etiã euãgeliũ prædicamus ꝙ ad vulgi tamẽ opinionẽ, vesanum videtur Christum prędicare, qui fuerit cruci affixus. Nihilominus vel ex prædicatione huiusmodi persuadentur gentiles & credunt. Nonne hoc ergo summæ est potentiæ argumentum. Gręcos homines ex rebus plane contrarium & longe diuersis, atqꝫ ipsi perquirant, morigeros reddi, & Christo obtemperantes?

Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Iudæis quidem scandalo est crucifixus. Offendunt namque cum dicunt. Quonam pacto qui cum publicanis & meretricibus ac prædonibus versatus sit, ac demum fuerit cruci affixus, esse poterit deus? Græci vero mysterium hoc pro stultitia ducunt, & plane irrident. Quoniam fide duntaxat, non rationibus vel syllogismis, quibus ipsi nituntur, comprehenditur, fuisse deum cru-

B ci adiudicatum. Nec pręterea id vllo est orationis cultu significatum.

Ipsis autem uocatis Iudæis atque græcis. Christum dei uirtutem, & dei sapientiam. Incredulis quidẽ Iudęis scãdalo Christus est, & infidis græcis ꝓ stultitia dicitur. Qm̃ q̃ maximũ in modũ cõquirũt vtriqꝫ, hoc est, sapientiam, in Christo minus inueniunt. Nec ab vtrisque Iudęis. s. ac gręcis, accitis hoc est, dignis habitis qui vocarẽtur a deo, cõprehẽdit. Verũ qd quęris Iudęę signa? Ecce christus dei est virtus, quę signorum est operatrix. Tu vero Gręce quid inquis? Sapientiam deposcis? Habes christum qui patris est sapientia.

Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Crucẽ appellat insipiẽtẽ, vtpote quę insipiens sit visa, hæc tñ est hominibus sapientior. Siquidem philosophos constat frigidis & inutilibus rebus vacasse: crucẽ vero mundo peperisse salutem, & quod dei est, eo videtur infirmius, quia ex impotentia quadam visus sit cruci esse affixus. Sed id longe est hominibus fortius. Nec ob id solum, quia quo magis annitẽtibus multis huius nomen extinguere, eo plurimum pollet & floret: sed quia per hunc qui sit visus infirmior, fortis dæmon ille vinctus est & coercitus. Crucem cur ĩsipiẽtẽ Paulus vocauerit.

Videre enĩ uocationẽ uestrã fratres, quia nõ multi sapientes secũdũ carnẽ, nõ multi potentes, nõ multi nobiles. Cõtẽplamini, inquit, & diligenter inquirite qui sint ad fidem vocati. Comperietis sane eorum non multos esse scd'm carnem, hoc est, in hac vita sapientes. Nõ enĩ nullus sapiens intulit, sed non multi. Erant enim inter eos q iã credidissent & sapiẽtes, vt Areopagita ille fuit, & Antiphatus qdã, & alij q haudquaq̃ ĩ ꝓsenti hoc noĩe innotescũt. Areopagita. Quietiã & potentes, & ingenui crediderunt nõnulli, propterea & inter oẽs nõ multi, sub

C iũgit. Aduerte ergo quanta sit vis p̃dicandi, vt vel idiotas & literarum ignaros tã sapientissima edocuerit instituta, vt vel exterior hęc scientia prorsus arguatur inutilis. antiphatus,

Sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes. Et infirma mundi elegit, ut confundat fortia. Hoc maxime græcos confundit. Spectabant enim in foro opificem aliquem longe melius quam seipsos philosophari: imbecillumque & abiectum, vel eos qui in potentatu sunt & opibus affluunt, humiles reddere & mansuetos.

Et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret. Qui nullius videntur esse momenti, ea q̃ nõ sunt dicit: q̃ sunt vero ꝓ illis hic ponit, q alicuius esse authoritatis apparẽt, quos vt inertes argueret: & plane nulli vsui esse, eos elegit, q̃ nihil sunt. Haudquaq̃ tñ quia, inqt, elegit: eo abiectissimos quosqꝫ credideritis p̃dicandi negociũ id accepisse, p̃claros vero & gloria ĩsignes fuisse ab eiusmodi munere exequẽdo reiectos: quin potius existimes velĩ vel hosce qui honorib⁹ & diuitijs polleant, ad suã sapiẽtię & opũ p̃sumptã opinionẽ efferri plurimũ & insolescere: eoque nec dei p̃coniũ suscepisse, cum abiectiores & humiles longe magis deo sunt visi ad id munus accommodi.

Vt non glorietur oĩs caro in cõspectu dei. Propterea, ĩqt, infirmos quosqꝫ elegit de⁹ vt eorũ frenet superbiã, qui mũdana hęc sapiunt. Suadeat pręterea oĩa fore per nos illi ad eius arbitrium committenda, neque coram se aliquid cuiouã iactitandum. Cur ergo & vos o Corinthij sup his p̃ceptoribus adeo insolescitis, qui exteriorum imbuti sunt sapiẽtia.

Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu. Ex ipso, inquit, vos estis. Neque ideo ꝙ nos ad esse aliqd' ille traduxerit: sed ad bene esse: perinde ac si inquiat. Filij dei effecti estis, & ex ipso cõstatis facti in Christo filij, hoc est, ꝑ Christũ. Et quoniã dixerat illũ ignobilia elegisse, ostendit cunctos nobilitate hos anteire, qui deum in patrem sunt abunde iam assecuti. D

Qui factus est sapientia nobis à deo & iustitia, & sctificatio, & redemptio. Id est, sapiẽtes nos, & iustos, & sanctos, ac liberos fecit. Hęc em̃ p̃fert redẽptio, quippe q̃ a seruitute pcti nos reuocauit. Et quemadmodũ ignobiles eligens nobiles reddidit, cũ hos in dei filios asciuisset: sic & stultos sapientes effecit, ipse nobis sapientia fctũs. Verum cur non potius dixit sapiẽtes nos fecit, sed fctũs est nobis sapiẽtia: nẽpe vt muneris patefaceret largitatẽ. Perinde ac si inquiat. Seip̃m nobis largitus est. At cũ magna q̃dã de filio p̃dicaret, videlicet ꝙ sapiẽtia, & iustitia, & sctificatio, & redẽptio factus est nobis: a deo adiecit: ne ingenitũ hũc susceperis, sed vt ad causam ip̃am, hoc est, ad patrẽ, refugias, a quo filius genitus sit. aduerte quẽ in his ordinẽ seruet Apostol⁹. Nã hos primũ ab errore exẽptos, & sapiẽtes effecit, & ad dei cognitionẽ instruxit. Deĩceps pctõrũ largitus est veniã, & ꝑ spiritũ sanctũ sctĩtate donauit. Vnde ita effectũ est, vt perfectũ a malis oĩbus vacatione cõ-

Hier. ix. cesserit, & ita vt spiritus ipsi in potestate simus, eidemque inhæserimus.

ij. Cor. i. *Quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur, in domino glorietur.* Hæc inquit, omnia eo sic instituta & facta sunt, vt nemo se alicuius momenti existimet, vel de se aliquid iactitet: siue in alio quouis hoĩm, nisi in deo dũtaxat glorietur, qui tãta ĩ nos cõtulit bñficia. Cur ergo vos intumescitis? Quid efferimini, vel vestri gratia, vel vos instruẽtiũ magistrorũ. E

CAPVT SECVNDVM.

Paul⁹ euãgelij p̃co nulla gu-mana sapiẽtia instructus ad p̃dicãdũ venit.

ET ego cum uenißem ad uos fratres, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium Christi. Non modo, inquit, euangelij discipuli sunt insipientes & ignobiles electi. Quin vel ipse ego euangelij pręco, nullo ad vos concessi verborum apparatu, vel sapientia vlla humana, dei vobis testimonium pronunciaturus .i. Christi mortem. Vide vt pręco ipse insipiens & ignarus deprehenditur, & quod per hunc prædicatur, mors & crux sit, & vicisse tamen hæc prædicando arguiturum. Perspicuum itaque est, ineffabilem esse potentiam, quę rem hanc ita se habere permiserit. Quęret aliquis, Quid igitur non poterat Paulus, si libuisset, per sapientiam ad Christi pręconium peruenire? Nequaquam profecto per se potuisset, quippe qui indoctũ se fateretur, & minus in dicendo ornatum. Christus tamen id facere quiuerat, qui maioribus illum donis ornarat, alioqui haudquaquam id sub sui nominis pręconio profuisset. Plus enim gloriæ cõsequitur, Christus, cum per Pauli inscitiam victor euadit, quam si per eiusdẽ vel sapientiã, vel eloquentiã, victoriã reportaret.

Non enim iudicaui me aliquid scire inter uos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Placuit, inquit, Christo, vt expers sapientiæ essem humanæ huius, & nescius, & ipse quidem factu id optimum iudicaui, vt nullam haberem exteræ huius sapientiæ notionem, nisi Christi Iesu cruci affixi.

Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos. Non solum, inquit, ad vos tenuis admodum, & abiectior, quod ad sermonem spectat, concessi, quin & infirmior, formidolosus & tremens sum apud vos commoratus, hoc est, persecutionibus afflictatus, & molestijs horridioribus plurimis sum affectus. Verebar enim & ipse in hominis morem discrimina. Quin potius trepidus illa expauescebam, quod sane illi maiorem in laudem cedit, vtpote qui cum eiusdem esset nobis naturæ particeps, tamen asperrima queq; sponte & mira animi promptitudine superabat. Hæc autem eo commemorat, vt christi potentiam patefaciat, vt cum ei tot obijcerentur aduersa, nihilo minus hæc omnia vinceret. Nec minus vt Corinthiorum supercilium arguat & tumorem, sapientię duntaxat & opibus confidentium. F

Et sermo meus, & prædicatio mea: non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostentione spiritus & uirtutis. Haudquaquam, inquit, meus sermo argutiolis & persuasionibus nitebat. Nec erat dicendi arte & cultu instructus, sed in sp̃us cõstabat ostentione, hoc est, spiritum sanctum prę se ferebat. Vel quia ineffabili quodam modo spiritus idem acceptissimis verbis auditoribus persuadebat. Vel etiam, quia & signa edebat & prodigia. Nam & virtutis infert, hoc est, signorum. Ingens est enim fidei argumentum mortuos suscitare. Et quoniam per dæmones quibusdam pręstigijs, & virtutes & signa eduntur,

A cum primum ſpiritus mentionem feciſſet, mox & virtutis adiecit, indicans ad ſpiritum facta hęc pertinere. Poteris & virtutis illud in alium ſenſum accipere, videlicet quod ſe non in ſapientia, ſed in infirmitate fateatur veniſſe. Et ſapientię quidem in ſpiritus oſtenſione obiecit infirmitati virtutis. perinde acſi dicat. Et ſi perſecutionem ſum ipſe perpeſſus & verbera, fortior tamen ſum viſus.

Vt fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute dei. Hominum ſapientiam perſuaſibilem nuncupat eloquentiam. Dei vero virtutem (vt ſuperius diximus) infirmorum & perſecutionem tolerantium fortitudinem. Et ſignorum editionem, quę haud dubie (o Corinthij) veſtram fidem vt illa diuina, non verborum lenocinio confirmauit. Hominũ ſapientia vocatur a Paulo eloquẽtia & vis perſuadẽdi.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: ſapientiam uero non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui deſtruuntur. Stultitiam quidem ſuperius Chriſti præconiũ appellauit, quod a græcis ſic dici ſit vſurpatum: ſed poſtquam ex rebus ipſis aperuit, veram eſſe præconium id ſapientiam: fidem tandem audet ſapientiam Chriſti prædicatione fateri, aſſerereque & ſalutem per crucem parari: quippe ſapientiæ eſt, & non mediocris, mortem morte delere. Perfectos autem fideles ipſos appellat, ſiquidem hi perfectiores habentur, qui cæteris rebus contemptis ad cęlos ſubuolant. Huius vero ſeculi ſapientiam nuncupat, quę exterior eſt, vt momentaneam nec diu menſuram, & cum hoc ſimul ſeculo euanituram exprimat. Principes autem ſeculi huius, non dæmones dicit (vt ſentiunt multi) ſed
B peritos & eloquentes, & oratores: qui concionabundi duces effecti ſunt populi. Nec ſecus eos ac temporarios adſtruit huius ſeculi dominus, perituros paulo poſt. Eloquentes & oratores Paul⁹ prĩcipes hui⁹ ſeculi vocat.

Sed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt. Myſterium nominat quod ſit de Chriſto pręconium. Quod & ſi hoc ſit nomen ſortitum, myſterium tamẽ eſt, cum quia vel angelos ipſos antequam fieret id latuit, tum quia aliud ipſi ſpectamus, aliud intelligimus. Nam crucem video, & paſſionem, & virtutem agnoſco. Seruum audio, & dominum ipſum adoro. Cuiuſmodi ſapientia infideles quidem prorſus clam habet, fideles vero non penitus. Videmus enim adhuc in ſpeculo. Myſterij definitio i. cor. xiij

Quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam noſtram. Prædeſtinauit dixit vt oſtendat ſũmam dei in nos, & curam, & charitatem. Nam vt illi maxima nos proſequi beneuolẽtia exiſtimantur, qui iam pridem prompti ſunt & parati conferre in nos beneficia, ſic deus vel ante ſecula ipſa noſtræ gloriæ gratia, futuram per crucem ſuam prædeſtinauit. Quæ proculdubio ſumma eſt, quam nobis communicauit ſapientia. Quandoquidem illud in ſerui gloriam cedit, latentis myſterij participaſſe in domino.

Quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Seculi huius princeps, Herodem intelliges & Pilatum, quibus eiuſmodi myſterium fuit incognitum. Quinetiam vel ipſos Iudęorum pontifices qui pari ignorantia tenebantur.

Si enim cognouiſſent, nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent. Si cognouiſſent, inquit, futurũ crucis ſplendorem, futuramque ex ea terrarum orbis ſalutem, vel pontifices ipſi ſuam vrbem pręuidiſſent conceſſuram aliquando Romanis in prędam, ſeque item in ſeruitutẽ ituros, haud ſane glorię dominum cruci adiudicaſſent. Glorię autem dominum hoc lo-
C co Chriſtum appellat. Quod autem crux ipſa ex ignominioſa gloria ſit reddita, ex eo perſpicuum eſt, quod nihil ſit Chriſtus ex ea iacturę perpeſſus, quin laudem potius conſecutus, quippe qui ob crucem ſuam erga genus humanum pręſe clementia tulerit. Dicet aliquis. Ergo ſi minus illi dei myſterium cognouerunt, errati veniam promerentur. Ita ſane, ſi in poſterum pœnitentia ducti, Chriſtum adijſſent: eſſent hoc pacto haud ſecus ac Paulus & reliqui ex Hebręis remiſſionem delictorum adepti. Pilatus & Iudęi qui xp̃m crucifixerũt quẽ ignorabãt eſſe deum qua rõe errati veniã ꝓmereri potuerunt.

Sed ſicut ſcriptum eſt. Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec ad cor hominis aſcendit: quæ præparauit deus diligentibus ſe. Quid ille ſe colentibus pręparauit? Chriſti. ſ. notionem, & ſalutem quę nobis eſt per eius incarnationem quęſita. Hęc quidem neque oculus humanus inſpexit, nec auris auditu percepit, nec cor aliquod meditando complexum eſt. Nã & prophetę, neque mortalibus oculis iſta ſpectabant, nec auribus hauriebant humanis, nec mente hac mortali intelligebant: quæ ipſimet de Chriſto prędicerent: ſed diuinitus cuncta per eos enunciabantur. Dominus enim inquit, adiunxit mihi aurem, ſpiritalem videlicet, & alia huiuſmodi pleraque. eſa. lxiiij. Eſaiæ. l.

Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſanctum ſuum. Quonam pacto, dicet aliquis, quæ cor hominis non inſcendunt vos didiciſtis? Quia deus inquit, ſpiritum ſuum, non per humanam ſapientiam myſterium illud nobis aperuit. Hanc enim nequaquam dignatus eſt deus, vt eius arcana perſpiciat.

Epiſt.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quis enim hominum, quæ sint hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei. Tanti, inquit, erat dei mysterium, & adeo reconditum vt ab alio. posset nemine percipi, nisi a spiritu ipso nos instruente, qui & dei profunda nouit. Scrutatur autem, cum inquit nõ ignorantiam arguit, sed vehementem quandam & acerrimam eius mysterij cognitionem. Quemadmodum etiam de patre dicitur, qui & corda scrutetur, hoc est, qui rimetur & noscat hominum interiora. Qui spiritus incredibili afficitur gaudio & in delicijs est, cum dei mysteria contemplatur. Sic enim & dei dicitur scrutari profunda. Ostendit etiam ex sequentibus, quam acrem habeat spiritus dei cognitionem. Nam quemadmodum spiritus hominis nouit quæ in homine sunt, sic diuinus spiritus quę dei sunt, callet. Vnde edoceri nos possumus, non alienam a patre spiritum habere substantiam, sicut nec humano spiritui inesse aliam dicimus, quem quam habeat homo. D

Psal. vij.

Mundi spũs quid

Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Mundi spiritũ, hũanã sapiẽtiã interp̃tatur Apostolus. Quã haud quaq̃, inqt, accepimus, vt supuacaneã eius p̃dicationẽ arguat & inanẽ. Sed dei, inqt, spũm ipse accepimus, hoc est, deo cõsubstantialem, qui ex dei ipsius substantia constet quem ipsi instructorem habemus.

Vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Perinde ac si dicat. Lux quidem est spiritus, hanc ipsi lucem a spiritu ipso illuminati accepimus, vt opera noscamus. At quę nobis sunt a deo dona concessa? Nimirum quę de Christo sunt per hunc destinata, videlicet quemadmodum & obierit mortem, & dei nos filios fecerit. Vtque & in seipso vel locum nobis ad patris dexteram confidendi parauerit. Ita fit, vt qui spiritu carent, huiuscemodi rerũ nullam habere possint cognitionem. E

Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus sancti. Adeo, inquit, nos sapiẽtia gręcorum philosophos superamus, vt ab hominibus illi instructi sint. Nos vero quæ loquimur a spiritu sancto edocti pronunciemus.

Spũalib⁹ spũalia cõparare qd

Spiritalibus spiritalia comparantes. Videlicet si quæstiones nonnullę oboriantur, comparamus has protinus .i. dissoluimus, spiritalibus alijs quibusdam vel sensibus vel historijs. Exempli gratia. Vtrum resurrexit christus iam quęritur. Hanc ipsi quęstiunculam spiritalem, & alia quadam spiritali, hoc est, ex Ionæ prophetæ historia, & comparamus & soluimus. Itemque vtrum & virgo peperit, vel ex aliarum sterilitate id soluitur. Sarę videlicet Rebeccę & Elizabet, quę nulla naturæ sequela, nec vuluę virtute conceperant. Quinetiam ex Euę & Adę exemplo, qui sine vllo creati sunt semine, sed ex humo producti. Potest prӕterea illud spiritalibus spiritalia comparantes in hunc sensum accipi, hoc est, spiritalibus hominibus spiritalia comparantes, qui eiusmodi & enodare queunt & capere: vnde sic infert.

Mat. xij.
Ionæ. ij.
Geñ. ij. xxi. xxv
Lucæ. i.

Animalis homo qs.

Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia est enim & non potest intelligere, quæ spiritaliter examinantur. Animalis est homo, qui cuncta ascribit animi sui cogitatibus & suo sensu differtur. Nec putat sibi cœlesti psidio opus esse, nec quippiam vult p fidẽ & credulitatem admittere. Sed arbitrat̃ omnia stulta, q̃ probari ratione nõ possint. Ducitq; naturali quodam decursu oĩa fieri, nec cõstare quicq̃ prӕter naturã posse. Animalem igitur dicit naturalem: nam & animus circa dispositionem versatur & ordinem. F

Et non potest intelligere quod spiritaliter examinatur. Hoc est, haud intelligit quę dicta sunt fidei indigere, nec posse cogitatione comprehendi. Et hoc designat spiritaliter examinatur, hoc est, per fidem & spiritum demonstratur.

Spiritalis autem homo iudicat oĩa, & ipse à nemine iudicatur. Spiritalis, inquit, omnia nouit. Et p̃sentia, q̃ momẽtanea sint: & futura, q̃ stabilia: & sua, q̃ salutẽ sint adeptura: & infideles q̃ sint cruciandi, eorũ & illos coarguit. Ipse vero a nemine examinatur, hoc est, arguitur, vtpote qui prę se oĩa spectet, & p̃pria videat, & eorum prӕsertim qui capti mentis luminibus fuerint, facta prospiciat, cum illi nec sua oculis, nec aliena collustrent.

Sicut scriptum est: quis enĩ nouit sensum domini, nisi spiritus domini qui instruit eum? Spiritalẽ sensum dñi mentem appellat. sed cum dixisset supra, a nemĩe iudicatur proinde id (inquiẽs) infert, non enim id temere dixi. Nam quis nouit sensum domini, nisi spiritus dñi, qui instruit eũ? si eñ nemo potest dñi sensum pernoscere, hoc est quem spiritalis ille adeptus est longe magis neque edocere: prӕter hũc ip̃m vos quispiam: vel corrigere quieuerit.

Esaiæ. xl
Sap̃. ix.

Nos autem sensum Christi habemus. Nil, inquit, obstupescatis, quod dei sensum spiritalẽ dixerim mẽtẽ. Nam ipsi nos oẽs christi sensum habemus, hoc est, q̃cũq; ip̃i & tenemus & nouimus, christus nobis aperuit & retexit. Nec secus & quę de diuinis rebus senti-

A mus a Christo habemus, hoc est, ab eo sumus, quãtulãcũq; habem⁹ de rebus ad fidẽ spectantibus cognitionẽ, edocti. Iure ergo & a nemine examinari nos possumus, qui spiritales sumus. Nonnulli sensum Christi patrem dixerunt plerique & spiritum sanctum.

CAPVT TERTIVM.

ET ego fratres non potui uobis loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Detrectat q̃dem & improbat illorum ob exteriorem hanc sapiẽtiam elationẽ ne istiusmodi forte obĳcerent. Haudquaquam ipsi humanæ sapiẽtiẹ, sed spiritalis gratia insolescimus. Arguit hos nondum spiritalis huius vllã adeptos esse perfectionem, sed hanc vt adipiscantur futurum. Infertq; nondum perfecti quippiam percepistis. Et recte, non potui; illud adiecit, ne videatur liuore ductus perfectiora illis nondum prædicasse. Cum enim carnales esseris; inquit, non potui vt perfectis loqui. Quęret aliquis. Quo ergo pacto cum imperfecti essent, signa hi factitabant? Erant sane corinthĳ (vt principio diximus) istiusmodi, vt signa ederent. Cuiusmodi fuerant, & qui dæmones in Christi nomine eĳciebant. Miracula tamen ad aliorum vtilitatem fiunt persępe, eoque & per indignos geruntur nonnunquam. Miracula ĩterdũ per indignos geruntur.

Et quasi paruulis in Christo: lac uobis potum dedi, non escã. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Quantũ ad ea qui Christi sunt, spectat, infãtes estis

B & ideo lac vobis in potum, hoc est, simpliciorem quãdam doctrinam, non cibũ vobis, id est perfectionem obtulit. Quãobrẽ? Qm̃ nondum poteratis. Qđ eo intulit Paulus, vt Corinthiorum reprimat supercilium, & insolentiam tollat, qui suæ plurimum confiderent sapiẽtiæ. Neq; nũc quidẽ potestis, nã & adhuc quæ carnis sunt sapitis. Vides vt illos idcirco nondum arguat posse maiora percipere, qui mallent carnales esse quam spiritales.

Cum enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Superiorem sermonem omnem ad Corinthiorum primates habuit, qui sapientia plurimũ intumescerent & nobilitate. Nunc vero ad inferiores & subditos orationem diuertit: inquitq;. Merito equidem vos carnales appello: quandoquidem inter vos liuore, altercatione, simultatibus decertatur. Poterat pręterea eos adulterĳ & aliorum facinorum incusare, sed quia horũ factiones dissensionesque tũc magis vrgebant, harũ nunc dũtaxat meminit. Vbique Paulus inuidiam contentioni subiungit. Vos itaq;, inquit cũ talibus sitis. vitĳs inquinati, sc̃d'm hominem ambulatis, hoc est, q̃ carnis sunt & terrena sapitis.

Cũ enim quis dicat. Ego quidẽ sum Pauli: alius autem, Ego sum Appollo, nõne carnales estis. Sub Pauli & Apollo hoc noĩe eos demõstrat, qui corinthi gloriã opes & doctrinã iactarent.

Quis igitur est Paulus? quis Apollo? nisi ministri p̃ quos credidistis? Sub hoc sui & Apollo noĩe q̃ vult maxime peragit. Cõfirmat nãq; nihil se esse perĩde acsi dicat. Si nihil nos sumus, q̃d erit de vestris his instructoribus dicẽdũ? Nos q̃dẽ fidei ministerio fũgimur, haud tamẽ radix & ipsi & fõs sumus bonorũ, sed christus horũ est causa. Nũ ergo vobis idcirco supbiendũ est, quia quæ a deo sunt, vobis subministrauimus? In illa enĩ cuncta cõsistũt,

C qui bona eiusmodi elargitur. Nec euangelĳ dixit sumus ipsi præcones, sed ministri: quorum alterum verbis duntaxat constat, alterum opere & factis. Euangelĳ ministrũ se vocat Paulus.

Vnicuique sicut dominus dedit. Nec sane vel tenue administrandi hoc munus nostra sumus industria consecuti; quin vel id ipsum a deo, & si haud pari mensura accepimus.

Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Ipse, inquit, & prior de christo p̃coniũ p̃seminaui. Apollo vero haudquaquã permisit iactũ id semẽ, ĩprobi hostis tentationum vredine ęstuq; exarescere, vos tamen deus, quos ipsi plantauimus auxit.

Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Aduerte vt minus moleste primarios illos corinthiorum sapientes, inquam, & diuites aspernetur, cum & seipsum & Apollo, vt nihil ducit quorum sub noĩe paruifacit corinthios, admonetque deum & solum obseruari decere, eique accerseri quicquid boni contigerit.

Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt. Cum nihil nobis sine deo facere liceat, æqua omnes sumus conditione, cur ergo inuicem insolescitis, cum vnum sitis?

Vnusquisque autem propriã mercedem accipiet sc̃d'm suum laborẽ. Qm̃ posset non absurdum videri, vt q̃ plurimũ in fide vulganda insun p̃sissent laboris tardiores in posterum redderentur, q̃nquidẽ vel pares se reliquis noscerent, qui minus ea in re insudassent. Cõfestim hanc tollit suspitionẽ, aitque eo oẽs pari sorte haberi, quia sine deo incremẽtũ ferente nil valeãt singuli.. Nam quo ad bñ merentiũ attinet præmia, p̃ suo labore habiturus est

quisque mercedem. Nec tamen secundum proprium opus dixit, sed suum laborem. Cur enim debet pro merita palma intercipi, si opere imperfecto enixe sunt labores impensi? D

Dei enim sumus adiutores. Qui alios, inquit, instruimus, deo cooperamur: quippe qui operanti deo & ipsi operam nostram præstamus, qui oĩm salutem ꝑcupit. Nec tamen in nostra est potestate, vel operari, vel largiri salutem. Vnde nec contẽnendi nos sumus, quia deum sic iuuimus. Nec vobis superbiendum, quia deo id omne adscribitur.

Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Cum dixisset sup̃ius, ego plantaui, hmõi insistit metaphore, hoc modo dei agriculturam appellans. Si itaque dei estis cultura & ædificatio, inquit, ab ipso dño, non ab agricolis seu fabris murarijs ducere nomen debetis. Necesse itaque erit, vt tanq̃ cultio & ager cõcordię septis & vallo obducamini, & in vnum vt nihil discrepantes haud secus ac ædificium aliquod muris obductum, conueniamus.

Secundum gratiam dei, quæ data est mihi, ut sapiens & architectus, posui fundamentum. Cum sapientem se nuncupat architectum, non id iactãdi se gratia facit, sed vt arguat prudentis id esse architecti officium istiusmodi fundamentum iecisse, hoc est Christum. Quod autẽ id se non efferendi causa dixerit, patet ex eo cum inquit, secundum gratiam dei. Neque enim ait, mea virtute, sed dei gratia, hanc ipse adeptus sum sapientiam.

Paulus architectus.

Alius autem superædificat. Vnusquisque autem uideat quomodo superædificet. Cum de animorum coniunctione & concordia disseruisset, disputat demum & quemadmodum videndum his sit, ædificationem appellans opera singulorum.

Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est: q̃d' est Christus Iesus. Haud quaquam, inquit, aliud quispiam facere poterit fundamentum, quãdiu p̃stat sapiens ille architectus. Qui si aliquando sit desiturus, quod dici est nefas, tunc aliud poni licebit. A quo sunt o Corinthij inter vos obortę contentiones. Verum cum constet Christum & verum esse & vnicum fundamentum, super hunc vobis ædificatio statuenda, non liuorẽ & altercationibus, sed virtutibus & operibus bonis constructa. F

Christ⁹ fũdamentũ.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Postquam erimus per fidem gloriã consecuti singuli super huiusmodi fundamentum ædificabimus, Alij quidem opera rectiora & benefacta, quæ tamen inter se vel magnitudine, vel exiguitate differunt plurimum. Vt castimoniam, quæ aurum prefert. Vel nuptias honore dignissimas, quę argentum prętendunt. Vel paupertatem, quę preciosis lapidibus comparatur. vel abundantiorem elemosynam, quæ cum minoris precij rebus conferri potest. Alij vero vel praua facinora superædificabunt, quę & si gradibus discernantur, possunt tamen fœni & stipulæ, quę facile flagrant & succenduntur, nominibus dici: cuiusmodi ĩmunditia, idololatria, & auaritia sunt. Ligna autem erunt q̃ his inferiora sunt vitia, qualis temulentia est, & risus effusior, & eiusmodi alia. Tametsi contra nõnulli sentiant, qui pro lignis maiora quę diximus flagitia capiunt, pro fœno vero & stipula inferiora hęc & minora.

Castitas auro comparatur, nuptiæ argento.

Dies domini quis

Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur uniuscuiusque opus, qualéque sit ignis ꝓbabit. Diem domini, iudicij diem interpretatur, futurumque astruit, vt per ignem opera retegantur, & palam fiant, qualia pro eorum natura sint singula, siue aurum fuerit, siue lapis, siue dictorum quodcunque aliud. F

Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Si aurum inquit, vel argentum habueris: perstabit omnino quod operaberis et præmium accepturus es. Sin vero fœnum vel istiusmodi, haudquaquam ignis defluentem vredinem, opera tua tolerabunt. Hoc enim prefert cum arserit, inquit, quin potius opera hęc tua praua esse coarguẽtur. Fit itaque vt sine rectis operibus, nil valeat fides. Ecce hoc loco christus ipse in fundamentum est positus, alioqui opera quę a christo sunt aliena: vt ardeant digna iam prædicantur.

Ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Non enĩ ad operũ instar, & ipe ꝑdendus est, qui ea gesserit, tanquã ĩ nihilũ euasurus, sed saluus erit. Hoc est sanus & ĩteger asseruabit vt igne ardeat. Dici eĩ apud nos solet. Cum lignum foco iniectũ, haud facile absumi, nec ĩ cineres ocyus collabi videmus, in igne dñi id suffecturũ, arsurũque lõgius. Patitur autem peccator iacturam, quia in rebus plurimũ ĩsudauit e quibus frustra ĩ ĩpẽsis laboribusque quo minus subsisterent, nec diu essent mãsura perditionem adeptus est. Nã oẽ flagitiũ, tãquã nihil sit plane, existimãdum est, Quia eius exitus frustra mortales habeat, nec secus fallit, quam si quis magno p̃cio depẽso, rem emat emortuã & cadauerosam pro viua. Saluus autem erit pc̃tõr, hoc est, ĩteger vt diximus, asseruabitur. pœnas perpetuo luiturus.

Peccatũ nihil.

A *Nescitis quia templum dei estis, & spiritus habitat in uobis?* De adultero mox est incepturus sermonem. Aduerte ergo quam prudenter his verbis vtatur. Nam cum datę nobis gratiæ, hoc est inhabitantis in nobis spiritus meminit, verecundia afficit adulterātem. Et si nequaquam conspectius cuiusquam personam nunc patefaciat, ad omnes tamen verba nunc facit. Si enim dei templum, inquit, nos sumus, quia in nobis inhabitat spiritus, ergo spiritus ipse est deus.

Siquis autem dei templum hoc uiolauerit, disperdet illum deus. Cum disperdet, inquit, non aliquem detestatur, sed futurum ita pronunciat.

Templum enim dei sanctum est, quod estis nos. Ergo nihil poterit adulter aliquis vel fornicator vltra sanctior dici, quia dei templum iam esse: & huius dignitatem spiritu sancto a se propulsato amisit, qui se sanctitate donauerat. Verum quis dei futurum est tēplum? Vos quidem si puriores, & sine labe manseritis. Nemo se seducat. Existimans videlicet aliter se rem habere, ac dixerim.

Siquis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. De adultero cū paucis absoluisset, rursum ad eos qui ob exteriorem hanc sapientiam afferūtur, habet sermonem, & inquit. Qui sapiens inter vos esse apparet, fiat hic stultior. Hoc est detrectet, & contemptui habeat humanam hanc sapientiam, vt diuinam adipiscatur. Nam q̄admodum secundum deum inopia & rerum contemptus, post diuitijs sunt & ignominia in gloriā cedit, sic secundum deū insipientiam esse, pro sapientia constat. Aduerte B aūt quemadmodum non sapientiam deponat hic, cum dixerit, sed fiat insipiens, quod longe est maius, hoc est nullā existimes habere ex te rerum diuinarū cognitionē, neque proprijs confidas cogitatibus, sed in brutis animātis morem, & in minus sagacis deum sequere, nihil hærens, nil dubius, quin omnibus illi in rebus fidem præstabis. Humana sapientia contēptilis apud deum.

Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud deum. Nec solum hæc, inquit, nihil prorsus ad diuinam illam & cœlestem sapientiam assequendam conducit, sed impedimento est potius & iacturæ. Vtpote quæ præ superbia discere dedignatur, & a vera distrahit disciplina, eoque & in ignorantia versari faciat, qui se vtatur. Quo fit, vt huiusmodi humanæ sapientiæ sectantes, a deo vt vesani repudientur.

Scriptum est enim, Comprehendam sepientes in astutia eorum Vel testes producis vt asserat mortalium sapientiam pro stultitia apud deum haberi: inquitque. Vt stultos comprehensurus sapientes est deus, qui vel si astutia sint & prudentia quadam imbuti, vt insani & dementes coarguuntur. Exempli gratia. Existimant illi minus se deo indigere, sed per se posse omnium rerum habere cognitionem. Ex ipsis itaque rebus arguit deus, nihil his eorum versutiam profuisse, sed his opem diuinam necessariam fore ōnino qui illa sunt visi minus indiguisse Eo fit, vt in sua astutia, qua se omnia tenere arbitrarentur, deprehensi sunt prorsus ignari. Ioan. v.

Et iterum dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam uanæ sunt. Si igitur dominus nouit inanes este prudentium cogitatus, vtpote qui nihil vel necessarium, vel salutare sint cogitatione complexi: quo pacto vos, o Corinthij, quæ deo aduersantur tenetis, vel ve C stro huiusmndi animorum conceptus, tanquam perutiles consectamini. Ps. xciij.

Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. Hæc videtur subiectis ediscere. Vrget tamen & primates illos. Corinthiorum asserens nil esse cuiquam gloriandum, neque in exteriori illa sapientia, quippe quæ stultitia sit. Neque in spiritalibus donis: hęc enim dei sunt munera, quibus & subditorum respectu donantur maiores. Quod autem dicit tale est. Omnia enim sunt vestra. Quid ergo vestri se offerunt præceptores & insolescunt: & vos item vosipsos extollitis, & illorum augetis vesaniam? Num illi suum quippiam habent. Vestra sane sunt omnia quæ sunt illi adepti, & vestræ vtilitatis gratia a deo hisdem concessa. Rursum & sui & Petri nunc meminit, & sub eorum persona istorum explicat præceptores, ne forte hi grauiter ferrent sese nomine appellari, qui Corīthios instruerent. Et illud vt inferat, si vestri ob gratiam hæc ipsi dona accepimus, & vestri gratia sumus in præceptores propositi, eo magis qui vos instituunt, haudquaquam debent tanquam proprijs offerri officijs, præsertim cum hęc non sua, sed aliorum sint bona.

Siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Quin etiam vos edocentium vita per vos esse constat, vt persecutionē tolerantes proficiatis. Illis insuper & mors vestri ob gratiā obuenit, quippe qui ꝓ vobis periclitentur, & vestræ salutis causa sese periculis obiectent. Vel aliter sumi id dictum potest, videlicet quod Adā eo sit mortalis

Adã cur mortalis effectus.

effectus, vt cõtinentiores ipsi efficiamini. Et eo mortem subierit, vt salui vos sitis, & plane orbis terrarum vniuersus assequatur salutem, vt eius ductu ad creatorem iter susci- D piatis, & mundi huius corruptione, perinde ac si monitore vtamini, ad incorruptibiliũ cupiditatem, quin etiam vel præsentia hæc, id est terræ bona, & futura illa nostri ob gratiam sunt parata, quibus iam pridem deus credentes donauit.

Omnia enim uestra sunt, nos autem Christi, Christus autem dei. Haud sane eodem nos iure dei sumus quo Christus est dei. Nos enim dei, tanquam ab eo & facti & procreati Christus vero dei, vtpote qui ante secula sit, qui sui a deo & causam habeat & ortũ. Ita fit, vt si simplex sit verbũ, huius tñ diuersus, siquidẽ, non pari iure nostra sint omnia, quo & Christi sunt vniuersa. Nos enĩ Christo sumus creatione & seruitute obnoxij. Cuncta vero & si nobis subijciantur, non tñ sunt a nobis creata. Itaq; haud recte vobiscum agitur, cum vosipsos adiudicatis mortalibus, qui Christi sitis, ditione obstricti.

CAPVT QVARTVM.

Mysteria cũctis aperiẽda non esse neque passim.

SIc nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Et si ministri, inquit, nos sumus qui alios instruimus, cur domino propulsato, ministrantium vobis nomina consciuistis? Cum vero mysteriorum dispensatores appellat: doctores ĩdicat, qui haud temere debent dei sermonem omnibus impertiri, sed tempus per hos opportunum, & modus seruandus est, cum illum impertiunt, quinetiam nec mysteria ipsa aperienda sunt cunctis. Non E enim prudentis est viri vel recte credita dispensantis, passim illa & sine delectu omnibus patefacere.

Hoc autem quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Hoc est, Ideo ab eo fides exigitur, ne illa quæ domini sunt, faciat sua: neue vt dominus eadem illa pertractat qui potius vt aliena & a domino possessa dispenset, neque arbitretur propria esse, quæ sub domini sunt potestate, sed contra quæ sua sunt, domini esse arbitretur.

Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Morbus hic sane ĩuaserat Corĩthum, vt qui doctorum diuersas tenere partes viderentur, iudicantium viderent asserentque hunc illumve potiores esse, & doctrina cæteros anteire: alios vero pronunciarent longe inferiores. Sed quoniam dixerat Paulus, quærendum esse vt inter dispensatores quis fidus reperiatur: & visus est forte aditum præbuisse singulorũ vitam dijudicandi, quod certe longe magis illorum augeret dissidia, ne itaque id subeant mali: hos ab huiusmodi iudicio reprimit, dicens. Mihi autem pro minimo est, hoc est ignominiæ, vel maxime duxerim: vt aliquid de me iudicium præferatis. Moxque ne illos offendat, perinde ac si contemptui habeat, vel humano die adiecit, hoc est vel ab alio quouis vt iudicer hominum, qui vel clarus sit & excellens. Consueuit enim scriptura hominis diem rei altitudinem quandam & excellentiam nuncupare, quod profecto non se purgandi gratia explicat Paulus, quippe in quem nemo sententiam tulerat, sed ne sui exemplo alios dijudicando incessant, persuadere annititur.

Hominis dies q̃d in sacris literis sit.

Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem me iudicat dominus est. Nequaquam me, inquit, existimetis, perinde ac vos sim vel F cæteros homines aspernatus, indignum ducere vt alios iudicetis, neque enim vel meipsum arbitror suffecturum, qui possim huius iudicij vim pscrutari, nec sane mihi vllius sum facinoris conscius, neq; ob id sum tñ iustificatus, hoc est haud tamen sum peccati expers, & purior redditus. Consentaneum enĩ est me aliqua commisisse, & esse me cõmissorum ignarum. Et tamen dñs, cuius acerrimum est certissimũq; iudicium, sententiã de me laturus. Qua ex re, vel existimetis, quam acris diuini iudicij sit futura exactio.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque ueniat dominus. Vides quemadmodũ hæc non sui gratia protulerit Paulus, sed vt Corinthios ipsos coerceat, ne alios iudicent. Sic enim hic assolet, vt in sui persona aliorum calumnias vel gesta excipiat, & excepta exponat, & hoc pacto alios instruat, quos duxerit instruendos.

Qui & illuminabit absc ondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Nunc quidem patescunt, inquit, praua facinora. Hæc enim pro tenebrarum occultis accipimus. Nam & virtute præditus apparebit, plerunque & prophanus sit, & vitijs inquinatus. Tunc itaque deus palam facturus est omnis, sic certe vel cordis concilia reteget. Exempli gratia: effert aliquis quempiã laudibus & magnificat, id sane bonũ apparet. At huius forsitan est corrupta voluntas, poterit nanq; haudquaquam certo animi iudicio illas in quempiam laudes contulisse, nec mente æqua. Rursum alius quempiam vnum

A corriget arguetque, nec tamen vt eum ad sanitatem reducat, quin vt fratris patefaciat scelera. Huiusmodi igitur cordium consilia, deo iudicante patebunt.

Et tunc laus erit unicuique à deo. Orationis series deposcebat, vt vel supplicium dicéret, vel laudem manere hos homines, qui tales se præstitissent. In eo tamen quod visum est dictu potius, terminauit sermonem.

Hæc autem fratres transfiguraui in me, & Apollo propter uos, ut in nobis discatis, non supra quam scriptum esse sapere. Quæ dicta superius de Corinthiorum, inquit, dissensionibus sunt, & pręcipue qui cæteros iudicarent, ideo protulimus, vt ex nostræ personæ figura nil vitra quam quod scriptum est sapere perdiscatis. Edisserit enim in hunc modum scriptura, & superbiam interdicit. Qui prior esse inter vos mauult, sit hic omniũ vltimus. Et qui se humilem reddit, exaltabitur, & alia istiusmodi multa. Quod autem iudicandũ non sit quod ignores, nolite, inquit, iudicare & non iudicabimini.

Ne unus aduersus alterum infletur pro alio. Vel hæc ad populum verba facit, variat tamen & instruendi modum. Nam ad primates illos & præceptores sermonem intendit, non in discipulos ipsos, sicuti hoc loco facit. Corinthij enim cum de magistrorum primatu contenderet, istorum præstantia efferebantur. Nam qui aliquem haberet in præceptorem, huius vt simul & dignitatem tueretur & excellentiam, alterius cuiusquã magistrũ conuitijs incessebat. Ita vt discipulis inter se altercãtibus singuli suum iactitarẽt doctorem, eundemq; & gloriæ ducerent, & iactitando intumescerent. Recte autem huiusmodi animorum perturbationem inflationem dixit, a corporis quadam metaphora
B quod malis humoribus & spiritu inquinato inflatur.

Quid enim te discernit? quid enim habes quòd non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Rursum in Corinthiorũ doctores inuehitur, inquiens. Quis te discernit, & dignum laude iudicauit, num homo? At fallitur humanum iudicium. Concedatur vt in te aliquid sit laudabile, id tamen haudquaquam dixerim tuum esse, sed dei dono concessum, idque non tuo aliquo vel merito, vel officio accepisti. Si itaque accepisti, quid gloriaris & iactabundus intumescis quasi nihil acceperis, & credis potius ex te illud & proprijs laboribus peperisse? Non enim quempiam decet vt in his quæ acceperit insolescat, quippe quæ aliena sunt & ab alijs collata, non per se parta.

Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Rem ægreferentis sunt dicta, perinde ac si dicat. Tam cito nullius opera indigetis, nec deesse quidpiam vobis existimatis: sed iam estis oppleti, & ad perfectionem breui adeo euasistis, & omnes cum diuinæ intelligentię, tum & donorum nacti iam opes estis. Quam perfectionem, etsi in futuro esse seculo constat, vos tamen vt videre videor, vel in hac vita consecuti iam estis. Quod plane perspicuum vestra iactantia facit, hanc scilicet vos esse perfectionem adeptos. Hęc autem eo infert, vt etsi ita se gerant, infectos esse coarguat.

Sine nobis regnatis. Vel id quidem pro sua consuetudine intulit, illorum ingratitudinem arguens, perinde ac si id inquiat. Etsi tot estis a deo dignati beneficijs, horum tamen nobis nil placet qui tantum in vobis laborem insumpsimus, impartiri.

C *Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus.* Vellem equidem, ait, vos esse iam regum adeptos, hoc est assecutos perfectionem. Moxque ne irronice dictum id videatur, sic intulit. Vt & nos vobiscum regnemus, hoc est eadem bona nos vendicemus, quę nacti vos estis. Quippe quorum gloria nobis cedit in laudem. Nam & præceptoribus cunctis optabilis est discipulorum profectio. Discipulorũ profectio pceptoribus optabilis.

Puto enim quòd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Tristitia vel potis pudore affectus, in hæc verba prorumpit. Videre em̃, ĩquit, videor ex his quę per vos geruntur hoc tempore, nosipsos apostolos omnium postremos fuisse a deo monstratos, & morti insuper destinatos, hoc est ad mortis damnationem & paratos & prõptos. Licet itaq; vel ex his ipsis quibus vobis ipsi regnum parastis coniectura quadam percipere, morti nos esse tandem addictos, sontiumq; & damnatorum locum tenere apostolos, id est qui tanta sumus dei ob gratiam passi.

Quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Hoc est non recondito loco aliquo, & abditiore pœnas nos luimus, sed vbique terrarum, spectantque nos tormẽtis varijs afflictos, non homines solum (neque enim tã vilia sunt & pusilla quę gerimus) quin & angeli ipsi. Eo nanque magnitudinis nostra certamina ꝓcesserunt, vt digna sint vel ab angelis ipsis spectari. Neq; em̃ nobis cum hominibus solum est colluctatio, quin etiam est cum iniquorum angelorum potentia decertandum. Colluctatio cũ iniquis angelis.

Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo. Rursum hæc prudẽs loquitur. D
Cum eñ propter Christum vapularent apostoli:& contemptui essent, illi vero contra,& amplissimis afficerentur honoribus,& pro sapientibus haberentur, idque sibi Christi ob gratiam obuenisse iactarent, quo pacto apostolus, inquit, duo adinuicem aduersantia cõuenire in his, qui vnum sentiant poterunt, vt ipsi videlicet, quia in Christum creditis, honores adipiscamini, nos contra, quia hunc prædicamus, malis innumeris affligemur? Necesse est itaque, velvt ipsi quæ Christi sunt sentiamus, vel vobis & solis credentibus Christi hæc sapientia relinquatur. Sed quoniam indignum videtur Christi apostolos nequaquam Christi sunt sapere, restat hauddubie, vt vos fallat opinio.

Infirmitas quid apud Paulum.

Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Hoc est nos circumagimur & persecutionibus diuexamur, vos vero ocio & quiete fruimini. Vbique Paulus sub infirmitatis hoc nomine pressuras prætendit. Et vos quidem gloria & nobilitate præstatis, ĩquit, nos aũt in ignominia diuersamur. Hæc sane omnia per inde ac Corinthiorũ facta grauiter ferens intulit Paulus. Sensus vero istiusmodi est, quo enim pacto id decens videri potest, vt nos malis iactemur: vos vero quiete freti in bonis versemini. Fit itaque vt perspicuum sit, nullis vos bonis affluere, quin potius male vobiscũ nunc agit quandoquidem nec pro apostolorum dignitate vitavobis transigitur, vnde nec vobis erit in his quæ nunc geritis superbiendum.

Vsque ad hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. Quid, inquit, vetera recensebo, cum liceat nobis præsentia cõspicari? Ecce vos nunc in delicijs agitis: nos vero aduersis & malis premimur. E

Et colaphis cædimur. Hoc est vapulamus. Hoc vero superbientibus obijcit & inflatis qui nullis verberibus pro Christo affligerentur.

Et instabiles sumus. Hoc est distrahimur, agitamur,& fuga salutem quærimus. Id quidem in diuites illos & opulentos intendit, qui ocio fruerentur.

Paul9 reprehẽdit lucri causa prędicantes.

Et laboramus operantes manibus nostris. Hæc autem in eos infert, qui lucri ob gratiam audent prædicandi munus inuadere.

Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus, Et quod omnium est præstantissimum, nil horum iniquo animo toleramus. At vnde id liquet? Ex malis nimirum, quę nobis ab omnibus ingeruntur, cum illa officiosa quadã compensamur vicissitudine, ita vt qui in nos maledicta cõgesserint, benedicto mox prosequamur. Et qui acrioribus nos conuitijs vrgent (basphemia enim acerbiorem contumeliam præfert) obsecramus, hoc est mitioribus & lenientibus verbis illorum in nos cõuitia compensamus, eoque christiani stultitiæ arguuntur, qui pro malis bona pendunt.

περίψημα quid.

Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc. Purgamentum sordes dicitur quædam, quæ ex re aliqua immunda,& lurida tergitur & repurgatur. περίψημα, enim græce, purgamentum significat, ἀπὸ τοῦ περιψᾶν, quod abstergere & purgare dici latine potest. Inquit igitur, merito quidẽ eijciendi sumus & abominationi habendi, nec vobis solum, sed mundo,& hominum generi vniuerso: neque ad præstitutũ aliquod tempus, sed vsque adhuc, hoc est, semper. Aduerte qualem sese præstare debeat Christianus, vtque & illi advsque finem decertandum. F

Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nõ enim, inquit, vel vituperandi vos gratia, vel confundendi, neque iniquo & maleuolenti hæc animo dixerim, sed tanquam filios, neque id modo, quin & charissimos nil increpo, sed leniter commonefacio. Quis enim patrem non tulerit admonentem?

Nam si decem milia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Et si aliqui vos beneuolentia prosequuntur, nequaquam tamen meũ erga vos quispiam ęquabit amorem. Siquidem cæteros in pedagogos habetis, me vero in patrem. Vt itaque vnus est parens, pedagogos multos esse constat:& vnius amore, patris videlicet, longo abest interuallo multorum affectio, sic longius abest a mea & paterna in vos charitate, aliorum qui vos instruunt simulata beneuolentia. Attende quemadmodum cum pedagogus dixisset, in Christo subiecerit, ne illos prorsus offendat. Quin potius quod laboriosius videbatur, his contulit. Perinde ac si dicat, tales esse pedagogos oportet, vt enixe alios in Christo instituant, amoris vero magnitudinem sibi seruauit.

Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Confirmans se his esse in patrẽ ꝑpositũ, quippe quos inquiat Christo bene iuuante per euangeliũ genuisse (neque enim vt solens plerique id mihi ait, officium vẽdico, sed Christo ipsi adscribo, nec instruxit vos di

A cit, ſed genui, ſub naturæ ipſius nomine, quem habeat erga hos charitatem, expreſſit & familiariſſimos ſibi hos eſſe diſcipulos & coniunctiſſimos demonſtrauit, quemadmodũ & reliqua epiſtola idipſum ſubinfert.

Rogo ergo uos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. In cunctis, inquit, me imitamini, & nolite vel ſapientia ſed opibus intumeſcere vel efferri. Neque cum fratribus vlla ſit vobis diſſentio, vel pro ſapientia hac ipſa externa & bonis fortunę, charitatem in proximos complectimini. Vide hominis intentionem, & vehementem animi affectum. Prę catur enim & orat, non iniungit. Multum præterea vel ad aliorum cohortationem id vales, cum ſe imitandum proponit.

Ideo miſi ad uos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in domino. Quoniam vos mihi non ſecus ac filij curæ eſtis, miſi ad vos Timotheum. Nam & ſi ipſe inſtituẽdi vos gratia concedere Corinthum cupiebam, id tamen vt facerem, cum minime licuiſſet, illũ tranſmiſi qui mihi eſt chariſſimus filius. Hoc autem intulit, vt & ſuum erga illos amorem aperiat, quippe qui vt eis prodeſſet, vt filij tulit abſentiam, ſimul etiam vt Timotheus in honore apud Corinthios haberetur. Is itaque, inquit, qui eſt fidelis in domino, hoc eſt cuius fides in his quæ dei ſunt non huius ſeculi bonis fuit perfecta, vel in veſtris adminiſtrandis ſe fidum præſtabit.

Timotheus Paulo miſſus.

Qui uos commonefaciat uias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut ubique in omni eccleſia doceo. B Non eñ vos inſtructurus eſt, inquit, ne id illi ferrent moleſtius, cum nondũ eſſet Timotheus ætate prouectior, ſed cõmonefaciet. Vobis eñ denuo recenſebit, q̃ iam diu tenetis, nec noui quippiã eſt allaturus. Vias aũt dicit, p̃dicationis diſpenſationes & regulã conſuetudines vel leges diuinas. Et q̃admodũ ipſe ambulo, quia non timidus & elatus vt vos intumeſcitis, neq; veſtro more cõtentiones inuexi, & ſchiſmata. In Chriſto autẽ dixit, quia eius viæ nullum haberent humanarum rerũ veſtigiũ: ſed in Chriſto oẽs conſtarent. Vel quia eſſent illæ Chriſti ope directæ. Oſtenſurus eſt enim hic vobis quem ipſe ſeruem in cunctis eccleſijs prædicandi modũ. Nil eñ quod nouũ ſit viſum apud vos prædicaui, ſed omnes erant dictorum meorum non ignari. Pudere itaq; vos pręter cæteras eccleſias oportebit, quia a vijs meis tam temere alteraſtis.

Tanquam uenturus non ſim ad uos, ſic inflati ſunt quidam. Poſtquam Timotheum profeſſus eſt eo ad ſe tranſmiſiſſe, ne ſegniores & torpidi redderẽtur, ſic infert. Et ſi in præſentiarum non venio, & mea abſentia inſolentiores effecit nonnullos, venturus ſum tamẽ. Arguit aũt puerilem ineſſe his animum. Siquidem puerorum ſit præceptore abſente metas impoſitas tranſilire. Hos vero inflatos dicit, qui circa adulterantem illum, qui cum patris vxore rem habuiſſet adhuc verſantur. Sicuti & ſapientes & diuites appellat, qui ſapientia & opibus efferuntur. Vel forte, quia deerat qui eos criminis argueret Paulus, magnum in modum intumeſcebant.

Rẽ habẽs cum nouerca.

Veniam autẽ cito ad uos, ſi dominus uoluerit. Coercentis verba ſunt hæc, & ad pudicitiã inſtituentis. Recte aũt, ſi dñs voluerit, intulit: huius enim ad nutum geruntur omnia.

Et cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed uirtutem, non enim in ſermone eſt regnũ dei, C *ſed in uirtute.* Cum eñ linguę volubilitati Corinthij & eloquentiæ confiderent plurimũ. Paulum vero tanquã idiotam, & Græcę ſapientiæ ignarum ſpernerentur, ſpectabo, inquit, non veſtram dicacitatem. Neque enim hęc eſt vlla in re neceſſaria, cum opus virtute ſit potius quæ ſignis conſtet, quippe cum non oratione exculta & tumida, ſed miraculis, ſpiritus ſancti virtute editis, prædicatum ſit cœlorum imperium.

Paul9 gręcę ſapientiæ ignarus aſpernebatur.

Quid uultis? In uirga ueniam, ad uos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis. Virgam ſupplicia appellat & pœnas. Ait igitur. In veſtra eſt poteſtate ſitum, vtrum hoc pacto, an aliter ſim ad vos conceſſurus. Si voſipſos negligentiores præſtabitis, veniens tormẽtis afficiã. Sin vero exciti fueritis & ſpiritu vigiles, benignitatis erga vos ſpiritus & mãſuetudinis vtar. Eſt nanq; & crucians & tormentis efficiens ſpiritu. Hunc tamen a potioribus nominat, cum manſuetudinis infert, q̃admodũ deum, & clemẽtem dicimus & miſericordem, non alios torquentem tametſi torquendi illi inſit facultas.

CAPVT QVINTVM.

Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, ita ut uxorem patris aliquis habeat. Omnibus hoc, & ſi vnius imputat ſcelus, ne illud negligant. Perinde ac ſi ab eo flagitio alieni, & minus participes, ſed in oĩ ſtudio corrigere adnitantur, q; in cõmunẽ ignominiam cedat & dedecus, nec auditur, inquit, ſed auditur oĩno. Perĩde ac ſi dicat.

Horrẽdũ ſcelus ei9 qui cũ nouerca miſcebatur.

Si auditu hoc interdictum est intolerabile facinus, quanto minus est cuiquam audendū, & inter vos præcipue, quos spiritalibus mysterijs dignatus est deus. Augendi autem criminis gratia, illud subiunxit. Qualis nec inter gentes. Nec geritur dixit, sed nominatur, vt vxorem patris habeat quispiam. Nec nouercam expressit, sed patris dixit vxorem, vt acrius illos ad repetendam genitoris memoriam vrgeat. Honestius insuper, & habeat intulit, cum eum fornicationis huiusce vel nominis magis puderet. D

Et uos inflati estis. Hoc est super fornicantis huius doctrina. Erat enim qui id scelus patrarat, apud illos sapiens habitus. Aduerte quam prudenter id facinus, ac ipsam rem explicet. Cum enim vt cum fornicante illo vt ignobili & facinoroso sermonem habeat ducat dignum, neq; æquum existimet, vt in medium prodeat, & innotescat, ad alios verba facit, tanquam de communi crimine dissertурus.

Et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Eo, inquit, vobis plorandum fuit, quia ad communem ecclesiæ calumniam euasit hoc scelus. Nec minus optandū & lachrymis deposcendū, vti facere in pestilēti morbo solemus, vt a vobis sublatus is tanq̄ cōmunis pernicies aliqua dirimatur abigaturq;. Neq; hoc quidē loco apostolos fornicatoris illius explicat nomen, sed qui hoc opus fecit duntaxat, intulit.

Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens. Neque enim suam Paulus profectionem opperitur, vt cū ad eos concesserint, tunc & facinus propalaret, & fornicator ille formidine capertur. Sed tanquam pestem exitialē aliquam studet prius comprimere: quam in vniuersum ecclesiæ corpus transmitteretur. Præsens autem spiritu dixit, vt Corinthios vrgeat in flagitiosum & pestiferum hominem sententiam ferre, terreatque, asserens se illorum iudicia & gesta omnia spiritu cogniturum. Cum vero infert. Tanquam præsens iam iudicaui, nihil hos sinit, nisi in adulteri illius condemnationem intendere. Nam & ego, inquit, hunc iam iudicaui, & sententiam tuli, quam sequi & ipsi deberis. E

Eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & in meo spiritu. Ne videretur id per se audere vel hos admittit ad ferendum iudicium comites. Vobis, inquit, in vnum conuenientibus in CHRISTI Iesu nomine, hoc est, ne humano instinctu, sed diuino potius paretur hic vester conuentus, videlicet CHRISTVS ipse in gratia rei, de qua acturi estis, coire in vnum vos faciat. Adiecit præterea, & meo spiritu, ne illum venia dignum existiment, sed tanquam astātē se & omnia prosperante hunc iudicent potius & damnent.

Cum uirtute domini nostri Iesu Christi committere huiusmodi satanæ. Vel quia potens est Christus hanc vobis gratiam elargiri, vt adulterum hunc satanæ demandare possitis. Vel quia CHRISTVS ipse vobiscum vna in hunc tulit sententiam. Nec satanę prorsus dedendum hunc dicit, sed committendum. Perinde ac si illi aperiat ad pœnitentiam fores. Neque hoc quidem loco vllam facit de huius nomine mentionem, sed huiusmodi inquit.

In interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Vt satanas scilicet morbo hunc maceret, nā cum ex corpore, luxuriæ cōcupiscentia defluat: debet hoc sane supplicijs affici, vt saluus sit spiritus, hoc est vt anima ipsa saluetur, vel forte spūs. i. dei gratia integra illi seruetur: neq; ab eo tanq̄ ab impio abscedat pœnitus, quod vtiq; curationē & medelam esse suscipientis potius q̄ subeuntis tormenta. Bene aūt in die exposuit, vt Corinthij saltem terrore ducti, ægrescenti illi mox medeantur. Et qui morbo affectus est fornicator, medelam accipiat: quin etiam præscribit diabolo terminos, quales illi & deus in Iob præfiniuit, vt corpus duntaxat anima inoffensa contingeret. F

Corp⁹ affligendū. Quid iuris habuerit satanas ī Iob Iob. ij.

Non bona est gloriatio uestra. Ostendit hoc loco Corinthios nihil permisisse adulterum, hunc pœnitere, quia huius sapiētiam gloriæ ducerent. Erat enim apud eos habitus e sapientibus vnus.

Nescitis quia modicū fermentum totam massam corrūpit? Vobis, inquit, nō illi ꝓspicio. Potest nāq; q; neglectū est malum, vel reliquū ecclesiæ corpus corrūpere. Nā vt solet fermenti vel tenue quidpiam, & perexiguū massam totam cōfundere, eandemq; vel in sui immutare naturam, sic & huius delictum multos est ad se imitandū facile traducturū.

Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Hoc est adulterum hunc e medio tollite, & alios facinorosos propellite. Vetus autem fermentum, omne nequitiæ genus appellat. Nec purgate dixit: sed expurgate, vt sitis noua conspersio, nulla improbitate admixta. Et sicut est, hoc estis, quemadmodū vos esse de cet: sine fermēto

Vet⁹ fermētū qd apud Paulum.

A & azimi, hoc est absque vetusta iniquitate, accida illa & mordenti, ob pœnitentiam.

Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Cum de azimis mentionem fecisset, quibus in paschali celebritate vescerentur Iudęi, allegorice differens, quid sint illa azima. Si quidem animi sit dispositio quædam, omnis prorsus nequitiæ expers, nunc etiam & pascha per allegoriā interpretatur. Christum inquiens nobis esse in pascha, qui pro nobis sit īmolatus. Debemus taq; azima hæc, id est puritatē omni vitio alienam complecti. Azima quid vocet Paul⁹.

Itaque epulemur non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ. Arguit ex his omne tempus festum esse & cœlebre christianis, propter bonorum magnitudinē, quæ illis sunt gratis concessa. Propterea, inquit, īmolatus est dei filius, vt te lætos & celebres, dies agere faciat. Non in antiquo Adę fermento, neque in vita (quod lōge deterius est) nequitia plena. Nam malus is vtique dicitur, qui mala exequitur, nequam vero, qui mēte iniqua & malitiæ quædam profunditate, quæ mala sunt, peragit.

Sed in azimis synceritatis & ueritatis. Hoc est in vita puriori & ītegra, ad nequitiæ differentiam, & veritatis, id est vera non simulata, & sine dolo, quod vt secerniat, & malitiam dixit. Vel poteris, cum veritatis, inquit, & veteres typos a veritate hac segregādos referre, qui nihil præ se ferebant, vel pro synceritate puritatē ipsam intelliges, quę opere constat & actionibus, & contemplationem pro veritate

Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini in fornicarijs. Quam dicit epistolam. Hanc equidē ipsam, nam cū dixisset superius, expurgate vetus fermentum suspicati sunt forte Co

B rinthij vel a cæteris sibi, qui in Græcia essent, adulteris p̄cauendū, ꝙ tñ ita edisserit.

Et non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, aliō qui debueratis de hoc mundo exiße. Hunc in modum construitur & intelligitur orationis huius contextus. Et vtique non fornicarijs huius mundi cōmisceri ꝓhibui, hoc est gentilibus, alioqui alius mundus vobis esset quærendus. Qui enim fieri potest vna in ciuitate vel ex maiore parte diuersantibus, qui ex gentibus essent, non his admisceri.

Nunc autem scripsi uobis, ne commisceamini: siquis frater nominatur, aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Vides quemadmodum non vnus aliquis esset fornicationis scelere inquinatus, sed alij erant plerique eiusmodi, & varijs affecti iam vitijs. Verum quo pacto frater cum sit, & seruire idolis poterit? Quemadmodum enim contigit olim & Samaritis, vt pars dimidia piæ colerent deum, sic & inter hos quidam idolis adhuc inhærebant. Anticipat prætera de his qui idolothytis vescebantur sermonem. Recte autem dixit, qui fratervocatur, quippe cui fratris duntaxat nomen sit reliquum, nec in veritate est frater, qui hisce sit malis obnoxius. Idolothyta.

Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Qui foris sunt gentiles dixit, & idolis deditos, qui vero interius, Christianos: perinde ac si dicat: neminem equidem nunc eorum qui exteriores sunt alloquor: id enim leges meas excederet. Superuacaneum igitur Christi præcepta illis iniungere: qui extra Christi aulā diuagantur. Quęcunque enim lex disserit, his qui sub lege sunt differit.

C *Nonne de his qui intus sunt, uos iudicatis? nam eos qui foris sunt, deus iudicabit.* Nonne qui intus sunt, vos iudicatis? Hoc est nonne de Christianis iudicaturi vos estis? nam qui foris sunt: deus iudicandos suscipiet. Fit itaque, vt si apud vos qui intrinsecus sunt iudicentur: euasuri sint horribilem dei sententiam. Gentiles qui foris sunt.

Auferte malum ex uobisipsis. Meminit dicti cuiusdam veteris testamenti, vt arguat a principio legislatori visum id esse, improbos scilicet, tollendos e medio esse. Ex vobisipsis, cum inquit, indicat vtilitatis plurimum his allaturum: si praua demantur.

CAPVT SEXTVM.

Audet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos; & non apud sanctos. Cum de pecunijs creditis & repetundis causas haberent nō nulli ad Gentiles iudices haud secus ac legis christianæ latores: has deferebant illorum iudicio terminandas. Id Paulus in medium prodiens, castigat & corrigit. Cumque & auaros commemorasset, hos statim vt curet, ardore incenditur, qui talibus in rebus delinquerent. Aduerte autem quemadmodum initio statim iram prætendat, quippe qui audaciam rem ipsam appellet & iniustitiam. Neque eñ apud infideles, sed apud iniquos intulit: quandoquidē qui litigas Deu. xiij. xvij. & xix Improbi e medio tollendi.

quod æquũ sit assequi cõcupiscit,quod tamẽ minus hos posse argui adipisci. Iniq em̃ & iniusti sunt,inquit,gentium iudices. Quo ergo pacto, quod æquius sit pro te sunt laturi iudicium? Sanctos vero fideles appellat,ex ipsis nominibus quantum hi inter se differunt,patefacit,cum iniquiores sint alteri,alteri sanctimonia polleant. D

An nescitis,quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Quoniam fideles cum idiotæ essent, & legum ignari, haudquaquam digni forsitan viderentur, qui decernerent causas, dignos hos & idoneos reddit,cum quod sanctos hos nuncupat, tum etiam quod de mundo cogniturí sint, asserit. Non tamen quod a confidentibus his iudicandi sunt cęteri, dominus quippe est facturus iudicium, sed ad supplicia condemnandi. Hi nanque & si cum cæteris sint passibilis naturæ participes,credidisse tamẽ inuenti sunt, illi vero Christi fidem non excepisse, nonne haberi huiusmodi incredentium fides pro infidelium damnatione debet.

Et si in uobis iudicabitur hic mundus,indigni estis qui de minimis iudicetis. Attende q̃admodũ non a vobis dixerit,sed id vobis,hoc est a deo quidem iudicabitur,in vobis autem cõdemnabitur,eo scilicet,quia exemplo cæteris ipsi sitis credentes. Illud vero,ĩdigni estis qui minima iudicetis,hunc habet sensum. Nã vt decens est iudicatos illos per vos, hoc est fideles qui intus estis,confundi: sic contra,vobis ad ignominiam cedet,ab his qui extra sunt & infidelibus iudicari,quorum profecto nullius sunt momenti iudicia. Siquidem quæ per vos,qui interiores estis,feruntur,haudquaquam sunt huiusmodi

Angelos, dæmones appellat Paulus.

Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis secularia. Angelos dæmones ipsos appellat. Sunt enim & hi per nos condemnãdi, tunc sane cum ipsi qui sumus hac carne obducti,incorporeos illos vicisse coarguemur. E

Secularia igitur iudicia si habueritis,contemptibiles qui sunt in ecclesia,illos constituite ad iudicãdum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum & fratrem. Cum id vnum pręcipue vellet Apostolus, vt a forensi iudicio prorsus illi abessent. Occurret aliquis, inquit, diceretque, neque vnum quidem in ecclesia esse qui sapiens sit, & cognoscere causas queat huiusmodi. Vel si ita se res habuerit, ait,vt nemo sit in ecclesia sapiens, malim equidem vel abiectiores ecclesię iudices quam infideles ipsos constituatis. Vel vero ad vestram verecundiam dixerim, nõ quod ita se habeat,vt vel falso excusantibus vobis, nihil obsistam. Quandoquidem tãta est apud vos sapientium raritas,vt vel viliores oporteat & literarum ignaros, sententias ferre. Inter fratrem autem adiecit,arguens, vt cum inter fratres causa aliqua agitetur,nihil esse opus vel diuersarum rerum cognitione, vel multa scientia,quando plurimum faciat ad controuersias dissoluendas fraterna affectio.

Sed frater cum fratre in iudicio contendit,& hoc apud infideles. Duplex constat esse id malum, & quia cum fratre lis est,& quia apud infideles agitata.

Iam quidem omnino delictum est in uobis, quòd iudicia habetis inter uosmet. Primum quæ apud infideles inibantur iudicia sustulit. Nunc vero eadem illa prorsus euertit,dicens. Omnino delictum est in vobis,hoc est in condemnationem & ignominiam cedit, quia iudicia inter vos exercetis. Inter vosmet autem dixit,quia nõ minoris,cum christiani simus,fratres debemus,ac nosipsos existimare. F

Melius tolerare iniuriam q̃ inferre.

Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudes patimini. Sed uos iniuriam facitis & fraudatis,& præsertim fratres. Multiplex istorum est crimen, tum quia illatam nesciunt iniuriam ferre,tum quia ipsi sese in alios iniustos exhibent, tum demum quia in fratres iniquitatem exercent. Satius, inquit,foret,nec inferre, nec pati iniurias. Concludit demum,melius esse tolerare,quàm inferre iniuriam.

An nescitis,quia iniqui regnum dei non possidebunt. Quasi comminando hos admonet vt sua dicta faciat firmiora, ac tanquam de re confessa & certiora hos rogat.

Nolite errare. Hoc loco ostendit fuisse apud Corinthios nonnullos, qui dicerent deum esse clementiorem,& neminem ob delicta cruciaturum, inducturumq; potius in cœleste nos regnum. Inquit igitur, Nolite errare: errat enim & longe fallitur, qui cũ hinc futura bona sperat se habiturum,contraria postmodum nanciscatur.

Molles qui

Neque fornicarij,neque idolis seruientes,neque adulteri, neque molles. Molles dicit, qui fœda & nepharia patiuntur,subiungit enim,& qui turpia factitant.

Neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poßidebunt. Quærunt nonnulli,cur ebriosos & dicta nepharia perpetrantes, hic interierit, vbi de idololatrijs pędixit Apostolus. Quia & Christus cum

A qui stultum quempiam dixerit, gehennæ obnoxiū pronūciauit. Deinde quia haudquaq̃ de cruciatu nunc mentio fit, sed de regni cœlestis iactura & casu, quo ex regno, & si huiusmodi homines æque sunt omnes casuri, in subeundis tamen supplicijs, quam sint differentiam habituri, nullus est in præsentiarum quærendi locus.

Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri iesu Christi & in spiritu dei nostri. Cognoscite (inquit) e quantis vos deus exemerit malis, & quantis vos ille bonis donauerit. Nam cum essetis antea his quę diximus, vicijs inquinati, ab his tamen vos mundiores effecit, & labe tā tetra abstersit. Neque id modo, quin & vos ille sanctificat. Quo pacto: iustificando inquit. Cum enim prius vos abluisset, & iustitia condonasset, mox & sanctimoniam contulit. Nec in huius illius ve nomine, sed Christi duntaxat. In spiritu sancto, hoc est, trinitas ipsa hęc omnia vobis largita est. Cum enim deū inquit in christi nomine & spiritu sanctificasse, præter trinitatē, nil aliud p̃fert.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Quoniam de fornicante illo fecerat mentionem, & eodem iterato sit verba facturus, interserit demum, & de vitio gulæ sermonem. Ex ea namque persæpe fornicationis vitia prodeunt: ait igitur, Licet haud dubie mihi & cibum & potum desumere, nil tamen conducit immoderate id facere. Ex gula fornicatio.

Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Possum (inquit) & cibo vti & potu: & tamen si me intemperanter addixerim, mei iuris cum sim, luxus & intemperantiæ sub

B isse seruitutem deprehendat. Quemadmodum & alibi dicit, Quorum deus venter est. Nolim ergo malorum huiusmodi imperium pati.

Esca uentri & uenter escis. Ventrem ingluuiem ipsam appellat, non stomachum, corporis nostri membrum. Escas vero cibum effusum & immoderationem vsum. Inquit igitur, escam huiusmodi sine modo sumptam & gutturis indulgentiam, amicitias inter se & familiaritatem conciliasse, nec patere nobis per hęc accessum. Sed alternis & per manus resistere, quos sibi habeant obsequentes. Phili.iij.

Deus autem & hunc, & has destruet. Non ventrem (inquit) sed ventris ingluuiem. Nec escam ipsam & cibum, sed luxuriam & intemperantiam sublaturus est deus. Dicunt non nulli pręnunciari per id futuri seculi conditionem, vbi nec capi poterit cibus, nec potus hauriri. Quin etiam cum ibidem vel cibo ne moderatiore quidem vti quis quiuerat, longe magis profusior esca, & ingluuies omnis tolletur.

Corpus autem fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Sic quidem prosequenda erat oratio, corpus autē non escis nec ventri, haud tamen hoc dixit sed fornicationi, arguens quemadmodum delitiarū finis fornicatio sit. Quod autem dicit: tale est, Corpus autē quidem haud quaquam est eo effectum vt in luxu sit, & delicijs, & in fornicationem labatur, sed deum, vt caput ipsum sectetur, cum deus sibi capitis instar præsideat. Futuri seculi conditio.

Deus autem & dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam. Nil obturberis cū deū audis dominum suscitasse. Nam haud secus ac pueris minutionibus his cōdescendit. Cū enim patrem illi & deum omnino profiterentur, & cunctorum causam esse penes omnes certa esset, & constans opinio, resurrectionem filij patri demandat, & nos pariter fore ab Delitiarū finis est fornicatio.

C eo suscitandos decernit. Nam quemadmodum Christum qui caput est nostrum, a mortuis hic excitauit, sic nos suscitabit qui corpus reliquum sumus. Per virtutem eius propterea intulit, vt dictis suis faciat fidem. Quod autem patri tanquam omnium causæ vel Christi resurrectionem permittat, est quidem ex eo perspicuum ꝙ de ipso profitetur & Christus, Soluite templum hoc (inquiens) & illud post triduum excitabo. Et rursum scriptum est, Præbuit autem seipsum viuum. Itaque cum ipse se suscitauerit, patri, vtpote qui suæ resurrectionis sit causa, rem omnem ascribit.

Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt christi. Rursum ad propositam fornicationis castigationem se confert, de eaque horrendum in modum definit. Ioan.ij.

Tollens itaque membra christi, faciam membra meretricis. Absit. Non enim dixit prostitutæ fœminæ copula, sed quod horribilius est, faciam meretricis membra. Quis em̄ id audiēs non contremiscat, christi membra a christo diuulsa, in meretricis membra conuerti. Actu.i.

An nescitis quoniā qui adhæret meretrici, unū corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. Quod dixit confirmat, quemadmodum scilicet meretricis reddantur christi hæc membra. Ex libidinis enim cōmercio, vnum fiunt fornicator & meretrix. Ita fit, vt viri mēbra quæ christi sunt, in vulgatæ fœminæ membra vertantur. Gene.i.

Qui autē adhæret domino, unus spiritus est. Vides vt ex nudis nominibꝰ meretricis & Christi inductam accusationem exaggeret. Inquit igitur, Qui adhęserit domino, eo vel maxi-

me spiritum eundem cum Christo sortiri, quia nihil agat pro carnis instinctu, hoc est spiritualis hic redditur. Ea namque cum domino inita coniunctio, spiritus ille exhibet sanctitatem. Quinetiam ex his patefacit christi membra redditos esse fideles. D

Fugite fornicationem. Haud secus quam insectatricem aliquã, quæ semper nos vrgeat fugiendam hortatur libidinem, suadetque vti ab ea enixe abstineamus. Nihil enim nos adeo insectatur quam carnis concupiscentia.

Fornicationis immũditia. *Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Fornicatione nãque libidinantis, totum inficitur corpus. Vnde qui rẽ veneream factitant adire balneas cõsuescunt, vt corpus sordibus & illuuie affectum abstergant. In corpus itaque ipsum fornicator delinquit cum illud inquinat, & sorde conspurcat. Nam & si videatur cum hominem trucidamus, corpore admitti id facinus, nõ tamen vniuersum ex eo corpus sordescit. Possumus nanque vel lapide, vel ligno, vel alio quopiam tormento ictus infligere, & nihil corpus hoc inquinare. Veruntamen nullo pacto licebit sine corpore fornicari: quo fit, vt illud omnino cõmaculetur. Cupit itaque Paulus id scelus e medio tollere, cuius ob gratiam illi propositum erat Corinthios cõmonefacere & castigare. Potest & aliter illud intelligi. Videlicet qui fuerit libidinatus, in proprium corpus delinquit, qui non suscipiendi liberos cupiditate id agat, nec cum vxore Nota. ligitima misceatur, sed frustra corpus seminis profusione corrũpat & imbecilliter. Vel etiam in corpus suum delinquit adulter, quia in fœmina peccet adulterando, quę suum præferat corpus. Illa nanque ex venereo illo congressu vel vnũ cũ viro sortita est corpus. In eam autem deliquere dicitur, quia haudquaquam illi legitime cõmiscetur. Sensus tamen superior cæteris potior creditur. Quærunt nõnulli quid de inuidia dixeris nõne & hæc macerat corpus. Hanc quęstiunculam sic soluunt plerique. Dicunt enim inuidiam quandam esse animi perturbationem non actum. Nunc vero de opere & actione ipsa fieri ab Apostolo mentionem. Siquidem (inquit) omne peccatum quodcunque fecerit homo, vbi nil prorsus de huiusmodi animorum perturbatione & affectu disserit. Inuidia nanque haudquaquam a nobis enascitur, sed operatur in nobis.

Inuidia aĩmi perturbatiõ nõ actus.

Nescitis quoniam membra uestra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à deo? Hos magis territat, cum ob muneris, hoc est, spiritus sancti magnitudinem, tum largientis, hoc est, dei dignitatẽ. Templum (inquit) estis & sanctum: quippe quod ex sancto spũ esse constat. Nolite ergo hoc templum quod sanctitate donatum est, impurum & sordidatũ efficere, neque dei hoc donum inutile reddite. Adeo nanque accepistis hunc spm.

supra. iij. ij. cor. vi.

Et non estis uestri. Empti enim estis præcio magno. Estis enim (inquit) sub domĩo constituti Nec quicquã habetis, quod vestri sit iuris, nec corpus ipsum. Quippe qui pcio empti magno sitis, hoc est, xp̃i sanguine. Quo fit, vt membra vestra non vobis, sed domino abstricta sint seruitute, & pro illius arbitrio ferantur, necesse est. Id autem non eo tulit, vt liberũ nobis demat arbitrium, sed iure vt arguat deo esse inseruiẽdũ, a quo sumus pcio empti.

Liberum arbitriũ e nobis Paulus nõ aufert. *Glorificate & portate deum in corpore uestro.* Cum enim empti precio sitis, deum vestro in corpore glorificate, operantes quę sunt rectiora, & corpus id in puritate seruare & castimonia, vt hominibus opera nostra spectantibus optima, & deo gloria referatur & in eundem ab his laudes congerantur. F

Et in spiritu uestro. Ostendit hoc loco non modo corpore esse ab adulterio declinandũ sed animo scilicet vt mentem ipsam nulla labe afficiamus, spiritum nanque mentem & cogitatum appellat, quod adulterium corde concipere, vel in euangelio prohibentur,

Quæ dei sunt. Frequentius recordatur Apostolus, nequaquam in nostra esse nos potestate, sed domino seruitute obstringi .i. deo qui animam nostram & corpus redemerit. Matt. v.

CAPVT SEPTIMVM.

DE *quibus autem scripsisti mihi.* Dissentionibus, iam fornicatione, & auaritia castigatis: de nuptijs, & cęlibatu iam statuit. Scripserant enim Corinthij rogantes Apostolum, vtrum esset a re vxoria abstinendum, an minime.

Bonum est homini mulierem non tangere. Bonum est, inquit, & egregium mortali cuique non sacerdoti duntaxat (vt sentiunt multi) nil prorsus meliorem contingere, sed vitam cęlibem ducere & castam seruare. Quod tamen fieri si nequeat, matrimonium imbecillitati nostræ subueniet. Infer igitur:

A *Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque uirum suum.* In vtranque disputat partem. Potest enim vir dari qui pudicitiam tueatur, & mulier aliqua quę procliuior sit in libidinem, & contra. Enimuero de fornicatione cum faceret mētionem, ad Veneris abstinentiam vniuersos compellit. Etsi declinandę, inquit fornicationis gratia nuptiæ permittuntur, non tamen his quidam abuti per luxum, & intemperantiam debent.

Vxori uir debitum reddat, similiter autem & uxor uiro. Vt enim mutuæ estis charitati obstricti, sic eritis & debitum reddere alternis obnoxij.

Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet. Quod autem mutua charitas debiti loco ab his sit exigenda, nunc patefacit, cum nullam hos asserit suorum habere corporum potestatem. Sed mulierem seruæ speciem præ se ferre & dominæ. Seruæ quia subiecta sit viro, nec vllam vendicet corporis sui potestatem, vt vulgare illud ad libidinem quibus libeat, queat. Dominæ quia contra suum viri sit corpus, in quo nullum habeat ille imperiū, vt possit pro eius arbitrio adulteratis illud & meretricibus demandare. Non itaque absimili ratione & vir vxoris est seruus, & dominus.

Non esse abutendū nuptijs p intēperantiam.

Maritus & vxor sibi inuicem seruiunt & dominantur

Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus. Hoc est, viro inuito nil a coitu abstineat vxor vel vir vxore nolente. Quodcunque enim contra alterius voluntatē fecerit alter, fraudis loco habendum est. Quemadmodum & in pecunijs committi dicimus fraudem cum repugnante domino extorquentur. Secus tamen se res habebit, cū id fieri contigerit vtrisque assentientibus. Hoc est, cum ex conuento tempus aliquod vtrique ad cælibatum præfiniunt.

B

Vt uacetis ieiunio & orationi. Explanat cur ad tēp⁹ aliquod dixerit, videlicet cū opportunum sit orationi vacare, hoc est, enixe fuerit orādum. Nec simpliciter vt oretis dixit, sed vacetis orationi. Nam si a simplici oratione arceret concordes, cur alibi indesinenter orandum intulisset? Vt itaque orari maiori studio possit, abstinete, inquit, ab inuicem, perinde ac si coitus orationem potius interpellet, quam labem pariat aut sordes.

Et rursum, reuertimini in id ipsum, ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram. Reuertimini inuicem, inquam, non vt legem vobis vllam aut necessitatem imponam, sed ne satanę prębeatis occasionem in fornicatione vos p̄tentandi. Et qm̄ satanas nequaq̄ nobis prior ipse ad fornicandum causam prębet, sed nostra imprimis lasciuia, inde per incōtinentiam addidit. Ille nanque cum nos incontinentes perspexerit, ad luxuriam inuitat.

Coitus orationem īterpellat

Hæc autem dico secundum indulgentiam, non secundū imperium. Ad tempus, inquit, vos inuicem fraudate, per indulgentiā dixi, hoc est, vestræ indulgens fragilitati, nulla vobis vel pro lege imposita, vel mandato indicto, quod excedi impune non possit.

Paulus indulgenter quędā permittit.

Volo aūt oēs homines esse sicut meipsum. Vbi rē aliq̄ arduā inducit & perdifficilem, sese ferre in medium cōsueuit Apostolus. Velī itaque, ait, a luxu & Venere vniuersos homines abstinere, quēadmodum & ipse abstineo. Hoc est, castitatem sectari, non Venerem.

C *Sed unusquisque proprium donum habet à deo, alius quidem sic, alius uero sic.* Permanere, inquit, in cælibatu dei est donum, tametsi nostro studio ea res egeat. Cur ergo cōtinentiam dei donum appellat? Vt eos quos castigando diu iam vrget, quando propria asserit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos, consoletur & mitiget. Aduerte autem, quemadmodum etiam pro dono connubium statuat. Et cum singulos dicit proprium donum habere alium sic, id est, vt sit continentior, & virginitatem tutetur, & alium sic, quia matrimonio scilicet & nuptijs obstringatur.

Cęlibatus dei donū est.

Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego. Quòd si non se continent, nubant, melius est enim nubere, quam uri. Vides vt sapienter Apostolus potiorem arguat pudicitiam, nec eū ad hanc adhortetur seruandam qui a venere abstinere non possit ne grauius delinquatur. Nam si vehementiorē huiusmodi uiolentiam tuleris, & ardorem libidinis sustinebis (ingens est em̄ cōcupiscentię vis) eris hauddubie labore īmenso liberatus, quia proculdubio timendū fuisset, ne in deterius aliquod facin⁹ prolabereris.

His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed dominus. Cum dominus lege decreuit, nisi adulterij ratione nuptias minus oportere dissolui, eo nunc inquit. Non ego id vobis iniungo, sed dominus. Cuncta tamen Pauli superiora mādata nequaquā sunt pro diuinis dictis expressa, tametsi quæcunque Paulus disserit, domini dicta sint, non humana, præsertim cum paulopost sit idem dicturus. Videor enī & ipse spiritum dei habere.

Vxorem à uiro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari Et uir

uxorem non dimittat. Quoniam seruandæ pudicitiæ gratia, vel intolerantia quadã, vel alia quauis de causa fiunt diuortia, satius inquit est, vt nulla prorsus fiat seiunctio. Quæ D tamen si fieri contigerit, maneat mulier virum habens tametsi cum eo nihil commisceatur, nec alium superinducat, vel viro concilietur.

Nam cæteris ego dico non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Quid ais? Si infidelis sit quispiam, maneat vir cum vxore. Si adulter & fornicarius, prohibes præsertim cum adulterio deterior sit infidelitas? At nostra potius vindicat CHRISTVS quam sua. Nam dimitte, inquit, ibi munus tuum, & fratri tuo reconciliare. Nũ qui mille talenta sit aspernatus, in eum qui nec in nummis centum fuerit sibi obnoxius suam iniuriam vlciscetur? Nec secus ergo hoc loco infidelitatem qua constat in se delinqui, contemnit deus & nihili ducit, ob fornicationem vero, qua in vxorem peccatur, pœnas exigit. Dicunt tamen nonnulli, per ignorantiam infidelitatem obnasci, quam Paulus inquit forsitan iri sublatum. Quid enim nosti mulier si virum saluum factura sis? fornicationem vero ex confessa quadam fieri & indubitata malitia, haud dubium est. Fornicator præterea eo profectus est sceleris, vt propria membra a seipso disiunxerit. Hęc nanque vt primum a fœmina sustulit adulterata, quæ sua fuerant, meretricis effecit. Infidelis vero nil prorsus in ea carnis coniunctione deliquit. Videlicet quia sua membra per copulam vxoris effecerit. Quin potius ob nexum forte eius modi vel ex fide fideli vxori iungetur, citius quam huius, vt ita dixerim, vitam ob suam infidelitatem peruertat, carpereturq́ hauddubie ob id euangelium, si credens ab incredulo seiungeretur. Id tamen tum quidem futurum intelligas, si vtrique cum infidelitate persisterent, inissent coniugium, mox alter ad fidem venisset. Nam si prius fuisset aut vir aut vxor fidelis, haudquaquam cum infideli iungi matrimonio licuisset. Nec dixit quidem, si quis vult infidelem accipere, sed si quis habet infidelem vxorem. Nec simpliciter infideli fidelem, sed volenti coniungit, quod sane cum consenserit, inquit, præfertur, hoc est voluerit. E

Infidelitas adultero peior.

Fidelis cũ ĩfideli matrimonio non copulatur.

Santificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem. Et sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Hoc est, partis fidelioris abundanti puritate vincitur infidelis cuiuspiã immunditia. Neque eo quod sanctitatem adipiscatur in posterum infidelis, siquidem nõ sanctus est dixit, sed sanctificatus est, hoc est, ab eius quæ fidelis sit, infidelis vincitur sanctimonia. Hæc autem dicit, ne vereatur fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici, si cum infideli rem habeat, & illi matrimonio sit ante fidem susceptam coniuncta. Quæritur autẽ, quod si quis qui meretrici adhęserit, vnum iam corpus cum ea sortitus, fiat immundior: & si perspicuũ est, vel eam quæ cũ idololatra versetur, vnũ cum illo corpus sortiri, cur tamẽ ea ex re non immunda redditur mulier? Quoniam vel idipsum libidinandi commercũ impurum per se & sordidum est, eoque vel vtrosque coinquinari. Verum quod ad fidelem spectat & infidelem, longe se aliter habet. Siquidem ob suam incredulitatem immundus efficitur infidelis, non tamen secundum incredulitatem eiusmodi si cum viro versetur & mulier: Sed secundum copulam coniugalem sanctificatur, quam nullam habere in se immunditiam liquet. Est enim hæc illi connubiĳ vinculis nexa. Propterea nullam fidelis ex eo labem admiserit. F

Quæstio singularis

Alioqui filij uestri immundi essent. Nam si infidelis, inquit, credentis nitore non vinceretur, forent sane quos parerent liberi immundiores, vel ex parte dimidia mundi.

Nunc autem sancti sunt. Hoc est, non immundi: demit enim omnem suspicionem fidelis fœminę sanctimonia.

Quod si infidelis descedit, discedat. Hoc est, si vir infidelis vxori fideli iniungat secum vt sentiat, & particeps suæ fiat infidelitatis, dirimat potius matrimonium mulier, & a viro abscedat. Satius eñ est cõnubium ipsũ dissoluere quã pietatem & dei cultũ dimittere.

Connubiũ dissoluendum magis quam pietas ac dei cultus dimittendus.

Non est enĩ seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, in pace autẽ uocauit nos deus. Si tecũ ille eo, inquit, iurgatur, ꝙ suæ infidelitatis participare nil toleres, cõfestim secedito. Non enim es eiusmodi seruituti subiecta, hoc est, nil cogeris virũ in rebus huiusmodi perpeti. Melius est eñ secedere quam altercari: neq; enĩ diuinæ illud est volũtatis, quippe q nos ĩ pace vocarit. Itaque si tecum litiget, & iurgĳs vrgeat, præbuit ille diuortĳ causam.

Quid enim nosti mulier si uirum saluum feceris. Rursũ ad id quod superius dixerat, redit. Videlicet, nõ dimittat mulier virũ. Si eñ tibi nihil molestꝰ sit, ĩquit, maneto cũ eo & commonefacito, aliquid forte hoc modo pegeris quasi rem ĩ ambiguo statuit, cũ ne videatur

A mulieri necessitatem vllam omnino imposuisse, vt viro Christi fidem excipiendam suadeat: tum vt hanc reddat ad bene sperandum intentam, & a desperatione auertat. aduerte

Aut quid scis uir, si mulierem saluam facies? Nisi unicuique sicut diuisit dominus. Nõnulli sic cõstruunt. Quid nostri vir si mulierem saluam facies, nec ne? Deinceps quasi ex alio quodã capite dicat vnicuique vt diuisit dominus. Perinde ac si dicat, vnde compertum habes, si saluam facturus hanc sis an minime? Id quidem est prorsus incertum. Quandiu res in ambiguo fuerit, haudquaquam dirimendum erit connubiũ. Quod si saluam non feceris nil tibi officiet. Saluam autem hanc si reddideris, & alijs profuisti ac tibi. Alius vero aliter senserit, quasi abinde exorsus. Nisi vt vnicuiq; diuisit deus, qui sensus est longe potior: perinde ac si dicat Apostolus, Hauquaq̃ propter infidelitatem fiat diuorum, nisi vt vnicuique hoc * quisque sic habeat, quemadmodũ & qua sorte vt sit deo ad placitum * uisum fuerit. Vxorem habens infidelẽ vocatus es, maneto hanc habens, & nihil tibi infidelitas oberit.

Et sicut in omnibus Ecclesijs doceo. Hoc intulit vt Corinthios quãdoquidem & alios habeant huius disciplinæ participes, ad obsequendum reddat paratiores.

Circuncisus aliquis uocatus est, non adducat præputium. Fieri poterat, vt multi quos desectę pelliculæ puduisse medicamento apposito, & hanc niterentur iterato sarcire & obscœnũ illud concisum in pristinum statum redigere. Circuncisus.

In præputio aliquis uocatus est, non circuncidatur. Circuncisio nihil est, præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum dei. Vbique post fidem, virtutis exigitur operatio, reliqua vero

B aut parcius requiruntur, aut nunquam.

Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potes liber fieri, magis utere. In vocatione qua vocatus es, hoc est, quocunque in vitæ genere, vel ordine, vel conditione, christi fidem susceperit quispiam, in hoc perseueret. Vocationem autem dicit inductionem ad fidem. Seruus cum esses, vocatus es, nihil sis velim ob seruitutem hanc anxius, neque ob id obtuderis. Non enim quæ a deo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber fieri vtere magis, hoc est, acrius seruitute exercere, in vsumque aliquem & vtilitatem conferto.

Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est christi. Libertus dicitur qui seruitute eximitur. Inquit igitur, Tu qui cum in seruitute maneres, credidisti in christum, libertus effectus es Christi. Liberauit enim hic te a peccato & seruitute exteriore tametsi seruus sis. Qui enim a vitijs liberatur, & animi ingenuitate potitur, nequaquam vltra est seruus, & si seruitute adhuc videatur obstringi. Rursus alius quispiam liber cum esset ad fidem vocatus, Christi seruus efficitur. Itaque si seruitutis nomen seruum obturbat, intelligat in Christo se liberate hac vti, quod longe est humana seruitute pręstantius. Porro, si libertatis hoc nomẽ liberum hominem extollit & ampliat, intelligat idem esse se christi seruituti obnoxium, comprimatque se & frenet a vitijs, vt pote qui tanti domini iugum subierit, & debeat illi quę grata sunt facere. Vides quam prudenter Apostolus quæ vtranque deceat partem commonefaciat. Libertus Liber. Libertas

Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque in quo uocatus est, maneat apud deum.

C Nec solum ad seruos istiusmodi differit, sed & liberos homines habet hęc verba vel vniuersos instituit, vel christianum hominem, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque illorum iussa qui praua iniunxerint exequatur. Hoc enim esset hominibus seruitutum iri, & per eos præsertim qui redempti precio sint. Neque id eo intulit, vt a dominis desciscant mancipia, absit. Neque enim id iubet, quod liquido patet ex eo quod dixerat, vnusquisque qua vocatione vocatus est, maneat, hoc est, vel si fuerit in seruitute vocatus, in ea id perstet. Apud deum autem adiecit, ne forte improbis dominus obsequẽdo, deficiamus a deo. Vtrisque itaque in rebus prouidit, videlicet ne sub dei prętextu discedant a dominis, quorum in potestate eorum sunt corpora. Et rursum ne a deo deficiant, cum dominis absequi vltra quam deceat, volunt.

De uirginibus autem præceptum domini non habeo, concilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Cum de continentia abunde deseruisset, castigassetq; satis Corinthios, ad virginitatem transgreditur, quę cæteris est longe p̃stantior, aitque nullã dominum tulisse de virginitate legem, neq; de hac sibi quippiam iniunxisset: sed vnum illud dixisse & solum, qui põt capere, capiat. Quocirca neque ipse ausim de illa quicq̃ statuere magnum hoc enim & periculosum, alioqui consulerem equidem, quemadmodum ipse non indignus apud deum sum habitus, vt sim fidelis, hoc est, qui diuini mysterij cogitationem vt habeam, sum dignatus. Virginitas. De virginitate nihil statuit paulus.

Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam est homini sic esse. Vt sen- D
Mat. xix. tio (inquit) a nuptijs abstinere conducit homini propter rei vxoriæ difficultates atque molestias, non immunditiæ gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi.

nexus cōnubij. *Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem non peccasti.* Cum enim alligatus es (inquit) arguit malum afferre connubia, quia hominem nexu quodam deuinciat. Cum vero solutus es (ait) ostendit tum qui nuptiarum sit expers, nequaquam debere nexus vxorios quærere. Vel si solutus, eo forsitan intulit, non vt diuortium vllum prætendat, quod fieri ad vxoris & viri arbitrium solet sed vt absurdam aliquam viri & fœminæ disiunctionem designet, si abstinētiā vtrique & cælibatum depaciscuntur, nequaquam dicitur illa solutio. Adijcit præterea illud, si vxorem duxeris non peccasti. Vide vt tacite nos ad virginitatem tutandam hortetur. Siquidem matrimonium compedes appellat & vincula, virginitatem vero solutionem & libertatem.

Et si nupserit uirgo, non peccauit. Virginē hoc loco dicit non eā quę deo dicata sit, hęc Matrimonij cura. namque si nupserit, delinquit hauddubie plurimum, vtpote quæ xpo sponso supinducat adulterum. Sed quę nondum nupserit, adolescentulam. Non enim imundę sunt nuptiæ.

Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Matrimonij angores & curas tribulationem appellat, ipse vero haud secus (inquit) ac pater indigeo, velimque vos & libertate vti & carere tristitia, quod præstare de se cōnubia nequeunt. Quippe quę E pro vinculis sint, & qui illis subduntur nullā sui habeant potestatē, vt supra iā diximus.

Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est. Quoniam fore dixerat, vt carnis sibi molestiam parerent, ne aliquis incurrens inquiat, & voluptatem tamen hos habituros, inducit quę sunt voluptatis, temporis scilicet breuitatem, quia ad breue voluptas sit omnis: ad luxum autem & voluptatem, omnia faciunt. Nam & christi regnum in proximo est, ad eumque tandem sumus commigraturi. Itaque vel si qua est in nuptijs voluptas & oblectatio, quia momentanea sit, & breui dilabitur: molestiam affert.

Vt & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mūdo, tanquam non utantur. Quęret aliquis, Si hi qui aliquid habent, non secus debent, ac si nihil haberent seipsos præstare, quid demum necesse est, vt se matrimonio vinciant, onusque sibi maius imponant. Quid autem sibi vult illud, tanquam non habentes, id scilicet

Vxores habentes sint tanq̄ nō habentes. ne affici studium omne circa nuptias conterant, & vxores: pari modo ne debeat quispiā curę multum impendere, & solicitudinis. Vel mœstis in rebus quod sane qui flent illud prętendit. Vel lętioribus, quod vtique cum gaudentes dixisset, expressit. Vel in facultatibus permutandis, quod cum qui emunt, intulit, & declarauit. Verum quid hęc, inquit, aut illa dissero vt paucis cuncta absoluam: Vel qui hoc mundo vtuntur, ita se gerant, tanquam hunc ipsum nulli vsui habeant, hoc est, omni nisu contendere debent, ne hoc abutantur. Est enim græce καταχρῆσις abusus, nimius quidam & vtra quam deceat rerum excessus.

Præterijt enim figura huius mundi. Hoc est, labitur. Quid ergo habenti rei & fluxe hærendum, mundi vero eo dixit figuram, quia eius bona solo terminentur aspectu, & apparentia sint, & nullo fundamento subsistant. F

Volo autem uos sine solicitudine esse. Quo pacto futuri sine solicitudine simus, qui vxore caremus, sic indicat,

Procacitas vxoria. *Qui sine uxore est, cogitat quæ dei sunt, quomodo deo placeat. qui autem cum uxore est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori.* Quonam modo Apostole, cum vacare curis nos velis, eoque & ad cælibatum horteris, illud repetis, qui sine vxore est cogitat quę dei sunt: Ecce vel aliunde curæ nobis oboriuntur, haud tamen cuiusmodi vxorem habentes solent vrgere. Nam quę de deo suggeruntur meditationes salutares sunt & magnum in modū oblectant. De mundo vero & noxiæ sunt & molestæ. Cur enim illud non molestum sit, & turbulentum, cum morem gerere vxori studemus, mundo pręsertim huic deditissimę, aurūque flagitanti & margaritas, & reliquum luxum, quibus viri miserrimi, iniustius agere & exercere quę iniqua sunt, compelluntur, & reliqua factitare, quæ animæ & detrimentosa sunt, & officiunt maxime.

Diuisa est mulier nupta, & uirgo. Hoc est, ab inuicē differūt, nec cura simul dicuntur sed seiunctæ sunt studijs & alienę, & rebus intendunt disparibus, & discrepant curis. Quo fit vt via sit eligenda quæ potior sit & minus laboriosa.

A *Innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, quemadmodum domino placeat, ut sit sancta corpore & spiritu. Nupta autem cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro.* Nec satis est, inquit, corpore sanctum esse, nisi & spiritu constet hęc sanctitas. Vera est enim & certa virginitas, animi puritas. Nam etsi pleręque nulla corporis labe infectæ sunt virgines, animo tamē sunt inquinatæ. Cæterum, & illud aduerte, virginem minus hanc esse, quæ mundi curam susceperit. Cum itaque quæ virginitatem profiteatur, prospexeris suscepisse mundi hāc curam, intellige nil prorsus eam a nupta differre. Paulus enim terminos vtrisque pręscripsit, quibus facile possint hęc internosci. Nec tamen rei venereæ vsum vel continentiam præfiniuit, sed solicitudinem & incuriam. Fit itaque vt ea quę rebus pręsentibus nimiū curę impenderit pro virgine minus habenda sit. Cogitat autem nupta quemadmodum placeat viro, vel fore quia & venustati & pulchritudini studet, vel quia rem familiarem optime curet, vel etiam quia inclementiorem se & parcam exhibeat. Vera virginitas.

Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam. De virginitate sum, inq̃t, sermonem adortus, cum eam vobis vidissem, quia molestia & cura vaceret, animęq; conducere plurimum profuturam. Nec eo dixerim, vt aliquos cogam, vt inuitus virginitatem seruare. Laqueum autem necessitatem ipsam appellat, perinde ac si dicat, nullam vobis eius rei impono necessitatem.

Sed ad id quod honestum est, & facultatem præbeat, sine impedimento dominum obsecrandi. Vt ho
B neste, inquit, & pure viuatis, hæc dixerim. Nam virginitate quid dici, vel honestius potest vel purius? Quinetiam vt coniugij perturbationibus liberi sine solicitudine supplicare deo possitis, in eumque curam vestram vt omnem transferatis & cogitatum.

Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat, si nubat. Id est, Si eam locare viro maluerit, locet. Nil quidē cū id egerit, peccat. Est tamē satius virginē suam vt seruet, vt in sequentibus infert.

Qui autem statuit firmus in corde suo, non habens necessitatem, potestatem autem habens sue uoluntatis & hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginem suam, bene facit. Ita & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Aduerte vti in primis, & demiretur, & laudibus efferat, qui filiæ tueatur virginitatem, stabilem illum, & bene fundatū appellans, & recto iudicio quæ agat hunc facere. Iudicauit enim, inquit, in corde suo. Qui igitur filiam alteri locat, instabilis est, & nihil habet in se firmitatis. Id nanque clarius exprimit, cum dicit. Qui necessitatem non habet, velut qui nihil coactus potestatem habeat cui libitum fuerit filiam suam matrimonio copulare. Quo fit, vt filiæ seruata virginitas, pari gloriam afferat. Nec minus & qui filiam locat recte agit. Non enim nubendo delinquitur: quodcunque autem in peccatum nec cesserit, recte & laudabiliter geritur. Est tamen satius longe, nemini filiam connubio iungere. Id enim est officij loco habendum, & mirę virtutis.

Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius, liberata est: cui uult nubat tantum in domino. Beatior autem erit, si sic maneat secundum consilium meum. Puto autem quod ego & spiritum dei habeam. De secūdis hoc loco nuptijs commonefacit, quas etsi vide- Secundæ nuptiæ.
C tur permittere: beatiorem tamen hāc asserit, quæ nequaquam bis nupserit. Nam quemadmodum primis nuptijs, præfertur virginitas, sic secundis primæ sunt priores. Legi itaque alligata est mulier, id est legi obstringitur: qua de adulterijs ipsis cauetur, ne adultera fiat, si vero superstite alteri copuletur, quo mortuo priori vinculo liberatur & lege in domino tamen & solo si nubat, libertatem assequitur. Hoc est: si christiano iungātur, uel si in pudicitia maneat, & cœlibatu, & familiæ præsit, nullis affecta concupiscentię, uitijs. Secundum autem meum consilium eo intulit, ne uideatur iniunxisse necessitatem. Affirmat tamen suum consilium, pro dei amplectendum sententia, inquiens. Puto enim quod & ego spiritum dei habeam: quod sane summam Pauli refert humilitatem, neque enim habeo dixit, sed puto. Cōsilium Pauli quale sit accipiendum.

CAPVT OCTAVVM.

D*E his autem quæ idolis sacrificantur, scimus: quia omnes scientiam habemus. Sed scientia inflat, charitas autem ædificat.* Erant apud Corinthios perfectiores nonnulli qui plane sentirent, nihil hominem ex his quę stomacho admittuntur, coinquinari. Et idola hauddubie scirent e ligno constare uel lapide, nec posse cuiquam illa officere: alioqui indifferens idolorum huiusmodi templa adeun-

tes & aras, ſeſe idolothytis iniurgitabant. Quos cum fidei infirmioris ſpectarent nonulli, & vna comedebant, & immolationibus veſcebantur. Nec tamen pari vel mente vel opinatione, vt qui idola indigna exiſtimarent, quibus immolaretur. Id ſane factum, vt ſuccenſeret. Paulum prouocauit. Quid ni? Quod vtriſque maximum in modum obeſſet, & perfectioribus, quia dęmonum menſæ participarent & minus perfectis, quia ad idololatriam impellerentur. Studet igitur id mali Paulus caſtigare, eoque omiſſis (vt aſſolet ſæpe) imperfectioribus illis, perfectiores alloquitur, reprimitque in primis illorum, quã ex humana ſcientia ceperant, inſolentiam, inquiens. Haudquaquam vos ſoli rerum habetis cognitionem, ſed cuncti nouimus nihil eſſe in hoc ſeculo idola. Scientia tamen & mundanarum rerum cognitio non modo nullam affert vtilitatem, ſed maxime officit. Siquidem & tumidos reddit, & inſolentes, qui ea potiuntur. Eoque & hominem a primis membris reſcindit, niſi charitatem ſibi conſociauerit, quę & moliri contraria poteſt, & ab ipſa ſuperbia eſt aliena. Quęcunque enim ſine charitate ſcientia demolitur, eadem illa inſtaurat charitas, quæ proximi gratia omnia factitat. D

Idolothyta.

Si quis autem exiſtimat ſe aliquid ſcire, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. A maioribus nititur idipſum patefacere & confirmare, nam etſi eum charitate coniuncta hæc conſtat ſcientia, nec erit quidem hoc pacto perfectior. Quandoquidem nemo ſit in hac vita, qui rei alicuius habeat vt habere oportet cognitionem, vel ſi Petrus ſit ille, ſiue Paulus. Quid ergo vos intumeſcitis, qui ſcientiam ſitis ſine charitate adepti? Quando hanc ipſam vel ſi cum charitate haberetis coniunctam, nil tamen vobis quod eſſet perfectum, ex cogitatione capere licuiſſet. E

Charitas potior eſt ſcientia.

Si quis autem diligit deum, hic cognitus eſt ab eo. Quod ſentit hoc loco huiuſmodi eſt. Si qs videlicet proximum amore proſequitur, & deum colat neceſſe eſt. Qui vero deum coluerit, non deum, inquit, cognouit, ſed a deo eſt cognitus, hoc eſt, notus illi & familiaris efficitur. Qui ergo deo fit notior, a deo & ſcientiam ſumit. Neque hanc quidem perfecte aſſequitur. Noli itaque ſi ſcientiam ſis conſecuturus efferri, non enim perfecta eſt illa, nec tua virtute, ſed dei munificentia comparata. Vide quot modis iſtorum frenet ſuperbiã.

De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt deus, niſi unus. Rurſum omnibus communem hanc ſcientiam facit, vt horum frenet elationem. Nam omnes nouimus, inquit, quia nihil eſt idolum in mundo, hoc eſt, quia nec virum habet nec potentię quippiam, neque dĳ ſunt idola, ſed lapides, & dæmones potius. Et quoniam erant inter Græcos idiotæ & ſapientes, quorum alteri præter lapides ipſos nil vltra cognitione aſſequebant, alteri diuinam idolis ineſſe potentiam exiſtimabant apud idiotas & humanę huius ſcientię expertes, nihil eſſe idolum in mundo diſſeruit, apud philoſophos, præter vnum eſſe alium neminem deum. Itaque vnde nec diuinitatis quidpiam in ſe idola ipſa habere, quandoquidem perſpicue conſtet deum vnum eſſe, non multos.

Idolũ qd ſit apud Paulum.

Nam ſi ſunt qui dĳ dicantur, ſiue in cælo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dĳ multi & domini multi) nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Quoniam dixerat nullum pręter vnum eſſe alium deum: tametſi plurimos Græci aſſeruerarent, ne palam videatur illos impugnare religionem & deos. Vel ſi fuerint (inquit) qui dĳ dicãtur, id eſt ficti & commentitĳ, & verbo tenus, & nomine, ſiue in cælo, vt ſol & luna & aſtra reliqua, ſiue in terra quorũ diuinitatẽ cõmentiti ſunt Græci, nobis tñ vnᵘ eſt deᵘ pater, a quo oĩa. Quibus dictis rerum dictarum cõditorẽ hunc arguit. Cũ vero & nos in ipõ, inqt, fidei exprimit rõnẽ, qua deo iuncti familiaritate nos ſumus. Perĩde ac ſi dicat, & ad ipm cõuerſi ſumus, & in ipm. F

Deus vnᵘ Græci.

Et unus dominus Ieſus chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Per filium (pendemus, inqt) ad aliquid eſſe perducta ſunt vniuerſa, & inſuper ad hanc vitam & vt auram hanc inſpiremus, inducti. Neque id ſolum, quin etiam eo producti, vt bene nobiſcum ageretur, & fideles affecti, ad veritatem ab erroribus tranſiremus. Cum autem deus vnus pater intelligis & vnus dominus filius non tamen ſe iunctos hos dixeris, quaſi pater dei ſit nomen ſortitus: & filius domini. Varie enim & filius dicitur deus: vt patet ex his: chriſtus ſecundum carnem: qui eſt ſuper omnes deos: & contra pater dñs nũcupatur: cũ inqt. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Sed qm̃ apud Græcos cõcionabatur apoſtolus: deorũ multitudinẽ ꝓfitẽtes: & poteſtates multiplices: ꝓpterea nec filiũ deũ dixit hoc loco ne duos eſſe hos deos: patrẽ. ſ. & filiũ exiſtimarent vt q plurimos deos aſſerere cõſueuiſſent. Neq; patrẽ dñm: ne multi eſſe apd' nos dñi viderẽtur: eoq; nec ſpũs fecit hic mẽtionem: cũ nollet audientiũ imbecillitatem penitus inculcare. Quemadmodum et prophetę

p̃s. cix.

Paulus xp̃m cur raro deũ vocet.

A nihil aperte de filio Iudæorum gratia meminerint, ne huius passibilem existimarent nativitatem. Propterea frequentius illud commemorat, inquiens. Non est deus præter hunc quispiam, & vnum esse deum omnibus constat, & dominum vnum. Ad differentiam igitur commentitiorum deorum, non vt filium a patre seiungeret, vnum deum patrem dixit. Et vt falsi domini internoscerentur, non pater, quia nihil a filio differt, vnum dominum filium intulit,

ps.xvij. Dij commetitij. Non patrē dñm qui nihil a filio differt, sed vnum dominum filiū & patrem. idolothyta manducantes.

Sed non in omnibus est scientia. Haudquaquam, inquit, id sentiunt omnes, deum videlicet vnum esse, non multos. Vel non omnes sciunt idola nullius esse momenti.

Quidam autem conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Quosdam dixit, cum nollet eos omnino vituperare. Erant enim nonnulli, qui ab idolorum seruitute & cultu, ad Christi fidem se transtulissent, qui vsque adhuc, hoc est post fidem susceptam, idolothytis vescerentur, ea mente, vt idolis immolarent. Idoli enim, inquit, conscientia, hoc est mentem pristinam erga idola seruantes, ducunt hæc aliquid esse, veranturque, quasi aliquid sibi possint obesse. Et ideo nequaquam dixit idola alios inquinare, sed horum pollui conscientiam, perinde ac si imbecillam & fragilem, & cui non liceat internoscere, nihil esse huiusmodi idola, quandoquidem neminem queant per se inquinare. Cęterum intellige istiusmodi homines rē haud absimilem pati, ac aliquis solet, qui pro Iudaica consuetudine in labem ducat demortuum aliquid attrectare, deinceps cum viderit idipsum conscientia pura alios præ B tentasse hos veritus, & manibus ipse attrectet, inquinetque eius vel pristinam conscientiam, vt qui hæsitando id agat & trepidus.

Esca autem nos non commendat deo. Ne forte occurrat quispiam, inquiens. Quid mea refert, si quis pro imbecillitate turbetur, cum ipse pura conscientia sumpserim cibum. Arguit plane vel hunc, in deorum qui contemptum sumitur, cibum nihili esse, vel si minus ex eo frater offenditur, perinde ac si dicat. Neque hoc modo quidpiam egeris vel laude dignum, vel deo acceptum. Non enim esca nos deo coniungit.

Neque enim si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Hoc est, neque si comederimus, abundantius quidpiam consequemur, vel apud deum plus aliquid proficiemus, neque si cibo abstinebimus, defectiores futuri sumus, aut imminuemur.

Videte autem ne forte hæc licentia uestra, offendiculum fiat infirmis. His verbis hos territat. Nec scienta vestra dixit, sed licentia, hoc est petulantia vestra & tumor infirmiores offendit. Quod sane magis hos vrget & criminatur, siquidem nec imbecillis, quibus præstandum auxilium esset, hi parcunt.

Si enim quis uiderit eum, qui habet scientiam in idolo recumbentem: nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Hoc est te quemadmodum asseris profectionem adeptū, si infirmior aliquis viderit idolothyta degustantem, nonne maiorem accepturus est causam, vt huiusmodi idolorum vescatur immolationibus, & magis ac magis in præsumpta iam de idolis opinione quod aliquis sint, confirmabitur? Id enim C cum ædificabitur, inquit, designat.

Et peribit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est. Erit namque alterius, cuius gratia CHRISTVS mortem obiuit, occasio perditionis tua sciētia, hoc est tua perfectio. Siquidem Christus mori pro fratre nil recusauerit, tu vero nec cibo quidem & idolothytis abstines ne fratrem offendas.

Si autem peccantes in fratrem, & percutientes conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Non enim offendentes dixit, sed percutientes, vt horum arguat impietatem. Quandoquidem aliorum sunt infirmioris conscientiæ percussores. Cum vero in Christum, inquit, delinquitis ad ipsum iniquitatis apicem peccatum prouexit. Verum quo pacto id facinus in CHRISTVM admittitur? Nimirum quia Christi corpus & membra sunt, qui præcelluntur. Et quam Christus ipse proprij sanguinis profusione salutem ædificasset, istiusmodi percussores demoliuntur.

Paulꝰ optimus pceptor.

Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. More optimi præceptoris, ex se quæ dicit, confirmat. Non enim si iure dixit, quempiam læserim: sed quouis modo. Nec ab idolothytis intulit, abstinebo, sed carne simpliciter. Vel si ea mihi sit in esum concessa, neque vnum vel alterum diem, sed in vniuersum vitæ meæ. Id enim in ęternum significat. Nec demū vt perdam dixit, sed ne offendam.

CAPVT NONVM.

NOn sum Apostolus? non sum liber? nonne Christum Iesum dominũ nostrum uidi? Quoniam dixit, si cibus fratrem meum offendit, nequaquam carnem manducauerim in æternum, ne gloriari videatur vel insolescere, cogitur tandem aperire, quemadmodũ vel a concessis cibatibus cauerit, ne quorundam animum læderet, vel Christo ipso iubente, vt is qui euangelium prædicaret, de euangelio, hoc est ab his qui ad fidem instruerentur, sumeret victum. Ipse tamen si optio detur, malim equidem inedia confici, quam vt videar a vobis quidpiam accepisse, sed mearum manuum opera, vitæ mihi alimoniam comparo. Erant enim, vt videtur, apud Corinthios præceptores nonnulli prædiuites & opulẽti, qui gloriæ ducerent alios gratis instruere, molirenturque, vt Apostolo ad ignominiam cederet, quæsitus ex doctrina cibus. Qua re ipse animaduersa cauebat ne victum a discipulis sumeret, tametsi esset id ei permissum. Mecum itaque sic agitur, inquit. Vos tamen nec idolothytis interea abstinetis. Huc tamen omnis orationis huiusce sensus redigitur. Non sum inquit apostolus? ne quis forte occurrens, inquiat. Propterea nulla sumis a discipulis alimenta, quia tibi vt agas hoc, non licet, vnde id infert. Quid illud? nonne & Apostoli cæteri victum a discipulis capiunt? Etiam inquit. Quid igitur? nonne & ipse apostolus sum, vt illi sunt? Scilicet nonne & liber sum? hoc est neminem habens, qui me carpere hinc victum prohibeat. Et ne illud præterea obijceretur. At in eo te superant cęteri, quia viderunt dominum, sic infert. Nonne dominum Iesum conspexi, & omnium postremo, vt abortiuo visus est & mihi? Permagnum est sane oculis deum spectasse, vestri enim, inquit, beati sunt oculi, quia videtis, quæ nec prophetæ viderunt, nec reges.

Paulus a discipulis nihil accipiebat. Paul[9] abortiuus. i.cor.v Mat. xiij. Lucę.x.

Nonne opus meum uos estis in domino? Quid tum inquiet aliquis. Si apostolus es, & apostoli officio fungeris, necdum tamen apostoli aliquod præ te tuleris facinus? Erat nanq; & Iudas apostolus & dominum viderat. Propterea Paulus vt hęc obijcienti occurat, sic ait. Nonne opus meum vos estis? Sum itaque apostoli ministerio functus. Et quoniam rem sane ingẽtem iactauerat, adiecit in domino, hoc est nec mea id quidem uirtute, sed domini potentia egi.

Et si alijs non sum apostolus, sed tamen uobis sum. Nec equidem me terrarum orbis profiteor præceptorem vobis tamen, nonne apostolus sum? Cur ergo a vobis nihil accepi, a quibus vt caperem maxime oportebat.

Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino. Hoc est, si quis vult certior fieri vtrũ apostolus sum nec ne. Vos equidem in argumẽtũ mei apostolatus ostento. Et vos haud dubie estis qui meum apostolatum & obsignatis & obfirmatis. Nã apostoli opera, qualiacunque sunt, in uobis instituendis iam patefeci.

Nam defensio apud eos qui me interrogant hæc est. Quærentibus inquit, certiores fieri, unde liqueat me apostolum esse, uos ipse in meam defensionem propono, quos ut ostẽdero a me cuncta fuisse edoctos, omnes propulso, qui me eiusmodi rogitant.

Nunquid non habemus potestatem mauducandi & bibendi? A discipulis scilicet uictum ut accipiamus quod & si factu fas sit, haud tamen hac ipsi licentia utimur.

Nunquid non habemus potestatem, sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli & fratres domini & Cephas? Fœminæ utique locupletiores sequebantur apostolos. Illisq; & necessaria subministrabant, & uacuos curis quibusuis reddebant, ut prædicationi dũtaxat, intenderent uires. Aduerte autem, quemadmodum omnium postremum posuerit Petrum, ut eum cæteris arguat præstantiorem. Quid enim, inquit, alios commemorauerim, quandoquidem uel Petrus ipse hoc factitet? Fratres autem domini, Iacobum dicit Hierosolymorum episcopum, & Ioannem, & Simonem, & Iudam, hi nanque carnis necessitudine erant Christo coniuncti, ut ex uirginis sororibus orti.

Fœminæ locupletiores seq̃bãtur apostolos. Ioãnes & Iacob[9] fratres domini cur.

Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatemm hoc operandi? Hoc est, num nobis non licet ocio uitam ducere cibarique a discipulis vel nil operantes? Barnabas autem eo adieci, quia eiusdem secum difficultatis participaret, quippe qui proprio sudore sustentaretur.

Quis militat suis stipendijs unquam? Hoc est proprijs sumptibus, cum milites omnes stipendijs publicis nutriantur. Apte autem rei militaris induxit similitudinem. Compe-

tit nanque vel apostolis ipsis militia, tum quia & periculis plurimis agitantur, tum eti
A am quia sensibili oppugnatur ab hoste.

Quis plantat uineam, & fructum eius non edit? Ex vineę similitudine, apostoli labores prętendit, & summas calamitates & solicitudinem patefacit. Neque totum fructum, inquit comedit, sed de fructu. Ne præterea quo quis ex eo fructu ditescet, sed quis non edit, dixit. Vbique commonefaciens oportere ad necessitatem, non ad luxum cuncta requiri, nihilque quod modum excedat deposci.

Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nec quidem qui vel oues vendit, & eas esitet, dixit, vel lac totum absorbeat, sed de lacte comedit: arguens præceptorem paucis contentum esse & cibari necessarijs oportere. Pastoris vero sub nomine, diligentiæ quandam prætendit & studij magnitudinem, quod per præceptorem sic in discipulos exhibendum.

Pastor de lacte comedat nõ lac totum absorbeat

Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Hoc est non solum argumentis humanis hæc affirmauerim, nec vllum habeo a sacris literis modo testimoniū asseuerauerim equidem hauddubie hæc deo placere, & legem non humanam, sed diuinam esse quæ ista iniungit.

In Mosi enim lege scriptum est. Non alligabis os boui trituranti. Quod vult apostolus, abūde confirmat, ideoque & boum inducit similitudinem.

Nunquid de bobus cura est deo? Dicet aliquis. Num deo vlla de bobus est cura? Ita sa deu. xxvi
B ne, nec tamen adeo vt de his tulerit legem, sed aliud quiddam ille prætendit ex hac in be i. Timo. v
stias indulgentia, vt Iudęos scilicet assuefaceret exerceretque, vt & ipsi magistrorum curam susciperent. Qua ex re certiores efficimur, quæcunque de animantibus brutis in veteri testamento narrantur, ad hominum conferri doctrinam.

An propter uos utique hoc dicit? nam propter uos scripta sunt. Vtique illud tanquam in re certiore adiecit, ne vllum auditori contradicendi locum relinqueret.

Quoniā in spe debet mercedis, qui arat, arrare. Hoc est qui alios instruxit, spe debet laborem mercedis insumere.

Et qui triturat, sub spe fructus percipiendi. A seminis ad areæ transit similitudinem. Vnde & apostolorum sudores plurimos patefacit, & quemadmodum ipsi ijdem & arādi officio & triturandi fungantur. Et quoniam qui arat, sola spe nititur, & qui triturat: iam fructus aliquid percipit, ideo id intulit, & qui triturat, iā spei participat. Et ne quis occurrens, id inquiat, num ipse apostolis pro tot susceptis laboribus cibum duntaxat in mercedem contuleris, sub spe addidit, hoc est sub futurorum bonorum expectatione, ita vt illa speranda sint, dum interea & hi per vos nutriantur.

Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus. Hoc loco rei æquitatem ostendit, perinde ac si dicat. Nequaquam sunt pro nostris collatis in vos beneficijs paria, quæ ipsi rependitis pręmia. Nos enim vobis spiritalia seminamus, num igitur magnum debet videri, si vos contra, redditis, quæ carnalia sunt? cibum videlicet.

Adulterini præceptores

Si alij potestatis uestræ participes sunt, quare non potius nos? Adulterinos quosdam designat hoc loco paulus, instructores, qui imprudenter & imperiose ab his dona præsen
C tia exigebant, & ideo non illud expressit, alij vestra bona accipiunt, sed si potestatis vestræ participant, dixit, id est si vobis dominantur & imperant, & vt obsequentissimis seruis vtuntur, nonne longe magis & nos qui veri sumus apostoli, sumere a vobis vitæ necessaria deberemus?

Sed non usi sumus hac potestate. Et si liceat nobis vt a vobis cibemur, nil tamen hac sumus licentia vsi, ne ipsi offenderemini. Cum vos interea nil prorsus ab idolothytis abstineatis, ne alios irritetis, qui infirmioris sunt fidei fratres.

Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi, Dixerit quispiam. Idcirco aliquid non accepisti, quia aliena ope nihil indiguisti. Quinimo, inquit, vel in magna rerum angustia constituti, omnia toleramus: inediam videlicet, sitim, & nuditatem, ne aliquod offendiculum demus, quod grece ἐγκοπὴν latine dicere significantius intermissionem possumus vel intercisionem. Hoc est, nihil ipsi in euangelij prędicatione, vel morę, vel dilationis afferamus.

An ignoratis quoniam qui sacra operantur, de sacrario edunt. Non satis superioribus cōten- deu. xviij
tus testimonijs, ex lege & alia congerit, arguens, quemadmodū sibi fas sit a discipulis vi- Leuitæ.
tę necessaria sumere. Et qm̄ quod de boue triturante iā dixit, in rē suā diuerterat, asserit lege mandari apertius vt victitent ex bonis sacrarij, ꝓ sacra pertractāt. Leuitę videlicet,

qui pro gradu sacerdotibus erant inferiores. Nec sane dixit: vt ex oblationibus ederẽt sed ex sacrario. Ne vel aliquid caperent, puderet accepti, perinde ac ab hominibus alerẽtur, vel qui impertientur his sua, insolescerent. D

Mos veterũ sacrorum exo. xxix deu. xviij

Qui altari insistunt, altaris fiunt participes. *Hoc est sacerdotes uel sacerdotum primores.* Cum autem insistunt inquit, assidua quædam prætenditur seruitus. Non enim qui sacra sapiũt, dixit, vt ostendat vel in his esse modum seruandum. Nec esse cumulandis pecunijs incumbendum. Nec a sacrificantibus dixit, aliquid sumunt, sed altaris fiunt participes. Oblata siquidem haudquaquam de cætero erant offerentium iuris, sed in sacrarij & altaris potestatem cedebant. Participes eo autem dixit, quia immolatorum animantiũ sanguis in altare perfundebant: adolebaturque adeps & igni consumebatur. Carnis vero portionem sacerdos sumebat, pectusculum scilicet, & armum dextrum. Erant itaque holocaustomata ipsa & sola altari & sacrario mancipata.

Mat. x Lucę. x In sacerdotes vel p̃dicatores mercaturam exercentes.

Sic & Christus præcipit euangelium prædicantibus, ut de euangelio uiuerent. Quod erat omniũ fortius postremum posuit. Quid multa inquit? Dominus ita iniunxit leges sanciens veteri testamento conformes. Et quemadmodum superius dixit de sacrario edendum, sic & hoc loco manducandum asserit, non ex discipulorum facultatibus, sed de euangelio, ne forte superbiant qui Apostolos sustentarent. Neque enim (inquit) tu his alimoniam subministras, sed propria quædam industria, hoc est, euangelij enũciatio Apostolos alit. Et sane viuerent dixit, non mercaturam exercere vel thesauros accumulare, prohdolor: vt factitant multi. E

Ego autem nullo horum sum usus. Videlicet neque pro allatis per me exemplis, nec pro veteris testamenti licentia, nec demum pro Christi permissu, re vlla vestra sum vsus, vt victum a vobis acciperem.

Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me. Ne quis forte occurrens sic inquiat, quid illud si in præsentia hac minus vteris potestate, vti tamen in futurum vis, & idcirco hæc iactitas, castigat mox quod antea protulerat. Haudquaquam propterea ad vos ista perscripsi, vt ita fiat in me, hoc est, vt aliquid a vobis accipiam.

Bonum est enim mihi potius mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Malim (inquit) media confici quam vt euacuet quis, hoc est, quam gloriam meam vacuam arguat. Et inanem gloriam vero, vt gaudij exprimat magnitudinem, dixit, quo proculdubio afficiebatur ingenti, quod gratis euangelium prędicaret. Sed dicet aliquis: hauddubie dolens id Paulus ac mœrens, animo iniquo ferebat, quod nihil acciperet. Vt itaque suspitionem hãc tollat, tantum inquit a mœrore abusum, vt glorię ducam.

Si enim euangelium prædico, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi si non euangelizauero. Dicet aliquis. Quid ais? Nihil prorsus tibi euangelium cedit ad gloriam, sed quia gratis prædicas, laudem vendicas. Erit ergo præstantior tua hæc in euangelio liberalitas? Absit inquit. Est quippe mihi iniuncta euangelij prædicatio, exequique & iussa obstringor. Quo fit vt haudquaquam laudi mihi sit ascribendum, si perfecero iunctum officium. Qui potius væ mihi, si minus id exequar. Vapulandũ enim mihi & multis esset, vt qui nihil pro dei præcepto iam peregisset. Gratis autem euangelium prædicare, voluntaria quædam est libertas, eorumque & gloriam promeretur. Illud vero necessitas mihi incumbit, vt non liberum demat arbitrium dixit, sed vt suam exprimat animi promptiudinem, qua dei iniunctum prædicandi euangelij munus exceperit. Nec minus vt formidine teneri se arguat, ne pœnas luat, si iussa dei non exequatur. F

Voluntaria libertas gloriã promeret

Si enim uolens hoc egero, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Si mihi, inquit, istiusmodi euangelij prædicatio demandata non esset, obiremque id numeris vltro, hauddubie mercedis plurimum vendicarem. Si vero illa mihi est nec postulanti commissa, perspicuum sane me haud sponte id agere, sed domini mandatũ cõplere. id enim inuitus designat. Quo circa nihil mihi illud est vel liberalitati vel glorię accensendum, creditam siquidem dispensationem administro. Attende autem quemadmodum non illud intulerit, videlicet si inuitus, mercedem non habeo, vt ostendat se prędicandi euangelij gratia habiturum mercedem: tametsi domini exequatur mandatum, alioqui absurdum foret, si apostoli omnes pro huiusmodi suscepto prędicationis munere nihil essent pręmij accepturi: tametsi haudquaquam tantundem futurum sit, vt is mereatur, qui mercede & præmio, quanto is condonatur, qui gratis euãgelium prędicauerit.

Paulus dispensator

A *Quae ergo est merces mea, ut Euangelium prædicans sine impensa ponam Euangelium Christi, ut non abutar potestate mea in euangelio.* Hæc, inquit, est vtique merces vberior & laude non indigna, vt non abutar potestate mea, hoc est, vt penitus vtar. Simplicem enim & non intensiorē vsum, abusum dixit, vbiq; Paulus potestatē, pro bonis præsentibus nūcupat, arguēs plane, & qui ad vitę necessitatē hęc bona accipiūt, nil delinquere. In Euāgelio aūt dixit, vt ostēdat eū qui Euāgelio insudauerit, nō qui otio torpeat, accipere aliqd debere.

Nam cum liber essem ex omnibus, me in seruum addixi, ut omnibus lucrifacerem. Non modo, inquit, cum potestatem haberem, nil accipiebam, quinetiam cū liber essem & nulli obnoxius, nec ductus necessitate, meipsum seruitute obstrinxi. Nō vni cuiquam aut alteri, sed terrarum orbi vniuerso. Nec tanquam adulator aliquis, vt morem aliis gererem, sed vt multis conducerem, quandoquidem vt cunctis prodessem minus liceret. Paulo multis nō cūctis pdesse licuit.

Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus ut Iudæos lucrarer. Quemadmodum cum Timotheū circuncidit. Neque enim Iudæus effectus sum, inquit, sed tāquam Iudæus, vt arguat dispensatione quadam fuisse per se id rei gestum, vt tunc circuncideret.

His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, ut eos qui legi essent subiecti lucrifacerem. Proselytos fuisse hos constat quos compararet, vel Iudęos nonnullos, qui etsi fidem susceperant, adhuc tamen a lege pendebant. Talem autem se cuique exhibebat Apostol⁹ dispensatione quadam & arte, vt alios in viam reduceret.

B *His qui sine lege erant, tanquam sine lege fui.* Sine lege eos fuisse dicit, qui cū ex gentibus essent, nullā haberent Moysis legē, qualis Cornelius fuit, vel forte Athenienses hos asserit, quorū infirmitati condescendisse est visus, cum apud eos ex altari, ignoto deo sacrato cōcionatus, de Christo non tanquā de deo, sed tanq̄ de homine copiose disseruit Quippe qui nondum vel audire tale quid potuissent, vel diuini mysterii profunditatem mente complecti, sed Christum existimarent fuisse in deum relatum, qualis apud eos Hercules habebatur, & Aesculapius, & cæteri qui ex hominibus dii sunt facti. Tanq̄ autē vbibique idcirco adiecit, vt intelligas eum non certo hæc animi iudicio, sed simulato & sancto animo egisse, vt eos pelliceret, vel ad veritatem euangelicam accenderet. Æsculapius. Apud Athenienses Paul⁹ cōcionat⁹

Cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Ne forte existimes Paulum cum apud eos qui lege carerent concionaretur vel mentem immutasse, vel animo fuisse a vera Christi religione alieno, sic infert. Cum sine lege dei non essem, hoc est, cum minime essem a lege diuina alienus, sed legē haberem, nec legem simpliciter, sed Christi legem, id est, veteri legi prǽfero Christi legem, cur illud? Vt qui sine lege sunt, lucrifaciam.

Factus sum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos, lucrifacerem. Vel quia a vobis, qui aio estis imbecillo & facile offendimini, nil prorsus vel depoposci in vitæ alimoniam vel accepi, vel quia tūc ipse infirmior sum infirmis effectus cū plane perspecta auditorū infirmitate & infantia quadam ad cœlestia, nil de filii & spiritus diuinitate dissererem.

Omnibus factus sum omnia, ut omnino saluos nonnullos facerem. Quid multa? Omnibus pro singulorum conditione & indulci & condescendi, tametsi minus confiderem cunctis
C me pariturum salutem, sed vt aliquos saluos redderem. Quod sane debet magis mirum videri. Quippe cū haudquaquam sit admirandum, si quis maioris vtilitatis & fructus gratia, laboris multum insumat. Sed illud debet hauddubie magnum existimari, cum parui commodi causa plurimum quis insudet. Omnino autem adiunxit, vt præceptores reliquos solaretur, qui & si omnibus nequeant docendo pro eorum cupiditate salutem afferre, nil prorsus debeant inerti otio contabescere, cum vel paucis sint profuturi.

Hoc autem facio propter euangelium, ut particeps eius fiam. Euangelii appellatione fideles exprimit, qui salutem sint per euangelium assecuti. Quemadmodum & superius dixit de euangelio viuere, id est, ex fidelium ope vitam ducere. Vt igitur, inquit cum fidelibus quam & palmæ & coronarū portionem sortiri, id ago. Neque enim mercedis spe vlla id ille agebat, sed vt Corinthiis persuaderet fratrum gratia & supernorum bonorum expectatione, vel ingrata quæque & iniucunda aggrederētur. Attende Apostoli humilitatem, qui cum inter cæteros fideles primatum teneret, horum se numero in bonis cœlestibus participandis adiecerit & socium fecerit, qui simplicem sunt fidem adepti. Fratribus condescēdendum.

Nescitis quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit brauium. Cum dixisset fratribus esse condēscēdendum, acrius illos coarguit seueritatis. Perinde ac si

Idolothyta.

inquiat, nequaquam existimetis etsi fidem Christi iam exceperitis, & ecclesię stadium ingressi iam sitis, satis id vobis ad salutem futurum. Quemadmodum neque cursoribus ipsis in stadio cucurrisse sat est, nisi ad brauium vsque pertenderint. Quod etiam per vos vt attingatur, erit totis viribus annitendũ, tametsi in discrimine haud paruo versemini ne illud vos comprehendatis, qui vt vestrę quadam perfectionis præsumpta opinione, neglectis fratribus & nil eorum habita ratione idolothytis ingurgitamini. D

Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone cõtendit, ab omnibus abstinet. Eo, inquit, vobis ineund⁹ est cursus, vt proposita pręmia consequamini, quod vtique sine charitatis præsidio, quam profecto nullam habetis, fieri non potest, præsertim cum perfectiores vosipsos existimetis, quod tamen est longe secus, quippe qui nondum brauium cõprehendistis. Vt autem arguat magnum in modum hos imminutos, vt quibus ex ventris ingluuie & fornicatio & ebrietas insit, sic infert. Qui in agone contendit, ab omnib⁹ abstinet. Neque enim est ab hoc tẽperandũ, ab illo minus, sed ab oĩbus dixit. Pernoscite ergo quam longo sitis a brauio interuallo, & modum perdiscite, id est, temperantiam ipsam, qua palmam emeriti coronemini.

Brauium victoria.

Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, uos autem incorruptam. Perinde ac si inquiat, Quam rei huiusmodi pudere nos debet, siquidem corruptibilis illi coronę gratia, omnibus in rebus cõtinentes se ꝓbeant, nõ itidẽ ipsi egerimus pro incorruptibili cõsequẽda.

Ego quidem sic curro, non quasi in incertum. Hoc est, nil temere ago vti vos consuescitis, qui vt idolothytis vescamini, alios perditis. Quod sane per vos cum inconsideratius fiat, in incertum hauddubie & frustra decurritis. Atqui Paulus optimi in morem magistri, sese in exemplum producit. E

Paulus se in exemplum adducit.

Sic pugno, non quasi aerem uerberans. Habeo enim dæmonem ipsum, & carnem reluctãtem quam plagis affligam. Vos tamen hanc haudquaquam vrgetis, nec verberibus vllis afficitis, quin vestræ potius mentis perfectioni confisi, fratres offenditis.

Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Arguit hoc loco Corinthios gulæ fuisse & ventri additos, fouisseque item id vitiũ sub quodam perfectionis prętextu, quia perfectioris se fidei crederent. Ipse vero inquit, laborem subeo omnem, vt continentius viuam. Castigo enim corpus meum, hoc est, aduersus carnem depugno. ὑπώπια gręce (vnde verbum ὑπωπιάζειν, quod castigo interpretatum est) liuores dicimus quosdam qui sub oculis infliguntur, cum pugnis res agitur, & decertatur. Qua ex re ingens illud patet facit certamen, quod naturę infertur. Corpus enim hoc nostrum uiolenta quadam tyrãnide animę aduersatur, impugnatque, vt hostis acerrimus. Cum enim castigo inquit, & plagis se illud arguit affecisse. Mox insuper & in seruitutem redigo intulit, vt intelligas haud aliter illud quam in serui morem esse habendum, lasciuientis & contumacis, frenandumque idipsum, vt a domino, non vt ab hoste, & subiugandum.

Corpus aduersus animam tyrannus

Ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vel hisce ex verbis abstinentiores hos reddit, perinde ac si inquiat. Si mea hęc haudquaquam est ad salutẽ satis vel doctrina vel prædicatio, nisi & insontem me quibusuis præbeam, & prauis liberum facinoribus, quo pacto ipsi per solam fidem assequi salutem poteritis, qui tot sitis pctĩs deuicti. F

CAPVT DECIMVM.

Nolo autem uos ignorare, fratres, quemadmodum patres uestri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt. Enumerat quantis a deo fuerint Iudęi dignati muneribus, ostenditque vti ex his plerique, etsi tam multis affecti beneficijs, nil tamen fuerint deo gratificati. Hæc autem inquit, vtplane demonstret quemadmodum vt Iudæis, et si donis sint affecti præcipuis, nil tamen sit visa ea res profuisse, vtpote qui nullum ex se benemerenti deo munus rependerent, sic vobis, Corinthij, fides ipsa, aut collata in vos spiritalium mysteriorum beneficia, nil hauddubie sunt profutura, nisi vos ipsi diuina gratia dignos exhibeatis. Fuisse autem sub nube omnes hos inquit, sicuti & propheta testatur. extendit nubem in protectionem eorum, & mare omnes transierunt.

Baptismi figura.

Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Sũt enim hi Moysi, & nobis vmbraculo, & maris traiectu, effecti participes. Nã cũ priorẽ Moysen transeũtem spectassent, fluctibus se cõmiserunt, cuiusmodi rei iam olim gestę figura & in nobis met contigit. Nam Christo prius mortem obeunte, & paulopost resurgente, eius mortem tum plane præ-

A serimus, cum baptismi aquis emergimur, tunc demum resurrectionē significamus cū ex aquis educimur. Baptizati itaque in Mose sunt, quia illo videlicet, ad figuram baptismatis & duce sunt usi & præuio, præcedebat vel ex eo tempore baptismi figura huiusmodi in nube, & in maris transgressu. Baptizati in Mose.

Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Vt em nos baptismi aqua pfusi, corpus dñicum mãducamus, sic & mãna illi, mare traiecto in esum sunt usi. Et quemadmodũ ipsi dñi sanguinem bibimus, sic illi erũpentem e percusso lapide aquam biberunt. Hæc quidē Paulus spiritali quodã differit sensu. Nã & si hæc sensibilia erãt, haud tñ naturæ cõsentanea, sed spiritus gratia gerebãtur, quæ gratia cum corpore vna & animas aleret, & ad fidem & credulitatem induceret. Deu. xiij. Num. xx

Bibebant autem de spiritali consequenti petra, petra autem erat Christus. De esca quidem cũ meminisset, nulla præterea indiguit assertione, quę per se satis pateret, nec quicquam esset a sui natura immutata. In potu vero, quia eius duntaxat subministrandi modus immutaretur assertionibus vtitur dicens. Nequaquam lapides ipsius naturam potũ hunc præstitisse, qui si alias scaturisse conceditur: spiritalis tamen alius lapis id omne operabatur, id est Christus. Consequenti autem eo dixit, vt ostenderet Christum eundem hunc illis vbique affuisse, & miracula huiusmodi factitasse omnia. xp̃s lapis spiritalis. nu. xxvi.

Veruntamen non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Prostrati enim sunt in deserto. Et si amoris indicia pleraque erga Iudæos ostenderit deus, nihil est tamen horum maiorem in partem operibus oblectatus. Non enim omnes sunt reprobati, sed plurimi Cũ
B autem in pluribus, inquit, idcirco nihil innumeram multitudinem profuisse Iudæis, quia nullum ipsi erga beneficium deum, amorem prętulerint. Cum vero prostrati sunt dicit, repentinam Iudæorum perditionem & stragem & diuinitus in hos illata supplicia patefacit.

Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus ipsi concupitores malorum, quemadmodum & illi concupierunt. Haud secus Iudæorum tormēta præferunt futurorum figuras, ac in eos collata beneficia prætulere. Arguit autem hoc loco Corinthios, non modo cruciatum iri, sed acerbioribus esse quam Iudęos pœnis afficiendo. Quandoquidem horum facta nostri figuram expresserint, nos vero rem ipsam veram, certioremque præferamus. Vtque donorum magnitudine alios ipsi excedimus, sic pœnis maioribus afficiemur, si deum delinquendo offendimus. Cum autem malorum, inquit, concupitores, omne malignitatis genus expressit, siquidem ab ipsa concupiscentia vitium quoduis emanat. Deinceps per species vitia ipsa edisserit, quia illi concupierunt alia, nimirum carnē, deos priuatos. Sicuti in sequentibus Paulus patefecit horum idololatriam.

Neque idolis seruientes efficiamini, quemadmodum nonnulli eorum. Sicut scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere. Primum hos carpit, qui idolothytis vescerentur, ostenditque quemadmodum illi gulæ vitio sint in idololatriã hanc ipsam prolapsi. Choreis nanque circa vitulũ constituistis, & in propatulo tripudiantes ludebant. Sic (inquit) & ipsi in discrimine estis præ vestra ingluuie, & immolationum esu huiusmodi,
C ne in idolorum cultum labamini, Vbinam ergo vestra illa quam iactatis perfectio, quæ ad idololatriam ducit. Exodi. xxxij.

Neque fornicemur, sicut nonnulli eorum fornicati sunt, & ceciderunt in una die uiginti tria milia. Rursum fornicationis hic meminit, & continenti castigatione dicta sua obfirmat, cuiusmodi forticationis delictum, ortum ab ipsa ingluuie ducit? Quæret aliquis. Quoniam tempore tria hæc & viginti milia occubuerunt? Nempe cum ex Madian, mulieres Balaan consilio & instinctu in aciem prodijssent. Iudæorum iuniores ad se traxerunt, eosque per concubitum & fornicationem vt Beelphegor immorent, prouocauerunt: ceciditque populus in acie. nu. xxv. Historia Madian Ibidem.

Neque tentemus deum, quemadmodum quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus interierunt. Indicat sane hoc loco Corinthios signa efflagitando, deum tentasse.

Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Id est ob exitiali quadam dei potentia. Ostendit præterea eos nihil viriliter tulisse aduersum sed murmurando dictitasse. Quando aduenient bona, & mala cessabunt.

Hæc autem sub figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad commonefactionem uestram, in quos fines seculorum deuenerunt. Cum, ĩquit, hæc scripta esse vt in instãtis periculi admoneremur, Corinthios perterrefacit. Sunt enim nobis eo horribiliora quædam sup

plicia expectanda,quo maioribus sumus donati beneficijs.Quinetiam & finem eis immi nere ostendit. Neque momentanea asserit futura esse tormenta, sed sempiterna quædā, quæ post mundi consummationem nos exceptura sint. Iam enim dei iudiciū, illud pro foribus adest,cum mundi huius secula nacta sunt finem.

Iudicium dei,p foribus adest.

Itaque qui se stare existimat,videat ne cadat. Rursum eos qui ob suam scientiā supbirēt,cō spicuos facit, inquiens. Et si stabilem te pmanere arbitraris,cauendum tñ ne prolabaris. Quinetiā hæc tua stabilitas nihil habet in se firmitatis. Siquidē & si tibi consistere videris,nō tñ certo es gradu stabilitus. Vel si stabilis fueris,facilis est ex despatione casus.

Humana tentatio quō accipiatur a Paulo.

Tentatio uos non apprehendat,nisi humana. Fidelis autem deus, qui non permittit uos tentari supra id quod potestis,sed faciet cum tentatione prouentum, ut ferre poßitis. Quoniam his timorē iniecerat,cum diceret. Qui se stare existimat,videat ne prolabatur. Erant enim molestijs & tentationibus plerisque affecti. Ne forte dixerint. Quid nos territas? qui & si tentationes quammultas tolerauimus,nequaquam tamen collapsi sumus. Respondet,quoniam nulla vos corripuit tentatio,nisi humana, id est exigua quædam & mediocris. Humanum enim vbique Paulus tenue quippiam & exile appellat. Mox etiam hos consolatur suadens,vt oculos ad deum intendant vt qui veridicus sit,& nihil mētiatur,quippequi sit ea pollicitus. Venite qui laboratis,& ego reficiam vos. Nequaquam ille vos sinet vltra vires tentari,sed īuadentem vos tentationem efficiet æqua proportione vestris viribus respondere. Quin potius omnis tentatio nostras superat vires,nisi opē tulerit deus, feceritque cum tentatione prouentum, hoc est declinare tentationem nos faciat, & liberos reddat celerius, scilicet præbeat tentationis effugium simul ac tentari cœperimus, ita vt ob repentinam liberationem omnem huiusmodi possimus tolerare modestiam. Vel facturus est,inquit,prouentum vt ferre queamus aduersa, id est leuior nobis videatur tentatio,& toleratu facilior.

Matth.xi

Propterea fratres declinate idololatriam. Postquam eos satis coarguit, solatur tandem cum fratres appellat. Nec vltra eos, q̄ fratribus obessent ab idolothytis arcet, sed quia rem ipsam improbet,& detractet idolis dictitans id esse immolando inseruire, celeremque ab eiusmodi esu secessum exposcens,delinate,inquit.

Vt prudentibus loquor, uosipsi iudicate,quòd prædico. Cum crimen in hos grauius coniecisset,idolorum cultum appellans,quæ hi factitarent,lenit breue id dictum & mitigat, sontesque hosipsos & noxios constituit iudices, quod sane proprijs verbis, vt certis & veris fidenter affirmat: perinde ac si inquiat. Nil aliorum ope indigeo,qui ea de re sententiam ferant,quin potius velim vosipsi vt sapientes iudicetis

Sacramētū eucharistiæ.

Calix benedictionis cui benedicimus,nonne communicatio sanguinis Christi est? Hoc est gratiarum actionis. In manibus nāque illum habentes,gratias ei hauddubie agimus qui nostri gratia sanguinem suum effuderit,pignatusque nos sit bonis ineffabilibus. Non ēm participatio dixit,sed communicatio, vt plus aliquid exprimat, summam scilicet coniunctionem. Quod autē dixit,tale est. Sanguis ēm iste qui calice continetur,ille est, qui Christi e latere profluxit. Hunc ipsi cum sumimus, participamus, hoc est Christo coniungimur. Nonne igitur vos pudet Corinthij,cum ad idolorum calicem,ab hoc Christi decurritis poculo,qui vos ab idolis liberauit.

Ioan.xix.

Panem quem frangimus: nonne communicatio corporis Christi est? Quod in patibulo minus sustulit dominus,quippe cuius neque os fuerit contritum,hoc nostri ob gratiam confractꝰ patiť. Quē frāgimus,inquit,Cōicatio aūt corporis Christi est,eo intulit,quia q̄admodum corpus illud Christo vnitum est,sic & nos illi per panem hunc copulamur.

Quoniam unius panis,unum corpus multi sumus. Cum communicatio corporis est,retulisset: compertum nobis sit,aliud esse quod communicat,aliud quod communicatur. Et aliud nunc quod præstantius est,sic inquiens,patefacit, idē nos sumus quoq; Christi corpus. Quod enim est panis & Christi corpus. Quot autem huius participes redduntur,nimirum Christi corpus. Non ergo multa sunt nostra corpora, sed vnum. Nam quemadmodum panis vnius e pluribus granis conficitur, sic & nos plures cum simus, vnum efficimur Christi corpus.

Omnes quidem de uno pane participamus. Cum itaq; vnū simus,quo pacto inter nos charitate seruata,nō in vnū inuicē cohæremus? pręsertim cū Paulus dicat eo nobis dn̄s corpus,ppriū impertitur,vt sibi nos copulet,& nexu quodā mutuo reddat propinquiores. At vbi prior illa carnis natura prauis est facinoribus corrupta,& vitę cælestis effecta est expers,suā deus cōtulit nobis nostræ assimilem: q̄ & peccato careret,& vitā largiretur.

A Vt eius effecti participes, & sibi admisceremur, & vitam duceremus innoxiam, vtpote qui vnum essemus cum Christo corpus adepti.

Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris. A crassioribus, inquit, exemplis erudimini. Intelligentes quod per vos geritur, idolorum præfert commercium. Secundum carnem Israel dixit, vt arguat secundum spiritū & ipsos constare. Aduerte autē, quēadmodum id fiat. De iudæis nāq; nil intulit natura, q̄ de eo participarent, sed altaris sunt participes dixit. In quo quod immolandum fuisset, impositū igni consumebatur. De Christi autem corpore haudquaquam res ita se habet, sed Christi corporis fuit participatio. Non enim altaris sumus, sed dominici corporis ipsi participes.

Quid ergo? dico quod idolis immolandum sit aliquid? aut quod idolum si aliquid? Veritus ne videretur ægre tulisse, perinde ac si aliqua inesset idolis virtus, sic infert. Non eo vos ab idolis abigo, quasi illa aut obesse queant, aut prodesse quippe quę nihil sunt prorsus: sed quoniam nullum deo offerretur sacrificium: vnde sic addit.

Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo. Haud itaque ad domini nostri inimicos tanto vos studio conferatis. Nam si regia mensa omissa, ad sontium & damnatorum cœnam procurreres longe hauddubie aberrares. Neque eo quod nocumentum illa, aut vtilitatem sit allatura, sed quia ad iniuriam regiæ mensæ id cedere videretur. Mēsę mysticæ ptícipes deo sodales sunt.

Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Si enim qui mysticę mensæ participant, cum deo

B ineunt sodalitatem, necesse est, vt qui dæmonicæ participes fuerint, cum dæmonibus ipsis iungant consortia.

Quia non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Quoniam id, nolo vos dæmoniorum socios fieri, sub obtentu intulit castigandi. Ne forte huiusmodi castigatio, si ex certa animi sententia videatur prolata contemptui sit, illud adiecit, inquiens: non potestis calicem domini bibere.

Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Ex solis hisce nominibus, ab idolothytis asserit abstinendum.

An æmulamur dominum? nunquid fortiores illo sumus? Vt pudorem Corinthíjs iniįciat apposuit Paulus. An deum tētamus, inquit, & irritamus? Cum vos cruciandi vim habeat, qui ad eius aduersarios desciuistis. Moxque in absurdum sermonem prolabitur, inquiens: num illo erimus fortiores? Meminit præterea & Mosaici dicti, in eo videlicet me irritauerunt, qui deus non esset, ad iram me prouocauerunt in idolis eorum.

Oīa mihi licent, sed nō omnia expediunt. Ne quis forte id dixerit: cū cibū hunc & idolothyta pura conscientia sumpserim, sumendi equidem habeo potestatem? Etiam inquit, eo ēm tibi oīa licēt, quia liber sis a deo creatus, nil tamen confert huiusmodi esus: quādoq̄dē progrediendo idolis erit propter assiduam illorum mensæ participationem obnoxius. Deuter. xxxij.

Oīa mihi licent, sed non oīa ædificant. Nec tibi, inquit, prodesse id potest (vt antea dixi) nec fratri tuo conducere. Siquidem nil prorsus ædificat, sed potius demolitur, & fratris fidem subuertit. Itaque si neque tibi, neque illi contulerit, cur idolothytis vescaris.

Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius. Nequaquam illud velim scruteris, vtrum

C pura conscientia manduces, sed vtrum fratrem ædifices, quod per te agitur. Vbiq; Paulus vnum illud pręcipue commonefacit, vt proximi sit quęrenda vtilitas.

Omne quod in macello uenit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiā. Cum multis argumentis confirmasset Apostolus ab idolorum esse immolationibus abstinendum, ne forte sint cęteris in rebus adeo pręter modum hi curiosi, vt quę vel in foro venalia exponuntur, obsonia spernetur, veriti, ne vel illa idolothyta sint sic inquit. Omne quod venit, manducate: nihil venditores interrogantes, vtrum idolothytum sit nec ne, quod venditur: perinde ac si perculsam suspitione conscientiam, purgare nitamini. Potest & hoc modo intelligi: noli interrogare, ne conscientiam lędas. Forsitan enim rogando certior fieres, idolothytum esse quod venit, vnde posset conscientia tua offendi. Proximi quęrenda vtilitas. Venale quicquid est mādu candum.

Domini enim est terra & plenitudo eius. Quid ni? non enim dęmonum illa est. Terra itaq; poma, arbores, & animantia ipsa, & vniuersa deniq; sub dei sunt potestate. Nil ergo natura ipsa immundum fiet, sed pro singulorum sensu mente contaminabitur, habebiturque pro inquinato, quodcunque quis dixerit respuendum. ps. xxxiij.

Si quis autem uos uocat infidelium ad cœnam, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Recte, vultis, appositum est: nam neque adhortandos eos, ituri ne sint ad cœnam ab infidelibus acciti, nec dehortandos existimat. Nil autem percontemini, ne ob curiosam admodum inuestigationem vereri idola videamini. natura nil immūdum.

Epist. G

Vestram prçterea hanc conscientiam velim, & puram seruetis & inoffensam.

Conscientiam non offendamus. *Si quis autem dixerit. Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conscientiam.* Haud equidem quod officere possit, cibatum huiusmodi immolationum nunc interdixerim, sed eius gratia qui rogatus a te profitebitur, vtrũ idolothytum sit, nec ne, quod petieris, ne forte ille animi iactura affectus, existimet Christianos nihil idola exhorrere. Quod autem ab idolothytis, non tanq̃ ab ĩmundis, & a dño nostro alienis cauendum esse commonefaciam: ex eo quod dixeram liquet. Domini est terra & plenitudo eius, id est, omnia quæ illa complent, inhçrentque. Vel aliter. Abstinete, inquit, ab eiusmodi cibo. Siquidem domini est terrarum orbis. Licet itaque vobis abunde ventrem explere. Vobis enim patent omnia, & nihil est interclusum.

Ps. xxxij. *Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.* Hoc est, gentilis cuiuspiam hominis: nam forsitan, vt dixi, vel hic offendetur, vel te vt ganeonem, lurconẽq; iudicabit, & gulę deditum: vel idola suspicabitur æque sibi ac tibi grata esse & accepta.

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia. Libertatem appellat, quod attentione, studio, & impedimento vacat. Ait nanque, libere ipse & incaute cibum desumo: gentilis vero, me inquiens condemnabit, commentitia sunt Christianorum facta: quippe qui & si abominari se idola fateantur, vescũtur tamen libentius quæ idolis ĩmolãtur. Libertas quid Paulo.

Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Equidem, inquit, dei ob gratiam rerum ab eo conditarum particeps sum effectus, qui me anima firmiori creauit, & stabili, vt nihil vltra quam decet aduertam. Gentilis tamen maledictis me insectabitur, asserens simulata me potius mente ab idolis declinare, quam certo iudicio, & gulę vitio manducare quæ ijs immolentur. Illud autem, pro eo quod gratias ago, eiusmodi est. Ipse videlicet deo grates retulerim, quod me præstantem adeo & sublimem effinxerit, tantumque Iudaicæ humilitati pręcellentem, vt nulla ex parte mihi noceri possit, alioqui (vt dixi) gentilis homo offenditur, & mala mihi insuper imprecatur?

Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Cuncta, inquit, per vos in laudem dei peragantur. Præsentia siquidem vestra hæc facta, deo ad ignominiam, vel ad execrationem potius cedunt. Cibum itaque quis vel potum, tum dei in gloriam sumit, cum vel nullius offenderit animum, vel id haudquaquam ventris & voluptatis gratia egerit, sed corporis in exercitatione virtutis seruandi. Demum cuncta quispiam ad dei gloriam operatur, cum omni sublato maleficio, nec alium quemuis, nec se ipse pertulerit, id est, cum neque ad hominum aucupandam gratiam, neque prauo aliquo animi affectu id agat.

Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei. Hoc est, nulli aliquam criminandi vos causam exhibete. Quod plane fiet, si neque Iudæum, neque Grçcum neque fratres ipsos offendimus: ex his nanque dei constat ecclesia. Attende autem quemadmodum postremos posuerit, qui reliquos anteirent. Enimuero trahendi sunt potius ad fidem mali quã insectandi sunt fratres. Ex eo autem immolationũ esu, offendi cçteros patefacit.

CAPVT VNDECIMVM.

Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quoniam ingens sane in eos coniecerat facinus, quippe quos & Græcorũ iacturæ, & Iudæorum obnoxios fecerint, seipsum in medium confert, vt arguat plane quod illis iniũxerat factu esse perfacile. Quemadmodum vero quod si in cõmodum cederet, nil postularit, multis ex rebus perspicuum est quas superius explicauit. Vt illud, & factus sum omnibus omnia, vt omnes lucrifacerẽ. Et ex his p̃cipue quę precaretur, vt anathema esset pro fratribus. Mei ergo imitatores efficiamini, quemadmodum & ego ipse Christi. Nec tamen superbe id dictum existimes, sed ad se imitandum nos magis hortari. Nam si ipse, inquit, sum Christum sectatus, qui vt vobis vitam largiretur, suam neglexit: longe magis a vobis sum imitandus. Et siquidem non adeo vos ipse prçstiterim: quantum ille, qui me bonitate quadam incomparabili, tum cçteros antecedit. Supra. vi. Rom. ix.

Laudo autem uos fratres quod per omnia mei memores estis. Postquam de idolothytis sermonem absoluit, qui certe de rebus grauibus habitus est: leuius quoddam in prçsentiarum delictum castigat & corrigit. Solet enim grauioribus minora intermiscere facinora. Quę illa erant? si quçras. Nimirum quod detecta & reuelata facie mulieres orabant, & prçdicabant futura. Quippe quę tunc temporis vaticinarentur. Viri autem comam suppli-

A cando & vaticinando promitterent, vt qui philosophię studerent. Quod sane gręce erat legis vel institutio, vel eius gentis mos patrius & prisca consuetudo. Hos itaque & si prędicando antea castigasset, pręsentibus sibi paruerunt nonnulli, multi etiam in pertinacia perstiterunt. Eos itaque quos sibi morigeros habuisset, hunc in modum alloquitur. Laudo equidem vos quoniam mei in cunctis memoriam habuistis. Tametsi vnum erat, cuius eos insimulasset, sed ne capillum promitterent, ne ve protenderent comam. Vos tamen, inquit, per omnia mei memores estis. Solet Paulus mitioribus verbis lenire, quos a vitijs sperat ad bonum traducere.

philoso. barbā promittebāt .i. crescere sinebaut.

Et sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Liquet ex his cum Paulum, tum apostolos reliquos haudquaquam omnia literis mandasse præcepta, quę populis tradidissent.

Paul⁹ nō omia mādata sua literis mādauit.

Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput est Christus. Videtur ex insequenti oratione sermonem ad eos intendere, quos laudasset, tanquam traditionū suarum detētores, veruntamen ptinaces alios & inobedientes castigat. Oīs autē viri .i. fidelis, Christus est caput. Sumus nanque fideles ipsi Christi corpus, nō gentiles, quorum haudquaq̄ caput est Christus.

Oīs viri christ⁹ caput est.

Caput autem mulieris, uir: caput uero Christi, deus. Eo vir caput est mulieris, quia in eam imperium habeat. Christi autem caput est deus, quia Christi causa sit, vt pater filij. Nobis vero Christus est caput, quia conditor nostri est, & quia suo ex corpore ipsi constemus. Pater autem deus Christi est caput, vtpote qui eum genuerit. Si vero secundum hu-
B manitatem deum Christi caput dictum esse a cæteris dixeris, quemadmodum Christus ipse nostrum esse dictus est caput, nihil est hoc impium dictu. Siquidē & deus Christi pater esse secundum humanitatem asseritur. Nam postquam nostri similitudinem dignatus est capere, & frater nobis redditus est, & caput effectus, nil mirum, si humilitatis in se nomē accepit. Et quem habet secundum diuinitatem genitorem, & caput habeat suæ humilitatis: tanquam supp sius dominum quidem & deum.

Vir cur caput mulieris.

Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Haudquaquam Paulus assidue prohibet virum velare caput, sed nisi orandum sit illi, vel vaticinandum. Neque caput velatus dixit, sed capite velato .i. in capite habens: vt tollat non solum veste caput velandi consuetudinem, sed capillo & coma. Quinetiam qui comatus est, aliquid in capite gesta comam videlicet. verum quo pacto eius caput deturpat? Nempe cum princeps natus sit vir, & potens alterius se ditioni addicat. Caput nanque obtegere, capiti est iugum imponere. Capitis enim velamen illud, seruitutis est signum, non potestatis, vel aliter. Deturpat aliquis caput .i. Christum, qui suum est caput, & dehonestat, cum se imminuit & peccatorum seruitute obstringit. Merito queri posset, cur crimini illud ascribat apostolus. Signa data sunt viro & mulieri alteri quidem dominatus, alteri seruitutis, & alia eiusmodi pleraque. Illud vero, virum nullo velamini operiri, cum mulier capite sit operto, quo pacto in crimen etiam non sit adscribendum quandoquidem naturę termini exceduntur? vt vir sit capillo promisso: & coma protensa. Fœmina vero capite reuelato apertoque.

Oīs autē mulier orans aut prophetās nō uelato capite, deturpat caput suū. unū enim est ac si decaluetur.
C Erant (vt diximus) fœminę, q̄ prophetandi donum haberent, quales Philippi filię extitere, & alię pleræque. verum quo pacto caput deturpat? Quoniam velut profugum eius caput & fugitiuum esse coarguit, quod credita sibi a deo potestate desciuerit. Scio autem quemadmodum virum (vt diximus) inter orādum prophetandūque prohibet, ne veletur: fœminam vero nō solum orationis & vaticinij tempore, sed opertam semper esse deposcit. Id nanque efflagitat, cum inquit: verum enim est, ac si decaluetur. Nam vt decaluatio dedecet mulierem, sic capitis detectio hanc dehonestat. Quo fit, vt si capitis operimentum sustulerit mulier, & similis ei appareat, quæ comam detraxerit.

Act. xxi

Caluitiū dedecet fœminā.

Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, uelet caput suū. Instat præterea vt arguat capitis retectionem tonsuræ esse persimilem, pari turpitudine dehonestari. Per hæc insuper & vt dixeram ante demonstrat, semper videlicet fœminę indecorum esse si caput detexerit.

Indecorū fœminę si caput detexerit orans.

Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniam imago & gloria dei est. Rei huiusce causam priorem produxit, cum diceret, Christum habeto pro capite, neque illum esse volo velamine operiendum. Nunc vero secundum inducit quod vir scilicet dei sit gloria .i. sub deo constitutus, & dei imago. Oportet itaque imperatoris maximi principem in imperatoris conspectu, cum magistratus insignibus apparere, id est, capite libero & expedito. Id enim indicio est rei nullius humanæ ditioni subesse hunc virum, sed perinde ac si dei

imaginem, cunctis imperitare.

Mulier autem gloria uiri. Id est, sub viri est potestate. Necesse itaque est, hanc ipsam cum D seruitutis insignibus comparere, quæ in capitis velamento consistunt.

Gene. ij. vir cur p̄stet fœminæ. Ibidem.

Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier, propter uirum. Causas refert, quibus vir mulieri pręcellat. Viri quippe ex latere deducta est mulier: nec fœminæ gratia vir, sed viri ob gratiam fœmina constat. Faciamus enim, inquit, adiutorium sibi. Quo ergo pacto velabitur vir, qui tanto sit a deo honore affectus. Arripit enim mulieris figuram, nec secus facit, quam si diademate regio insigni accepto, eodem deinceps capite suo detecto: seruilem habitum sumat.

Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum, propter angelos. Debet, inquit, superioribus de causis mulier supra caput velamen gestare .i. seruitutis insigne, & si alia nulla ratione: angelorum tamen pudore ducta, ne in illorum conspectu impudens appareat. Nã vt huiusmodi capitis velamentum, & oculos demittere & affici verecundia facit, & seruilem speciem seruare cogit, sic & capitis retectio impudentiam arguit, quæ fidelibus ipsis, comitantibus angelis, abominationi est.

Veruntamen nec uir sine muliere, neque mulier sine uiro in domino. Hęc ideo infert, quia multum viro contulit excellentiæ cum mulierem asserit cum eo, ac per eum constare, & illi subesse. Ne itaque viros, vltra quam decet, extollat, nec fœminas humiles prorsus efficiat & abiectas, sane inquit. In prima illa rerum creatione sic actum est, vt fœmina constaret ex viro. Nunc vero nec vir oritur sine fœmina, nisi in domino, hoc est, deo, id per E mittente & semen viuificante, & vuluam corroborante.

Gene. ij.

mulier ex viro.

Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mulierem. Mulier, inquit, ex viro. Viro adhuc integrum illud seruatur, fœminam .s. ex eo constare. Vir vero per mulierem, quæ virilis videlicet sit ortus ministra. Vis enim maior est seminis. Vir itaque haudquaquam proprie ex muliere dicetur, sed parte nasci per mulierem: vtpote qui vir ortum subministrauerit. De domino tamen Apostolus haud ita disseruit, sed factus inquit ex muliere. Veritus, ne si per mulierem dixisset, occasionem præberet hæreticis dictitandi tanquam per carnale aliquod, virginis vterum Christum transisse. Vel quia nullo viri congressu, sed fructus duntaxat alui virginalis hic fuerit.

Gene. ij.

Omnia autem ex deo. Non viri id officium est, sed dei. Si itaque cuncta dei potentia fiunt, qui de viris & fœminis statuit, nihi his contradixeris, sed te morigerum exhibe.

Vosipsi iudicate. Rursus eos constituit iudices, ad voluntatẽ abunde cũcta confirmaturus.

Decet mulierem non uelatam orare deum? Hoc loco quod horrendum est admodũ infert, deo videlicet iniuriam fieri, si mulier oret capite retecto.

Ignominia est viro si comam nutriat. Problema.

Nec ipsa natura docet uos, quod uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. Mulier uero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Cur vero coma prolixior ignominiæ datur? Quoniam mulieris spem induit, & qui vt dominetur, est conditus, insignia seruitutis admiserit. Mulieri autem glorię cedit densior ille capillus, quoniam proprium seruat & hæc institutum. Est enim honorabilis cuique suæ cõditionis obseruatio. Quæret aliquis. Quid ergo necessarium est linteum capiti, velandi gratia super inducere, F si pro velamine coma tributa est? Nimirum vt non solum per fidem, sed voluntate etiã suam profiteatur mulier seruitutem.

Si quis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei Contentiosus, inquit, videtur istiusmodi dictis reniti, quod vtique nec bonæ mentis, nec sapientiæ indicium est. Cum enim Corinthij fucare hæc forte argumentis nonnullis vellẽt, enitebantur syllogismis, & captiunculis indifferens id rei arguere. Inquit itaque Paulus, consuetudinem ipsi eiusmodi nullam habemus, vel contendendi uel uirilem enutriendi comam, dum mulier careat velamento. Neque ipsa dei ecclesia, id est cæteri fideles ipsi. Quo, vt non modo nobis obsistere videamini, sed ecclesiæ ipsi. Ad verecundiam prætere a auditores hæc dicta compellunt, nec quid pręter apostolum consuetudinem factitẽt.

Vetus ecclesiæ mos omnia cõicãdi.

Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Erat vetus quidem ecclesiæ mos, vt vel viri primates, vel magistratibus functi. Christi fide excepta, & in medium facultates conferrent, & cum inferioribus cæteris vna vescerentur. Vnde pręquadam priscę rei imitatione, & si haud quaquam pari consuetudine Corinthij ipsi statutis nonnullis diebus, & festis simul sacris mysterijs epulabantur epulantioribus ad conuiuium, & quibus arctiores familiaris suppeteret, ortis postmodum dissensionibus, ritus, ille mirabilis, qui mutua charitate & christiana philosophia non modica cõstaret,

A sublatus est, nec vltra a Corinthijs seruabatur. Vt itaque hos corrigat, hæc Paulus scribit. Et quoniam in castigando priori crimine plerosque habuerat sibi morigeros, laudo inquit vos. Hic autem cum sese res aliter habeat: sic infert. Hoc autem pr ęcipio non laudans. Hoc est, nequaquam vos laudo. Siquidem cum vos tantopere de intermisso officio & pristina conuescendi consuetudine commonefacerim, oportuisse sane vt recognito & castigato delicto optima consuetudo reuocaretur, & ad meliora fieret prouectio, & digniores illi conuentus renouarentur. Vos vero contra diuturnam illam & pristinam imminuistis consuetudinem, & in deterius conuenitis, hoc est, non conueniendi gratia, sed concertandi.

Christiani primũ vna cibũ capiebũt.

Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos. Haud quaquam confestim de mensa, & conuiuijs sermonem aggreditur, sed primum illis obiectione dissidiorum perculsis, affirmat demum eos seorsum quemque cibum desumere, quoniam inter se maxime dissiderent.

Et ex parte credo. Ne illud Corinthijs obiectarent, quod mentiti sunt delatores, neq; se credere id prorsus dixit, ne illorum augeat ignominiam. Neque fidem penitus demere: ne increpasse hos temere videatur: sed ex parte inquit, credo hoc est, paululum. Quin etiam par est non omnes, sed horum aliquam partem cœptam cõsuetudinem prętermisisse.

Oportet quõ.

Nam oportet hæreses esse. Nõ enim dogmatum vel sectarum hæreses dicit hoc loco, sed

Matth. xviij. Lucæ. xvij.

B de istiusmodi mensarum dissensionibus disserit. Oportet autem illud, hanc habet significantiam. Aequum .s. est vel necessarium potius, minus posse cum homines simus recte omnia facere. Credo vero idcirco, inquit, vt quemadmodum & dominus dixit. Necesse est vt eueniant scandala, videlicet cum improbi hoc in mundo versentur, & boni malis admixti sint, necesse est vt scandala sæpe contingant.

Vt particu. quõ.

Vt & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Vt hoc loco non eo positum est, perinde ac si causam reddat, sed vt rei finem designet. Quemadmodum id multis ex locis perspicuum est. Nam ex superborum hominum insolentia huiusmodi conuiuia dedignantium probi & iusti innotescunt, hoc est. pauperes qui æquo animo tolerant sui contemptum: cum prius non esset eorum cognita tolerantia. Vel probos dicit, qui concœnandi seruarent consuetudinem: non enim omnes hanc soluerant. Qui igitur hunc ritum soluissent, & si improbi viderentur, eundem tamen quia tutati in posterum sint vt probi & frugi arguuntur.

Cœna dominica cõuictus.

Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non est dominicam cœnam manducare. Conuentus congregationem pręfert & charitatem. Cœnam autem dominicam conuictum appellat, ad venerandæ illius dominicæ cœnæ imitationem, quam Christus cum discipulis egit, ob id que & prandium cœnam dicit, perinde ac si inquiat. Aduertite quali fueritis re priuati, dominicæ scilicet mensę imitatione.

Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Dominicam hanc cœnam, effecistis priuatam. Siquidem quamdiu fuerat communis, & domini esse dicebatur. Sunt nanque & seruis dominorum bona communia. Et quoniam vestrum singuli pręueniendo

C propriam cęnam edunt, ita vt pauperes haudquaquam opperiantur, sed seorsum, & soli cibum sumant: fędastis profecto hanc cœnam, quippe quam ex communi & dominica, priuatam feceritis.

Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Enimuero pauper fame conficitur, crapulatur vero vir opulentus. Quo fit, vt duplici modo ea in re delinquatur: nam & inopes despiciuntur, & vos depasti, & cibo, qui fuerat pauperibus parandus, oppleti vino madetis.

Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Videlicet si alijs cibum communicare renuitis, cur non domi vescimini.

Aut ecclesiam dei contemnitis? Cum enim dominicam cœnam in priuatam conuertitis, in ecclesia seorsum edentes, loco ipsi infertis iniuriam.

Et confunditis eos qui non habent? Neque enim adeo, inquit, curę tenuoribus est, quod cibum munus his impartitis, quãtum moleste & grauiter ferunt se ignominia affici, quod ipsi accubantibus vobis, & crapula plane distentis, nullas ipsi omnino arguantur facultates habere.

Quid dicam uobis. Laudo uos? In hoc non laudo. Huiusmodi corinthiorum crimine patefacto, mitiori vtitur ad eos sermone. Siquidem asserendi occasionem nactus, mille mortibus dignum esse id facinus: moderatius tamen sic inquit. Laudo vos, haud equidem laudo. Quod eo facit, vt pauperibus placabiliores hos reddat. Quippe si eos castigan

do acrius & pertinacius momordiſſet, in pauperes efferaſſet potius quam perinde ac ſi D horum de cauſa ab ſe illi improbarentur.

Ego autem accepi à domino quod & tradidi uobis. Cur paulus myſteriorum hic meminit, & noctis illius, in qua chriſtus cęnā cū diſcipulis fecit? Nēpe qa admodū erat neceſſariū ad his pſuadendū, vniuerſos eadē mēſa fuiſſe dignatum, vos vero cōtra vnigenitū & ꝓpul ſatis, dedignamini inquit. Dicet aliqs. Quo pacto hāc a dn̄o accepiſſe nos menſę dixeris dignitatem, qui tunc & ꝓcul abeſſet, & pſecutionem patereť? vt intelligas vel hodierno die ſuper myſtica menſa, dominū hunc ip̄m adeſſe, qui non ſecus ac tūc myſteria tradat.

Matth. xxvi. mar. xiiij Luc. xxij *Quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur.* Reminiſcere, inquit, quemadmodum poſtremum id nobis myſterium dederit, & ea nocte, qua erat paulo poſt occidendus, & proditorem haberet conuiuam. Tu vero fratrem quibuſvis rebus ducis indignum, pręſertim cum inſtructus ſis gratias agere, quales & chriſtus ipſe agebat, vt nos ad eam rem & formaret, & inſtitueret. Facis ergo quod minus eſt his gratis dignum, cū eccleſiam ip̄am confundis, & alio fameſcente, tu debaccharis, & id quidē cōmuniter cunctis p̄cepit. Accipite & mādúcate, corpus. ſ. ſuū quod oībus ęque diſpartiēs, mori deſtinaſſet. Ipſe vero in cibo ſumendo tempore anticipato, neq; cōmunē hunc & cibariū panem medium exponis, neque eundem frangis, vt multis detur, ſed tibi ipſe reſeruas.

Hoc facite in meam commemorationem. Quid ait? Si defuncto filio, vel patri iam parentares perculſus ſane conſcientia fores, niſi legitima quęque & celebrandis funeribus conſueta perficeres, & pauperes conuocares ad cœnam. Ac cum domini es facturus memoriam, nec ſimplicem ſaltem menſam vel cibum cuiquam impartiris. E

Mos Iudęorum. *Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens. Hic calix, nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Erant apud veteres Iudæos calices, quibus ſacrificio abſoluto, brutorum animantium ſanguinem offerebant phiala vel calice exceptum. Pro beluarum itaque ſanguine, qui vetus teſtamentum deſignat meum nunc pono (dominus inquit) qui nouum præfert. Nil tamen horreſcas velim cum ſanguinem audis: nam ſi belluarum cruorem veteri teſtamento admiſeris, quanto magis diuinus erit per te admittendus.

Nota de calice. *Hoc facite: quotienſcunque bibetis, in meam commemorationem.* Quinetiam p̱ calicem, inquit, vel mortem commemorabis, quam ſubījt dominus. Quo ergo pacto ſolus perpotens debaccharis? pręſertim cum tremendus hic calix, pari cunctis conditione ſit traditus.

Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Non ſecus, inquit, debetis ac vos in re gerere, q̄ eo tp̄e agēdum fuiſſet, quo & domini veſtri cœna cōficiebatur, vt humi. ſ. cubantes a chriſto exciperetis ſui corporis immolationem. Et chriſti mortē annūtiabitis. i. aduſq; eius ſcd̄m aduentū hāc pręferetis.

Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Corinthios arguit, quia inopes aſpernarentur, veluti indigne myſterij huius participaſſent, non ſecus q̄ id indigne ſumpſerit, ſceleri erit obſtrictus, quā ſi ſanguinē ip̄m dn̄i fuderit. Nā quemadmodum cōſtat, q̄ tunc dn̄m pupugerunt, nō potandi gratia pupugiſſe, ſed vt eius ſanguinē funderet: ſic & q̄ indigne hūc hauſerit, nullū ex eo fructum adeptus, fruſtra ac temere chriſti ſanguinem fudit. Atqui Iudæi regis clamydē diſciderūt, q̄ vero immerito ſanguinis particeps fuerit, in cœnam ſuam aīam mergit. Ita ſit, vt nō æqua ob id & Iudæis indigne chriſti ſumēti ſanguinē obueniat ignominia. Vnde & corporis hic, & ſanguinis domini reus efficitur, eritque tanto obnoxius crimini. F

Pauli mos in diſputando *Probet autem ſeipſum hō, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Cōſueuit Paulus cū aliqua de re ſibi tractanti, alia oportune diſſerenda inciderent, et hanc ipſam tranſigere quemadmodum in pręſentiarum, cum de menſa captus ſit ſermo, de myſticis etiam rebus incidente ſermone, & myſtica diſputat. Vtpote quemadmodum ſint neceſſaria & bonorum omnium caput in eo conſiſtere patefacit, vt terſa & nitida conſcientia, ad diuina myſteria concedatur: inquitque. Neminem tibi in iudicem propoſuerit, pręter teipſum. Tu itaque conſcientia examinata diſcuſſaque, adito eam myſteria, non feſtis modo profeſtiſque diebus, ſed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris.

Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit. Nec ſane ob myſteriorum naturam id dixerim, quippe quæ vitam in ſe & habent & largiuntur: ſed ob myſteria adeuntium indignitatem, quibus haud ſecus illa officiunt, ac ſolet occultorum valetudine laborantibus, ſol ipſe obiectus officere.

Non diiudicās corpus domini. Hoc eſt, nil prius diſquirens, vel internoſcens præſentis

A mysterij magnitudinem. Nam si certiores essemus, quisnam & quantus sit ille, qui nobis in conspectu adiacet, nulla ferme rei alterius ope indigeremus: sed solus ille & continentiam nobis & vigilantiam compararet.

Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Argumento sint quæ vobis contingunt. Eo nanque & mortes iam immaturę, & diuturni morti oboriuntur, quia haud quaquam merito id mysterium sumunt multi. Quid de his qui adusque senectam ipsam, optimam & inoffensam valetudinem seruant? Nonne & hi criminibus obstringuntur? At non modo præsentia ista tormenta, quin & grauiora illa, & futura vos manent qui indigne mysterium illud adierint. Nos autem haudquaquam pœnis afficeremur, nisi essemus peccatis obnoxij, quemadmodum & insequens illud subsequitur.

Immaturæ mores ꝑpter indigne sũptũ corpus xp̄i.

Quod si nosipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur. Non enim si nosipsos cruciatibus dixit afficeremus, sed si dijudicaremus duntaxat, hoc est, ipsi nos ob praua facinora damnaremus, haud quidem in terrenis adeo damnationi addiceremur: sed euaderemus forsitan, vt præsentia, sic & futura supplicia.

Dum dijudicamur autem à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Cum enim quod leue admodum est & factu perfacile, nihil peragimus, tunc ipsi nos minus damnamus eo que nec laxiori erga nos indulgentia vtitur deus: quinimo hac in vita castigat, vt in futura misericordẽ se prębeat. Castigamur itaque dũ viuimus: non excruciamur, sed a pa
B tre corripimur, nec cum mundo .i. cum infidelibus postmodum condemnemur. Nam cum summæ sint deo curæ fideles, hic & pœnas tolerat pro commissis.

Itaque fratres mei cum conuenietis ad manducandum, inuicem expectate. Rursum ad propositum de pauperibus sermonem redit. Facta namque tormentorum & mortis mentione, haud quaquam dixit alternis vicem reddite, sed expectate: arguens plane omnibus esse communia, quæ in cœnam huiusmodi conferuntur, oportereque & communem omnium expectari aduentum.

Si quis esurit, domi manducet. Vrget hauddubie his verbis Corinthios, & pudere hos facit intolerantiæ. Nec secus ad hos habet sermonem, ac si pueros aliquos & minoris ætatis alloqueretur, qui esuriem ferant molestius, improbatque illorum ingluuiem: & ideo de ecclesia ipsa educens domum remittit, quod proculdubio haud mediocris est ignominiæ.

Vt non in iudicium conueniatis. Hoc est, in vestri iacturam & damnationem. Eo nanque sunt hominum inuenta commercia, vt per charitatem simul conuenientibus, afferant sibi inuicem vtilitatem. Sin minus, satius est domi se continere. Quod non ea de causa infert, vt domi maneant, quin vt eos ad decentiores conuentus alliciat.

Cætera autem, cum uenero, disponam. Aut enim hoc loco de alijs nonnullis apud hos delinquentibus differit, qui viuendi modo indigeant: aut eadem de re mentionem nunc facit: perinde ac si dicat super esse nonnullos ad hęc excusatione vsuros: velim tamen interea seruanda esse, quæ retuli. Quod si quis aliud quippiam habeat quod sit dicendum,
C in meum differat ad vos aduentum. Terret autem eos, cum se asserit venturum: vt repressi ac frenati mox corrigantur. Sin autem, recte saltem se inuicem gerat.

CAPVT DVODECIMVM.

DE *spiritalibus autẽ nolo uos ignorare fratres.* Hoc est, de spiritus sãcti donis. Nam qui ex primatibus Corinthij essent baptismi aqua perfusi, affatim spiritu sancto imbuebantur. Qui & si humanis oculis minus pateret, suæ tamen operationis visibile aliquod edebat indicium: ita vt aut linguarum varietate hi loquerentur, aut vaticinijs & miraculis confirmarent spiritum sanctum se esse adeptos. Erant itaque inter Christianos ob huiuscemodi spiritus gratiam dissentiones obortæ nonnullæ. Nã qui maioribus essent donis effecti, superbia efferebantur: qui vero minoribus, his inuidebant, qui plus spiritus accepissent. Erant præterea vaticinatores plerique & prophetæ minus veridici, qui a veris & diuinis haud facile discernerentur. Quæ omnia castigat Apostolus, & ea in primis, quæ ad vates illos pertinent & prophetas.

Superbi ob spirit⁹ sc̃ti gratiã corin. Vaticinator & propheta quomodo differunt.

Scitis autem quoniam cum gentes eßetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Vaticina-

toris & prophetę discrimen pręfert apostolus, inquiens: idolorum tempore si quis cum D
futura prędiceret spiritu impuro percitus & detētus sic trahebatur, vt ab eo erat deductus, & instigatus: nil eorum gnarus: quę diceret, sed furens efferebatur. Propheta vero haud ita se habet, sed mente peruigili cuncta proloquitur. Ita fit, vt id esse comperiatur, inter vatem & prophetam discrimen.

Ideo notum uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicens anathema Iesu, & nemo potest dicere, dominus, Iesus, nisi in spiritu sancto. Hoc pręterea ad vatem internoscendum tibi indicio sit, cum Iesu is maledixerit & execretur. Contra vero prophetę illud est argumento, cum Iesu nomen benedictus prosequitur. Dicet aliquis. Quid ergo & in cathecuminis, & si spiritum sanctum nondum acceperint: num nomen Iesu nuncupant? At nullus interea de his sermo habetur, sed de fidelibus ipsis & infidelibus duntaxat facta est mentio. Quid dęmones? Et illi dominum & confitētur & nominant? Ita sane. Sed cum vapulant & coercentur, id agunt haud quaquam sint sponte facturi, si verberibus non vrgeantur.

Cathecumini, qui instruunt in fidę. Dęmões qñ dñm cõfitent.

Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Patefacta falsi vatis, & veri prophetæ iam differentia, de donis etiam spiritus differit, vt eos corrigat & castiget, qui spiritus huius sancti munerum gratia inter se altercantur. Et primum eum mitigat qui id doleat, quod minori sit dono affectus. Qui enim doles, inquit, quia non tantum acceperis, quantum alius quispiam? Non enim id tibi ex debito soluitur, sed gratia & donum spiritus est. Quin potius velim, deo gratias egeris qui cum nequaquam pro tuis meritis tibi sit E
ille obnoxius, aliquid tamen & tibi est gratiæ impertitus. Accedit etiam eundem dominum, in alium quendam, cui inuideras, id beneficij contulisse, quo & affecisse te constat. Neque angelus tibi id muneris detulit illi deus, sed idem inest vtrisque spiritus.

Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Meminit hoc loco & filij, vtpote qui bonis nos donet. Ministrationum autem dixit, vt eum maxime consoletur, qui minus acceperit, ob idque dolore afficiebatur. Is nanque si donorum huiusmodi fieri senserit mentionem, quorum ipse minorem partem acceperit, forsan moleste id tulerit: quia sit ad eius doni participationem inferior habitus. Verum cum ministrationem hic intulisset, qui laborem præferunt & sudorem, sane haud iniquo animo tolerabit in eiusmodi sibi alios præferri. Diceret enim quispiam. Quid doles, si deus alium tibi iam parcens ad laborem vocauit?

Et diuisiones operationum sunt, idem uero deus qui operatur omnia in omnibus. Hoc loco et patris meminit, qui in cunctis fidelis, quę peragenda sunt, operatur. Habes pręterea in his trinitatem ipsam absolutam, plane atque perfectam. Donum videlicet, operationem, & mysterium: quę idem sunt, tametsi nominibus differant. Paria nanque sunt, & ęqua, quę a spiritu, filio & patre traduntur. Aduerte quemadmodum spiritus prius meminerit, postremo patris: quod eorum gratia fecit, qui trinitatis seriem accurate disquirunt.

Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Ne forte occurrat quispiam, inquiens. Quid mihi, si idem est dominus, idem est spiritus, idem est deus: quandoquidem minori sum ipse gratia donatus? Respondet, vel id tibi attulit ad vtilitatem. Manifesta enim spiritus signa sunt. Per hęc nanque perspicuum erat, spiritum sanctum baptismo ablutos iam imitasisse. Quid ergo doles? si enim vel minore affectus es munere, spiritum tamen accepisse te constat. Tibi vero quid curę sunt reliqui, si plus quippiam gratiæ ceperint? F

Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Qualem videlicet Ioannes tonitrui filius erat sortitus, qualem & Paulus erat consecutus.

Alii autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Qualem adepti sunt plerique fidelium qui & si hanc sibi sapientiam comparassent, alios tamen nequibant instruere, cum per sophiam homines imbuantur, quam perinde ac Gręci sophiam quandam interpretantur, id est, manifestationem & claritatem, qua dei recondita & arcana innotescant & reuelentur. Rursum & spiritum eundem commemorat (vt dictum est) vt eos qui minus gratiæ accepissent soletur.

Sophia.

Alteri fides in eodem spiritu. Non dogmatum fides, sed signorum: quæ vel montes, cum ędūtur, traducendi vim habent.

Alii autem gratia sanitatum in uno spiritu. Hoc est, vt sanare quamuis ægritudinem queant, & omnem mollitiem.

Act. xiij. Acto. v.

Alii operatio uirtutum. Is enim & peruicaces poterit & inobedientes tormentis afficere, vt Helymam Paulus excecauit, & ananiam sustulit Petrus. Qua potestate carebit, qui

sanandi virtutem non habuerit.

A *Alij prophetia, alii discretio spirituum.* Id est, qui internoscendi vim habeant, quis sit fidelium spiritalis, quis spiritu careat, quis propheta, qui ve deceptor.

Alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Magni sane apud Corinthios linguarum gratia habebatur, cui eo plurimum confidebant, quo prius fuisset apostolis tradita ob idque & alijs præstãtior gratijs videbatur, cum esset inferior. Nam doctrinę gratia longe est excellentior. Et simplex varijs linguis loquendi donum, plurimum antecedit linguarum interpretatio. Accommodatissime autem linguarum veritatem genera nuncupauit. Lĩguarũ gratia apostolis data,

Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Rursum Corinthios consolatur, cum inquit, eundem spiritum omnia factitare. Quinetiam eum coercet & frenat, quem minus eiusmodi spiritus delectaret partitio, dicens. Quemadmodũ vult ille sic, sic facit. Tu vero quis es, cui spiritus non placeant facta? Attende autem eorum gratia hæc dicta intulisse, qui spiritum sanctum impugnarent: perinde ac si dicat. Non enim vt ipsi vultis, sed vt ei libitum est, spiritus agit. Vt qui & dominus est & deus neque alterius opera indiget, sed ipsemet operatur, sicut & pater. Inquit enim de spiritu, qui operatur omnia in omnibus. Infra.xv. Ephe.i.

Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa unum tamen corpus sunt, ita & christus. Cęterum corporis exemplo eos solatur, qui eo mœrent dolentque, quia minorem sint spiritus gratiam assecuti, arguens nil prorsus ob id

B fuisse hos imminutos. Quia quemadmodum corpus vnum cum sit, ratione tamen inhęrentium sibi membrorum, multiplex videatur: sic & membra, & multa sunt, & vnum quia simul corpus conficiunt. Vbi ergo horũ discrimẽ? Vel, vbinã qđ magnitudine ipsa excedat: aut paruitate ĩminuat, quippe cũ in vnũ coeant vniuersa. Huiusmodi igitur asserit xp̃m esse. i. christi ecclesiã. Qui cũ ecclesiæ caput sit, ab eo est ecclesiæ inditum nomen. Nam quemadmodum corpore & capite homo vnus efficitur, sic ecclesiam ipsam & christum, tanquam pro corpore vno & capite ducens Apostolus, pro ecclesia xp̃m cõstituit. Dicit ergo, idipsum nos oẽs in ecclesia esse, tametsi illa cõstet varijs ordinib⁹. xp̃s caput ecclę siæ.

Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi. Aperit hoc loco, ecclesiam corpori esse (quemadmodum est exemplum assertum) persimilem: aitque. Eodem sub spiritu vniuersi baptismi lauacro sumus perfusi in vnum corpus, id est: vt vnum corpus efficiamur. Neque sub diuersis spiritibus, sed sub vno eodemque sumus omnes baptismo abluti. Quo fit, vt neque sim, quã tu plus quippiam consecutus, quippe qui in vno sumus corpore baptizati, vt corpus vnum efficiamur, tam iudæi quam gentiles, tam serui quam liberi. Si itaque homines tanto discrimine alienos coniunxit hic spiritus, longe magis & nos, cum in vnum sumus corpus redacti, nulla debemus tristitia remorderi, perinde ac si inter nos ipsi distemus. Ephe. iiij v. Ecclesia corpori ꝑsimilis,

Et omnes uno spiritu potati sumus. Videtur hoc de spiritali & mystica mensa disserere, pane scilicet & vino. Nam cum spm̃ dicit, potum nobis ministrasse patefacit vtrumque, sanguinem scilicet & carnem. Verum hoc loco, quod verius est & certius, spiritus san-

C cti aduentum designat qui nos per baptismum, vel ante percepta mysteria inuasit. Potati sumus haud quaquam aliter, quam solet arbores a fonte aliquo irrigari. Vnus igitur spiritus & nobis potum contulit, & irrigauit, & vnum in corpus congessit.

Nam & corpus non unum est membrum, sed multa. Nil, inquit, miremini, cum etsi tãta multitudine ipsi consistemus, vnum simus corpus effecti. Cui rei argumento est humanum hoc corpus: quod etsi e pluribus membris constet, vnum tamen esse, non multa pro cõperto haberi potest.

Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Inducit et membra ipsa loquentia, perinde ac iurgantia inter se, vt arguat vnum corpus non esse, tametsi gratia differamus. Deduxit præter ea in medium corporis partes extremas, pedem & auditum. Nec pedem facit cum oculis disceptationem inire, sed cum manu, quæ se paulo superior sit. Auditum autem introducit cum oculo contendentem, vt ostendat his inuideri solere, non qui maximum in modum excellant, sed quia plusculum prouehuntur. Ait igitur, Si istiusmodi protulerit pes, quandoquidem haud quaquam sum inter mediũ locum sortitus, quẽadmodũ manus, sed omnibus sum membris inferior: nõ ideo pars corporis sum: hoc est, non ꝓpterea quia manus

effecit, sed coniunctio quędam vel disiunctio. Item, Et si dixerit auris, cum oculus ipse D
Mēbrorū vices & officia. si illa, non erit ex corpore. Neque enī locus ipse vel situs, esse vel nō esse corporis partē non sim, eo prorsus obijcior, quo minus corporis esse pars queam: non propterea desinet esse corporis membrum: Quin potius cum locum teneat sibi a principio destinatū, propriam actionem exerceat, erit proculdubio & auris corporis membrum. Quocirca qui tibi videris minorem fuisse gratiam consecutus, obmurmurare iam desine. Es nanque ecclesię membrum, quę profecto Christi est corpus, tametsi inferiorem sortitus sis locum. Tunc vero desinas membrum esse, cum te a corpore ipso disiunxeris, auulsusq; fueris ab ecclesiæ vnitate. Tutare ergo huiusmodi vnionem & copulam, si cupis membri nomen seruare.

Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Cum fecisset oculi & pedis hic mentionem, insuper & auditus meminisset & manus, eodemque & in excellentię in duxisset & humilitatis sententiam: ita, vt mœroris ex his plus illis quam consolationis inijceretur: ostendit in pręsentiarum eiusmodi donorum diuersitatem conducere plurimum. Nam si corpus vniuersum ex membro vno cōstaret: vbinam reliqua membra consisterent? Non te igitur pudet, tot membris sublatis, si duxeris vnum te inter cætera eminere & solum.

Nunc autem posuit deus membra, unum quodque eorum in corpore sicut uoluit. Magnum in modum Corinthios frenat. Quia cum deū pronunciasset, sic voluisse pręscripsisse quę singulis membris proprium locū (id enim significat, posuit) neque pedem, cum inferiorem E habeat locum, debere id facere animo iniquiore, quandoquidem deo sic placitum est, idque pedi, cōducat, postremum fuisse locum sortitum. Neque caput extolli, quia arcem teneat corporis, id enim diuino ex munere, non sua virtute effectum est. Sic dici de ecclesia potest, in qua inferiorem esse hunc voluit, illum vero superiorem. Oportet itaque, & qui humilior est, sua sit condicione contentus, & qui sublimior, nil efferatur.

Quid s. essent omnia unum membrum, ubi corpus, Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Attende Pauli sapientiam, vt ex rebus quæ animi videntur præferre pusillitatē, ob huiusmodi, vt ita dixerim, varietatem donorum, & nullam bonorū ęqualitatē, hos ipsos cōprimit, castigatque. Nam si nulla fuisset membrorum diuersitas, neque corpus vnum constare potuisset. Vno autem corpore non existente, neque ęqualitas illa (vt diximus) in partiēdis honoribus staret, nunc autem æque omnibus honos defertur, quoniam in vnum desinunt vniuersa. Ex membrorum itaque diuersitate vnū conficitur corpus. Ex vno autem confecto sic corpore, decoris plurimum membris omnibus inest, adęquatio quędam & paritas, quem ob decorem cuncta adnituntur ad corporis vnius perfectionem, inquit enim. Vnum estis corpus, membra autem plura.

Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Castigatis qui minorib⁹ essent donis affecti, nunc ad eos sermonem diuertit, qui maioribus acceptis, contra inferiores acrius insolescerent, ait nāque. Quēadmodum
Membrorum auxilia sunt mutua. oculus obijcere huiusmodi cęteris membris nequit, vestra opera haudquaquam idigeo, siquidem vel vno aliquo membro deficiente, vniuersum claudicat corpus, sic neque his F qui præstantiori donati sunt gratia, licet in eos efferri qui minorē acceperint. Opus enī his habent, quippe qui facere satis per se condendę ecclesiæ nequeant, nec struere soli hanc possint. Bene autem posuit, potest. Nam & si id maxime velint, secus tamen rei natura se habet, quam perfici sine alterius ope queat.

Sed multo magis quæ uidentur membra infirmiora esse necessaria sunt. Et quæ putamus ignobiliora mēbra eße corporis, ijs honorem abūdantiorem circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Arguit hoc loco, quemadmodum necessaria sunt, quæ minora vidētur. Apparent siquidem tenuia esse, cū minus sint. Verū, quę nam sunt illa? Nimirū, quę infirmiora videntur & turpia, magis necessaria tamen hęc sunt. Nonnulli autem genitalia membra hęc esse dicunt: quę & si inhonesta & pudenda vidētur, adeo tamē sunt necessaria, vt si de his cōstare vita nō possit, quinetiam illa retundimus, vt honesta sint.
Genitalia mēbra necessaria. Nam & si nudo prorsus sit quispiā corpore, ea tamē nudari nō sinit. Plerią; etiā īfirmiora hæc & necessaria, oculos dicūt. Qui cū pusilli sint, & reliquis mēbris infirmiores, maxime tamē sunt necessarij. Ignobiliora vero & īhonesta, pedes eē. Vnde oculis plurimū per nos curę īpendēdū esse, vt ībecillis & parū munitis affirmāt. Et ad pedes ipsos tegē
Oculi necessarij. dos studij plurimū adhibēdū, vt inoffensi seruātur: tametsi postremi sint, & humi iacētes, & ignominiosi appareant. Possunt igitur hęc tribus modis intelligi: vt dicas. s. in

A firmiora esse & necessaria, vt oculos: ignobilia: vt pedes, inhonesta, vt pudenda.

Honesta autem nostra, nullius egent. Ne huiusmodi, inquiens, quispiam occurrat. Quomodo fieri id iure potest, vt prouidendum sit inhonestis, & turpibus, & nulla honesti per nos ratio habeatur. Haudquaquam, ĩquit, honesta nostra nos paruifacimus, quippe quæ nulla alterius indigeant ope, & naturalem habeant in se decorem.

Sed deus temperauit corpus. Si itaque illud commiscuit deus, & temperamento quodã condiuit, & vnum pluribus membris confecit vbi ergo in vnico hoc, vel magnitudo dari, vel paruitas potest.

Et cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, ut non sit scisma in corpore. Non inhonesto dixit & turpi, sed cui deerat. Nam nil est vel informe natura vel inhonestum. Abundantiorem, inquit, cõcedi honorẽ oportere ei membro: qđ mancũ sit & additione indigeat. Perinde ac si inquiat. Haudquaquã velĩ superbias, si maiori sis honore affectus: mosq;, & causam infert, ne schisma. s. in corpore sit. Nã si hæc corporis mẽbra partim natura, partĩ nostra regantur prudẽtia, partĩ vero haudquaquã nostra cũ cura, tum studio digna habeantur, ab inuicẽ haud dubie discindentur. Quandoquidẽ nec vinculũ ferre, nec copulã possint, quibus discissis & membra reliqua offensum iri necesse est, vt pote quæ in varias partes diuisum corp⁹ sint habitura: nolite ergo, qui prȩstãtiorib⁹ estis donati muneribus, minorib⁹ insultare, ne illis diuulsis, & vos simul iacturã necessario patiamini.

Inhonestũ nil natura vel turpe.

Sed in idipsũ pro inuicem solicita sint membra, Nec solum, inquit, curandũ erit, ne mẽbra

B ipsa rescissa abscedant: sed, vt ingens insit & charitas, & animorũ coniunctio: quinetiã maiorem curam suscipiat, quid maius fuerit, & minoribus rebus inuigilet. Nec temere, sed in idipsum solicita sint, hoc est, vt eiusdem prouidentiȩ quȩ pro maiori adhibeatur, & minor sit particeps, ex eaque vel capiat fructum. Ita fiet, vt cum talo spina inhȩserit, vniuersum sentiat corpus dolorem, & curationem adhibeat. Nam & caput inclinat, flectitur simul & dorsum, venter & fœmora contrahuntur, intuentur oculi accuratius, & educere manus, quod talo inhæserat studet, eadẽ cura & reliquis in mẽbris seruabitur.

Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur unum membrum, cũ gaudent omnia membra. Arctior illa membrorum coniunctio communia facit, vti aduersa, sic & successus. Sic igitur talo (vt diximus) ipso affecto, omnia membra condolent. Caput vero si coronetur, & reliquis membris gloria inerit, & hilaritas quædam. Sepulcri sint oculi, & reliquum corpus decorent necesse est.

Mẽbrorũ bona & mala cõmunicabilia.

Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Ne forte dixerint aliqui. Quid nostra interest membrorum hæc comparatio: Respondet, & vos quidem estis Christi corpus. Quod cũ soli nequirẽt perficere, nisi & cȩteri orbis terrȩ fideles vna affuissent: adiũxit. & membra. Quæ & si minus integrum conficerent corpus, membra tamẽ prȩferrant. Et hæc de membro, hoc est, non membra vniuersa, sed membrorum pars aliqua existebat.

Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos secundo prophetas. Cum hoc statuerit deus, cur deo obsistitis: Proponit autem ille apostolos, tanquam bonorum omnium duces: deinde prophetas subiecit, non veteris testamenti. Illi quippe adusque Ioannis tem-

Ephe.iiij.

C pora Christi aduentum prædixere. Sed eos dixit, qui post Christi aduentum in nouo testamento futura denunciauerunt, quales Philippi filiȩ extitere, qualis & Agauus ille, quales aliȷ fuere innumeri. Abundabat enim singulis in ecclesiȷs eiusmodi spiritus gratia. Primum autem & secũdo, ideo posuit, vt cum postremo linguarum gratiam posuisset, comprimat, qui ob eam efferebantur.

Act.xxi. Prophetæ etiã in nouo testamento & qui tales fuerũt

Tertio doctores. Propterea quidem idcirco doctorem dignitate præcedit, quia spũ percitus, futura prænũciat. Doctor autẽ & sponte multa ediscitur eoque & tertium locum obtinuit.

Deinde uirtutes, deinde gratias curationum. Virtutes nanque morbo affectos, sanitati restituebant, & aduersariȷs inferebant supplicia. Sanendi vero gratiæ, bonam dũtaxat redebant valetudinem, ideoque his virtutes proponit: his tamen vtrisque doctor ille verus prȩfertur, qui eloquentia & aliȷs vitæ actionibus cæteros instruit.

Aduersariȷs.i. de mõibus corpora obsidentibus.

Opitulationes, gubernationes. Hoc est, sustentare infirmos, & gubernare, vel sustentare quȩ fratrum sunt. Qđ & si nostrȩ diligentiæ sit, dei tñ esse id munus asserit, suadẽs, quẽadmodum gratos se erga deũ exhibeãt, illicq; ĩtẽdant animũ, nec quoq̃ pacto superbiãt.

Genera linguarum. Eo postremo linguarum genera posuit, vt eos coerceat, qui in eiusmodi linguarum varietate nimium insolescerent.

Interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli: nunquid omnes prophetæ: nunquid omnes docto-

res: nunquid omnes uirtutes: nunquid omnes gratiam habent curationum: nunquid omnes linguis loquuntur: nunquid omnes interpretãtur: Quoniam par erat, vt quid minus gratiæ accepissent, eo maiori afficerẽtur dolore, quo & maiora sunt, & minora dona enumerata & patefacta. D
Rursum inferiores ipse solatur, sic inquiens. Quid enim doles, quod minus sis forsan prophetandi gratiam assecutus. Illud equidem te clam habeat nolim, deesse prophetæ cuiq̃ quid ipse sis nactus: quodq; alteri insit carere & aliũ. Ita fit vt illud vobis putile sit, & sati⁹ lõge his donis ẽẽ cõtentos, quę iã acceperitis, vt quisq; proximi ope ĩdigeat.

Aemulamini autem charismata meliora. Arguit hos tacite, vel causam prębuisse, quominus spiritus dona acciperent. Nã cũ ęmulamini dicit, studium exigit, & maiorem quandã in cõparandis spiritalibus cupiditatẽ. Nec maiora dixit, sed potiora, hoc est, magis vtilia.

Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Post hæc: id enim adhuc illud significat si prorsus ęmulatores istiusmodi estis donorum. Aperiam equidem vobis præstantiorẽ quandam viam & excellentem, quę vos ad hæc dona perducat, charitatem videlicet.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Lingua angelorũ quid sit

S*I linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut symbalum tinniens.* Haudquaquam hisviam mox aperit, sed hanc longe prius linguarum gratiam pręstare ostendit, quę ipsis potior videretur: Ita sane & optabilem prę cæteris donis esse hanc patefacit. Linguis autem hominum dicit, qui vbique terrarum sunt. Neque B
his contentus, & aliam quandam adijcit excellentiam: angelorum inquiens linguis. Neque id quidem, quod angeli linguas habeant, dixit: sed, melius quiddam & pręstantius volens exprimere, quod humanas excederet linguas, siquidem potẽtia quædam intelligendi, qua inuicem diuina cõmunicant sensa. angelorum est lingua, cui ex nostri ad verba promenda organi huius similitudine, nomen indidit. Quemadmodum alibi, vt illud: inclinet omne genu cœlestium. Quibus & si neque ossa insint, nec neruí: intentius tamẽ per hęc illorũ expressit obsequium. Factus sum tanquam æs sonans, hoc est vocem quidẽ emittens, frustra autem loquẽs. Et molestus cũ sit, nemini prodest, quia charitas Christus.

Phi.ij.

Etsi habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam. Haud simplicem, inquit, hic prophetiam, sed eam, quæ cum excellentior sit, omnia mysteria teneat. Attende autem quemadmodum in ipso linguarum genere nihil dixerit inesse vtilitatis, in ꝓphetia vero mysteriorum omnium asserat contineri cognitionem.

Et si habuero omnem fidem. Ne singula differens molestus appareat ad parentem ipsam & omnium fontem fidem deuenit, & eam, quæ integra sit & syncera.

Ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quoniam permagni apud rudiores habetur, vt montes transferri alio possint, ideo & rei huiusce fecit hic mentionem, inquiens. Non solum fide fieri vniuersa hęc posse, quin vel fidei parte exigua, vt dominus asseuerat transuehi montes posse, sed fides inerit: ait nanque. Si habueritis fidem vt coccum sinapis, &c. Attende autem quemadmodũ per prophetiam & fidẽ, omnem sit gratiam cõplexus Apostolus. Quandoquidẽ miracula ipsa vel verbis, vel opere constẽt. Neque si charitate careã dixit, tenuis sum & abiectior, sed nihil sum prorsus. F

Lucæ. xvij. Miracula vel verbis vel opere cõstare,

Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas. Neque enim si partem substantiæ meæ contulerim dixit: sed, facultates oẽs neque simpliciter, si dedero, in tulit: sed, si in cibos pauperũ distribuerim, vt in impendendis pecunijs diligentior insit dispensatio.

Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitaem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nõ vt moriar dixit: sed, quod omniũ est visum grauissimum, vt viuens ardeã: neque id quoq; aliquã affert sine charitate vtilitatẽ. Dicet quispiã: Quonã pacto poterat, charitate sublata, dispensari in alẽdis pauperibus facultates: Respondendũ ad illud, Apostolũ pro re non existente eã posuisse quę constet, quemadmodũ cum inquit: Siue angelus, siue nos aliud euãgelizabimus, pręter id quod accepistis, cũ neque angelis, neque ipsemet Paulus aliud erat euangeliũ prędicaturus, quam prędicasset, & alibi itẽ multis in locis. Hęc autẽ dicit, vel quia impertiri aliquid sine charitate tũc possumus, cum nulla in egenos miseratione id agitur, sed hominũ gratia cõsiliãdi beneuolẽtiã. Tũc vero charitatis id gratia fiet, cũ quẽpiã cõmiseratus aliquis, perinde ac incensus & ardẽs, id officij & munus exequit. *Charitas patiẽs est, benigna est.* Edisserit itaq; & charitatis ĩdicia, & patiẽtiã imprimis ꝓponit, toti⁹ philosophiæ radicẽ & fundamẽtũ, Græce nãque μακροθυμόσ.i. patiens is appellatur, qui longiori sit animo, hoc est, magno. Et dici latinę magnanimus

Galat.i.

Macrothimos quis.

A potest. Ex eo est & μακροθυμια .i. magnanimitas. Et quoniã nonnulli sunt nõ ad philosophandum ac animi magnitudine vsi quales hi sunt, qui alios se incessentes irridendo & cauillando ludificantur. per inde ac si is artibus patientiam præferant, eoque & irã prouocant potius quam leniant tollerando. Propterea benigna, inquit, & charitas, haud secus, ac si dixerit. Seruãda est in õnes charitas, benigneque ac tolleranter ferẽdi sunt, qui iniuria noipsos affecerint. Hæc antem eo intulit, vt eos mordeat castigetque, qui Corinthiĳ essent, & moribus prauis imbuti, & subdolis. Magnanimitas quæ.

Charitas non emulatur, Hoc est, nemini inuidet. Potest namque patiens esse quispiam & liuore duci, quod tamen charitas ipsa prorsus defugit. Quod eo intulit, vt Corinthios nonnullos castiget, qui inuidiæ essent crimine huiusce obstricti.

Non agit perperam, Hoc est, non est petulans, non inconstans, quin se ipsam stabilem reddit & continentem πεςπερος enim græce, instabilis est & leuis & mentis inops. Et hæc in eos intendit, qui leuitate quadam & inconstantia pleraque innouarent. Perperos & perperam.

Non inflatur. Concedi potest, bonis his omnibus superius explicatis fuisse quempiam forte potitum. Quibus partis, superbire tamẽ eundem & intumescere, cuiusmodi vitio vacat charitas ipsa: quæ & humiles reddit, qui bona hæc compararint. Hæc sane Paulus intulit, vt elatos arguat & insolentes.

Non agit turpiter, Hoc est, non inflatur. Quinetiam vel inhonesta tormenta haudquaquam ducit pro ignominiosis, & turpibus, eius gratia, cuius amore detineatur, quem
B admodum & christus pro sua in nos charitate, ignominiosam crucem, non solum suscepit sed glorię duxit. Poteris & hoc pacto id intelligere. Non agit perperam, id est, non est contumeliosus, non conuiciator. Nihil enim est contumelia & conuitio turpius. His autem dictis in peruicaces inuectus est Paulus.

Non quærit quæ sua sunt, non irritatur, Ille, inquit, nil turpe agit, qui suam non querit vtilitatem, sed proximi commodum. Tunc enim vel inferior quædam dicitur turpitudo, cum afficitur iniuria proximus, nec missus fiat. Hoc autem illis obiectum est, qui cæteros aspernantur. Sed neque charitas irritatur, quoniam qui eam sit assecutus, nemini cõtumeliosum se præbet, neque irascitur: est enim haud quaquam molestus vir iracundus. Ita fit, vt nil indecẽter charitas agat: quãdo quidẽ nec cõmouetur, nec irritatur, hoc est, non ad irracundiam prosilit. Vel id Paulus cõtumeliosis & iniuriã inferentibus obĳcit. Charitas liuore nõ tenetur non elatione.

Non cogitat malum. Vel omnibus, inquit, charitas malis affecta, ad iram non ĩcitatur nec solum ad se vindicandum nihil mali molitur, sed ne malum quidem vel cogitatione, vel animo versat. Aduerte autem, quemadmodum vbique haudquaquam dicat vel liuore charitatem teneri vel vt superior euadat adniti, vel ad victoriam incitari: quin potius neque vllam sinit initio statim magnitudinem succrescere, vti hoc loco non malum cogitat. Quod eo intulit, vt Corinthios commonefaciat, ne pro accepta iniuria, iniuriam referant. Charitatis opera.

Non gaudet super iniquitate. Hoc est, nil prorsus letatur, cum iniuria cuiquam, vel molestia, vel malum infertur.

C *Congaudet autem ueritati*, Sed quod longe ad maius, inquit; aliorum probitati congaudet, & ad veritatis successum maxime gratulatur, eundemque sibi ducit in gloriam. Hoc autem intulit Paulus, vt Corinthiorum nonnullos inuidiæ arguat.

Omnia suffert. Iniurias & plagas, vel mortem videlicet si offerantur. Id enim tolerãtię beneficio consecuta est charitas, cui inesse hanc dixerat. His vero dictis, qui insidias proximo machinantur, obiurgat. Charitatis simplicitas.

Omnia credit. Quęcunque scilicet dixerit qui a se colitur. Neque subdolum aliquid vel loquitur ipsa, vel loqui alios arbitratur.

Omnia sperat, omnia sustinet. Nil, inquit, de eius vita desperat, quẽ amare ipsa ipsa occeperit, sed sperat potius magis ac magis hunc ad meliora prouehere. Istiusmodi verba in eos intendit, qui facile forte desperant. Quod si tali spe charitas ducta, eo, quem colit in nequitia perseuerante, fallatur, viriliter eius errata latura est. Omnia nanque, inquit, suffert. Hęc vero in eos Paulus iaculatur, qui facile diffidia subeunt.

Charitas nunquam excidit. Hoc est, nunquam fallitur, sed recte omnia terminat: Vel, excidit. i. dissoluitur, rectius dici potest quandoquidem nec intercidit charitas, nec conquiescit, sed in futuro seculo cessantibus alĳs, permansura hęc est, vt in sequentibus disseret Charitas in futuro seculo alĳs cessantibus permansura.

Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt. Enumeratis qui e charitate ipsa prodeunt ramis, iterato hãc alio quodã modo extollit, cum vel prophetias ipsas & lin

guas finem aliquando habituras affirmat, charitatem vero stabilem atque perpetuam. Nam si prophetiæ & linguæ fidei suscipiendę gratia sunt institutæ, fide iam per omnes terras diffusa, merito quidem euacuabuntur dixit. Nam si hoc tempore superuacaneæ sunt & inanes, longe magis in futurum cessabunt. D

Siue scientia destructur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Dicet aliquis: Si futurum est, vt scientia disperditum eat: ergo in ignorantia victuri nos sumus: absit inquit. Nam de scientiæ parte aliqua differit, vt Paulus idem illud interpretatur, cum ait: Ex parte sciẽtia euacuabitur, cum perfectior venerit, in futura scilicet vita, vbi non qualem hoc tempore, rerum cœlestium habebimus notionem, sed longe maiorem. Exempli gratia. Haudquaquem nos in pręsentiarum latet, deum vbique versari. Quemadmodum tamen ille versetur ignorare poterimus. Quinetiam & virginem peperisse tenemus futura tamen in vita plus aliquid intelligemus, quod ad pręsentem plurimum faciet cognitionem.

Cum essem paruulus. Cum asseruisset in rei perfectioris aduentu euacuandum id esse quod ex parte constaret, nunc exemplum inducit, quo quantum inter se differat, pręsens & futura scientia patefacit inquiens. Nunc quidem paruulis videmur assimiles, tũc vero sumus in viros nos euasuri.

Loquebar ut paruulus. Hoc ad genera linguarum refertur.

Sapiebam ut paruulus. Id vero ad prophetias. E

Cogitabam ut paruulus. Hoc demum ad scientiam ipsam referendum est.

Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Hoc est, cum in futuro seculo firmiorem fuerim scientiam consequutus, tunc sane qua in pręsentiarum potimur imbecillis erit & perexigua & paruuli similis, & euanescet. Vnde & alia superĩducit dicẽs.

Videmus nunc per speculum in enigmate. Declarat quod dictũ est de paruulo, ostenditq; sub obscuram esse nobis rerum cognitionem, cum clarior tunc sit omnino futura. Videmꝰ enĩ inquit, adhuc per speculũ, Quod vt expressius indicet, rei inspectę imitationẽ in ęnigmate intulit, vt maximam præsentis scientiæ arguat, quæ ex parte constet, pusillitatem.

Tunc autem facie ad faciem. Non enĩ quod faciẽ aliquẽ habeat deus, id dixit, sed vt ex eo ostendat notionem quandam manifestam nobis, & claram admodũ & patentẽ futurã.

Facie ad faciẽ quõ exponi debet.

Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Duplici modo Corinthiorum tumorem tollit, & insolentiam. Primum arguens aliqua ex parte scientiam hanc humanam constare: deinde haudquaquam a nobĩpsis originem ducere. Siquidem non ipse, inquit noui eum, sed ille me. Quemadmodum itaque nunc ille mei habens cognitionem mihi succurrit, & opitulatur: sic & ego tunc longe magis quam in pręsenti ad eum confugiam. Nam & is qui in tenebris residet, nisi solem prius conspexerit, nequaquam ad radiorum decorem prior accurrit, quin potius splendor ille solaris visendum se offert luce emissa. Cuius cum quispiam charitatem exceperit, tunc eam vltro intuendo prosequitur. Haud secus igitur se habet id dictum, sicut & cognitus sum. Nec tamen quod ita prorsus dei simus habituri cognitionem, sed tantum ad eius notionem progrediemur, quantum ipse sui noscendi facultatem attulerit. Et tanto illi plus adhærebimus, quanto propinquiorem se nobis præstiterit. Nec secus profecto nobiscum nũc agitur, quam si quis infantem nobilem aliquem expositum & proiectum inueniat, ore blandulum & alludentem, ita sublatum, domum deferat, educetque liberaliter opibus demum clarum reddat, in regiamque traducat. Ille vero in ea infantia cum diu perstiterit, nil sentiet penitus quę gesta sint, neque eius qui se gestauerit alueritque clementiam internoscet. At cum in virum euaserit, tunc tandem hominem cogniturus est, qui fuerit de se tam bene meritus, eundemque nec immerito beneuolentia prosequetur. F

Fide in oẽs diffusa, ꝓphetiæ euacuantur.

Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Nunc quidẽ quę exstant, linguę. s. prophetię, & sciẽtię, & si subobscure, fide tamen in omnes diffusa, quemadmodum dictum est supra, penitus euacuabuntur. Fides vero spes, & charitas, ipse longe his erunt stabiliores. Id enim significat cum inquit, manẽt, trium. s. istorum prætendit stabilitatem, & inter hæc eadem summum tenere locum charitatem.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

S*Ectamini charitatem.* Quoniam charitatem huiusmodi grande aliquid esse & immensum ostendit: ad hanc prosequendam nos tandẽ hortatur. Neque enim sequamini dixit, sed sectamini. Perinde ac si intentiorẽ quandam diligentiam ea in re, ac studium exigat. Abscessit illa a nobis: opus ergo ingenti

A celeritate & cursu, vt hunc contingamus.

Æmulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis. Ne forte existimarent Corinthij, idcirco Paulū charitatem a deo extulisse, vt spiritus dona extingueret, & illud adiecit. Æmulamini spiritalia, dona videlicet, & pręcipue vt prophetādi munus adipiscamini. Hoc autem ratione linguarum dixit, quibus Corinthij maxime superbirent.

Qui enim loquitur lingua, loquitur non hominibus, sed deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria, nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Linguas ipsas cum prophetia comparat. Nec prorsus has inutiles arguit, neque per se omino vtiles. Non enim homines alloquuntur, sed deum: hoc est nequaquā cognitu facilia narrant hominibus & aperta, sed in spiritu sancto loquuntur mysteria. Cum itaque e spiritu sermonem depromant, magni est res facienda. Quod autem nullā afferāt hominibus vtilitatem, inferiores sunt prophetia. Nec quippe a spiritu constat, & vtilior est. Siquidem instabiles & labantes ædificat, & seniores hortatur & excitat, & pusillanimes consolatur. Vbique Paulus quod vtilius est præstare affirmat.

Qui loquitur lingua, seipsum ædificat, qui autem prophetat, ecclesiā dei ædificat. Plerique līguis loquentes, nequeunt plerunque alijs quæ dixerint interpretari, igitur sibijpsis proficiūt. Qui vero prophetat audientibus vniuersis vtilitatem impertitur. Quantum itaque est priuatæ vtilitatis, quæ vni prodest & cōmunis, quæ ecclesiæ ipsi conduxerit interuallū, tantundem est linguarum, & prophetiæ discrimen.

B *Volo autem omnes uos loqui linguis magis autem prophetare.* Quoniam multi apud Corinthios vario linguarum genere loquebantur, ne inuidia percitus videatur linguas has paruifacere volo, inquit, vt omnes loquantur, non vnum duosve ædificent, sed prophetandi & maioris vtilitatis gratia. Līguarū & prophetiæ discrimen.

Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretaretur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Præstat, inquit propheta, sed ei qui linguis duntaxat loquitur, & interpretationem ignaro. Nam si interpretandi cognitionem teneret, par esset prophetæ qui linguis iam loqueretur. Ecclesia quippe obscurioribus interpretatis, quæ lingua explicatur, ædificatur. Erat autem spiritus gratia interpretatio, quæ plerisque hominū linguis loquentibus esset concessa, plerisque vero nequaquam.

Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina. Vultis ne, inquit, linguas quę interpretandi munere carent, vos internoscere? Concedatur vt Paulus ipse ego qui vos instruxi, linguis loquar, nihil sane ex his vtilitatis plus quippiam est audientibus obuenturum, ni in reuelatione loquar, id est ni ea tradiderim quę solent & ab his explicari, qui a deo sunt reuelationem huiusmodi consecuti. Quæ reuelatio speciem quandam pręfert prophetiæ, quando astantibus multis, reteguntur singulorum dictorum & sensa. Aut in scientia, hoc est qualia proferre debent, qui ea potiti sint, qui ve diuina mysteria auditoribus ipsis aperiunt. Aut in prophetia, quando videlicet de præteritis, deq; præsentibus, atque futuris rebus, disserit quispiam. Est nanque prophetia reuelatione vulgarior. Reuelatio speciē habet prophetiæ. ꝓphetia.

C Aut in doctrina, hoc est in specie quadam sermonis vim instruendi habentis, cū de virtute vel dogmatibus oritur disputatio, vel ad audientium vtilitatem fiat instructio. Nō nulli autem quod in reuelationem est hunc in modum intellexere, hoc est de his dicere, quæ facile solui possint, & clariora sint, & minus fucata. Item & illud, aut in scientia, id est ea differere, quæ cognitu facilia sunt.

Vt autem quæ sine anima sunt uocem dantia, siue tibia, siue cithara, ni distinctionem sonituum dederint quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Verum quid de damno dixerim & iactura quæ nobis ex rerum obscuritate infertur? Aut quæ ex patētioribus & manifestis subsequitur dixerim vtilitate? Quandoquidem vel instrumentis ipsis inanimatis nulla vocum aperta varietas insit, sed cōfusa ac mixta, nil prorsus queat, quod tibia canitur internosci, aut quod cithara ipsa pulsat, neque vlla in eis erit animi vel iocunditas, vel oblectatio.

Etenim si incertam uocem det tuba, quisnam se parabit ad bellum? A rebus superuacaneis descendit ad necessaria, & turbæ meminit, inquitq;. Vel in ea modulos quosdā inesse, quorum alteri bellum cieant, alteri a prælio reuocent. Hęc itaque tuba, si minus clarum, sed subobscurum clangorem eliserit, imparatos milites reddet. Quid igitur commodi potest afferri ex sono aliquo subsurdo atque incerto?

Ita & uos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur,

Eritis enim in aëra loquentes. Ne forsan Corinthijs dixerint, quid ad nos illud vel tibię, vel tubæ exemplum? Sic, inquit, ni vos eiusmodi spiritus gratia, quæ linguis collata est orationis claritate nitamini, inanis hauddubie erit vester omnis sermo & superuacuus, vtpote qui exaudiri comprehendique possit a nemine. Res nãque omnis in eo versatur, vt afferat huiusmodi loquendi gratia vtilitatem. Dicet aliquis, Si nihil hæc erat mortalibus profutura, cur ergo conferebatur? Nempe vt illi conducat, qui eam acceperit. Nam & si alijs vtilitatem erat hęc allatura, deus fuisset & precibus exorandus, & vitę puritate excipiendum interpraetandi hoc munus, vel alteri cuique adhærendum, qui posset obscura dissoluere. Et ideo Paulus huiusmodi intulit: vt illos mutua animorum coniunctione connectat neue existimarent sibijpsis sat per se posse hęc omnia suppeditare, sed suscipiendos esse, qui eadem illa interpretari valeant & enodare. Hoc pacto fore, vt linguarum gratia vtilior fiat.

Līguarū varietas. *Tam multa ut puta genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est.* Hoc est, tot voces constat in mundo esse. Scytharum. s. Indorum, Thracum, & gentium aliarum & omnes exprimunt aliquid. Non enim sine vocis editione hæc gentes loquuntur.

Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar Barbarus: & qui loquitur mihi Barbarus. Si haudquaquam ipse vim vocis dignouerim pro barbaro mihi erit, qui mecum sermonem contulerit: vtpote quod stulta loqui sit visus. Contra & si illi ego barbarus, & insanus videbor, non vocis vitio, sed inscitia.

Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem Ecclesiæ, quærite ut abundetis. Nonnulli illud, sic & vos a reliqua oratione intercidunt, & ita interpretantur, & cõstruunt. Sic & vos linguis loquentes & obscure, barbari videmini audientibus. Deinde in aliam sententiam transferunt, æmulatores estote. Beatus enim Basilius, tenori vno & pari sequela, hunc orationis contextum perlegit. Quo cum & ipse nũc sentio. Et vos igitur, inquit, æmulamini spiritalia dona, sed eo pacto, vt ad ecclesiæ ædificationem & vtilitatem abundare nitamini. Adeo nanque nihil prohibeo linguis vos eloqui, vt abundare velim dicendi copia, si modo illas ad communem vtilitatem exerceatis.

Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Modum exprimit, quod id donum multis in commodum cedat. Oret enim, inquit, qui linguis loquitur, vt interpretetur, hoc est vt interpretationem accipiat. Ipsique causam prębent, ne illam adipiscantur, quandoquidem nequaquam id muneris a deo exposcant.

Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Erant nonnulli apud priscos illos Christianæ fidei sectatores, qui supplicandi gratia lingua exciperent, loquerenturque, vel persica voce, vel romana, cum illorum mens esset earum rerũ ignara, quæ lingua sic ederentur. Dicit itaque Paulus. Spiritus meus orat, hoc est gratia quæ linguam agitat, mens autem mea fructu caret, quia nihil prorsus intelligit, quæ proferuntur. Attende quemadmodum progrediendo: arguat plane, qui lingua duntaxat

Basilius. verba faciat, vel sibi ipsi minus prodesse, idque ipsum sentit hęc loco Basilius. Et nonnulli præterea sic asseuerant. Si loquar lingua, nil autem cæteris declarando profecerim, spiritus quidem meus siue animus quantum ad se spectat: plurimum vendicat, mens vero mea sine emolumento erit, quia nulli quippiã ĩpertit vtilitatis. Qui hoc dictũ hoc pacto

Montani hæresis. interpretabantur, verebantur vt arbitror, Montani cuiusdam deliramenta. Is namque hæresim induxit huiusmodi, Prophetas videlicet vniuersos, nil prorsus eorum quę denunciassent intellexisse, sed spiritu captos prędixisse nonnulla, quorum nullam in posterum haberent cognitionem. Quod sane haudquaquam habet aliquem in præsentia locum. Neque enim de prophetis dicit hæc Paulus, perinde ac si ignorarẽt, quę dicta per se fuissent, sed de his disserit, nec tamen omnibus qui linguis his loquerentur.

Sacerdo. non murmure, sed voce plena sacrafaciant. *Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente.* Quid igitur, inquit, maiorem potest afferre vtilitatem quidue fuerit a deo magis ac magis efflagitandum? nempe vt spiritu oretur, hoc est gratia, quinetiam & mente, id est meditatione concipere, quid sit orandum, itemque & quid canendo precandum sit.

Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ. Quomodo dicet Amen super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit. Cum psallis, inq̃t, spũ hoc est per linguã spiritali gratia benedixeris, quis supplebit idiotę locum, hoc est quo pacto Amen, laicus, cum ipse oraueris, respondebit. Te siquidem in secula seculorum subobscure, & in lingua pronunciante, neque idiota per te ille exaudierit, neque vllum ex his profectum accipiet.

Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur. Ne prorsus videatur linguę

hanc gratiam extenuare,sic inquit. Ipse quidem recte gratias agis: veruntamen proxi-
A mi vtilitate reiecta, inutiles erunt eiusmodi gratiæ.

Gratias ago deo meo,quod õnium uestrum lingua loquor. Ne forte paulum Corinthij suspicentur, ideo linguæ gratiam habere contemptui,quia huius sit ille immunis & expers: illud infert,quod omnium vestrum lingua loquor.

Sed in ecclesia malo quinque uerba sensu meo loqui, ut alios instruam: quam decem milia uerborum in lingua. Sensu meo, hoc est, intelligens & sciens quæ dixerim,potensque vel eadem interpretari,vt & alijs pariam vtilitatem: quam ille verborum in lingua, hoc est, si ea minus valeam explicare. Tunc nanque apud me duntaxat residebit vtilitas,qui ea protulerimus.Quinque autem verba singuli proferunt præceptores,qui sensibus quinque,qui nobis insunt,accommoda adplicant medicamenta.

Fratres, nolite pueri effici sensibus,sed malitia pueri estote. Sensibus autem perfecti estote.
Patefacta qualis linguarum sit gratia,tandem quę magis īcessat & vrgeat, oratione vtitur, increpatque Corinthiorum nonnullos, quod puerilia sapiant.Est enim puerorum sane vel quæuis exigua demirari,quę temere stupori esse videantur,quales sunt linguę. Quodque & magna hi parui faciant,perinde ac si nil noui præferant,vel admirãdi quales sunt prophetiæ. Commonefacit insuper etiam eos hoc loco, ne in puerorum morē se ad nequitiam habeãt:id est, ne ob linguarum susceptam gratiam vel efferantur, vel intumescant. Nec demum vllam habeant prauitatis cognitionem. Sensibus autem perfecti estote(inquit)vt discernant,videlicet,quę sint ex gratia aut præstantiora,aut magis vtilia. Vel aliter,Illi nanque in malitia puerascunt,qui nil cuiquam ingerunt mali: sed haud secus se habent,quam pueri ipsi,& officiunt nemini. Ille vero erit perfectior sensibus,qui non modo noceat nulli,sed prosit quam plurimis. Neque solum nequitiã fugiat, sed nequitiam ipsam sectetur,caueatque ne a præsentibus his & temporarijs bonis aliquam in se iacturam admittat.Id vero persimile est euangelico dicto.Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ.

B (in margin beside "fecti estote")

prudẽtia serpentis simplicitas colũbæ. Matt. x. Esaiæ. xxviij.

In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis & labiis loquar populo huic,nec sic exaudiēt me dicit dominus. Rursus prophetiã cum linguis hic confert, eamque arguit præstantiorē: at quo pacto?Ex his certe quæ subsequentur. Legem autem vetus omne testamentum appellare consueuit Apostolus, ideoque in pręsentia quæ apud Esaiam cõscripta sunt, in lege(ait)fuisse conscripta.Cum vero infert, nec sic me sunt exauditur,ostendit eos, & si hoc poterãt pręcelli miraculo,cũ min⁹ crediderīt,aut ꝑbuerīt fidē, ipsorũ esse hãc culpã.Deus nãque quod ad se spectat semper exequitur.Eiusque prouidentiam,& si intelligat, illos minime fidem de se pręstaturos,tanquã futuros inexcusabiles,patefecit.

Fideles signis nõ egent.

Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus,sed infidelibus. Signum quidem errori est,nec tamen omnino vel instruit,vel prodest.Quin potius & plerũque id afficit,quale illud est, quod sine interpretatione fit & lingua,Quemadmodũ in orationis progressu sic inquiet,Quoniã dicturi sunt vos insanire.Infidelibus præterea signa eduntur, quia his haud quaquam fideles indigeant,cum fidem iam & tutentur,& seruent.

C *Prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.* Prophetia autem conducit fidelibus quia eos ad fidem constituat.Dicet aliquis:nulla ergo erit infidelibus prophetia? Aut quo pacto in subsequentibus sic inquit Apostolus.Quod si omnes prophetent,ingrediatur autem quis infidelis &c.Ex his sane apparet vel infidelibus ipsis prophetiam eiusmodi fuisse oblatam.Dicendum itaque,nequaquam dixisse Apostolum,hanc non posse infidelibus ipsis conducere, sed minus is esset in signum inutile, qualis & lingua est. Et vt breuius dixerī,erit insane signũ infidelibus lingua,hoc est, ad infideles dumtaxat perterrãdos accommodata. Prophetia vero vt fidelibus, ita & infidelibus vsui fuerit, vtpote quæ illos infidelitatis coarguat, tametsi minus in signum his tradita fuisse dicatur.

Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, uel infideles, nonne dicent, Quid insanitis? Tacite ostendit iacturæ causam linguam præbere, & nocere, si munere careat interpretandi. Id autem dicit, vt Corinthijs insolentiã demat qui līguarũ ob gratiã existimarent cęteris se admiratiõi esse debere. Quod tñ lõge aliter se habere demõstrat,asserens ad ignominiã eis līguarũ genera potius cedere,siquidem hęc hos videantur vesanos reddere,& furibũdos. Vt itaq; nil duxeris esse spiritalis gratiæ opus,quandoquidē qui eã sit nactus, infamia cõplectatur:sic infert. Nõne idiotę vel infideles dicturi sunt vos insanire,hoc est,dementes, quales erant qui maledictis

Linguarũ gratia.

Apostolos incessabant, dictitabãtque vino madere, & ebrios esse. Cum his quibus mẽs sanior esset, & ab eiusmodi linguis lucrum assequebantur, aliter longe sentirent. Quales erant, Apostolos qui demirarentur, & obstupescerent, qui dei magnitudinem & miranda quędam edocerent.

Actu. ij.

Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis uel idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorabit deum, pronũcians quod uere deus in uobis sit. Vides quemadmodum maior sit prophetiæ vtilitas. Quippe quę vel cordis abdita retegat, faciatque hominem infidelem, & dei habere cognitionem, in faciemque procumbere, orandi gratia, confiterique deum nobis inesse, quod sane & in Nabuchodonosor contigit, cui cum Daniel somnium aparuisset, sic dixit, Vere deus vester, ipse est deus, reuelans mysteria. Intellige itaque ex his, quid illud sit quod dictum superius est, in reuelatione. Reuelationemque prophetiæ est species quædam. Aduerte præterea quemadmodum se spiritus habeat. Inquit enim, vere deus in vobis est. His aut qui prophetant, omnino spiritus insit, necesse est. Sic enim spiritus dixit, quoniam prophetiæ in spiritu traduntur.

Nabuchodonosor. Dañ. ij. cap. isto post prĩcipium. Cap. xij

Quid ergo est fratres? cum conuenitis, unusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam habet. Apocalipsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Quinetiam psalmos ex priscis illi nonnulli per spiritalem gratiam componebant, & donum plerisque alios instruendi concedebatur. Reuelationem autem prophetiam appellat, a specie genus denominans. Linguæ autem mentionem facit, ne prorsus vel abiectior hęc videatur, vel spernenda, neve non in gratiarum ordine computetur. Hæc itaque omnia (inquit) ad ędificationem fiant. Id enim est christiani hominis proprium, vt alijs prosit & vtilitatem impartiatur. Verum quoniam poterit pacto qui benigne gratiam sit adeptus, alios ędificare. Id certe haud dubie fiet, si in vnum conueniatur, & qui interpretationem habeat, dona hęc vtraque cum cęteris conferat.

xpi proprium quid sit.

Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Erant inter prophetas & vates latitantes nonnulli & subdoli, & ideo dijudicent (inquit) hoc cęteri, ne quis forte lateat falsus vates, sicuti prædictum est. Erat præterea decernendi & dijudicandi gratia, qua vates, cum veri, tum falsi dignoscerentur, eoque duobus vel tribus prophetandi munus demandat, vt & ordo seruetur, & in ea turba prophetę non lateant.

Quod si alij reuelatum fuerit sedenti prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes dicant, & omnes exhortentur. Ad modestiam hoc loco & humilitatem erudit. Siquidem silentium vel præsidendi tibi iniungat, cum alteri spiritus quippiam reuelauit. Nam si maluisset spiritus priorem te loqui, haudquaquam alium ad loquendũ excitasset. Cęterũ consolaturus eos: sic inquit. Potestis enim omnes per singulos prophætare. Neque enim vni cuiquam intercluditur eiusmodi gratia, sed in omnes diffunditur, vt ecclesia omnis instruatur, & solamen ad virtutem excipiat.

Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Vel hoc ad eius solamen facit, qui ad taciturnitatem hortatur. Quod autem dicit, tale est. Noli contendere, vel factiones exercere, cum spiritus ipse, id est quæ in te inest gratia, & spiritus sancti quę te inuasit operatio, subiecta est alterius gratię qui sit ad prophetandum impulsus. Si itaque spiritus ipse alteri subest, longe magis & ipse debes, qui spiritum fueris adeptus, nil contentionibus niti. De hoc nonnulli aliter sentiunt inquiuntque. Gentiliũ vates, a dæmone perciti, nec volentes quidem poterunt conticere. Apud vos vero prophetę non ita se habent. Quippe quorum in arbitrio sit, vel profari aliquid, vel silere. Id quę velle Apostolum explicare: cum inquit. Spiritus prophetarum, videlicet quod spiritus dona prophetis ipsis subdantur, quibus silentium seruare velint, nec ne permissum est. Verum ne quis illud obijcere queat, nisi sit spiritus gratiam assecutus, quonam pacto vt iubes potero conticere, qui sim ad loquendum a spiritu concitatus? Ad id Paulus ita respondet. At qui spiritus iste qui te concitauit tuæ suppositus est ditioni. Et ita, vt in tua sit posita taciturnitas hęc potestate. Nec frustra velim de cętero vt spiritum cautus excuses.

Prophetę sileant si velint.

Non enim dissentionis est deus, sed pacis, ut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Ostendit vel id deo videri vt conticeat, qui primatum obtineat. Neque enim dissentionis, inquit, est deus & turbæ. Quę eo plerumque oboritur, quia taciturnitate sublata prophetare simul vniuersi contendunt. Sed pacis est deus, quæ hauddubie passim in ipsis sanctorum ecclesijs & conuentu, hoc est, fidelium, diuersatur. Extãt nanque & Gentiliũ & iudęorũ ecclesiæ. Pudeat itaque vestrę vos insolentiæ, qui præter cæterarum ecclesiarum con-

ſuetudinem, voſipſi geſſeritis.

A *Mulieres ueſtræ in eccleſijs taceant. Non enim permittitur eis loqui: ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.* Rite omnibus rebus quę cum ad linguas, tum ad prophetas ipſos ſpectarent, diſpoſitis, & his plane coercitis, ne cateruatim vaticinentur, vnde confuſio quędam & inſtantia ſubſequatur, neceſſe ſit, nunc & obturbationem, quę poſſet ex muliebri dicacitate affer ri, reprimit demum, tollitque inquiens. Sileant illæ in eccleſia velim. Deinceps quod ma ius eſt, infert, & ſubditas eſſe oportet, & viris morigeras. Eiuſmodi nanque ſubiectio taciturnitatem quandam prætendit, cum timore coniunctam, qualis ſolet & ſeruis ineſſe. Legem autem Geneſis librum appellat, in quo ſcriptum eſt, Ad virum ſit conuer ſio tua, & ipſe dominabitur tibi. Si hæc itaque viro, vt ſubſit, iniungitur, longe magis & ſpiritalibus eccleſię præceptoribus ſubijciatur & pareat, neceſſe eſt. Mulier ſileat & viro obediat. Gene. iij

Si quid autem uolunt diſcere, domi uiros ſuos interrogent. Si loquendi facultas mulieri admitur, quo pacto dicet quiſpiam, poterit edoceri, quod neſciat? Dicit itaque domi velim hęc inſtruatur a viris. Id enim & fœminis decori eſt, & viros reddit attentiores, vt qui ea quæ in eccleſijs audiendo perceperint, debeant rogantibus fœminis renunciare. Aduerte autem quemadmodum in eccleſia vel de neceſſarijs rebus & animę conducentibus, nulla ſit mulieribus loquendi conceſſa facultas.

Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. Cum in eccleſia confabulationem eiuſmodi etiam ſpiritalem ornamento fœminę ducant, occurrit Paulus, aſſerens ad ignominiam po Sileāt fœminæ.
B tius eius eis eam rem cedere, neque id eas decere.

An à uobis uerbum dei proceſſit, aut in uos ſolos peruenit? Perinde ac contradicentibus ſibi nonnullis reſpondet. Cur enim mihi obſiſtitis, neque bonam exiſtimatis hanc mulierum in eccleſijs conticentiam? Num vos pręceptores eſtis. Num a vobis profluxit in cęteros prędicatio? Vel in vobis ſolum ſtabilita eſt fides. Neque neceſſe eſt per vos ea admitti, quę ab alijs fuerint accepta. Non enim vos omnium primi eſtis fideles nec ſoli. Oportet igitur & vos his acquieſcere, quę mundo ſunt viſa, & cæteris comprobata.

Si quis uidetur propheta eſſe aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo uobis, quia domini ſunt mandata. Quod ſane cunctis eſt fortius, poſtremum hic poſuit: deum videlicet per me demandaſſe, quæ factu ſunt neceſſaria: ei male id ignoteſcere, qui apud vos vel propheta appareat eſſe vel ſpiritalis, vel qui ſpiritale aliquod ſit donum adeptus, id eſt, ſcientię.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. Perinde ac ſi inquiat: Ipſe quidem officio functus ſum meo. Dixit nanque quod erat dicendum, pareat modo qui velit. Cuiuſmodi verba hominem exprimunt, qui nihil ſuam voluntatem cōmendet, ſed communi vtilitati pro ſpiciat. Conſueuit autem dicendi hunc modum his in rebus ſeruare Apoſtolus, quibus haudquaquam ſibi fore enixius reluctandum. Quid enim neceſſe eſt Paulo alijs aduerſari, perſuadereque dei eſſe, non ſua quæcunque iniunxerit. Præſertim cum habeat ad diſcipulos verba aſſeratque ſpiritalem hominem ſua dicta pro diuinis recogniturum. Eſt enim perſpicuum, quod ſpiritales eſſe appareant omnes, qui diuina eſſe hęc iuſſa, non Pauli dixerint.

C *Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere.* Cum de ſpiritalibus donis deſeruiſſet, interpoſito de mulierib⁹ mox & ſermone, de ſpiritalibus gratijs mētionem nunc facit, & priores partes prophetię accenſet, æmulamini inquiens: Secundas vero linguis demandat. Neque enim intulit, ſinite loqui, ſed nolite prohibere, quod vſurpare ipſis neceſſarijs minus in rebus & ſuperuacuis ſic conſueuimus. Nolite hunc illum ve, vt de rebus tam friuolis & nullius momenti loquatur, hortari.

Omnia autem honeſte & ſecundum ordinem fiant in uobis Breui omnia corripit, tum quæ ad eos qui linguis loquūtur, tum quæ ad fœminas attinent, tū demum & reliqua quę apud eoſdem nulla vel ratione vel ordine geruntur, caſtigat. Honeſte autem hæc & ordine ſuo gerentur, ſi mulieres conticeant, & prophetæ ſibi alternis concedant.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Reſurrectio caput eſt & principium noſtrę fidei.

NOtum autem vobis facio fratres euangelium, quod pręd icaui vobis. De reſurrectione dicere, iam ipſe aggreditur, quæ noſtræ fidei caput eſt & principium. Nam ſi reſurrectio iſta tollatur, & illud tollitur, Chriſtum ipſum reſurrexiſſe. Si non reſurrexit, neque pium noſtræ incarnatum fuiſſe (quod abſurdum eſt) ſequeretur. Sic nāque noſtra ōnis euertitur fides q̄ tantoperę

apud Corinthios ipsos labaret. Quippe qui cum exterioris huius essent & humanæ sapi D
entię sectatores, quęuis alia credenda potius quem resurrectionem ipsam admiserint. Qua de re Paulus cõtendit plurimum. Prudenter autem Corinthios earum rerum commonefacit, quæ iam fuissent eorum fidei credita. Nihil (inquiens) vobis vel noui, vel peregrinum nunc prædico, nisi quod vobis cognitum est. Vobis autem euangelium notum facio, hoc est, repeto, & ad memoriam redigo. Fraterna autem illos appellatione, & mitigat simul & recordatur, vnde id fraternitatis acceperint nomen, & quemadmodum videlicet cum ex ipso christi in carnem aduentu, a quo ne deciscant periclitentur, tum a baptismo, qui profecto christi est & sepulturæ & resurrectionis figura. Euangelium vero cum inquit, bona ĩnumera prætendit & memorat, quibus ob Christi incarnationem, resurrectionemque ipsi iam fruimur.

Quod & accepistis Non enim quod audistis (inquit) sed quod accepistis. Quippe q̃ non solum verbis, sed operibus & miraculis accepissent. Quinetiam accepisse hos euangelium, dicit vt eis suadeat, haud secus illud, quod accepissent, seruarent, ac si fidei eorum esset aliquid demandatum.

In quo & statis, per quod & saluamini. Enimuero Corinthios, etsi labantes, consistere tamen in euangelio dicit. Et volens quidem, dissimulat eorum inconstantiæ se esse ignarum. Anticipat autem eos, vt & si negare id admodum velint, nequeant prorsus. Verũ quod lucri, si in euangelio steterint Corinthijs sit obuenturum si quæras? Comparatio E
nimirum salutis.

xp̃ianitatis tota vis in resurrectionis dogmate est. Esa. liij.

Qua ratione prædicauerim uobis. Perinde ac si inquiat, de resurrectionis essentia nihil vobis significo, quemadmodum videlicet resurrectio fiat.

Si tenetis, nisi frustra credidistis. Hoc est ni incassum estis Christianum nomen sortiti christianitatis enim vis omnis, in resurrectionis dogmate ipso consistit.

Tradidi enim uobis in primis quod & accepi. Quia cęteris esset resurrectione id dogma pręstantius, in primis hoc ipsum tradidi vobis, vtpote quod totius sit fidei fundamentum. Accepi autem & ego illud, a christo videlicet. Quemadmodum itaque ipse acceptum illud & credo & teneo, item vos tenere debetis, & credere. Et eo acrius, quia omnium primum id acceperitis. Nunc vero neque æquitatem ipsam, nec temporis rationem seruatis, quippe quibus in ambiguo est resurrectio.

Quoniam christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Liquido christi verba sunt hęc in Paulo ipso loquentis. Occurrens nanque manichæi, apostolum asserẽtes peccata mortem dixisse, & erratorum liberationem resurrectionem denominasse, apparet itaque hisce verbis illos coargui. Obijt sane Christus mortem, at quam mortem? Corporalem videlicet, non eam quę sit dilecto obnoxia quippe qui peccatum non fecerit. Quod si asserent, vel hunc in peccatis obijsse, quo pacto pro nostris erratis, mortem hũc diceret subijsse. Si vero & ille peccator fuisset, quomodo pro nostris commissis morti se obiecisset Cum vero secundum scripturas, inquit. Corinthios plane vituperat, & arguit vanitatis. Siquidem vbique corporalem hanc mortem Christo sacræ literæ contestantur. Foderunt enim (inquit) manus meas, & pedes meos, & videbunt in quem F
transfixerunt, & vulneratus est propter delicta nostra, & a peccatis populi mei venit in mortem.

Resurrexit sc̃dm scripturas cur dicatur. Esa. liij. Ione. ij. Osee. vi. Ge. xxij. Figuræ resurrectionis. Esaię. liij. Ioan. xx. mar. xvi. Matth. xxviij. Actu. i.

Et quia sepultus est. Ergo & corpus hic habuit, & corpus vtique est quod sepulchro sic demandatur. Nec secundum scripturas adiecit, vel sepulchrum dixit cunctis patere,

Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Dicet aliquis, vbinam id affirmant scripturæ Christum tertia die resurrexisse? Ex Ionę certe figura, & ante in tempus ex Isaac, qui triduo salutem sit assecutus, nec demum occisus, ita vt viuens matri sit redditus. Et ex figuris alijs ad ipsum veteribus patet innumeris. Quin & ex Esaiæ verbis, cum inquit, Dominus vult eum purgare a plaga, vt ostendat illi lucem. Et dauid, Non derelinques animam meam in inferno,

xp̃s quõ appuit vndecĩ apostolis & quõ. Matthię

Et quia uisus est cæphæ. Ponit in primis, quod cęteris est dignius fide, tametsi euangelium asserat christum primo Marię apparuisse, sed ex viris prius Petro est visus, vt qui cæteros discipulos anteiret. Oportuit enim vt qui fuerat prior christum confessus, prior spectaret resurgentem. Et quia eum negasset, neganti prius apparuit, vt ostenderet eum haudquaquam ab se fuisse reiectum.

Et post hoc undecim. Quæret aliquis, si perspicuũ est in domini assumptione Matthiã in Iudę locũ fuisse suffectũ, quo pacto dicitur christus duodecim visendum se p̃buisse?

A Responderi potest iure fieri id potuisse: vt post assumptionem christus Matthię sit visus, cum & Paulo ipsi post assumptionem vocato apparuit. Eoque neque tempus aliquod explicasse, sed infinire id posuisse. Nonnulli autem dicunt vel scripturæ esse id vitium. Vel quia præscius esset hunc deus vndecim esse annumerandum, & illi apparuit, ne cæteris dignitate videretur inferior: cuiusmodi rem declarat Ioannes sic inquiens, Thomas autem vnus ex duodecim. Dixerit pręterea quispiam & longe melius, secundum suam præscientiam deum reliquis Apostolis Matthiam potius enumerasse, quam Iudam post eius proditionem & laqueos. Ioan. xx.

Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus simul. Post scripturę indicia, & testes inducit, tum Apostolos, tum summæ authoritatis alios & integros viros plus quam autem illud quod græce significantius επανω dicitur, id est supra, nonnulli superne & cælitus interpretantur, plerique supra, hoc est, vltra quingentos intellexere. non exp̄ſ ferunt id euangelistæ.

Ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Habeo (inquit) & testes non nullos superstites, quosdam vero vita iam functos. Cum autem domierunt (inquit) initium resurrectionis, proposuit. Est enim qui dormit, & vita excessit, resurrecturus.

Deinde uisus est Iacobo, Qui frater domini assertus est, & primus fuit Hierosolymorum Episcopus.

Deinde apostolis omnibus, Erant quidem & alij, præter hos Apostoli, vt septuaginta illi.

B *Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est mihi.* Humilitatem verba hæc præferunt, qua vtique prudēter hic vtitur. Quippe cū magnū sit illud de se dicturus, maiorē quam cęteri laborē insumpsi, id cauet maxime, ne velut insolenti iactabundoque fides forsitan abrogetur. εκτρωμα grece, quod abortiuum latinus dixit interpres, εμβρυωμ dicitur, imperfectum quod ex vulua eijcitur muliebri. Et quoniam indignū se Apostoli nomine asserit, & reijciendum: arguit plane vt pro Apostoli dignitate minus perfectum. Nonnulli viro vltimum mulieris partum esse εκτρωμα voluere, perinde ac si Paulus Apostolorum fuerit postremus, cui nil quicquam decessit, quod vltimus dominum viderit. Quemadmodum & Iacobus nihil quīgentis illis habetur inferior, quia post omnes & dominum ipse spectauerit. nec q̄dē istud euā geliū cōmēorat.

Ego autem sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam dei. Sententiam in se tulit. Apostolus quippe qui non modo duodenis se dicit inferiorem: sed & cæterorum omnium. Aduerte quemadmodum idcirco de his faciat erratis nunc mentionem, e quibus per baptismum sit postmodum liberatus: vt ostendat quantis se donis deus affecerit. Quęret aliquis, cur seipsum Paulus resurrectionis dominicę testem producit, deinceps & sua errata commemorat. Nempe, vt fides ei maior adhibeatur. Haud enim parcet alienis commissis, qui sua expromit. Abortiuus Paulus cur. Ephe iij. Actu. ix

Gratia autem dei sum id quod sum. Peccata quidem sibi adscribit: diuinæ gratiæ officia & virtutes.

Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Et hoc quidem submissius fatur non enim dixit pro diuinæ gratię dignitate me gessi, sed nihil (inquit) superuacanea dei in me comperta est gratia, quippe qui abundantius & longe magis quā cęteri apostoli euangelio insuaderim. Neque pluribus inquit, sum periculis iactatus, sed remissius, ita laboris nomine proprias laudes intercidit. Hæc autem ideo intulit vt fides ipsi præstaretur scribendi. Oportet nanque qui alios instruit vt fidem hanc sibi vel præcipue ab authoribus vendicet.

C

Non ego autem, sed gratia dei mecum Quinetiam (inquit) vel labor hic meus, omnis dei est mihi gratia iniunctus, nulla mea virtute initus.

Siue enim ego, siue illi, sic prædicamus & sic credidistis. Siue ergo maiores labores prędicando insumpserim, siue illi tamen quod ad euangelij prædicationem hanc spectat, vnū omnes sentimus. Neque huiusmodi aliquod intulit, si fidem mihi minus pręstatis, illis saltem hanc velim adhibeatis. Adiectiorem enim se redidisset, neque testem se fidum satis testandę veritatis ostenderet, sed ipsum se asserit nulla humana ope prædicationi huic satis facere, & illos per se satis sufficere. Cū vero inquit prędicamus, vera esse quæ dixerit patefacit. Neq; enī seorsum & in angulis loquimur, sed in propatulo. Neq; nōnunquā, sed in p̄sentia. Et si me prędicāte, & vos credidistis, Nec sane nūc creditis dixit, quia instabiles erūt et nutabūdi. Inter cętera illorū fidē in veritatis testimoniū vocat. Non enī (inquit) temere dictis, pinde ac cōmētitijs & fallacibus vlla fuisse per vos pręstita fides, nisi vera esse duxissetis, & certiora quę per me sunt prędicata. Paulus fidē suis dictis consiliat.

Si autem christus prædicatur, quod resurrexit à mortuis quomodo quidam dicunt in uobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Optimo vtitur argumento. Nam cum prius ostenderet christum resurrexisse,& hunc in modum, cum abs se, tum ab apostolis cæteris prędicatum,,ex christo sic resurgente & mortales omnes resurrecturos confirmat, tanquã caput ipsum reliquos subsecuturos. Nec tamen Corinthios vniuersos incusat, ne videatur omnes magis vituperare: sed quidam (inquit) in vobis id dicunt. D

Ex xp̄i resurrectione. ꝓbať & adstruitur resurrectio mortuorum.

Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Ne asserendi huiusmodi aliquid his detur occasio,& si christum diximus resurrexisse, haud tamẽ futuram credimus, mortuorum resurrectionem. Hanc Paulus sic inquiens asseuerat: Si mortuos resurrecturos negamus,& christum resurrexisse negemus, necesse est. Qua enim de causa resurrexisset, nisi pręuium se ille nobis ad resurgendum præstitisset ducem.

Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra. Si enĩ moriens resurgere nequiuisset, neque peccatum fuisset sublatum, neque mors ipsa deleta, & nostra demum inanis fuisset & superuacanea prædicatio, & fides vestra inanior argueretur.

Actu.ij. Resurrectio mortuorũ adstruitur.

Inuenimur etiam & falsi testes dei quoniam testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauit christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Minus (inquit) religiosi nos deprehendemur, vt pote qui deum calumniantes resurrexisse affirmemus qui non resurrexit. Id enim eueniat necesse est, si mortui resurrecturi non sunt, quod quia vt ita futurum sit, est plane absurdius. Nec illud credendum, non aliquando mortuos resurrecturos. E

Nam si mortui non resurgunt, neque christus resurrexit, quod si christus non resurrexit, uana est fides uestra. Isdem rursum nititur rationibus. Propter ea (inquit) hic resurrexit vt cunctis mortalibus resurrectionem pararet. Quod si nulla mortuorum futura sit resurrectio ergo nec resurrexit christus. Id vero concedatur, & fidem vestram inanem esse dicamus necesse est, quod est omnino absurdum.

Ioan.I Apo.v.

Adhuc enim estis in peccatis uestris. Si enim christus non resurrexit, ego nec mortem subiuit. Si minus est ille mortem perpessus, neque peccata dissoluit. Mors quippe illius, peccatorum est resolutio. Inquit enim, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Agnum vero eum appellat, qui fuerit occisus, & nostri gratia immolatus. Quod si haudquaquam est christi morte delictum sublatum, estis sane delicto obnoxij, in eoq; permanetis. Cur ergo existimatis fuisse vos crimine hoc liberatos?

Ergo & qui dormierunt in christo, perierunt. Hoc est, qui ob christum sunt morte affecti, adeptique & martyrij palmam, deperditi forent, ni & resurrectionis spes esset. Omnes præterea in christi fide dormientes, qui vitam vixere arctiorem, perijsse videntur, cum mũdi huius priuantur voluptatibus, neque vllis in posterum bonis fruentur, sit tolli turr esurrectio.

Si in hac uita tantum in christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si ad vsque hanc vitam, spes omnis nostra prouehitur, in eaque & sola versamur, neque præter hanc quicquam vltra cupimus nos, qui in christo speramus, hoc est, quorum est in christo spes sita, neque aliam vllam operimur in cœlo, vitam miserijs hauddubie & calamitatibus cęteros homines anteimus, quippe qui neque præsentibus fuimur, vt diximus supra:& futuris car ebimus, quia vt inter vos quidam existimant, resurrecturi non sumus. Dicet aliquis, solam animam vsum esse bonorum cęlestium habituram. Verum quid illud? Neque enim hæc sola laborem suscepit, sed corpus etiam bonis actibus insudauit. Quo ergo pacto par illud videri debet, vt corpus quod maiores labores subierit, nil prorsus futurum habeat,& pręmiorum sit expers, solaque anima coronetur. F

Corpus etiã glorificãdũ.

Colos.i. i.Ti.iiij. Apoc.i. Resurrectio mortuorũ adstruitur, quã Manichæi inficiabãt.

Nunc autem christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium effectus est. Cum ostendisset quod absurda ex resurrectionis diffidentia orirentur, resumpta oratione, sic inquit. Cõtingent sane quæ diximus, si nulla futura est communis omnibus resurrectio, quod nec secus haberi debet, quam si christus ipse non resurrexit. Nunc autem constat hauddubie christum resurrexisse, ergo & vniuersis a mortuis excitabuntur. neque tanta absurditas subsequetur. Ex mortuis vero frequẽter vsurpat, vt ora obstruat Manichæis, qui aliter sentiunt. Quod si primitiuæ, hoc est, pręuius ille & dux dormientium resurrexit, vel mortui omnes suscitabuntur. Habet enim & qui præcesserit se subsequentes, tũ vel maxime cum e multis vnius rei cuiquam initiũ dederit, quę sit per cęteros exequẽda.

Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes

nes moriuntur, ita & in christo omnes uiuificabuntur. Causam infert, qua sua dicta confirmet. Erat enim necesse, vt natura ipsa, quę plane succubuit, victrix euaderet, vt ille
A victorię palmam referret, qui fuerit prostratus. Nam vt in adam, hoc est, in adę dilecto, omnes sunt morti obnoxij, sic & in christo resurrecturi sunt omnes. quia sine peccato sit vnus ille inuentus, nec morti obnoxius, & volens (paulo post resurrecturus) obierit. Fieri enim non poterat, vt vitæ dux illi corruptioni subijceretur, quæ omnia Manichæos conuincunt & refutant, qui mortuos negant resurrecturos.

Vnusquisque autem in suo ordine. Et si intelligis omnes esse viuificandos, nequaquam vel peccatores ipsos saluos fore existimes. Quod ad resurrectionem autem spectat, vitam quidem sunt omnes habituri, suo tamen quisque ordine permanebit, & vti fuerint emeriti singuli. Geñ. iij Actu. ij.

Primitiæ christus, deinde hi qui sunt christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Principium & via resurrectionis factus est christus, post hunc qui christi sunt, hoc est omnes fideles & qui in eo probati sunt priores resurgent, eodem cęlitus descendente, hoc enim prętendit: cum in eius aduentu inquit. Oportet nanque & aliquod habeant priuilegium iusti vel resurgendo. Nam vt in aera obuiam christo procedant, sunt rapiendi: ita & primi a mortuis excitantur, quemadmodum contra & peccatores in terra & locis inferioribus hisce iudicem vt damnati operientur, mox & finis resurgendi omnibus fiet, vt pote cunctis vna suscitatis. Neque vt in præsentia, cum solus surrexerit christus, & suo loco permanent res humanæ: sic tunc pari erunt conditione, sed finem omnia assequetur. Manichæi negabant resurrectionem mortuorum. i. tess. iiij.

B *Cum tradiderit regnum deo & patri.* Duo sunt apud sacras literas regnorum genera: alterum vtique fit ex coniunctione quadam & sanguinis necessitudine, alterum ex ipsa rerum creatione. Imperat enim deus & Gentilibus & Iudęis, & horum dęmonibus vel inuitis, iure creationis: quippe, quia eos condiderit. Imperat autem fidelibus ipsis & sanctis vltro sese illi subijcientibus, coniunctionis de causa. De hoc vero imperij genere sic disserit Dauid, Postula a me, & dabo tibi gẽtes. Et alibi Iesus: Data est mihi omnis potestas. Eiusmodi itaque regnum & patri tradidit, hoc est, complet & perfectius reddit. Exempli gratia. Imperator quispiam filio bellum aduersus remotissimas nationes procurandum demandat. Subactis itaque gentibus illis, & bello finito, dici tunc quidem filius potest, bellum patri tradidisse: hoc est, demandatum sibi a patre negocium absoluisse. Dici itaque Paulus: tunc omnia finem esse iam nacta & terminata, cum ea suæ ditioni subiecerit filius. Christus nanque in nobis tunc perfecte imperitum est habiturus, cum non amplius inter nos dissidebimus: nec deo partim, partim dæmonibus paruerimus. Quo fit vt patri christus, haud secus quam a tyranno quopiam arreptum imperium, expeditum & liberum tradat. Regnum duplex in sacris literis. Psal. ij. Matth. xxviij.

Cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem & uirtutem. Hoc est, quando deuicerit, & cessare fecerit prauas omnes hic potestates. Quæ vt in pręsenti plurifariam operantur, & iugi sunt in actione: sic demum tunc cessabunt & conquiescent.

Oportet autem illum negare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: nouissime autem inimica destructur mors. Quoniam deum dixerat, quę ab se desciuissent potestates inanes & vacuas redditurum, pręfixurumque trophea in victoriæ signum: merito quis dicere subdubius & hæsitans posset, nullo eum pacto futurum infirmiorem, sed necessario regnaturum, hoc regis instar, & præpotentis factitare hunc omnia oportere: quousque & hostes subegerit, & mortem demum ipsam subijciat pedibus. Perspicuum præterea est, vti vel sua opera, mortem sit sub iugo missurus. At quo pacto mortis huiusce seruitus apparebit, & hanc ipsam cõstabit fuisse subactam, nisi euomat quæ olim exceperat corpora. Tunc enim hãc proprie deuictam dicemus fuisse, cũ eis exuuię diripientur. Haud quaquam igitur, vbi auditu forte perceperis omnem hunc esse christum mortis dominatum, & potestatem denique sublaturum: verendum erit: perinde ac si extenuatus ille: & rei huiuscemodi impotens, vt id perficere nequeat: quippe qui cunctis imperitando omnia exequetur, & bellum ipsum pertractabit quousque ĩimicos omnes subijciat. Vides quemadmodum, donec particula, hic non futurum tollat posita sit, sed ea quę explicata est causa. Pręstat enim eius (inquit) imperium neque lentescit, aut debilitatur, donec omnia compleat. Rebus vero omnibus absolutis longe magis nullus erit illius imperij finis. Basilius aũt christũ regnare oportere ita interpretatur. Perinde ac si subiectionẽ operetur, vt nos sua ditiõe cõstituat, ea lege, vt cũ illi subijciemur, paruerim᷑q; desinat eiusmodi in nos imperium exercere, hoc est, studium eius omne nobis ĩperitãdi ps. cix Heb. ix. Donec particula quõ. Basilius,

Faber. murarius — & actio conquiescet. Quẽadmodũ enim faber murarius tam diu cõstruit domũ quãdiu ad eius fastigium prouectus ab opere faciendo desistat: sic filius ipse imperitat, hoc est suum in nos exercet hic dominatum, quousque sibi subijciamur.

ps. viij. — *Omnia enim subiecit sub pedibus eius.* Cum autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Quoniam dixit de filio, quod hostes esset inanes & vacuos redditurus, pręfixusque & trophęa, & veritus est, ne aliud quoddam induceret principium, & ingenitus esse filius putaretur: idcirco omnia ad patrem refert: inquiens eum filio subiecisse inimicos. Cunque ad gentiles homines scriberet, qui Iouem crederent Saturnum patrem olim insectatum, eundẽque imperio priuasse, cauens ne tale aliquid de filio dei suspicarentur: perinde ac si patri insurrexisset, sic inquit, omnia filio pręter eum subiecit, hoc est, pręter se patrẽ: quippe, q reliqua filio poti⁹ subiecisset.

Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia. Ne quis diceret, & si min⁹ filio subiectus est pater, haudquaquam impedit, quin illo sit potentior filius. Quem quæstionem in primis Paulus sustulit, inquiens, Filium se patri subiecturum. Sic summam filij cum patre concordiam patefacit. Quocirca intelligas velim patrem causam esse & originem eiusmodi potentiæ filio, neque filium aliam quandam esse potentiam patri obsistentem & obuiam. Quod si vltra modum humili sit & abiectiori dictione visus, nihil mireris. Consueuit enim Paulus cum aliquid est radicitus auulsurus, rem magis ac magis augere. Exempli gratia, Cũ ostensurus esset fidelẽ mulierem, nullam ex eo iacturam perperã perpeti posse, si viro infideli copularetur, sic dixit. vir infidelis per mulierem &c. Non tamen exprimens quod sanctior efficiatur sed verbi quadam excellentia arguens, nil prorsus fideli fœminę nocere ex eiusmodi copula potuisse. Nec secus hoc loco, ac dictum est, subiectionis hoc nomine euellit penitus, & eradicat prauam quamuis suspitionem, quam inducere quispiam auderet, videlicet quod patre sit potentior filius, vt pote qui res tantas moliri & perficere valeat. Nysses vero Gregorius ille, sic sentit. Filium scilicet nostra omnia pro suis habere, subiectionem insuper nostram propriam ducere. Homines vero dissentionibus niti aduersus deum, quandoquidem hunc negant fideles, & fidelium plærique, quia vitijs dediti haudquaquam illi obtemperant. Cum autem infideles eius notionẽ habebunt, quem in pręsentia diffitentur, nosque fideles vitæ huius vitia cum virtutibus commutabimus, tunc filius subesse dicetur. quippe qui humanã indutus ꝑsonã, nostra omnia ꝓsus duxerit.

Pauli mos in scribẽdo — E

Grego. Nysenus.

Vt si deus omnia in omnibus. Hoc est, vt omnia a patre dependeant, ne quis forte duos liberos principatus diuulsos & discissos ab inuicẽ suspicetur, siquidem inimici filij pedibus prostrati subiaceant. Filius vero nihil a patre dissideat, quin potius vt filium decet deo subiectus sit patri: sic deus omnino & pater erit omnia in omnib⁹. Nõnulli aũt ex his volunt nequitiæ significari interitũ, ꝗ deo omnia subsint. Cũ enim prorsus peccatum fuerit sublatum, perspicuũ est, deũ esse in omnibus omnia, quin etiam cum haudquaquam vltra in istiusmodi vitę irritamẽtis & vitijs ipsis versabimur, nil penitus deũ in his offendentes, sed dei omnes speciẽ aliquam pręferemus, eundemque colendum vnice susceperimus, tunc deus ipse nobis omnia suppeditabit, quippe qui & cibus nobis & potus & amictus, insuper & cogitatio, & motus denique futurus est. F

Alioqui quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid baptizantur pro illis? Mos est Marcionistis hæriticis, cum aliquis apud eos sine baptismo decesserit, eius qui vita functus esset, feretro viuum aliquem submittere hominem. Proinde feretrum ipsi adeuntes a mortuo sciscitãtur, vtrum ei libeat baptizari: moxque qui latitat viuus de loco inferiori respondens, se velle inquit, asserentemque demortui loco baptizabãt. Hic itaque prauę huius consuetudinis insimulati, Apostolum dictitant eã rem iniunxisse. Producuntque dementes illi & vesani id dictum, quod haudquaquam ita se habet, vt ipsi affirmant. Porro qui erant baptismum accepturi, integra pronunciabant fide symbolum: moxque & illud, Credo mortuos resurrecturos. Inquit itaq; Paulus, qui futuram credunt mortuorum corporum resurrectionem, sub speque eiusmodi sunt baptizati: quidnam sunt, cum eis Christus sit occursurus, acturi? Quid præterea resurrectionis gratia prorsus homines baptizantur, hoc est, pro resurrectionis expectatione, si mortui non resurgunt?

marcionistarũ, mos vesanus.

Vt quid & nos periclitamur omni ora. Si resurrectionis argumentum haudquaquã id oẽ admittitis, quod plane ꝓfitẽtur baptismo abluti: vocẽ saltẽ excipite, quę ipsa re cõprobat. Nos nãq; Apostoli vniuersi ꝑiculis agitamur assiduis. Cur ergo hm̃oi discrimina

A subiremus, aut cuiusmodi meriti alterius gratia si nulla certior esse futura humanorum cadauerum resurrectio? Quod si ob inanem gloriam & iactantiæ causam malit quis se periculis offerre, semel id, aut amplius ille optauerit. Verum singulis momentis velle periclitari, summo indicio est, nos de resurrectione esse iam certiores.

Quotidie morior propter uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Cum inquit, vt quid periclitamur, discriminum expressit magnitudinem, vel potius assiduas mortes. Verum quo pacto diebus singulis mortem obibat apostolus? Quid ni? Animi promptitudine, & quia esset ad mortem subeundam semper paratior, taliaque pateretur, quę mortem afferrent: propter vestram gloriam: hoc est, vestri profectus gratia, quo ipse glorior. Cedit namque discipulorum in meliora progressus ad gloriam pręceptori. Quare postmodum deo commissa sic inquit. Quam habeo in Christo Iesu. Cuius videlicet id omne opus, non meum: perinde ac si dicat. Quemadmodum vobis proficientibus laudem mihi & gloriam vendico, sic remissior ipse efficior, & animo consternatus, cum calamitose adeo vobiscum agatur, vt rationi iam diffidatis. Paulus semp mori patus.

Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt. Quantũ (inquit) ad homines Ephesi cõsedi, bellumque mihi hauddubie cum bestijs fuit. Quid enim si deus me periculis exemit, quid, inquam, mihi potuit ex eo vtilitatis obuenisse, si nulla futura esset resurrectio? Illud aduersus beluas certamem appellat quod cum Iu-
B dæis & Demetrio Argirocopo inierat Ephesi. Quid enim a bestijs ipsis distabant, si mortui (vt isti affirmant) haudquaquam resurgunt?

Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Si nulla est futura mortuorum resurrectio, consequens est, vt in eo sęculo nulla sit bonorum fruitio. Fruamur interea præsentis sęculi bonis edendo & perpotando. Id enim duntaxat nobis erit lucri. Hoc autem dictum, ab Esaia desumptum est vulgo illorum dementiam increpante, qui nullam asserunt futuram resurrectionem. Act. xix.

Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos, colloquia mala. Ad castigationem diuertit sermonẽ, sensimque hos & leuitatis incusat & dementiæ. Hoc enim prætendit, cum nolite errare, inquit. Bonos autem mores, qui facile circunueniuntur, appellat. Arguit præterea Corinthios, ad resurrectionem hanc diffitendam, ab alijs fuisse deceptos. Esa. xxij.

Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Haud secus ac temulentis vigilantiam Corinthijs iniungit apostolus. Iuste autem perinde acsi viriliter interpretetur. Possunt enim homines, veluti super prauo aliquo facinore & abstinere, vt græce habet, & vigilate, & nolite peccare, subiungit. Nam huiusmodi peccandi licentia vestra hæc de resurrectione oritur incredulitas, quippe qui malorum sibi sunt conscij, nullam esse existimant tormentorum formidine resurrectionem. Dei autem ignoratione tenentur, qui nullam resurrectioni adhibent fidem. Non enim norunt dei potentiam. Neque habetis, dicit: sed habent, tam prauum imminuens facinus, cum in alios illud reijciat. Sapien. ij. Incredulitas futuræ resurrectionis ex peccãdi licẽtia.

C *Ad reuerentiam uobis loquor.* Cum satis iam eos carpsisset, sic inquiens consolatur: istiusmodi vobis locutus sum, nõ vt infensus & hostis incesserem cõtumelijs, sed pudore afficerem. Grecę enim verecundiam habet, & eius rei ob gratiam, vt correctos vos tandem & castigatos, & verecundia quadam affectos, ad veritatis notionem traducerem.

Sed dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore uenient. Haudquaquam ipsi id affirmatis. Sed aliud quispiam inquit, dicit. Quod eo facit, vt sine aliqua animi passione sua hæc videatur deprompta oratio: perinde ac si alijs minus resurrectura corpora existimantibus, rem ipsam disquirat. Duo igitur quędam in dubitationem veniunt modus scilicet resurgendi, quo pacto corpus in cineres semel collapsum & resolutum subleuetur. Et quo corpore, hoc ne an alio quopiam? Vtraque autem hæc graui exemplo dissoluit.

Insipiens tu, quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Ex re notiore & ab his continue gesta, obiecta dissoluit: eoq; & insipientes appellat, vtpote qui rem adeo notã ignorẽt. Tu (inqt) qui seminas, hoc est, tu qui corruptibilis es, id agis: qd ergo ãbigis idipm & deo licere? Nõ enim viuificatur (inquit) nisi & moriatur, verbis vsus nihil semini propinquioribus: aut accommodis, sed corporibus ipsis. Neque enim intulit, haudquaquã s. germinat, nisi & resoluat: sed minime viuificabitur, inqt, nisi & moriatur. Aduerte autẽ quẽadmodum ad id quod contra facere videtur, sermonem conuertat. Corinthijs nãq;

illud, vt mortui resurgamus, videbatur absurdius. Paulus vero contrarium asserens ait, eo nos suscitari, quia & morimur: perinde ac si nõ aliter liceat in vitam reduci, nisi mors ipsa præcesserit. D

Et qui seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa tritici, aut cæterorum cuiuspiam. Cum duo dixerit, subdubitari posset, quemadmodum scilicet mortui excitentur, & quo sint corpore resurrecturi: resurgendi modum iam soluit, quia per mortem is fiat, & in tritici morem. Nunc autem explicans, quomodo resurrecturi sint mortui, & reliquum aperit, quo de ambigebatur. Inquit itaque quod corpus illud idem suscitatur, hoc est, quod eiusdem substantiæ sit, splendidus tamen & comptius redditur. Hæretici vero non idẽ illud quod fuerat, dictitant suscitari. Id enĩ (inquiũt) p̃terea apostolus, cum dicit. Non corpus quod futurum est seminas, cum ille haudquaquam sic sentiat. Sed id hauddubie exprimit, Non seminas ipse quale futurum est fulgentius scilicet & ornatius, sed nudum & in tritici grani potius similitudinẽ, e quo spica ipsa pulchrior ita enascitur, vt nequaquam idem sint spica & granum. Neque enim in spicę formam illud est satum, culmo videlicet & aristis obductum, sed nudum. Neque pro eo aliud quippiam proseminatum. Quippe non ex frugum aliarum cocco, sed ex nudo frumento grano spicam ipsam prodiisse constat.

Corpus splẽdidiꝰ resurrecturum.

Deus autem dat illi corpus sicut uult. Si deus (inquit) daturus est corpus, quid ipse tam curiose inquiris, quali simus corpore resurrecturi, & resurrectioni diffidis, cum dei potentia audis, & voluntatem? Deus quidem resolutum suscitat corpus, præstantius tamen pulchritudine, & spiritu redditum. Quod plane potest vel in seminibus ipsis comprehendi. Siquidem mandato terræ semine, formosius longe surgit, quod pullulat ex eo & procreatur, E

Et unicuique seminum, proprium corpus. Id prorsus hæreticorum obstruit ora, asserentiũ non idem hoc corpus, sed aliud quoddam esse in resurrectione denique suscitandum. Ecce iam audis proprium esse cuique corpus concessum.

Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum: alia peccorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Ne forte cum intellexeris granum pari modo omne & passim concrescere, sic etiam in resurrectione existimes honore similes fore omnes, de dignitate ostendere nititur, vel resurgentium fore discrimen. Quod preueniens patefacit, cum dixit. Vnusquisque in suo ordine. Adiecit præterea, non omnis caro, eadem caro, hoc est, nequaquam omnes pari honore resurgent sed tantum iustorum differunt corpora ab impiorum corporibus quantum a terrenis hisce cęlestia. Erit præterea & inter iustos ipsos haud paruum graduum discrimem, quemadmodum in subsequentibus dicturus est. Quinetiam vel inprobos ipsos distabit plurimum. Inquit enim. Quemadmodum caro humana a pecorum & reliquorum brutorum est longe diuersa: sic erit peccantibus & damnatis, vel in ipsis supplicijs magna diuersitas. Quę autem dicta in pręsentia sunt peccatorum duntaxat exprimunt differentiam. Est namque de iustis paulopost dicturus cum de cælestibus ipsis faciet corporibus mentionem.

Iustorum corpora quãtum differant a corporibus impiorũ in resurrectione.

Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestium gloria, alia autẽ terrestrium. F
Hoc loco (quemadmodum diximus) differentiam exprimit, qua iusti & reprobi inter se differunt. Iustos quidem cęlestia corpora nuncupans: reprobos vero terrestria. Et alia quidem est, iustorum gloria, peccantium alia, quorum haud tamen dicenda est gloria. Neq; enim hęc illis conceditur, sed gloriæ loco vita quędam intelligenda, hoc est, aliter longe cum peccatoribus actum iri.

Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. Quemadmodum pauloante noxiorum & delinquentium corporum explicauit differentiam, ab ipsis hominibus initium sumẽs: deinceps pecorum & piscium meminit, quod peccatores ipsi a principio homines conditi, mox in irrationabilium animantium sint similitudine delati, sic & iustorum exponi discrimen: omnes inquiens in claritate sunt, sed alius quidem est solis splendor, & alius lunę. Nam & stellę inter se differunt fulgore & claritate. Est enim astrorum gloria lux ipsa & splendor. Nonnulli vero cęlestia corpora pro ipsis angelis accepere. Nec recte arbitror, quod inde liquet, cum solem alibi, & lunam, & stellas inducit. Quo fit vt de iustis potius haberi sermo hic videatur.

Stella a stella dif.

Sic & resurrectio mortuorum. Sicut mortuorum varia est resurrectio, quemadmodum superioribus exemplis explicatum iam est.

Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Superius cum de seminibus diceret, verbis est vsus corpori proximioribus: sicuti non viuificatur inquit, nisi & moriatur.

A Nunc de corporibus differens, verbis vtitur feminibus proximis. Seminatur (inquiens) incorruptione. Semen autem nunc non illud dixit, quod vulgę, sed quod terrę demandari videtur, quandoquidem & ipsa cadauera fepulchro cōduntur: perinde ac fi inquiat. Deponuntur in terram demortua corpora in corruptione, hoc eft, vt corrumpantur. Bene autem furgit, dixit, non nafcitur, ne terræ id opus effe exiftimes.

Seminatur in ignobilitate, furget in gloria. Quid enim mortuo homine eft ignobilius? Surgit tamen in incorruptionis gloria, tametfi haud pari honore fruantur, omnes.

Seminatur in infirmitate, furget in uirtute. Nihil valet vel ad quintum diem caro demortua corruptioni refiftere: furgit tamen in incorruptionis potentia. Quandoquidem comprehendi corruptione nulla hæc poffit, tametfi peccatoribus maiori fupplicio futura fit incorruptio. Animale corpus, fpiritale corpus.

Seminatur corpus animale, furget corpus fpiritale. Animale corpus ab animali potentia regitur, in quod & anima ipfa imperium habet & gubernationem. Spiritale autem, quod fpiritus fancti opera abunde vtitur, ab eodemque & gubernatur. Qui fpiritus in nobis, & fi in præfentia operatur, non tamen adeo neque tam affidue, quippe qui delinquentibus nobis abfcedit ftatim & auolat. Eodemque pręfente anima corpus ipfum moderatur & regit. Tunc autem cū refurgemus, perpetuo idem iuftorum corporibus aderit fpiritus. Vel fimpliciter fpiritale dixit, quia incorruptum, perinde ac tenue magis ac leuius, origenis error.

B & quale in aerem deferri poffit. Non tamen eiufmodi, quale afferit Origenes, aereum fcilicet & æthereum, vel ex aeris ipfius, vel ætheris fubftantia compactum. Quod fi corporum refurgentium incorruptioni diffidis, refpice cęleftia illa quæ inter ea neque fenefcunt, neque labore vllo conficiuntur, qui creauit noftra hæc corpora, quæ facile corrumpuntur incorruptibilia reddit.

Eft corpus animale. Quod nunc gerimus in præfenti hac vita.

Eft & corpus fpiritale. Quod fumus in futurum habituri, idem illud exiftens, quod eft in pręfenti. Animale vero, hoc eft, corruptibile.

Sicut fcriptum eft. Factus eft primus homo Adam in animam uiuentem, nouiffimus Adā in fpiritum uiuificantem. Atqui hoc primum traditum literis fuiffe conftat, poftremum vero illud nequaquam. Sed ex rerum ipfarum confequentia & euentu dignofcitur. Scriptum tamen vel id dicit, fuiffe, quemadmodum & propheta de Hierufalem dixit. Vocabitur iuftitiæ ciuitas cum tamen haudquaquam id explicaffet. Et euangelium, dominum Emanuel nuncupat, cum ipfe minime fic diceretur, fed res ipfę vocem hanc indiderunt & nomen. Primus itaque adam homo erat in animam viuentem effectus, hoc eft, corpus habebat animæ viribus gubernatum. Nouiffimus vero, qui Chriftus eft in fpiritum viuificantem. Non enim viuentem dixit, fed viuificantem. Id exprimens quod & præftantius erat, & longe maius. Dominus namque fubftantialiter habebat fpiritum fanctum fibi vnitū quo & propriam carnem viuificabat, & nobis per eum eft incorruptionem largitus. Quo fit, vt vitæ huius corruptibilis, pignora in priore adam cepերimus, futuræ vero in Chrifto.

Gene. ij. Efaiæ. i. lxij. Matth. i. Efaię. vij. Primus Adā, nouiffimus Adam.

C *Sed non prius quod fpiritale eft, fed quod animale, deinde quod fpiritale.* Ne quis forte quærat. Cur ergo corpore hoc animali, quod deterius eft, nunc ipfi potimur, fpiritali vero fumus quod fatius eft potituri? Refpondet vtriufque principia fic fuiffe difpofita. Adam primo, poftremo Chriftum. Ita fit vt in melius prouehantur res noftræ. Quinetiam perfuafum habeas velim vel ea quæ nunc in te funt corruptibilia hęc & peiora, in id quod incorruptum eft, & pręftantius commutatum iri.

Primus homo de terra, terrenus, fecundus homo de cælo, cæleftis. Ne optimum negligant viuendi modum, futurum eft, vt de vita eos commonefaciat, quę deo fit placita. Inquit itaque. Adam fuiffe ex terra progenitum, & idcirco effe hoc nomen fortitum. Adam enim fignificat terreum, & e puluere plane effectum. Secundus vero homo, dominus fcilicet e cęlo erat. Quorum alterum a deteriore denominat, alterum illum & fecundum a potioribus nominat, neque propterea quod homo fiue ipfa humanitatis affumptio e cęlo effet, quemadmodum demens ille Apollinaris delirabat, fed vt quod vna fit vnius Chrifti perfona. Et homo de cęlo effe propter vnitatem dicitur, & deus fuiffe eandem ob caufam crucifixus afferitur.

Adā qui apollinaris error.

Qualis terrenus, tales terreni. Hoc eft pariter & perditum eunt, & interibunt. Vel quia peccati mortem obituri funt hi, qui terrenis rebus inhæferint.

Qualis cæleftis, tales cæleftes. Hoc eft, fic īmortales funt pmāfuri, & charitate fulgētes.

Nam & secundus Adam mortuus est, mortem tamen vt ipse dissolueret, mortem subiuit. Vel aliter. Ipsi scilicet diuinam vitam degentes, perinde ac sapientes cęlestia glorificabuntur.

Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginem cælestis. Hoc loco enodatiꝰ retegit orationis in commonefaciendo figuram. Imaginem autem terreni praua ipsa facinora dixit. Cęlestis autem imaginem, optimam actionem. Quemadmodum igitur in nequitia viximus, tanquam terreni filij & terrestria sapientes, sic rursus in virtute victuri sumus, vtpote qui cęlestis imaginem imitando seruabimus. Imago quidem terreni: vt

Geñ. iij. illud. Quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Imago autem cęlestis, mortuorum est resurrectio, & incorruptibilitas ipsa. Itaque vt tanquam de resurrectione, non de modo viuendi dicta hæc fuisse intelligendum sit. Et illud. Portabimus imaginem cęlestis, non consulentis esse dictum intelliges, sed rei futuræ indicium, hoc est, quod cęlestem sumus imaginem portaturi.

Actiones carnales nõ hæreditabunt cęlum.

Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Postquam imaginem terreni expressit: perinde ac si eandem interpretetur, sic inquit. Quoniam caro & sanguis, quod imaginem præferunt terreni, hoc est, carnales actiones, & corporis crassitudini conformes, haudquaquam poterunt cęlestis regni consequi hereditatem.

Neque corruptio incorruptelam possidebit. Hoc est nequitia animi ingenuitatem corrumpens nequit gloriam illam possidere, & bona incorruptibilia. Poteris & hæc omnia, non ad vitę instructionem referre, sed vti de resurrectione edisserant capere. Videlicet caro et sanguis, id est quod ex carne & sanguine hoc corpus concertum, in futuro seculo cęlesti imperio non potiatur. Quo in seculo nec potius erit, nec cibatus, quibus omnino tale corpus nutritur. Neque corruptio, hoc est, corruptibile corpus, incorruptibilia vendicabit. Necesse est itaque vt spiritale nostrum hoc corpus, corruptionis sit expers futu-

Basilius. rum. Tametsi Basilius hæc ab apostolo dicat eo fuisse prolata, vt corinthios ad recte viuendum cohortaretur.

Ecce mysterium uobis dico. Ad conceptum de resurrectione sermonem, iam redit, pollicetur que se illis horribille quiddam & arcanum ea de re denuntiaturum. Sic illos quemadmodũ plurimi faciat aperit, quando recondita sint, neque liceat sibi effari, dicturus sit.

Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. (Omnes quidem nõ moriemur, omnes autem immutabimur, sic græce.) Non omnes (inquit) sunt morituri, verum omnes immutabimur. Vel hi, qui non moriuntur, hoc est, qui ad incorruptionem transferuntur. Nequaquam igitur cum moriendum sit, vereri debes, quin resurrecturus sis aliquã do. Ecce iam tibi prædico plerosque mortem esse nõn obituros, haud tamen id illis ad eam resurrectionem sat valet, nisi & immutentur: & sic ex hac corporum mortalitate, ad immortalitatem pertranseant. Vt itaque illi cum mortis immunes sint, nihil ex eo capiunt vtilitatis, sic nobis mors ipsa effecerit: illis vero mors est immutatio. Moritur namque in eis corruptio, in corruptibilitatem denique commutata.

In ictu oculi, quõ. apo. viij.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Hoc est, momentaneo tempore, & breui admodum, quanto distringi supercilium vix possit, res eiusmodi fient. Neque solum mirum illud videri debet, quod tabida iam & putrefacta resurrectura cadauera sint, quodque singuli proprium sint recepturi corpus: sed quia tãta sit hoc celeritate futurum, nequeat explicari. Nonnulli autem in nouissima tuba, intellexerunt, perinde ac si illud ab Apocalypsi Ioannis Euangelistæ desumptum sit. E septem namque tubis, inquit, priores quidem ominibus finem denunciant. Non enim omnes vna interibunt, sed diuerso quisꝗ tempore naturæ necessitati concedet. Et hoc quidem fiet diuina dispositione, vt priorum qui sunt perempti, exemplo, qui reliqui erunt malefactorum pœniteat. Nouissima autem tuba & momento, quod est & oculi ictu, hos & resurgere facit & immutari.

Psal. xxxviij. cxlviij. per tubã ĩ iudicio qd significatur.

Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Ne quispiã talia fieri posse in oculi ictu diffidat, certiora esse quæ dicit, ex dei potentia arguit, qui eiusmodi faciat, inquitque tuba canet, & hæc vtique fient. Cuius dicti persimile istud est. Ipse dixit, & facta sunt. Per tubam autem, quæ nulla profecto in futuro iudicio erit, dei nutum & imperium patefacit, qui ad omnes sit peruenturus.

Et nos immutabimur. Haudquaquam de seipso id asserit Paulus, sed de his tunc superstites erunt, & in humanis agent.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Ne forte audiens quispiam, quia caro & sanguis regnum dei non hereditabunt.

A Et rursum, quia incorrupti resurgent mortui existimet corpora ipsa preterea minus resurrectura, quoniam ex carne & sanguine composita sint, sic infert. Resurgent quidem corpora, hæc non tamen quæ sanguine sint & carne concreta, sed & in incorruptionem hauddubie commutata. Nota autem hæc dicta in eos proferri, qui asserant corpora non eadem illa esse resurrectura, quę in hac vita fuere, sed alia quędam. Inquit enim apostolus, corruptibile hoc, & mortale hoc, non aliud quidpiam sed hoc duntaxat corpus designat. Quo fit, vt corpus quidem idipsum maneat, non est quod induitur. Mortalitas autem & corruptio tollitur immortalitate & incorruptione superante. Differt autẽ corruptio a mortalitate. Siquidem in animata duntaxat cadit mortalitas. Corruptio vero vel in ea quę anima carent. Nobis itaque insunt nonnulla, quę inanimatis similia sunt: vtpote capilli & vngues, quę & immortalitatẽ cum reliquo corpore induẽt, necesse est. Corruptio a mortalitate quo mõ differat.

Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Mors absorta est in uictoria. Quoniam quæ pręter Corinthiorum essent opinionem, explicauit apostolus scripturæ testimonio, hæc demum confirmat. In victoria autem, hoc est, in fine videlicet, vt deuicta mors penitus disperdatur, neque in postremum spes vlla sit reliqua. Ose. xiij.

Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Perinde ac rerum ipsarum fine prospecto effertur spiritu, & victorię carmen decantat, exultansque proclamat, haud secus ac morte ipsa prostrata, hanc ipsam premit & calcat. Comperies autem aliquod esse inferni & mortis discrimen, videlicet quod animas infernus contineat, mors vero corpora. Nã B immortales sunt animæ.

Stimulus autem mortis peccatum est. Peccatum non morte erat validius quo mors ipsa ꝓ stimulo vtebatur. Nam vt scorpius minutum animal, in caudæ stimulo vim habet omnem, sic & mors per delictum poterat plurimũ. Tametsi suis viribus minime vteretur. Potest & præterea aliquid de Iesu significari, in quo cum nullum inuenisset peccatum, in eum moliri nil potuit. Scorpius animal.

Virtus uero peccati lex. Lex namque, cum nulla constaret ex iustitia delinquentes nequaquam grauiter damnabamur. At postquam lex ipsa delictum monstrauit, & quod cauendum esset constituit, condemnauit nos acrius, vt qui scienter deliquimus, & peccato vires adiecit, & fortius reddidit. Non pro sua natura, sed pro nostra ignauia qui minus recte vtamur concessa medela. Quemadmodum in epistola ad Romanos diffusus & multis iam explicatum. Non igitur ambigas de resurrectione homo, cum videas peccatum esse sublatum. Quod cum mors, ipsa pro armis habuerit, & lex ipsa iam cesset, quod fuerit eius ex fine peccati robur. Perspicuum itaque est, hanc mortem quia armis sit spoliata, nil amplius habere iam virium.

Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum iesum Christum. Domini Iesu certamen est, hoc ille gessit. Nobis vero collata victoria est, nulla beneficiorum nostrorum vicissitudine, sed per dei patris gratiam atque clementiam, qui nos per filij intensissimam operam, superiores effecit.

C *Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper.* Cum compertum apud vos sit, esse omnino resurrectionem futurã, futuramq; & bonorum & prauorum retributionem, stabiles vosipsos pręstate. Erant enim corinthij de resurrectione subdubij & nutabundi. Cumque & vitę melioris esset apud eos neglectus, vtpote qui se minus resurrecturos sperarent, abundantes, inquit, in dei opere estote, hoc est, non solum quę dei sunt operamini: quinetiam abunde hęc velim excerceatis. Opus autẽ domini hoc est, quod sit, domino gratum, quodq; a vobis dominus exigat virtutẽ videlicet. Corinthij de resurrectione subdubij

Scientes quod labor uester non est inanis in domino. Hoc est, sperantes resurrectionem futuram. Et quodcunque fuerit per vos laboris impẽsum, haudquaquam vobis iacturæ erit. Olim nanque a vobis virtus ipsa negligebatur, quia resurrecturos vos minime credebatis, eoque neque in vacuum laborem insumere libebat. Nunc vero pro certo habetis vestros labores nequaquam fore inanes. In domino autem eo intulit, vel quia tunc in domino laboramus, cum superne & cœlitus opem excipimus, quod obuenire ex deo gratis operibus solet. Vel quia haud frustra per eum erit domini gratia quiuis labor impensus, qui & ab eodem sit præmia recepturus. Virtutũ fastigium eleemosyna.

CAPVT DESIMVM SEXTVM.

DE *collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite.* Absoluto de dogmatibus ipsis sermone ad virtutum fastigium, eleemosynã venit,

leuiorem initio statim hanc ipsam rem faciens. Leue enim singulis videbatur, quod erat a multis collatum. Mox illos ad imitationem illorum vt conferant, inducit, alieni officij narratione. Infert nanque quemadmodum & Galatæ fecerunt. Neque commonefeci dixit, sed ordinaui. Quod sane maioris est potestatis, vt intelligas vel regium decere imperium eleemosynam impartiri, nec quoquam pacto esse hanc negligendam. D

Vna sabbati est dies dominicus.

Per unam sabbati unusquisque uestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit. Per vnam sabbati dominicum diem intelligit, hoc est, primam sabbati, vel primum hebdomadæ diem. Cuius diei commemoratione, ad eleemosynas erogandas hortatur: quin & diei eiusdem recordatur mysterium. Prudenter autem iniungit, vnunquemque quodlibet recondere, hoc est, quodcunque destinauerit deus seruare, & quod factu facile sit cuiq; conferenti. Neque enim dixit, statim conferre, ne quem forte cuius tenues essent tunc facultates, pusillum quippiam tribuere puduisset. Sed recondat, inquit, apud seipsum quisq; & cumulet, auctumque deinceps & cumulatum deferat.

Ne cum uenero, tunc collectæ fiant. Ne forte, inquit, cum dispensandi est tempus, tunc colligatis. Cum autem venero dicit, promptiores ad colligendum hos reddit, quod postea dispensetur, vtpote cum in eius conspectu huiusmodi sit futura collatio.

Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. Recte illud quos ipsi probaueritis, intulit. Vbi aliorum offensionem declinans, ne illis forte suspitio oboriretur, cupere Paulum collectas pecunias egentibus impartiendas, sibi, non alijs vendicare: Idcirco quos ipsi idoneos iudicaueris, inquit, hos ego per literas destinabo. Perinde ac si dicat, & ipse his adero, & mearum literarum ratione particeps, & meriti dispensando. Gratiam autem rem ipsam appellauit, hoc est, liberalitatem & munificentiam, vt arguat eos rem grandem factitare, non animo iniquo vel vlla coactos necessitate. Hæc quippe dici gratia debet, quę vltro offeratur. Gratiam preterea id beneficij appellauit, quia indignum videretur, eleemosynam dicere, quę esset in sanctos postea eroganda. E

Gratia quomodo.

Quod si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt. Si tanta, inquit, fuerit collectę pecuniæ magnitudo, vt me dispensatore indigeat, vel ipse ac lubens iturus sum. Quibus dictis ad munificentiam, hortatur corinthios. Quinetiam cum testes illos habere velit quemadmodum nihil sit ipse ex collatione hmōi accepturus mecum (infert) commigraturi sunt.

Veniam autem ad uos: cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo. Apud uos autem forsitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me ducatis, quocunque iero. Nolo enim uos modo in transitu uidere. Spero enim me aliquantulum temporis apud uos fore, si dominus permiserit. Haudquaquam dixit me in Macedoniam conferam, ne obiectarent Corinthij Macedonas sibi prelatum iri: sed pertransiero, inquit, Macedoniam, hoc est, citatim & preteriens illos visurus sum. Apud vos vero commoraturus. Vnde ostendit, quemadmodum Corinthios vti propinquiores discipulos & digniores Macedonibus anteponat. Erat enim Corinthi fidelium maior conuentus. Territat preterea delinquentes, cum mansurum se apud eos affirmat. Adiecit preterea forsitan illud ob dubium rei euentum. Erat enim nescius vtrum id spiritus sancti permissu facere liceret nec ne, cuius arbitrio ducebatur. Ephesi enim cum esset, concessurus inde in macedoniam erat, eamque celerrime præteriturus, aditurusque mox & Corinthios. Multis itaque argumentis suam in corinthios aperit beneuolentiam, cum quia nequaquam eos vellet transeundo reuisere, cum quia se ab eisdem deducit percupiat. F

Actu. xx.

Paul⁹ suā Corīthijs ostendit beneuolētiam.

Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Vel id quidem maximum est amantis indicium, cum & quo sit loco, & quandiu mansurus significet, & profectionis causam patefacit, & cum ita infert.

Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Hoc est, complures sunt ad Christi fidem hanc concessuri, ad quos liberior mihi patet accessus, vtpore quorum feruentior ad fidem sit animus. Tunc enim angitur magis præceptor, & quasi ab docendo reprimitur, cum minime habet attentos discipulos. Spacioso vero & amplo in loco tunc eius mens diuagatur, cum auditores sic nactus ęmulatione mutua excitos. Multos autem sibi dixit aduersarios imminere, quia cum diabolus se iam sentiat potestate pristina spoliatum, acriori formidine percitus alios concitat vt aduersentur.

Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Qnoniam par erat, vt timotheus suo interuentu offenderet qui deliquissent, obiurgaretque eorum facinora: certio-

A res hos reddit,& cõmonefacit,ne Timotheo insurgant,qui apud se sapientes haberētur & diuites. Neque eo quod futurum esset vt pr§ timore ille succumberet,sed quia Corinthijs ex eo obuentura esset calamitas. Timotheus siquidem admodum erat ad pericula subeūda paratus & prōptus. Recte autem apud vos dicit,perīde ac si inquiat. Nequaquā id agentibus vllis exigerem,sed a vobis deposco,vt tutior ille apud vos maneat. Timotheus promptꝰ id pericula subeunda.

Opus enim domini operatur,sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat. Hoc est haud secus atque ipse pr§dicaturus est ille, & alios instructurus ad fidem, quod sane magnam cedit Timotheo in laudem. Cum itaque istiusmodi sit,nemo hunc paruiduxerit velim. Erat namque is non grādis natu,sed iunior,& solus ad eam rem tam arduam destinatus. Quippe cui elati & superbiētes populi fuerat cura permissa. Vnde nec poterat mirum videri si ab his paruifieret.

Deducite autem illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Quin potius, inquit, honore hunc prosequamini,quod certe, cum deducite inquit, pr§tenditur. In pace autem, hoc est,in tuto sine vlla formidine,altercatione quauis & contentione, sublata & obedientia pr§stita. Expecto autem illum ad territandos hos dixit: perinde ac si cuncta quemadmodum gesta sint,in eius aduentu sibi sit Timotheus renunciaturus. Eoque ne illi molestos se præbeant,commonefacit. Simul etiam vt reuerentia eum efficiat digniorem, vtpote, quia adeo sibi sit necessarius, vt eum duxerit expectandum.

B *De Apollo autem fratre, uobis notum facio, quoniam multum rogaui eum ut ueniret, ad uos cum fratribus, & utique non fuit uoluntas eius,ut nunc ueniret.* Erat apollo Timotheo §tate prouectior, & vir satis facundus. Ne itaque quererentur Corinthij non hunc potius ad se fuisse transmissum, sed eum qui iunior esset, sic inquit. Multum rogaui eum, & cohortatus sum ad vos se conferret. Neque hunc dicit sibi iam obstitisse,quin vt culpa liberum reddat, vtique non fuit voluntas eius, subiecit, hoc est deo non libuit. Et ne pr§terea excusationes has esse & commenta quædam affirment, hæc subdit. Apollo timothei frater.

Veniet autem cum ei uacuum fuerit. Et Apollo simul excusat,& Corinthios hunc visere cupientes, eiusdem spe futu æ præsenti§ consolatur.

Vigilate. Rursum eos in epistol§ calce commonefacit,ostendens minus esset duntaxat pr§ceptoribus confitendum: quin & in seipsis spem fore habendam. Vigilate (inquit) hoc est, ne seducamini. Quod eo intulit, vt somnolentiæ illos arguat.

State in fide. Hoc est, non in exteriori vestra hac sapientia confidatis,in qua nemo gradu potest consistere firmiori. Quietiam state eo adiecit, vt illos ostendat esse instabiles, & in fide hos labantes.

Viriliter agite, & confortamini. Id quidem eorum gratia dixit qui cum meliores essent & effœminati insidijs aduersum niterentur.

Omnia uestra in charitate fiant. H§c in eos intendit, qui factionibus & dissidijs ecclesiam ipsam discerperent. Siue (inquiet) instruit quispiam, siue instruitur, siue obiurgat, in charitate hæc peragat, velim. Ita fiet,vt neque elatio,nec tumor animi subsequatur, media charitate, neque vlla oriatur dissensio.

C *Obsecro autem uos fratres.* Videlicet, vt vos istiusmodi præbeatis.

Nostis domum Stephanæ, & Fortunati, quoniam sunt primitiæ Achaiæ. Vos (inquit) rei huius ce estis non nesc ij, ita vt nequaquā ea instructione indigeatis. Hos autē Achaiæ appellat primitias,vel quia priores illi in ea regione crediderāt, vel quia optimam ducerēt vitā. Debent nanque primiti§ de reliqua summa potiorem partem desumere, Achaiam vero Gr§ciam vocat. Achaiā Græciam vocat.

Et in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos. Vt fideles videlicet egenos excipiant, eisdemque vt ministrent & opem ferant seipsos constituerunt, non inuiti & coacti,sed vltro id agunt.

Vt & uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Hoc est, vt & vos c§teris vna auxilio sitis fidelibus hisce, vel iuuando pecunijs, vel corporis necessaria subministrando. Neque simpliciter ferte his opem dixit, sed vt interiorem quandam exprimeret obsequentiam, subditi estote subintulit. Et ne Stephan§ duntaxat illi gratificari appareat, adiecit. Et laboranti cuique. At quia in re? In sanctorum nimirum ministerio. Sunt enim istiusmodi omnes honore dignissimi. Sic nanque & labores leuiter tulerint cum se & sanctorum gratia suscepisse hos videant, & alios habeant ad id muneris socios.

Gaudeo autem de præsentia Stephanæ & Fortunati & Achai, quoniam id quod uobis deerat, ipsi

suppleuerunt. Hi quippe erant qui ad apostolum Corinthiorum dissentiones & errata protulerāt. Et quoniam nō immerito forsan, eam ob causam Corinthij efferatius in hos se gerebant: commendat eosdem, inquiens. Hi sane quod vobis deerat, impleuerunt, hoc est, vestri omnium loco ad nos commigrarunt. Per vosque ad me tam longo itinere transmissi sunt. D

Refecerūt enim meum spiritum ac uestrum. Ostendit quemadmodum sui animi recreatio ex illis prodierit, quos ad se transmisissent: perinde ac si inquiat. Me per hos recreato, mea est vobis quies in lucrum futura. Nil itaque velim vel ingratum his, vel quod iniucundum sit referatis.

Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Hoc est, in honore eos habetote.

Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Connecti, vt facere semper consueuit, per impartitam salutem, Christi membra.

Paul⁹ artis sceno factoriæ peritus.

Salutant uos in domino multum Aquila & Priscilla, cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Apud hos nanque morabatur apostolus. Erat enim quemadmodum illi, scenofactoriæ artis peritus. Attende autem horum virtutem qui ex propria domo ecclesiam, hoc est, fidelium conuentum effecerint.

Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo nostro sancto. In osculo sancto adiecit, propter varias Corinthiorum dissensiones. Commonefecerat enim eos plerunque, vt vnū sentirent omnes. Osculo autem sancto dicit, quod dolo careat, ne fictum sit.

Salutatio mea manu Pauli. Salutem enim hanc propria manu conscripsit. Vt ostendat cum plurimi se hanc epistolam facere: tum eos, ad quos illam perscriberet. E

Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Hoc vnico dicto omnes perterrefacit, adulteros scilicet subdolos, & qui idolothytis vescerentur, quive resurrectioni diffiderent, & omnes denique qui præter eius doctrinam & traditiones ducerent vitā. Hi namque vniuersi haudquaquam dominum colunt.

Maranatha.

Maranatha. Hoc est, dominus venit. Quod eo ītulit, vt & incarnationis mysteriū cōfirmaret, assereretque per idipsum & resurrectionem: vel, vt illos pudore afficiat: perinde ac dicat. Cuncta non minus vestri causa tolerauit, vos vero illum odio habetis, quippe qui partim nomina vobis ab hominibus consciueritis, partim prauis incumbitis facinoribus. Atqui eo hoc loco græca haudquaquam vsus est lingua, sed Hebræa, vel Syra potius, quia ad Corinthios sermonem haberet, qui exteriorem hanc & humanam saperent sapientiam, & grçcç linguæ ornatum gloriæ ducerent, arguens eorum se lingua nil indigere, sed vulgata quadam, humili, & abiecta potius gloriari, adeo vt vel barbara dictione sit vsus.

Officium prçceptoris.

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Præceptoris officium est, non solum commonefacere, quin & bene precari confirmareque auditores, cum doctrina tum cçlestis comprecatione prçsidij. Et quoniam ipse loci distantia aberat longius, perinde ac si dextera ipsa corporis, salutandi gratia porrecta, animi manibus eos complectitur, inquiens.

Charitas mea uobiscum in Christo Iesu, Amen. Hoc est, omnibus vobis præsto sum ipse, & adsum vel absens. Neque enim si loco videor a vobis distare, animo procul sum a vobis. Itaque patefacit quæ ad eos scripsisset, & si acrimoniam quadam præferrent, nequaquam ab odio vel ira prodire, sed a charitate & cura quam de his gesserit. Et ne assentandi gratia intulisse hæc videatur, in Christo Iesu subiecit: hoc est. Nihil mea charitatis in se vel humani habet vel carnalis, spiritalis est tota. Precemur itaque, vt mutuo amore detenti, in nobisipsis mundanç beneuolentiç, quç deo infensa est, & odiosum nil prçferamus. Sic enim iucundissimis dei dignabimur habitaculis in Christo Iesu, qui nos tanto est prosecutus amore. Cui gloria in secula seculorum, Amen. F

Missa fuit e Philippis, per Stephanam & Fortunatam & Achaicum, & Thimotheum.

ARGVMENTVM SECVNDAE AD Corinthios Epistolæ.

Post actam à Corinthijs pœnitentiam, consolatoriam eis scribit epistolam apostolus, à Troade per Titum: & collaudans eos hortatur ad meliora, contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

A In secundam ad Corinthios EPISTO. THEOPHILACTI PROLOGVS.

Secundam idcirco beatus Paulus ad Corinthios scribit epistolam, quia cum in priori ad eos se profecturum pollicitus esset, idque demum neglexerit, ut pote quem spiritus sanctus necessarijs magis in rebus exercuisset, & alia pleraque quæ eum urgerent, exorta incubuissent, oportuit ut longioris suæ profectionis tarditatem purgaret. Cuius purgandi gratia, hanc scripsit epistolam excusans, qua id ratione sit factum, commemorans. Simul etiam hi cum ex superiori epistola profecissent, & admittendi erant & laudandi. Proinde quos & delinquentes iam obiurgasset, & correptos denique & in uiam redeuntes extollere laudibus oportebat. Et ideo nihil ei ex huiusmodi epistola uel ad contemptum ingeritur, uel ad contumeliã. Nisi forte in calce perpauca, & ea quidem eorum gratia, qui ex Iudæis fideles effecti adeo insolescerent, ut Paulum haud secus ac literarum ignarum, & nullius momenti uirum acriter incusarent.

Paulus i hac epistola morã suam purgat.

CAPVT PRIMVM.

Paulus Apostolus Christi Iesu per uoluntatẽ dei, & Thimoteus frater. In priori epistola, cum ad Corinthios Timotheum misisset, ex B cepissetque item ex Corintho ad se redeuntem, merito eum sibi coniungit. Dederat nanque ille apud Corinthios propriæ virtutis experimenta. Quocirca eundem clarum iam factũ, & plurimis non ignotum, quippe qui Corinthijs cum exortando, tum præceptoris mandatis ad eos perlatis, magnum in modum profuerat socium sibi in epistola hac conscribenda consciuit. Aduerte quemadmodum & filium hũc nonnunquam appellet, cum inquit. Tanquam patri mihi filius seruiuit. Nonnũquam vero cooperatorem: vt illud. Opus enim operatur, vt ego. Nunc vero fratris nomine & veneratione quadam dignatur.

Paulus Timotheum nunc filiũ nunc adiutorẽ nunc fratremvocat. Phili.ij. i.cor. xvi i.thes. iij.

Ecclesiæ dei quæ est Corinthi. Rursum hos dei ecclesiam remissius nuncupat, qui enim ab ea fuerint auulsi, haudquaquam hoc ecclesiæ nomine dignandi sunt.

Cum omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Ita hęc infert, perinde ac si per epistolam hanc, reliquos Græcos appellet, gentemque eam vniuersam ad concordiam cogat: quin etiam quia communiter facile mouebantur, & medelam communem affert. Quod item facit, cum ad Galatas scribit, aut Hębreos. Sanctos autem cum dicit, arguit plane immundum aliquem & impurum nequaquam esse huiusmodi appellatione dignum.

Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Consuetam in pręsentia præfationem facit (vt dictum alibi est) gratiamque his comprecatur & pacem.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Promiserat in priori epistola ad Corinthios se profecturũ, qua profectione dilata, suspicabatur illos id ęgreferre, tanquam alios sibi prętulerit, vt ad quos mallet potius, quam ad se commigrare. Volens itaque Paulus excusare id more, insuper & patefacere sese molestijs plurimis, quę sibi incubuissent, fuisse detentum: ingeniose admodum sui purgationem prętendit. Gratias, inquiens, ago deo, qui me scilicet exemit periculis, & ita vt gratias agendo ostendat, magna quædam quę se intercepissent fuisse discrimina: quibus liberatus tandem gratias agat, Pater domini nostri Iesu Christi, eo dicit, quia secundum humanitatem Christi, est deus: secundũ vero diuinitatem, est pater.

Rom.i. C i.cor. xvi

Pater misericordiarum, & deus totius consolationis. Hoc est, qui tantopere nostri commiseretur, vt ab ipsis foribꝰ mortis retraxerit: dignatusque sit in afflictionibus cũctis & pręssuris nos consolari. Est autem sanctis consuetudo, vt cum beneficijs afficiuntur, deum vt nominent, & gratias agant. Quemadmodum Dauid cum victoria esset bellando potitus, sic inquit. Diligam te domine fortitudo mea, & dominus defensor meus. Cum vero cogitationem nebula, & mentis obtenebratione vel tristitia liberatur. Dominus sit illuminatio mea, proclamat. Sic itaque nunc & Paulus misericordiarũ patrẽ, & cõsolationis deũ, ex his quę sibimet cõtigissent, appellat. Attende autẽ incredibilẽ pene hominis humilitatẽ, qui cũ prædicando, tentatione quauis & pressuris vrgentibus eximeretur, nequaquam pro suis se meritis esse affirmet, sed dei misericordia, tot malis solutum.

Dauid cãtus post adeptam victoriã.

Qui nos consolatur in omni tribulatione nostra. Haudquaquam dixit, qui nos premi aut angi permittit, sed cum vrgemur & premimur, nos consolatur. Sinit nanque nos ille D vrgeri, & diuexari quam plurimis vt per tollerantiam assequamur mercedem: quos itē & consolatur & fortiores reddit: cum succubuisse perspexerit: semperque in consolandi officio perseuerat. Propterea Paulus nequaquam illud quod semel nos consolatus est, intulit, sed qui consolatur, adiecit, vt perpetuitatem consolationis ostendat. Neque in hac solum aut illa pressura, sed in omni tribulatione, quęcunque sit illa.

Vt poßimus & ipsi consolari eos, qui in oī preßura sunt, per exhortationē, qua exhortamur ipsi à deo. Non eo, inquit, quia & digni ipsi consolatione hac sumus, solatur deus: sed vt cæteros pro huiusce consolationis exemplo, quod in nos editum est, & reliquos qui vrgeri varijs morbis solent, cōsolari possimus. Vt vos itaque, quandoquidem & me conspicitis, inquit, eiuscemodi consolatione affectum nequaquam velim animo concitatis, cum in angustijs fueritis, & pressuris immersi. Qua ex re, & apostolorum officium patefacit, qui ad aliorum subleuandos angores sint constituti. Non vt commentitij solent & falsi apostoli, qui dantes delicijs operam & domi quiescentes, negligunt eos qui consolandi forent & subleuandi.

ps. xvij. ps. xvi. apostolorū & pdicatorum officium.

Quoniam sicut abundant paßiones Christi in nobis, ita & per christum abundat consolatio nostra. Quo recidis, inquit, o auditor, passiones cum audis & cruciatus: Quanto enim magis afflixerint, tanto abundantior erit & consolatio. Nec simpliciter passiones expressit, sed christi, vt ex his & corinthios consoletur: christi quippe sunt huiusmodi passiones, quas E nos toleramus: quo fit, vt in his ferendis christi simus effecti participes. Debet ergo magnum in modum vel illud tibi consolationi esse, quod christi subieris passiones, quin potius nec eas solum, sed longe his acriores. Abundant enim, inquit, Christi in nos passiones, hoc est, longe plura ipsi debemus quam Christus pressus sit, pati. Cæterum sentiens quantæ illud sit magnitudinis quod protulisset, rursum dicta hæc comprimit hoc pacto inquiens. Ita & per ipsum abundat consolatio nostra. Id enim omne Christo ascribit. Neque parem pressuris consolationem asserit fore, sed longe abundantiorem.

Passiones huius seculi.

Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione & salute. Propterea, inquit, minus vobis moleste ferendę sunt meæ pressuræ, qui vos consolandi gratia, proque vestra salute sic præmimur. Liceret nanque & nobis reiecta euangelij prædicatione vitam in tuto ducere: nunc vero prędicantes vt ex his bonis quę ex eiusmodi proficiscūtur pręconio, omnino vobis pariamus salutem, in pressuras incidimus. Ergo & si vestrę salutis gratia hęc mala perpetimur, nihil oportet nos malis affici, & vos perturbari.

Siue consolamur pro uestra consolatione, siue exhortamur pro uestra exhortatione, quæ operatur tollerātiam earundem paßionum, quas & nos patimur. Paratur autem, inquit, hæc salus non solū vestra ex tollerantia, sed mea: hoc est, non modo mea est opera, sed vestra etiā parta hæc salus. Nā quemadmodū prędicans ipse pressuris afficior, sic & vos, qui meū excipitis de Christo pconiū, ijdē estis passionibus, quib9 & ipse affecti. Plurimū vero iesse corinthijs virtutis testatur, quandoquidem vel varijs modis diuexati, Paulū admiterēt pdicantē.

Vt spes nostra firma sit pro uobis. Hoc est, hauddubie ipsi confidimus nihil hoc ex pressuris hisce incidentibus immutari, neque perturbationis quippiam ex his pressuros quibus nos affici conspiciamini. F

Siue consolamur pro uestra consolatione & salute. Cum dixerit superius. Siue autem ipsi tribulamur, ne graue aliquid dicere, & molestum his videatur, sic infert. Et vestræ salutis gratia consolamur, hoc est, nostra consolatio, hęc, in vestri animi subleuationem cedit. Nam si parumper & ipsi respirabimus, satis arbitror, ad vos cōsolandos id valiturum, quippe qui mihi sitis eiusmodi consolationis participes.

Scientes quoniam sicut socij paßionum estis, sic eritis & consolationis. Quemadmodum enim, cū ipsi nos afflictamur, haudquaquam me fugit id moleste vos ferre, angique haud secus atque ipsimet pateremini: sic sane compertum habeo, nostram vos consolationem pro vestra ducere. Vel aliter. Sicuti enim mecum estis in hac vita mala perpessi, sic in futura bonis mecum vna sempiternis afficiemini.

Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam uiuere. Cum confuse fecisset de ingestis sibi molestijs mentionem, nūc quales hæ fuerint, enunciat: vnde suum erga corinthios patefacit amorem. Est enim beneuolentiæ signum, adinuicem quæ nobis obtigerint denudare: simul etiam excusationem de eius profectionis mora contexit.

i. corin. xvij.

Inquit enim, in Asia fuisse grauiter diuexatum. Qua de re in priori epistola sic dixe-
A rat. Porta mihi patuit magna & aduersarĳ multi, quod etiam significare videtur hoc loco, cū supra modum, inquit, atque supra virtutem. Tametsi aliter se habeat sensus. Quod autem super his sentit apostolus tale est. Erat quidem supra modum tribulatio, hoc est ingens hæc erat. Cuius de magnitudine cū iā satis constaret, quippe vt quam constans vir aliquis & robuste & viriliter ferret, exigebatur, sic infert. Non solum erat illa acerrima tribulatio, sed talis etiam, vt meas excederet vires, hoc est maxima & intolerabilis, & vehemēs adeo, vt & tæderet nos vitę, hoc est, vt nulla nobis esset de vita spes reliqua, nec nobis viuendum de cætero putaremus. Cuiusmodi tribulationes & prę̄ssuras portas inferi Dauid appellat, & dolores qui mortem pariant, vel mortis vmbram.

Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus. Iudicium scilicet sententiam & damnationem. Responsum vero dicit, quod res ipse vocem pene edentes reddiderant, perinde ac si inquiat. Eo vsque mortis expectatio ista processit, & adeo est animo meo iā obfirmata, vt eam haud dubie operiamur. — Pressuras Dauid vocat portas inferi p̄s. xĳ. xvĳ. xxvĳ. xliiĳ. & lxxxvĳ. i. cor. xv

Vt non simus fidentes in nobis, sed in deo. Eo hæc, inquit, permissa sunt vt discamus nihil esse in nobis habendum fiduciæ, sed deo dūtaxat apprime confidendum. Quod quidem haudquaquam Paulus īfert, vt ipsum se instruat. Quis enim id acrius quā ipse callebat, spem nobis omnem esse in deo sitam, ab eoque omnia nostra pendere, sed vt alios hæc de se commemorando instituat, simul etiam vt studeat humilitati.

B *Qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit.* Rursum Corīthios de resurrectionis ratione habenda commonefacit. Qua de re in superiori epistola tam multa disseruit, eam vel ex præsentibus reb⁹ cōfirmans. eoque & illud adiecit, qui ex tāta nos morte exemit. Neque enim discrimine dixit, sed morte. Nam cum esset resurrectio ipsa futurum aliquid, & multis incertum, ostendit quemadmodum in dies singulos a mortuis excitari cōtingat. Nam cum hominem ab ipsis inferi foribus retraxerit deus. nil aliud quam resurrectionē ipsam prętendit. Vnde & vsurpare in eiusmodi re id dictum solemus, a mortuis videmus hunc illumve excitatum. — Sermo vulgaris

In quem speramus, quoniam & adhuc eripiet. Hinc pernoscere licet nostram hanc vitam in assiduis versari periculis oportere. Deum vero cum asserit futurum tentationum liberatorem, densissimas procellas denunciat.

Adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis. Quoniam illud min⁹ videlicet esse nobismet ipsis confitendum, in communem fortasse Corinthiorum cedere videbatur calumniam, cum eorum nonnullos mormordisset apostolus, dictum id acrius visum mitigat, & illorum animos lenit, cum eorum asserit preces, vel maximo sibi adiumento futuras. Licet præterea ex his ad humilitatem nos instrui, quandoquidem & Paulus dicat corinthiorum se votis & precibus indigere. Nec minus & orationis ipsius potest & virtus perdisci. Plurimum namque hæc valet, si rite decēterque ab ecclesia promatur. Quid ni? Quā & Paulus ipse sibi necessariam fore existimarit. — Orandū p inuicē

Vt ex multarū personis facierum eiusque in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro uobis.
C Eripuit nos, inquit, a periculis deus, erepturusq; est, pro me vobis peccantibus, vt quod in nobis est donationis, hoc est, quę in me collata est gratia per multos, hoc est, per vos qui plurimi estis pro me orantes, ex multarum personis facierum gratiæ habeātur, hoc est, a vobis. Nam salutē quæ mihi vestris precibus iam parata est vniuersis vobis largitus est deus, vt multi sibimet ob gratiam grates dicant. Erit præterea vobis insuescendum, non solū precari vos inuicem, sed gratias agere. Aduerte autem, quemadmodum dei clementiam saluum dixerit fuisse se redditum, moxque & horū precibus acceptā salutem ascribat. Oportet nanque post diuinā misericordiam, & ipsi vt salui sim⁹, pro nostra virili opis aliquid conferamus. Ex his itaque Paulus, neque officiorum summā corīthĳs tribuit, ne superbiendi his causam prębeat: neque prorsus ab hoc officĳ genere alienos effecit ne pigriores reddat & torpidos. Liberabit eī, inquit, me deus, vobis orando iuuentibus, hoc est, conferentibus vobis pro vestris viribus vota. — Nota.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ Vel hoc, inquit, ad me consolendum occasionem attulerit, conscientię scilicet nostræ testimonium, quæ nobis plane testificatur, nullis nos aut prauis teneri: aut vrgeri facinoribus: sed virtute ipsa duntaxat niti, & salute quam iam ipsi multis peperimus. Prior itaque cōsolatio ex deo est, inquit, hęc vero ex meæ conscientię puritate: ideoque & gloriam appellat plurimum præ se ferens fiducię, ob conscientiam cuiusuis labis exortem. — Paul⁹ ex cōsciētię puritate gloriat.

Quod in simplicitate cordis, & synceritate dei. Cuius, inquit, rei testimonio nobis est conscientia? Et cur gloriamur? Nempe quia in simplicitate cordis, hoc est mēte, non improba: & synceritate. i. animo puriore, & quouis dolo vel fraude vacuo, qui nihil habeat in se adumbratum, fictumve: & talis existat vt deo & gratus sit, & acceptior. Hæc autē apostolorum quorundam gratia intulit, qui fallaces essent inter eos, & dolo pleni. D

Et non in sapientia carnali. Hoc est, non in eloquentiæ vi, & in sophismatum perplexionibus. Id nanque carnalis prętendit sapientia, cuius gratia cum Corinthij insolescerent, hanc ipse negas sapientiam esse, respuitque & longe propulsat.

Sophismatū perplexiones & eloquētię fastus.

Sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Hoc est, in ea quę a deo nobis dono data est sapientia versati ī mūdū sum⁹. Signis īsuper & prodigijs: quę diuina gratia subministrabat. Id nanq; nos maxime consolatur, cū nobisipsis conscij sumus, quicquid agim⁹, non humana potentia, sed diuina id agere. Neque Corinthi solum, sed in orbe terrarum vniuerso eadem hæc factitare.

Abundantius autem apud uos. Cur illud? Quia & signa ediderat, & gratis apud hos euangelium prædicasset. Aduerte autem, quemadmodum quod sua est virtute effectum, gratiæ diuinę adcenseat.

Non enim alia scribimus uobis quam quæ legistis & cognouistis. Quoniam magna quædam polliceri de se ac dicere videbatur, ne quis obijceret, verborū id pręferre iactantiam, sic infert. Ea scribimus ipsi ad vos quę in his literis vosipsi prælegitis, & quorū antehac notitionem habuistis. Nec illud: quia nuper vobis hisce ex literis cognitus sim, aduersatur. E

Spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte. Rem omnem deo permittit. Aitque nanque. Spero, hoc est, in deo spes: omnis sita est mea, nec dubito talē me vos cogituros, qualem & epistolę pręferunt, & spondet mea anteacta hæc vita. Ex parte aūt me cognouistis, hoc est, in partem me experti iā estis, & fecistis mei periculū, signa nonnulla bene viuendi pręferentis. Quod sane, inquies, humilitatem expressit.

Qui gloria uestra sumus, sicut & uos nostra in die domini Iesu Christi. Quid enī vos ex ea estis cognitione adepti? Nēpe quia gloria vestra sum ego, hoc est quod talis sim ipse vt causam vobis præbuerim de me gloriandi, quod talem sitis præceptorem sortiti, qui nihil humanum edoceat: nihil quod vel falso agi, vel dolo queat. Mox ne superius videatur aliquid de se iactitasse, communem facit gloriam, dicens. Et vos gloria eritis. Nam & tales me fuisse discipulos nactum, gloriæ duxerim, qui nihil sint, a pristino statu immutati, neque a falsis apostolis seduci se patiuntur. At quando dabitur nobis is gloriandi locus? Certe & si hoc tempore nobis gloriari liceret, pręcipue tamen in domini die, hoc est, iudicij tempore. In pręsentia nanque permulti, vbi contumelias & ludibria quæ toleramus aduerterint, criminabuntur nos forsitan & calumnias ingerent. Tūc vero vniuersis patentibus videbor, & ipse haudquaquam talis, qualem non veri apostoli calumniantur. Quinetiam estis mihi ad gloriam concessuri, quia vos instruendo ad fidem perduxi, & saluos feci.

Gloriari licebit bonis in die iudicij.

Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos. Qua confidentia? Ea nempe qua constat meipsum mihi nullius esse conscium mali, neque vllo mundanæ huius sapientiæ commertio vti, sed in dei duntaxat gratia versari, quod equidem glorię vobis ac laudi futurum esse confido, vosque prę cęteris horum omnium malim testes habere. Cuius testimonij habendi gratia, erat animus ad vos commigrare. F

Vt secundum gratiam haberetis. Hoc est, duplicem iucunditatem, ex epistola alteram ex mea pręsentia.

Et per uos transire in Macedoniam. Quinetiam in superiori epistola illud præfatus est, veniam ad vos cū macedoniā pertransiero. Nunc vere, inquit, volui prius ad vos venire. Videt ergo sibijpsi cōtraria protulisse, qđ tñ haud ita se habet. Neq; enī scripsi per vos inqt, me in macedoniā cōcessurū, sed venire volui. Itaq; & si haud quaq̄ hoc pacto scripserī alioqui maturabā accessum, & animo inerat priusq̄ macedoniā ipsam cōspicerē, vos statī adire. Et tantopere absum a q̄uis negligētia, quī ad vos iter accelerē, vel quod meis vos velim pollicitationibus fraudari, vt vel promissa hęc mea pręuenisse malueri.

ij. Corin. xvi

Et iterum à Macedonia uenietem ad uos, & à uobis deduci in iudæam. In priori epistola tempore nullo pręfinito vt vos me deducatis quocūque itur⁹ sum dixit, veritus ne si in Iudęam iturū alio postmodū a spiritu abire cōpulsus mēdacij argueretur. Nunc aūt omni spe dānat Corinthios adeundi: fidēs inquit, volebā per vos in Iudęā deduci. Deo tamē ne ad vos me omnino conferam visum, neque vt a vobis in Iudæam deducar.

Ibidem.

A *Cum ergo hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundū carnē cogito, ut sit apud me, est, & non?* Apertius hoc loco sui accessus excusat tarditatem, inquitque. Cum adire vos vellem, cuius rei gratia non adierim? nū vt leuis & fidei solutionis & fallacis, & animo varius & nutabundus id egerim? Minime, qui secundum carnem cogito, hoc est, pro humana mihi conditione voluntas inest, ducorque propria quadam animi sententia, itavt quod ipse apud me destinauerim, id exequar, siue peragendum sit, siue minime. Quod tamen facere in præsenti non licet, quia spiritu trahor, nec potestatem habeo abeundi quo velim, sed quo ille iniunxerit. Ita fit, vt persæpe quod fuerim pollicitus, exequi nequeam, quia spiritui id minus appareat, nec si quid abnuerim seruare id possum, quia quod ipse negauerim, iniuncturus est spiritus. Aduerte apostoli sapientiam. Quod enim erat obtrectatoribus ad insimulandum occasionis oblatum, se. s. vt erat pollicitus non venisse idipsum in laudis suæ partem constituit. Videlicet, quod nequaquam sui sit iuris, sed pro spiritus ferebatur arbitrio quocūque illi sit visum. Dicet aliquis. Quid illud? Nōne q̄ Paulus pollicebatur spiritus suggestione spondebat? Nū futuri erat ipse ignarus? Ita sane. Neque enim cuncta tenebat, quippe qui vel inutilia sibi precaretur, cum carnis stimulum peteret ab se offerri. Et in actis legitur apostolorum, cum aliquo decedere vellent, fuisse a spiritu impeditos, quod procul dubio deus in eorum profectū faciebat, ne illis essent homines, vt dijs intenti, quod malum Lycaones illi patiebantur.

Spiritu trahitur Paulus.

i. cor. xij. actu. xvi. actu. xiiij.

B *Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo, est & non.* Soluit, quę incumbere videtur obiectionē. Posset quispiam merito dicere. Si nulla tuis inest firmitas dictis quādoquidem aliquid tecum facturum affirmas, nihil postmodum egisse depræhenderis, vereor ne sermo hic tuꝰ & prędicatio istiusmodi sint, videlicet, est & non, hoc est, nihil in se habeant firmitatis, ad hæc itaque respondens apostolus, inquit. Erat profecto mei iuris profectionem ad vos polliceri, eoque me mea fefellit opinio. Prædicatio vero dei est opus, & ideo nec fieri potest, vt quēpiā fallant diuina mysteria. Vnde & subdit. fidelis deus, hoc est, veredicus neminem fallens. Cum itaque talis sit deus, neque eiꝰ sermo qui ad vos habitus est, & per nos prædicatus, vel infirmior, vel instabilis erit, ita fit, vt plerumque diluat quod affirmarit, aut confirmet, quod ante diluerit.

Dei enim eius Iesus Christus, qui uobis per nos prædicatus est, per me & Siluanum, & Thimotheum, non fuit in illo, est & non, sed est in illo fuit. Explicat demum quale illud sit dictum, quod eiusmodi negandi & asserendi subierit necessitatem, in filio, inquiens, dei quē ipsi apud vos prædicauimus, non fuit est & nō, hoc est, nulla eius apud vos varietate vulgatū est nomen. Sed est quidem in illo fuit. hoc est, tenore verborum vno firmo ac stabili, hunc prædicauimus. adiecit præterea Siluanum & Thimotheum, vt horū testimonio fides sibi nō abroget, & humilitaem edoceat, quādoquidē eiꝰ discipulos p̄ceptores appellet.

Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est. Ideo & per ipsum amen dico ad gloriam uestram. In prædicatione promissiones pleręque sunt quemadmodum mortuorum resurrectio, adoptio filiorum, & futuri denique spes seculi, & hmōi alia. Dicit igitur. Non solū p̄dicatio eodē semp̱ statu perducat, firmatque profertur ac stabilis, quinetiā & ꝓmissiones cōstat in ea cōsistere quippe quæ dei, nō hominū sint. Nā quęcunq; sunt a deo ꝓmissa, est & amē in se continent, hoc est, firmitatē prę se ferūt. Neque enim in vllo hominū, sed in deo ipso finem sunt nacta diuina ꝓmissa. Ita fit, vt istiusmodi particulę, est & amē, futura confirment. Cedet pręterea deo ad gloriā: si quis eius promissa, & si nulla re alia, eiusdem tamen ob laudem adimpleuerit. Per nos autem hoc, pro suis in nos beneficijs. Nos nanque causam illi prębemus, vt quę pollicitus sit, exequatur. Si itaque dei pollicitationes sunt certiores, longe magis qui de eo fit sermo, firmior erit. Potest & per nos illud in hanc sententiam capi, videlicet ad dei gloriam quę illi nostri respectu defertur, quippe qui nostri gratia ex eius in nos beneficijs adeptus sit laudem.

Dei promissa firma.

C

Qui autem confirmat nos uobiscum in christo, & qui unxit nos deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Dixit superius, fore, vt deus ipse promissiones adimpleat, nūc vero idipsum confirmat, sic inquiens. Stabilitatem vobis & mihi, vestroque item præceptori, consistendi qui in ipso est, fide, deus ipse largitur, idemque nos & vnxit & signauit, hoc est, prophetas & sacerdotes, & reges nos ille effecit, istiusmodi nāq; est, quicunque est in baptismo perlutus. Prophetas quidem: quia quod nequit oculus intueri, ipsi perspicimus, audimusque, quod auris nunquam auditu percepit. Sacerdotes vero, quia necesse est vt deo nos ipsos hostiam offeramus, virtutem, sanctam, & illi acceptam. Reges demum constituit, quia nos ille in filios adsciuit, cuius in ditione

sunt omnia, futurique & cœlestis imperij fecit hæredes. Atqui vt in veteri testamento D sacerdotes ipsi & reges oleo vngebantur, sic & nos hoc tempore spiritu obliuimur, eiusque & pignus quod deus immisit cordibus nostris excipimus. Et quemadmodum id pignoris contulit: sic & reliqua nobis est proculdubio largiturus. Pignus autem dicit hoc loco spiritus dona. Ex parte nanque cognoscimus, & ex parte prophetamus. Tunc autem erit perfecta consiliatio, cum Christus in gloria sua manifestabitur. Haudquaquam itaque velim existimetis nos esse, qui talia vobis polliceamur: quippe qui forsan & falli possumus. nec præterea largimur ipsi stabilitatem, sed deus ipse hanc pollicetur. Vosque item ac me affirmat, cui & curæ est omnia adimplere. Qui autem cõfirmat nos atque huiusmodi alia pleraque facit. subintellige, is suas & promissiones adimpleturus.

Sacerdotes & reges oleo vngebantur. i.cor.xiij.

Ego autem testem deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis, non ueni ultra Corinthũ. Cũ dixerit superius, ꝑpterea advos nõ veni, q̃uis nullã haberẽ meijpsius facultatẽ, sed a spiritu prohibear: quo pacto nunc, inquit, non vltra Corinthũ veni, quia parcerem vobis? Respondendũ. Vel quia a spiritu idipsum ꝓhibeatur, qui sibi id suggessisset, Corinthiorum auaritiã causatus. Vel & si a principio spiritus prohiberet accessum, ipse postmodum satius id fore existimans, manendum potius, quã abeundũ statuerit. Aduerte autem quã prudẽter id Paulus dicat. Nã cũ in vulgus Corinthij iactitarẽt, ideo Paulũ ab hmõi profectione destitisse. quia sui odio teneretur, ipse cõtraria subdidit, inquiens. Eo nondũ. sum ipẽ ad vos profectus, quia vobis parcã. Hoc est, ne vos castigẽ abstineo. Qđ E quidem ea de causa intulit, quia erãt pleriq; Corinthij delinquẽtes, quos erratorũ minime pœniteret: castigassetque haud dubie eos, si Corinthũ se cõferens, emandatos nondũ comperisset. Quo fit, vt suam profectionẽ remoretur apostolos, vt prius correctis illis & emendatis, adueniens ipse nullam his habeat pœnas ingredi occasionem.

Non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri. Quoniã quod dixerat dominantis p̃ferret potentiã, & tãquã eius vi explicaret, qui in Corinthijs haberet ĩperiũ: parcit eĩ qui potest pœnis afficere, mitigat sermonis asperitatẽ, inquitq;. Dixi equidẽ, veniã me vobis daturũ. Nõ eo ꝙ fidi vestrę ĩperitarẽ, quippe qui volũtaria est. Quis eĩ ad hãc inuitũ quẽpiã cogit & nolentẽ? Sed quia vestrã animi iucũditatẽ ꝓ mea dixerĩ, nequaq̃ me ad vos cõtuli, ne vos ad mœrorẽ cõpellerẽ, essemq; vestræ mæstitiæ ꝑticeps. Cũcta eĩ ad vestrã lętitiã factito, ꝑptereaq; & meũ aduẽtũ distuli, vt ex meis dũtaxat cõminationibꝰ ad rectũ vobis pateat reditus, veniensque inoffensos conseruem.

Ad fidẽ nemo cogitur. Paulus se se hominũ affectibus accõmodans. i cor.i.iij. v.vi.

Nam fide statis. Remissus iã ad hos & lenius habet sermonẽ, quia in priori epistola in cæsserat plurimũ. Qđ aũt inqt istiusmodi ẽ. In his quidẽ, q̃ fidẽ cõtingũt, recto statu cõsistis, quo fit vt nihil habeã cuius ĩsimulare vos queã: in cęteris vero ĩfirmiores estis & nutabũdi, a quibus si pedẽ non retuleritis emendati, merito nec secus vos pæna afficere & mærore potero, ac ipse vestri ob gratiam tristitia sum affectus.

CAPVT SECVNDVM.

S*Tatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirem ad uos.* Cũ iterũ inquit, arguit plane vel alias sępe ex horũ erratis, fuisse sibi mœrorem iniectũ. Nec tamẽ id dixit aptius. neque eĩ iniuria id illis obijcere poterat, vos mihi tristitiã vel ante hac iniecistis, & eapropter nondum ad vos commigraui, ne vobis afferrem mœstitiam: eo F namque Corinthios obiurgando vrgebat, quia se illi peccando incessерent, quod haud dubie magis angere videbatur.

Si enim ego contristo uos, & quis est qui me lætificet: nisi qui contristatur ex me? Si enim inquit, vobis videor vitia exprobrãdo, mœrorem afferre, criminandoque vos auersari: nihilominus ea ex re ideo lætitiam capio, quia plurimi facere me videmini, cum mea eiusmodi vos mordeat criminatio, & prauorum facinorum exprobratio vrgeat. Nemo enim, inquit, adeo me lætitia afficit, quam is, qui me sibi cum succẽsere inspexerit, mœrore cõtrahitur. Præfert nanque hoc pacto haudquaquam me habere contemptui, & spem affert sese corrigendi. Quod sane & mihi animum explet iucunditate.

Cap.i Suorum profectu lætatur Paulus.

Et hoc ipsum scripsi uobis. Quod illud: Quia vobis parcẽs nõ venerĩ. Vbi aũt scripserit, si quæras: nẽpe in hac ipsa epistola. *Vt non conuenero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere.* Propterea, inquit, nunc ad vos scripsi, vt ipsi vos corrigatis. Ne forte vos, si inemẽdatos deprehenderem, futurum esset, vt vestri gratia mœrore cõficerer, quorum * profectu lętandum mihi potius esset.

*Gaudio.

A *Confidens in omnibus uobis, quia meum gaudium omnium uestrum est.* Scripsi, inquit, cõfisus vos aliquando reddituros in viã, idque mihi & lætitiã fore. Non eĩ existimo animi mei affectus esse a vestris alienos, eoque & illud adieci, ne tristitiam habeam, nil prorsus que mea inter sunt, sed quę vestra, considerans. Habeo nanque ꝓ re certiori, & vos itẽ lętari cum hilarẽ me & lętiorẽ videritis, nec minus, si vicẽ vestram dolentẽ, & vos dolituros.

Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis, per multas lachrimas. Quoniam dixerat, qui contristatur me gaudio afficit, ne illi forsan hunc in modum occurrerent: ergo eo nobis tristitiam ingeris, vt ipse lętitia explearis: propterea infert. Maximum & ipse in modum vestri ob gratiam doleo, dolendoque delinquentes vos ipse excedo: quippe qui non solum non simplici quadam & exigua mentis affligor angustia, sed multa & abundant. Non in lachrimis modo, sed cordis angustia hæc ad vos scripsi, hoc est cor meum angebatur: mœrore, qui me acerbius detineret, eoque & literas scripsi. Nã & medicus quispiam qui filij pręciderit vel adusserit plagam, duabus de causis doleat necesse est. Cum quia filius sit valetudine non æqua affectus, tum quia pręcidere illi corporis partẽ cogatur. Alioqui sperarę & futuræ salutis gratia cũ id agit, lętatur libensque & filiũ medẽdo dolore affici. Sic itaq; ipse cũ vos pctis obnoxios videã, mœrore partĩ afficior. Lętitia partĩ, quia vos ob cõmissa mœrentes intueor, & emendationis spes mihi vestræ offertur.

B *Non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis.* Cõsequens erat hunc in modũ vt diceret. Nõ vt cõtristemini, sed vt corrigamini. Id tamẽ pręteriẽs: verbis potius placabilitatẽ quãdã adiecit: maiorẽ asserens suã esse in corinthios, quã in cęteros discipulos charitatẽ. Id agens, ad se vt illos pelliciat arguatq;, si quam eis iniecisset tristitiã ex charitate illã eẽ, nõ ex ira ꝓfectã. Est eĩ inqt, maximũ id amoris indiciũ, vt vobis peccãtibus & ipse mœreã, & vos increpando dolore afficiã. Nam si nulla vestri teneret beneuolentia, neglectos plane, & incuratos abire in pręceps permitterem.

Si quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte: ut non onerem omnes uos. Nititur his dictis Corinthiorum erga fornicantẽ illum (de quo in superiori epistola fecerat mẽtionem) consiliare & confirmare beneuolentiam, illius scelere alienatum. Erant enim ab eo tanquam ab homine reprobo & nefario, Pauli iussu, auersi omnes. Ne itaque, si rursum eiusdẽ ĩperio iubeantur illi veniã dare: moleste id & grauiter ferent, Quid ni? Qui leuitatis Paulum incusarent, prudentissime illos demulcendo hęc scribit. Quemadmodum nobis ille communẽ iniecerit tristitiam: sic velim vt venia per vos illi concessa, communem vobis ad lętitiã cedat. Neque eĩ, inquit, mihi solũ doloris hic causam præbuit, qui facinus tã atrox cõmiserit, sed & vobis ex parte, hoc est, parum vobis doloris ne plurimum dicam, ingessit, quia non multũ fornicanti illi oneris imposuisset, qui non minori vos quam me dolore affecerit. Verum quia pro sceleris merito nequaquam illum depresserim, ex parte dico, & vos ob id tristitia fuisse affectos.

i. corin. v. Paulus Corinthios prudẽter demulcens

Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus. Non dixit, fornicanti illi: sed, ei

C qui eiusmodi est, quemadmodum & in superiori epistola fecit, in qua neque illius nomẽ voluit explicare. In hac vero, & si venia data, nullam tamen facit delicti & sceleris mentionem. Instituens, vti erga mœrentes & oppressos clementius nos geramus.

Ita ut econtrario magis donetis & consolemini. Non modo, inquit, soluenda est omnis vestrum in eũ cępta obiurgatio, & tollẽda conuitia, quin & plus illi aliquid venię cõcedẽdũ, & cõsolemini, hoc est, solendo reficere nec secꝰ agite, quã solet quispiã, qui post plagas ingestas curari illas permiserit. Donetis pręterea dixit, ne fornicarius ille, & quia fatebatur pctm, & satis iã pœnituerat: solutũ se iã & liberũ esse a scelere existimaret. Ostẽdit itaque, nõ tantũ hũc pœnitendo, quãtũ horũ gratia & dono accipere se veniã posse.

Suscipiendi & consolandi pctores, ne desiperent.

Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Necessario, inquit, est ille, & suscipiendus, & consolendus, ne veluti ab efferatiore aliqua belua, vel procella areptus, absorbeatur mœrore, veniatque tandem per desperationem, quemadmodum & Iudas, ad laqueos. Vel se pręcipitem saltu ferat, vtpote qui ex acriori & immoderata castigatione, dolorem non tolleret, & eat in scelus maius aliquod præceps. Aduerte quemadmodum reprimat & fornicantem, excitetque ne segnior fiat venia consecuta. nec tamen hunc nomine explicat, cum inquit, qui eiusmodi est.

Marci xxvij. Act. i.

Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Perinde ac si dicat. Velim quidẽ vt ea qua in hoc eijciendo vsi estis ante hac charitate, in eo restituendo vtamini ne desperando in peiora labatur & ruat. Idque nũc obsecro vt peragatis, & si iubere id queã,

Paulus obsecrat qui poterat imperare.

Ideo enim & scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis. Idcirco, inquit, hęc ad vos scripsi, vt qui vestram sim ante expertus obedientiam, cum fornicantem illum e vestra ecclesia eiecistis: eandem illam hoc tempore recognoscam, iterato periclitando, in omnibus: hoc est, vel in hoc ipso quod deprecor, tum cęteris in rebus quas vobis iniunxerim. *Cui autem aliquid donastis, & ego.* Vt vos, inquit, veniam illi dedistis: ita & ipse, hunc miseratus: consolendum iam censeo. D

Nam & ego donaui, si quid donaui, propter uos in persona christi, ut non circumueniamur à Satana. Ipse vero, vestri ob gratiam huic veniam dedi: siquam iam contuli: & in Christi persona donaui, hoc est, haud secus ac si Christus ipse donasset. Ne a Satana circunueniamur & instigemur, vt asperiores erga hunc simus: & pœnas exigamus acerbiores.

Non enim ignoramus cogitationes eius. Id est, Satanę instigationes ad acriora.

Cum uenissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum, sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. Cum Troadem, inquit, me contulissem, euangelij gratia prædicandi, & ostium esset mihi apertum, hoc est, auditorum paratiores animos inuenissem in domino, id est, domini ope, non habui requiem spiritui meo: nequiui scilicet voluntati meæ tunc satisfacere, quia fratrē minus inuenerim. Id forte dicit, quia Titus erat apud Troadas testatior, & lingua illa peritior. Vel, quia haudquaquā posset Apostolus fideles solus instruere, incredulis obstrepētibus. Cæterum vbi fideles, inquit, hortatus, saluere iussi, me in Macedoniam contuli. E

Troades

Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu. Deo, inquit, gratias agimus, qui triumphat nos, id est triumphare nos facit: in Christo Iesu, hoc est, cum Iesum filiū prædicamus. Perinde ac si dicat. Triumphent alij pro terrenis rebus his decertando, ipse vero Iesum solum gloriæ duxerim, vt & alibi dixerat. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Galat. vi

Et odorem notitiæ suæ manifestat nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt, & his qui pereunt. Quod autem dicit, tale est. Siue salutem assequentur, pręmiumque siue interitum & perditionem, perstat tamen sua virtute & robore euāgelium. Nosque eodem quo sumus statu, consistimus. Et quemadmodum lux ipsa & fulgor, imbecilliora quęque obtenebrans, in suo splendore alioqui perseuerat. Melque item, & si his qui deprauato sunt gustu, amarius videatur: suam tamen seruat dulcedinem. Sic euangelium odorum est & suaue, tametsi increduli nonnulli intereant & disperdantur. Nos vero deo iure optimo sumus in suauitatis odorem. Cui quis vnquam, cum sententiam tulerit, aduersabitur?

Euangelium odorum & suaue.

Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor uitæ in uitam. Cum dixerit superius odoratu suaues inter peditos sumus, ne existimes, & hos esse deo acceptos, inducit hęc, inquiens. Ad eiusmodi odoris fragrantiam, eo pacto nonnulli accedunt, vt salui reddantur: nonnulli vero: vt in interitum seipsos proripiant, nec secus ac mulsum solet & sues & cancros suffocare. Et Christus quidem scādali petra, & ad potionem expositus, & ignis qui aurum reddit fulgentius, vepres & senticeta comburit. F

Mulsum sues ac cācros præfocat,

Et ad hæc qui tam idoneus? Postquam magna quędam prętatus est Paulus, & suauissimum nos spirare odorem: & triumphare, rursum hęc moderatius differens, ait: nihil fore ad imbecillitatem hanc nostram idoneum satis: nisi præsto sit & dei potentia. Ad eā namque & solum: non ad nos spectat rerum omnium summa.

Non enim sumus (sicut plurimi) adulterantes uerbum dei. Hoc loco falsos apostolos carpit: qui dei gratiam propriæ virtuti ascriberent. Non enim, inquit, commentitiorum sum ipse apostolorū persimilis, qui deprauare & adulterare dei gratiam velim: sed deo equidem vniuersa permisi. Quis enim posset ad hæc per se satis sufficere? arguit pręterea eosdem apostolos exterioris sapientię argutiolis quibusdam docendo alios inescare, & venalia habere, quę dari gratis oportuisset. Se tamen haudquaquam istiusmodi esse, in subsequentibus demonstrabit.

Pseudo-apostoli.

Sed ex syncęritate: sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur. Hoc est, animo puriore & aperto nos loquimur: tanquam ex deo accipientes quæ dicimus. neque a nobisipsis mirandum aliquod edimus facinus, sed Christi virtute, non nostri sapientia euangelium prædicamus. Coram deo autem dixit, vt sui cordis & rectitudinem præferat & libertatem: Abest enim tantopere a quouis dolo cor nostrum & labe, vt liceat nobis: vel in dei cōspectu libere id aperire.

A

CAPVT TERTIVM.

INcipimus iterum nosipsos commendare. Cũ magna de se Paulus prædicarit, quæreret aliquis, Quid illud? Teipsum extollis, cum de te alia iactitas? Hanc igitur questionem ex sequentibus soluit. *Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitijs epistolis, ad uos, uel ex uobis.* Hæc non sine indignatione aliqua refert, vt Corinthios verbis vrgeat acrioribus. Ostẽdit autem subdolos & fictitios nonnullos apostolos, quorum fama cum esset obscurior, quia nullis essent proprijs operibus clari, in suam commẽdationem finxisse epistolas, quas in suam ipsi commendationem quocũque liberet, differrent: ex hisque & laudem sibi & nomen apud exteros comparasse. Quod vero Paulus nõ sine animi acerbitate loquitur, tale est. Num forsan dixerit quispiã, circunferendas esse & nobis cõmendatitias ad vos epistolas, vel ex vobis ad alios, vt per eas notiores efficiamur? Deinde quę sequuntur, sic inquiẽs subdit.

Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris quæ scitur & legitur ab õnibus hominibus. Quod inquit, epistolæ in meam commendationem egissent & laudem, id ipsi per vos agitis. Nã cum ab alijs vel spectamur vel audimur, vel quocunque profectum est, vos circunferi-
B rimus: quippe quos cordi habemus inscriptos, & vestras virtutes omnibus propalamus. Cum itaque epistolæ loco vos habeam, qui me apud alios commendatis, & laudibus summis effertis, nullas alias a vobis exegerim literas, vt me nescientibus innotescam. Accedit præterea, vt neque aliorum apud vos commendationis indigeam, quandoquidem insiti mihi menti & cordi sitis. Sunt nanque ad eos necessariæ commendatitiæ literæ, quibus ipsi incogniti sumus. Vos autem mihi animo estis inscripti: ita vt excidere nullo pacto possitis. Quibus dictis, non modo illorum suo testimonio comprobat charitatem, verum & virtutes extollit. Siquidem & præceptoris manifestandam cæteris hominibus dignitatem satis habere virium videbantur. Magistro nanque discipuli virtus decori est.

Manifestati, quoniam epistola estis christi. Quo fieri id pacto potest. Nimirum quia christi mandata, & leges apud vosipsos, tanquam apud aliqua literarum monumenta, & manent, & conseruentur.

Ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiritu dei uiui. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Occasionem arripiens, legem cum euangelio conferendi, ex ea sic inquiens initium sumit. Quemadmodum legis Moses olim fuit minister, sic & nos ad fidem hanc nostram vulgandam & prædicandam ministerio fungimur, vtque & tabulas ille insculpsit, sic & nos corda. Atqui & lex erat atramento inscripta, in nobis vero euangelium spiritu est exaratum. Quantum itaque differt ab atramẽto spiritus, & cor ipsum a lapide, tantundem nouum id a lege veteri testamentum. Potest & in alium sensum id
C dictum capi. Nam cum constet, se cruciantibus Iudæis & alijs a fide alienis, corda lapidea: eo fidelium corda carnalia intulit, vtpote, quæ & rationem admittant, & eandem hac gubernentur.

Moses veteris legis minister. eze.ij. & xxxvi.

Fiduciam autem talem habemus per christum ad deum. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis. Quoniam ostendit nouam hanc antiqua illa præstare, consequens erat, sic paulum orationem fuisse prosequuturum: vos videlicet apostoli, quorum ministerio lex noua tractatur, præstantiores Mose estis, qui veterem administrauit. Quod dictum ne ferre præse superbiam videretur, sic infert: neque enim accenseri nostræ illud virtuti debet, sed deo in quo habemus per christum fiduciam, hoc est, in quo per Christum omnis nostra sita est gloria: nostræ nanque huius in deo iactantiæ christus est causa. Nec quippiam est, quod sit opera nostra effectum, nec minimum quippiam. Hęc enim dicere voluisse designat, cum inquit: Sufficientes non sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis.

Paulus nouę legis doctor.

Sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamẽti. Virtus, inquit, nostra & virgo omnis ex deo hauddubie ꝓficiscitur. Ipse nãq; nos idoneos reddidit, hoc est, roborauit & aptiores effecit, ad rei huius diuinę & noui testamenti administrationẽ,

Ro.vij. Lex spiritalis cur.

Non litera, sed spiritu. Et lex quidem spiritalis erat, hoc est, a spiritu concessa & prodiens: nec tamen vt noua, vetus illa spiritum conferebat. Ait igitur: Haudquaquam nobis, quemadmodum Mosi literæ duntaxat creditæ sunt, sed spiritus ipse cõcess-

ſus. Non enim ſpiritalibus quibuſdam & diuinis tantum apoſtolorum nitebatur doctri na, ſed ſimulac manus impoſuiſſent, & ſpiritum largiebantur. D

Litera occidit ſpūs viuificat quomō.

Litera autem occidit, ſpiritus autem uiuificat. Lex, inquit, illa vetuſtior, ſi quem deprę hendat, vel rebus in minimis delinquentem, non ſicut afficit morte quam ligna ſabbato legentem affecerit. Spiritus autem ſanctus, vel ſi mille hominem facinoribus obſtrictum exceperit, baptiſmi lauacro, & iuſtum reddit, & peccato mortuum viuificat.

Exodi. xxxiiij. Legis veteris & nouæ differētia.

Quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit in gloria. Patefacta ſuperius noui & veteris teſtamenti differentia, aſſerit alterum atramento, alterum ſpiritu eſſe conſcriptum, & inſculptum lapidibus illud, hoc vero cordibus. Itemque ex altero mortem vitam ex altero comparari. Nunc quidem oſtendere nititur, longe maiorem eſſe euangelij gloriam quam legis fuerit. Lex quippe vetus ſenſibilem quandam nacta eſt gloriam, Moſis ſcilicet faciem fulgentiorem. Noua vero eam videlicet quę mente occipitur. Quādoquidem hanc ipſam nemini iam ſenſibiliter licet oculis intueri. Oſtendit itaque euangelij excellentiam ipſam animi conceptus quodam compręhendi poſſe, inquitque priorem legem mortis fuiſſe miniſtram. Neque enim effectricem dixit, ne vllam præbeat hæreticorum errori occaſionem, ſed miniſtram. Enimuero peccatum mortem pepererat, mors vero ſupplicium afferebat. Litera præterea ipſa veteris teſtamenti ſola conſtabat, neque vllam afferebat opem certantibus. Quod ſane in baptiſmo non accidit. Arguit & ſupplicia illi nec deſinere vnquam nec tolli: inquit nanque, mortis hanc adminiſtrationem in lapidibus fuiſſe formatam. Si lex itaque cum talis exierit in gloria eſt effecta, quāto magis & gratia, quę a Deo præſtat, vt nihil queat eius excellentia comparari. E

Ita ut non poſſent intendere filij iſrael in faciem Moſi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur. Tacite hoc loco Iudæos incuſat, qui adeo erant mente obtuſi, vt ne ipſam quidem ſenſibilem Moſi gloriam poſſent ſuſcipere. Neque enim dixit, legem ipſam vel tabulas eiuſmodi gloriam habuiſſe, ſed Moſi faciem. Moſes nanque, non legis tabulam, hanc præſe gloriam & ſplendorem ferebat: quam demum gloriam & Moſi demit, cum inquit, euacuatur, hoc eſt, vacua & inanis effecta eſt. Aduerte autem quemadmodum nequaquam iniquam gloriam dixerit, ſed, euacuatam, hoc eſt, deſitam iam & otioſam, & finē nactam.

Quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Quemadmodum legem aſſeruit mortem ſubminiſtrare, ſic conſequens erat, vt euangelium diceret vitę miniſtrum. Veruntamen quod pręſtantius erat, ſpiritus dixit, qui vitam prębeat. Longe itaque nouum hoc teſtamentum præſtantiori eſt in gloria, quam lex illa vetuſta.

Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Rurſum in eadem ſententia interpretanda perſiſtit, explicās, quemadmodum litera ipſa occidat. Legem enim inquit, miniſtrationem quandam eſſe damnationis, quia tormentis afficiat, nō gignat ſupplicia: Iuſtitiæ autem miniſterium euangelium dicit, quod non ſolum nos eximat a pœnis, ſed iuſtos reddat vel delinquentes. Quo fit, vt maiori habendum ſit euangelium gloria.

Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Quid inquit, veterem cum noua lege contulerim, cum ſi tanta & nouæ præſtantia vt in hac parte hoc eſt in eiuſmodi comparatione, nullam habere gloriam exiſtimabitur quod fuerit glorificatum: id eſt, vetus lex ipſa, ob nouę excellentiſſimam claritatem. Ita fit, vt & ſi glorioſa per ſe ſit vetuſta illa, alioqui propter euangelij ipſius præſtantiam conuincitur omnis glorię eſſe immunis. Aduerte autem quemadmodum veterem illam ex eiuſmodi euangelij comparatione commendet. Neque enim in diſſimilibus comparatio cadit, ſed in his quæ propinquiora ſint inter ſe, & fere paria. F

Cōpatio non cadit inter diſſimilia.

Si enim quod euacuatur per gloriam eſt, multo magis quod manet in gloria eſt. Si enim lex inqt, quæ abroganda foret, & tollenda, per gloriam lata eſt: multomagis nouum hoc teſtamentum in gloriam eſt permanſurum, quod ſtabile ac perpetuum ſit futurum.

Exodi xxxiij. & xxxiiij.

Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utimur. Quoniam plurimum quidem nouo huic teſtamento ineſſe gloriæ teſtatus eſt, optarentqꝫ forſitan auditores perinde ac infirmi & imbecilles, ſenſibilē aliquā gloriā cōtēplari, qualis ex fulgore illo in Moſi facie fertur apparuiſſe: ſpē, inquit, talē habemus maioribus longe donis, & gloria quadam pręſtantiori noſipſos fideles fuiſſe, q̄ Moſen ipſum dignatos. Ideoque & his confidimus plurimū quos ipſi inſtruximus, eū eos nihil celemus, nec vereamur, neqꝫ illorum reformidemus aſpectū quemadmodum Moſes Iudæorū exhorruit. Neqꝫ enim eſtis vt illi, fragiles & labantes. Moſes ſane cū ſecuudo tabulas excepiſſet, diuinis manibus exaratas, e monte deſcen-

A dens faciem fulgentē a deo retulit, vt eū Iudęi haudquaquam ante vel adire vel alloqui possent, quam caput sibi operimento velassent. Cuius historiæ sit Paulus inquiens meminit.

Et non sicut Moses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius quod euacuatur. Hoc est, nequaquā ipsi in Mosi morē velandi sumus, quippe qbus eiusmodi gloriam spectandi facultas inquit, quam nacti sumus, euāgelij scilicet gloriam quę longe sit Mose clarior. Id est, licet vobis optimam habere diuinorum mysteriorum notionem, hoc est, euangelium. Nec præterea necesse est eiusmodi mysteria vobis clam habeamus, videamurque horum obscuritatem & ignorantiam, non secus ac velamen aliquod vobis ostendere. Atqui cum esset Israeliticus populus rudior, nec quemadmodum lex ipsa finiret, spectabat: neque quod desitura esset aduertit, & inanis reddenda. Velamen vero, quo Mosi dixit faciem obuolutam. Israelitarum ingenij crassitudinem quandam & ruditatem prætendit, sicuti ex sequentibus innotescet. Nonnulli autem sic sentiunt, nequisse videlicet illos in Mosi faciem obtutum intendere, argumento fuisse finem iam esse huiusmodi gloriam consecutam. Quippe quę vt videri non poterat, sic ne gloriæ loci erat habenda, asseruntque illam sic fuisse prætentam, quia esset breuis æui futura, quando neque tum quidem gloria apparet. Israeliticus apostolus rudis.

Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem idipsum uelamen in lectione ueteris testa
B *menti manet non reuelatum. Quoniā in christo euacuetur.* Obtusi, inquit, eorum sunt sensus, hoc est, eorum mens hebetata, eoque neque tunc temporis Iudæis videndi erat facultas, neque his quidem qui in humanis nunc agunt. Sunt nanque & mente obtusi, & eodem quo Mosi facies, operti velamine, hoc est, superficie tenus, lectitant legem. Abraham enim legem Mosen nuncupat, vt illud, Habent Mosen & prophetas. Neque illis vel reuelatur vel innotescit, quemadmodum christus legem hanc vacuam esset & inanem facturus. Quo fit, vt eorum mens peccet obtenebrata. Obtusio nanque mentis est error. Nequaquam igitur, inquit, mirum vobis videri debet, si nequeunt vel christi gloriam spectare Iudæi, vel eius fidem admittere: quippe qui nec legis gloriam, quæ vtique inferior est, potuerint intueri, Nam si hanc inspexissent & christi gloriam pręuidissent. Legis em̄ gloria christum sic inquit, Resurget dominus deus, illum audite in omnibus. Cum itaq; audire hunc iuberentur horumque vt instituta & legem, vtpote circuncisionem ipsam & reliquos ritus dissolueret christus. Lex ergo propriam videbatur destructionem iniūgere. Accedit præterea vt sacrificia vno in templo fieri mandaret, idipsumque rursum & demoliri, nonne aperte & immolandi tollebat consuetudinem. Et tu sacerdos in eternum secūdum ordinem Melchisedech, Et illud. Sacrificium & oblationem noluisti. Hęc sane vniuersa legem dissoluunt. Lu. xvi. Deute. xviij. Testimoniū qbus lex vetus erat dissoluenda. p̄s. cix. p̄. xxxix.

Sed usque in hodiernum diem cum legitur Moses, uelamen positum est super cor eorum. Quoniam dixerat superius velamentum, quoddam in veteris testamenti lectione esse illorum menti obtentum, ne forte existimet quippiam se legis obscuritatem appellare valamem, haud
C ita est, inquit, sed illorum cordis obtusionem & ruditatem velamem dixerim. Quid plane esset Mosi faciei, non ipsius gratia, sed ob istorum crassitudinem & cæcitatem obductum.

Cum autem conuersi fuerint ad deum: auferent uelamen, dominus autem spiritus est. Modum nūc explicat, quo in viam possent Israelitæ reduci, cum ad dominum, inquit, fuerint conuersi, hoc est, cum a lege defecerint. & ad euangelium se contulerint spiritale, tunc haud dubie operimētum illud & velamen tolletur. Erat autem Moses (vt historiæ proditum est) cum ad deum iter repeteret, facie reuelata & aperta. Quod sane futurorum præferebat figuram, videlicet cum ad spiritum quispiam fuerit conuersus: quia spiritus dominus est: tūc nudam est & rectam latoris legis, hoc est dei faciem inspecturus. Quin potius pro Mose ipso habebitur & gloriæ, hoc est, splendoris fruitur magnitudine, vt dictum est. Legis enim hanc spiritus ipse gloriam, quippe qui dominus sit & omnipotens, largietur. Exodi. xxxiiij. Ioan. iiij.

Vbi autem spiritus domini, ibi & libertas. In lege iugum & seruitus inerat, in spiritus vero lege & euangelio, libertas. Quo fit, vt facile queas & libere domini gloriā inspectare. In lege iugū, ī lege noua libertas

Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eodem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Adeo, inqt, ingenuitate quadā nos fruimur & libertate: vt omnes haudquaq̄ in vnius mori morē, sed facie sim⁹ apta. Non em̄ aliquid est apud nos fideles velamē, vt quasi p̄ speculū dei gloriā īspectātes, in eādē imaginem

transformemur, hoc est, eius splendoris & gloriæ participes simus. Nos nãq; vt speculum sumus qui claritate excepta, & splendorem a nobis remittimus. Et quemadmodum argentum soli obiectum, ex solis occasu micantes radios in solem ipsum reflecti, sic & nos baptismo accepto, purgati per spiritum, & huius splendore denique illustrati, fulgorem & ipsi spiritalem quendam ex aduerso remittimus, eandemque imaginem a spiritus gloria in gloriam nostram & claritatem transferimus. Et talem, inquam, imaginem, qualem decens est vt is sortiatur, qui a spiritu domini nulli rei obnoxio lucem acceperit. Dominus enim ille cum sit, & regium habet splendorem. Fideles autē omnes baptismi gratia spiritu sancto opplentur, & illorum est fulgentior anima. Quandoquidem & Moses dei gloriæ fulgore inspecto in eius gloriæ imaginem est tranformatus, hoc est, & ipse diuinæ gloriæ & splendoris participauit. Huius & facies resplendebat, cum ipse nostri præferret figuram. D

Simile.

CAPVT QVARTVM.

IDeo *habentes hanc administrationem iuxta quod misericordiam cōsecuti sumus, non defecimus.* Cum multa & magna & apostolorum dignitate prędicasset, essetq; iam illos longe Mosen præstare professus: corripit tandem & moderatur, quod de se ipso, & reliquis apostolis iactitasset, inquitque id omne diuinę est potestatis, nos euangelij duntaxat ministerio fungimur. Quod plane nō ipsi nobis nostra virtute peperimus, sed sumus pro dei misericordia assecuti. Est nanque vel id dei clementia effectum, quo circa nec ipsi deficimus. Hoc est, cum simus ipsi a domino tanta rerum magnitudine dignati, nequaquam erit ad tolerandas pressuras animo succumbendum. Quandoquidem deo commiserante ad id simus ministerij munus obeundum nos instituti. E

Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia. Falsos hoc loco Apostolos indicat, qui facie quadam adumbrata, & subdola omnia factitarent, præsertim cum acceptis muneribus, nil tamen se accepisse a fidelibus simularent, sanctimoniaque imbuti cum viderentur, essent tamen impuriores. Nos itaque, inquit, praua hæc & fucata facinora propulsemus a nobis, & abdicemus. Nec talia committamus, quæ postmodum manifesta cū fiunt, & in lucem edita fuerint, ignominiam afferunt perpetranti. Mox ita infert, ambulantes in astutia. Cedunt nanque ad dedecus quæ versute & dolo geruntur. Quod si & de reliquis prauis actionibus id dictum fuisse existimes, profecto nil aberrabis, nec poterit id absurdum videri. Sunt nanque & qui praua committunt, pro falsis Apostolis iure habendi.

In pseudo apostolos.

Falsi apostoli sunt etiam qui mali,

Neque adulterantes uerbum dei. Non solum, inquit, vitam ipsi simplicem ducimus & puram, & cuiusuis doli expertem, quin & dogma hoc nostrum, & sermo noster hic omnis, argutijs vacant, neque enim quippiam ipsi vel externæ huius & humanæ sapientiæ interiecimus nostro sermoni, vel ad gratiam verba fecimus. Neque pecunias ex prædicationis hoc munere cumulamus, neque hoc illudve habita temporis & personarum ratione, vt fallaces solent Apostoli edocemus. F

Sed manifestatione ueritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Apostoli, inquit, qui fallere alios consuescunt, fucatis operibus, alios se quam sint, mentiuntur. Ipse vero veritatis manifestationem & nuditatem commendationi mihi esse velim, hoc est, rebus ipsis pro testibus vtor, vosque mihi testimonio estis, quemadmodum nihil a quouis fidelium acceperim neque ea egerim, quæ factitent hi, quo dixi Apostoli. Quo fit, vt meipsum apud omnem hominum conscientiam fidelium scilicet & infideliū commendatiorem: efficiam vitamque meam sic palam enudando, euangelium prædico: vt omnibus quemadmodum vixerim, sit pernoscendi facultas. Proinde quia fallere hominem forte liceret, coram deo adiecit, quem haudquaquam istiusmodi Apostoli in testem suæ admitterent conscientiæ.

Infideles euangelij fulgore excecantur.

Quod si etiam opertum est euangeliū nostrū, in his qui pereunt, opertū est. Cū superius dixerit Israelitis esse velamen impositum, nosque fideles facie reuelata prospicere, nunc vero & si apertum est euangelium, inquit, infidelibus tamen opertum est. Quod enim tunc temporis Iudæis in mose contigit, idipsum & infidelibus euangelium fuit. Vtque illi splendorem, qui mosi inerat, nequaquam tolerare oculis poterant, sic nos euangelij veritas latet. Non euangelij culpa, sed ipsorum qui fide carent. Clare nanque & his si crederent, christi gloria & vis omnis euangelica pateret.

In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij glo-

A *riæ Christi.* Inter perditos, inquit, plurimos esse & diuersos constat, vel infideles ipsi haberi debent, quorum mentem huius seculi deus cæcitate obduxit. Atqui marcionistæ de conditore ipso orbis terrarum deo, asserunt fuisse id dictum, quem iustum dicunt, non probum. Manichæi vero de diabolo, quem mundi huius prædicãt fabricatorem, cum horum neutrum sit, sed de deo nostro id dici sat patet. Quod autem seculi huius deus asseratur, nil mirum. Nam & cæli dicitur deus, cum haudquaquam cælorum sit duntaxat deus. Quinetiam & Abraham dicitur deus & Isaac, & Iacob., neque horum modo, sed cunctorum est deus. Quid itaque nouum videri potest si oportune hoc loco Paulus seculi huius deum appellat, vt infidelibus ipsis validioribus argumentis patefaciat, illum vel hæc quæ visuntur fabricasse, quibus hi etsi pro delicijs fruantur, fabricatorem tamen repudiant. Potest & ita præsens orationis contextus perlegi. Videlicet infidelibus seculi excæcauit sensus deus. Futurũ nanq; seculum illud, nullos continet qui fide careant. Excæcauit itaq;. i. cæcos esse permisit. Huic persimile illud est, tradidit eos in passiones ignominiæ. Hos nanque cũ ad se desciuissent, missos fecit & dereliquit. Non enim inuitos ad salutẽ traducit deus. Aduerte aũt queadmodũ nequaq̃ eos, vt minus crederent excæcauit, dixerit Paulus, sed ne diuinæ gloriæ fulgorem inquinati & prophani oculi prospectarent eiusmõi splendor in eo constat, vt xpm̃ quis credat, & in crucem fuisse sublatũ & in cęlos assumptũ, & bona futura largiturũ. Queadmodum em̃ qui

In Marcionistas & Manichæos.
Exo. iij
Lucę. xx
Simile.

B oculorũ valetudini cõsulens eũ qui ea laboret obscuro aliquo in loco recondit, ne solis radios intuendo aciẽ offendat, sic & his cũ per se a fide defecerint, haud secus deus euangelij intercludit fulgorẽ q̃ israeliticis micantem Mosi faciẽ. Nobisque itẽ ne margaritas inter porcos semper geramus, iniunxit. Recte aũt fulgeat, dixit. Siquidem mediocri nũc luce fruimur, neq; illuminati penitus sumus. Quod profecto & ante expressit cũ odoratu duntaxat eum cœlestium rerum velut pignore quodam potiri dixisset, arguens quæ potiora sunt & maiora, in futuro seculo nos manere.

Mar. xiij

Qui est imago dei. Ostendit hoc loco, infideles non Christi modo, sed etiam patris esse gloriæ ignaros. Quandoquidem patris imago sit Christus. Quo fit, vt qui hunc nesciat, nec patris habeat notionem.

Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos enim seruos uestros per Iesum. Superius dixerat minus se astute incedere, moxque de infidelibus mentionem interiecit, quemadmonum videlicet operti sint, & obcæcati. Nunc vero infert, propterea nihl a nobis per versutiam agitur, quia haudquaquam nosipsos, vt falsi apostoli solẽt, extollimus. Hi nanque auditoribus suadebãt, quatenus ex seipsis denominationẽ acciperent. Quemadmodũ in priori epistola significauit cũ diceret. Ego quidẽ Apollo, alius Cæphe. Neq; existimetis, qui nos impugnatis, nobis bellum inferre, quãdoquidẽ haudquaquam nosipsos, sed Christũ prædicamus. Ille itaque a vobis oppugnatur de quo nos prædicando disserimus. Cęterum adeo ipse procul sum, vt aliquid de meipso iactitem, vt non fugerim pro Christo a vobis, vel iugum mihi & seruitutem imponi. Christus vero tanta ergo vos detentus est charitate, vt cuncta vestri ob gratiam gesserit.

1. Cor. 1

C *Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ charitatis dei in fide Iesu Christi.* Cur, inquit, nihil de nobis prędicamus? Quia deus illuxit in corbibus nostris. Et quemadmodum olim in Mosi faciem suum splẽdorem intenderat, sic nobis eundem in præsentia est impertitus. Neque vt initio creandarum rerum edixerat, lux est e tenebris facta: sic nunc dixit, & splẽdor est eiusmodi nobis iniectus. Sed ipsemet potius in lucem nobis effectus est. Siquidem in Christi facie nobis ipse illuxit, hoc est per Christum. Cuius per gratiam suum in nobis fulgorem iniecit pater, largitusq; est & scientiæ lumen, non suæ substantię, sed glorię charitate. Attende quemadmodum vel hoc loco Paulus diuinitus asserat trinitatem. De spiritu nanque disseruit, cum gloriam dixit domini speculamur. Dominus autem spiritus est. De filio vero cum illuminationem glorię euangelij Christi. De patre autem facit hoc loco mentionem, cum illuminationem scientię inquit glorię suę.

exodi xxxiiij
Gene. 1.

Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus. Cum multa atque præclara de ineffabili gloria dei explicasset, ne obijcere quispiam istiusmodi possit. Cur ergo hoc mortali in corpore permanemus, qui tanta, vt asseris acceperimus? Respondet vel idipsum esse diuinæ potentiæ. Quandoquidem vel fictile vasculum tales thesauros continet.

Vas fictile corpus mortale.

Vt sublimitas sit uirtus dei, & non ex nobis. Vt constet, inquit, apparentis virtutis magnitudinem nequaquã a nobis, sed a deo proficisci. Neue ipsi existimemur aliquid posse

quod dignum laude sit per nosipsos efficere, deo adscribamus. Et illius esse donum, quod cũq; bene & laudabiliter geritur, dictitemus. Falsos præterea hoc loco arguit Apostolos, qui gratiam dei sibĩpsis accensent. D

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Adeo, inquit, omnia sunt diuinæ potentiæ tribuenda, vt etsi fictilia vascula ipsi præferimus, tantisque vndique vrgemur angustijs, non tamen vel frangimur, vel qui in nobis reconditus est thesaurus aboletur. In omnibus autem angustiamur, hoc est, quouis loco & quibusuis in rebus, tam apud amicos: quam apud infensos pressuras nos patimur. Non tamen vel angimur, vel coartamur. Quandoquidem corda nostra Christus dilatet.

Aporiamur, sed non destituimur. Hoc est, & si in rem ancipitem & dubiam incidimus nihilominus erecti pedibus stamus. Nec vlla desperatione succumbimus, sed via potius euadimus regia, & in deo comperta, victores ab eo nihil destituti. Vt aliter, aporiamur, quid græce ἀπορούμενοι dictum id sane prætulerit. Et si necessaria desint, haudquaquam tamen in vero thesauro consequendo deserimur.

Persecutionem patimur, sed non relinquimur. Et si homines nos persequuntur, haudquaquam tamen deserit deus. Ad nostram nanque hæc permittitur persecutio exercitationem, non vt vincamur.

Deijcimur, sed non perimus. Exterioribus aduersariorum telis corpus hoc læditur, nullam tamen perniciem propter animi promptitudinem & constantiam sustinemus, quin potius quod ad ipsum attinet corpus, a deo defendimur. E

Semper morificationem Iesu in corpore nostro circunferentes, ut & uita iesu manifestetur in corporibus nostris. Hoc est, mortes quotidie ipsi subimus: & domini mortem imitati, eiusdẽ & vitam siue resurrectionem in nostro corpore circunferimus, vt illa in nobis patefiat. Quocirca si quis christum dominum resurrecturum diffidit, cum nos spectauerit mortẽ obire quotidie, & vitam quotidie ducere, ei rei haudquaquam amplius sit diffisurus.

Mos pauli in docẽdo. *Semper enim nos qui uiuimus: in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.* Per hęc quidem declarat, quid illud sit quod dixerat iesu mortem. (Erat nanq; subobscure id dictum) consueuit enodare Apostol⁹, quę minus paterent. Illud autem in vita iesu manifestetur, a superioribus pendet, & in hunc scilicet sed sensum accipitur. Quemadmodum enim nos Christi mortem nunc toleramus & mortem pro eo obire, si locus detur, vel viui malumus: sic & ipse in animum magis induxerit, vel mortuos nos plane viuificare: quod & alibi disserit, inquiens. Si enim commoriamur, & vitã vel simul ducemus.

ĳ. Tim.ĳ

Quo fit, ut mors in nobis operetur, uita autem in uobis. Mortem hoc loco tentationes dicit: Qđ autem, inquit, huiusmodi est. Nos quidẽ in periculis sumus, vos aũt vita, q̃ ex periculis cõstat, fruimini: quippe q̃bus euangeliũ p̃dicatum est, quo vitam viuitis sempiternã.

p̃s.xv. *Habemus autem eundem spiritum fidei: secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propterea & loquimur.* Tentationes meminerat & mortes superius. Deinceps vel ex his, inquit, nos eximet deus. Insuper & illud adiecit. id circo his malis vos eruet deus, vt eum resurrexisse credatis. Nunc vero inquit, non mente solum & cogitatione, sed fide erit id adstruendum: infertque. Quemadmodum Dauid cum esset tentationibus diuexatus, ex hisque a deo & solo ereptus, credidi, dixit, propterea locutus sum. Haud secus & nos eundem fidei spiritum assecuti, quem & Dauid ille sit nactus, credentes id loquimur. Quia quemadmodum christus ipse a mortuis resurrexit, ita & nos nunc superatis periculis sumus resurrecturi. F

Scientes quoniam qui suscitauit iesum, & nos excitaturus est, & constituet uobiscum. Omnia enim uestri gratia toleramus, ut affluens gratia, per multos abundet in gloriam dei. Quid credimus, inquit, vel ipsi quid videmus? Id sane quod a quouis discrimine nos liberabit, ac denique is suscitabit, qui & christum iam excitauerit, adstituetque vobiscum vna bonis perpetuis fruituros. Facit insuper eos, cum ad credendum, tum ad recte viuendum fidentiores. Nec secus & falsos hoc loco carpit Apostolos, sese affirmãtes pro discipulis: vt bona huiusmodi comparent, intercedere. Vnde id confutans Paulus hunc in modum edisserit, Vestri ob gratiam vniuersa sunt condita, quinetiam, & resurrectio idcirco effecta est. Non enim per hũc illumve recte aliquid geritur. Nam & id omne deus exequitur, & plurimis impartitur. Quo fit, vt abundante gratia, abundet etiam necesse est, multorum ad dei gloriam in habendis gratijs & officium. Apostoli itaque istiusmodi deceptores, cum dei gratiam sibi iniquius vendicant, illius hauddubie obscurant & gloriam.

Apostoli falsi dei gratiã sibi vendicantes.

A *Propterea non deficimus. Quin etsi exterior noster homo corrumpitur, interior tamen innouatur de die in diem.* Quoniam, inquit, spectatam habemus dei potentiam, eundemque nos periculis exemisse perspeximus, futurumque tandem vt claros fulgentioresque a mortuis excitet, haudquaquam vt malis victi iam succumbamus, neque de spe excidamus, cum patimur. Quandoquidem exterior homo, hoc est corpus, cum ceditur siue exagitatur, corrumpi solet. Interior vero, hoc est spiritus ipse & anima innouatur. Quo pacto si quæras, nimirum bene sperando & fidendo plurimum. Siquidem vbi pro Christo tormenta iam subijt ingenti gaudio expleatur.

Exterior homo, hō interior.

Momentaneum enim illud & leue pressuræ nostræ supra modum in sublime, æternum gloriæ pondus operatur nobis. Explicat quo pacto interioris īnouetur homo. Ideo, inquit, id fit, quia in animum ille īducat perbreues esse pressuras & momentaneas, & idcirco toleratu leuiores videri qn̄ ad exiguū tēporis inferuntur, gloriam vero ꝑpetuā esse, & pondus, hoc est magnitudinē ingentē habere. Id nanque supra modum & in sublime prætendit.

Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nusquam apparent. Visibilia nanque temporaria sunt, inuisibilia uero sempiterna. Ostendit quemadmodum quæuis pressura facilior sit, inquitque. Cuncta enim quę nobis sub aspectum veniunt & visuntur temporaria quidem & breuia sunt. Cruciatus itaque & pressuræ, quia cerni oculis possunt, momentanea erunt. Atqui inter visibilia hæc vocatio ipsa & otium connumerantur, quippe quæ & spectari queunt, eo enim visibilia intulit, vt eiusmodi a pressuris & molestijs vacatio B ne complecteretur. Nil itaque erit vel aduersis & vrgentibus succumbendum, vel prosperis hebescendum & quietioribus rebus. Breuia enim vtraque sunt. His igitur se ita habentibus constat profecto quæ videri non possunt, perpetua esse, hoc est regnum illud cœleste, & ęterna supplicia. Quo fit, vt horum declinare alterum habeamus, alterum cupere.

Inuisibilia ęterna.

CAPVT QVINTVM.

Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius tabernaculi dissoluatur ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Quoniam superius dixerat, quantum exterior homo corrumperetur, tantundem innouaretur interior: visus est noui quid dicere, ita nunc infert. Quin potius cum penitus contabuerit mortale hoc corpus & luteum, tunc sane infinita nobis producturum est bona. Simul etiam ad hos de resurrectione iterato nunc disserit, tametsi non ita aperte, vt in superiori epistola: ne videatur eos existimare nondum emendatos. Per terrestrem autem tabernaculi domum, corpus ipsum expressit, cui cum & tabernaculi nomen indiderit, illius breue admodum vitæ spacium patefacit. Est nanque tabernaculum nil diuturnum. Quod si plerunque iustorum præferunt tabernacula ista quietem, cum additione tamen aliqua hanc ipsam prætendere satis iam constat, vtpote cum perpetua tabernacula, diximus. Aduerte autem quēadmo- C dum cum terrestrem dixisset, mox cœlestem obiecerit. Alternam vero vbi intulit domū quod eo facit, vt nostri corporis futuram augeat gloriam. Non manufactam vero non idcirco adiecit, vt corporis huius humani conditionem a cœlesti facere alienam, cum neque illud sit manuum opera compactum. Multi vero terrestrem domum pro vita quæ in terris hic ducitur, accipere. Tabernaculum vero corpus id dicunt, ita vt eiusmodi sit, quod per Apostolum dicitur. Si dissoluatur quæ in terris agitur nostri corporis vita, quæ manufacta dicatur, perinde ac manibus sit confirmata, quia vinum & panis quibus vita hæc constat, per manus suppeditantur. Sumus tamen in cælis vitam quandam aliam habituri, quæ nec potest corrumpi, nec manibus confici, hoc est quę nulla īdigeat nostrarum manuum ope.

Etenim in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ in cælis est, superinducere cupientes. Quam habitationem? Nimirum corpus incorruptibile. De cęlo autem illud esse affirmat, non quod superne deueniat, sed quod inde demissum habeat sibi incorruptibilitatis gratiam. Adeo igitur minus dolendum erit de singulis corpori illatis tentationibus, vt contra potius sit nobis ingemiscendum, quod corpus hoc corruptibile, non prorsus exuimus, vt hoc ipsum incorruptibile induamus. Vnde nec tabernaculum dixit, sed habitationem, vt quę diutius sit & firmius permansura.

corporis incorruptio e cælo.

Si tamen uestiti, non nudi inueniamur. Neque enim nobis est vniuersis, inquit, īcorrupti

bilitati corporis confitendum, qui & sumus post acceptum corpus quod infici nequit, corruptione obducti. Non gloriæ & securitatis nudi coarguemur, perinde ac si prauis his facinoribus ignominiam assecuti? Siquidem cunctis futura cõmunis sit resurrectio, non tamen honor & gloria.

Nam & qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur, quod mortale est à uita. Cum durius esse & graue quod dixerat, apparet, ingemiscere nos & grauiter ferre percupidos hoc corpore liberari, cum constet ineffabilẽ esse animi erga corpus affectum, idcirco inquit. Haudquaquam propterea ĩgemiscimus, quod e corpore simpliciter sit abeundum, sed quia nos libido incesserit in corruptionẽ superinduceret, perinde ac si haud sat fuerit hanc ipsam inducere, vel corruptionis volumus vacui esse, vt illa non corpus a vita consumatur & pereat. Nec corporis gratia solum grauemur, sed quia corruptibile sit, moleste ferimus. Hinc obstruuntur hæreticorum ora, quippe cum de corporum diuersitate nulla fiat hic mentio, quando de corruptibilitate duntaxat & incorruptibilitate disseritur.

Ineffabilis animi erga corpus affectus.

Qui autem effecit nos in hoc ipsum deus. Deus est, inquit, qui nos a principio ad hoc ipsum creauit. Quippe qui nos eo effinxit, vt incorruptibiles simus. Neque id illi est in præsentia visum, sed ab initio, quo fit, vt omnino sine corruptione futuri simus.

A peccato oritur corruptio

Qui & dedit nobis pignus spiritus. Vis, inquit, vt aliĩs id argumentis ostendam. Per baptismum nempe & spiritum nobis largitus est. Incorruptibilitatis insuper pignus hic detulit. Animam nanque & corpus simul sanctificauit, eaque diuinitati propinquiora effecit, quia & exemit a crimine, a quo mors ipsa subsequitur. Itaque cum spiritum contulit, perspicuum est, quod a peccato eruerit. Qui vero a peccato iam eruit, & incorruptionem effecit. A peccato nanque corruptio oritur. Spiritus igitur hoc pacto futuræ immortalitatis pignus efficitur. Vel aliter: Qui in præsenti aliquam nobis in partem spiritum est impartitus, omino vel aliquod nobis detulit pignus, vt totum in posterum largiatur. Verum quo pacto id est largiturus, nisi spiritu, & corpore incorruptibiles ipsi futuri sumus? Cum itaque quod tenue est, & exiguum, spiritu & corpore sub pignoris specie in hac vita acceperis, sperandum est quod reliquum sis integre habiturus.

Fidentes igitur semper & scientes, quoniam manentes in hoc corpore peregrinamur à domino. Per fidem nanque ambulamus, non per speciem confidimus, & probe potius uolumus peregrinari à corpore & manere apud dominum. Persistit adhuc vt illud confirmet quod dixerat supra, quoniam nullæ sunt nobis curæ. Discrimina quippe quæ & mortes, rem nobis optabilem incorruptibilitatem, scilicet subministrant. Cuius gratia & ingemiscimus, deducimurque ad dominum ocyus. Cõfidentes itaque semper, hoc est intrepidi, neque insidias, neque persecutiones vel mortes horrescite. Apostoli autem aduerte prudentiam, quomodo vitæ ac mortis tacite expresserit nomen. Cum alteram versari apud dominum dixerit, alteram ab eo longe peregrinari, vt nemo a præsenti hac pendeat vita, vt quæ a domino ipso diuertat. Proxime autem ne quis illud obĩciat. Quid ergo? Nunc corpus a deo reddit nos alienos, sic illud inquiens, castigat, & corrigit. Per fidem enim, non per speciem ambulamus, hoc est in hoc seculo illum nouimus, sed modice. Id nanque cum per fidem inquit, prætendit. Haud dum tamen facie ad faciem illius vllam habemus cognitionẽ, quod etiam vbi per fidem intulit, explicatur. Cum itaque ita se habeant malumus, hoc est valde desideramus corpus hoc exui, cum dominoque versari. Neque immortalitatis dixit participare, quin quod satius est, cum domino esse, quod vtique incorruptibilitate est longe præstantius.

Ro. xiiĩ.

Propterà connitimur siue absentes siue præsentes placere illi. Quod quæritur, illud est vt domino morem viuendo geramus. Ne forte cum peregrinationem intelligis, existimes satis ad salutem tibi id fore. Vnde sic inquit. Stude vt hinc deo gratus abscedas vitæ ratione, quam illi acceptam hic duxeris.

Nos enim omnes præstò esse oportet ante tribunal CHRISTI. Deterret hoc loco Corinthios cum recordatione, tum assertione quadam tremendi illius, & diuini iudicĩ, asserens, vniuersorum tunc gesta vt pateant, necesse fore. Neq; existimes ibi cordis recondita, aut quęuis opera, aut animi vllam libidinem, vel mentis posse velis obtensis occultari, sed vniuersa tunc patentia & aperta.

Vt referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. His dictis qui recte egerint, vt bona sperent magis hortatur. Quinetiam segnes & desides futuri supplicĩ obiecta formidine, ad vigilandum compellit. Confirmat præterea

quem ha-

A quem habuit de resurrectione sermonem. Quandoquidem asserat eos qui vel bonis, vel prauis inseruierint facinoribus, vel corona donatum iri vel tormentis affectum. Obstruuntur etiam per hæc hæreticis ora, diuersa his sentientibus.

Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Habentibus nobis (inquit) tremendi illius iudicij notionem, connitendum omni studio erit, ne hominum quempiam offendamus. Id nanque Apostolus sentit, cum hominibus, inquit, suademus, hoc est, ne cuiuspiam per nos animus offendatur, temperandum est. Nam & si mali nil commiserimus, suspectos tamen commissi nos criminis facimus: sitque in nostra potestate: ne alios offendamus defugere, nec tamen id declinamus, condemnatio nobis proculdubio subeunda est. Quippe & deo patemus, quem haudquaquam latet, quemadmodum nobis vita degatur, nec suaderi potest, nec falli, cum nostris fuerit actionibus prauis offensus. Proxime autem & vobis patebimus, vtpote qui nostra omnia optime calleatis, eoque haudquaquam necesse erit, vt vobis suadeamus. Nõ abstinendũ tã malo sed ab oĩ suspitione & specie mali.

Non iterum commendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis. Frequenter quæ incidere posset, suspitionem hic detergit, ne quid de se videatur insolentius iactitasse, aitque. Nequaquam ipsi ad hunc sermonem deuenimus, vt nos commendemus, hoc est, non insolentię vel laudis id nostrę gratia diximus, sed vestri potius gloria qui

B gloriandi mihi occasionem prębetis, aduersusque falsos Apostolos pro vobis iactitandi, qui nos calumniantur & culpant.

Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & nos in corde. Vt habeatis (inquit) quod nostri gratia aduersus eiusmodi Apostolos gloriari possitis, qui facie gloriantur, hoc est, ad ostentationem & fronte quadam impudenti omnia factitant. Erant nanque illi moribus hisce imbuti, vt vultu pietatem præferrent: corde vero nihil haberent, quod sanum rectumve esset. Non enim gloriandum semper iniungit, nisi cum ipsos se illi extollunt.

Siue enim mente excedimus deo, siue sobrij sumus uobis. Siue (inquit) magnum aliquid ipsi profamur, siue mente excedimus, quod alibi stultitiam vocat, illud ob gratiam dei agimus, i.cor.i.ij. ne si vos me parui duxeritis, pro mei contemptu subeatis & pœnas & vestri pernitiem. Si vero de mediocribus & humilibus rebus, noster est sermo, id vestri de causa facimus, vt humilitatem discatis. Vel aliter. Siquis autem nos mente excedere, hoc est, furere suspicetur, expectamus hoc hęc a deo mercedem, quorum fuerimus ipsi insimulati. Si vere abstinere nos quispiam arbitretur, excipiat ipse nostræ huius abstinentiæ commoda. Potest & aliter id dictum intelligi, videlicet, si furore arrepti, mente excessimus, dei ob causam insanimus, vt vos ei cõmendatiores reddamus. Tenebatur itaque Paulus ingentis amoris dementia, si dici demẽtia potest quod sane vt amator aliquis percitus, deum hauddubie deperibat, cum illi duntaxat is viueret quem adamasset, & ita vt extra se raptus totus ad deum traduceretur. Neque suam vitam pro sua duceret, sed ad eius contemplationem tantisper, quam tanto amore insectaretur. Si itaque mente excessimus, deo (inquit) excessimus, hoc est, ob dei gratiam.

C *Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Vt & qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Vrget enim nos charitas dei nobis perspicua, vt valde compellit, vt eius gratia pericula adeamus iudicemusque apud nosipsos perspicuum esse, quia pro omnibus sit mortem perpessus, eo & illum mortem oppetijsse, quia interijsse vniuersos constaret, voluisseque eundem pro perditis mori, vt vitam nobis elargiretur. Cum itaque nobis sit vitam hic elargitus, non viuere amplius nobis, sed illi debemus, cuius munere auram hanc ipsam spiramus. Qui non solum pro nobis mortem obiuit, quin & ab inferis resurrexit, primitiasque nostras, hoc est, suum corpus ad cælum mox sustulit, vt nos etiã eodem oĩno sit traducturus. Quid enĩ erat necesse ad cælos illum deferri, nisi fuisset & nobis eodem conueniendum? Quo fit, quia mortuus nostri gratia sit, vt & vitam donarit, immortalitatis nobis, & pignus item contulerit, vt illi, non nostris cupiditatibus viuere debeamus. Primitiæ nostræ.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Postquam omnes qui morti obnoxij scelerum ratione iam fuissent, per Christum baptismi gratia reuixere: merito (inquit) neminem fidelium cognoueramus, secundum carnem, qui viueret, hoc est, secundum veterem illum & carnalem viuendi modum. Omnes nanque fideles spiritu ipso renati, nouam quandam & spiritalem transigunt vitam.

Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nuuc iam non nouimus. Ostendit vel in degenda non secundum carnem hanc vita. Christum nos premium habere & ducem, inquit. D Et si fuit vnquam carnali conditione Christi, haud tamen in presentia est. Dicet aliquis, quid ita? Num carnem illã deposuit? Absit. Quippe qui quo assumptus est statu eo sit & iterato venturus. Atqui in carne ille corpore sublatus est, quid igitur. Tam diu ergo nos dicimur secundum carnem hanc viuere, quamdiu peccatis erimus obuoluti. Tunc vero procul a carne vitam hanc degere, cum nihil delinquimus. Christus autem tunc dicitur secundum carnem vixisse, quando pro naturæ passionibus, nulli tamen culpæ obnoxius vixit. Videlicet cum famẽ ac sitim & labores perpessus est. Nunc vero nequaquam carnis necessitati subiectus est, hoc est, passionibus constat hunc esse immunẽ quæ natura ipsa, corporibus insunt hisce mortalibus, nec arceri dum in humanis agitur, possunt. Corpus nanque nunc gestat nulli necessitati obnoxium: vt nosipsos commonefaciat, non vltra ad carnis conditiones & vitia, sed secundum spiritum degere.

Scd̃m carnẽ viue. q̃ dicatur & Christ⁹ quõ secũdũ carnẽ dicatur vixisse.

Si qua ergo in Christo noua creatura. Si quis (inquit) Christi fidem admisit, in aliam quãdam traductus est ille creationem, & denuo conditus: nequaquam itaque veteri more ducenda est vita.

Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Quæret aliquis. Quænam hæc vetera dicit? Nempe delinquentium facinora, & Iudæorum ritus, & opera. Præteriit nanque vetus peccatum, & anima noua nobis est reddita. Nouum præterea & corpus effectum, & pro rebus Iudaicis cunctis innouata sunt omnia. Nam pro lege, euangelium: pro Hierusalem, cælum: pro templo, velum, quod intimum erat, in quo ipsa trinitas continetur: pro circuncisione, baptismus: pro manna, Christi purissimum corpus: pro aqua, domini sanguis: pro baculo vel mosi, vel Aarõ, crux ipsa: p agno, dei filius. Et huiusmodi reliqua. E

Mira mutatio veteris legis

Omnia autem ex deo, qui nos reconsiliauit sibi per Christum. Hæc sane vniuersa a deo nobis collata sunt, qui filij sui interuentu, secum vt in gratiam rediremus, effecit. Neque enim priores ipsi ad eum vltro confugimus, sed per filij mortem nos ille exciuit.

Et dedit nobis mysterium reconciliationis. O clementiæ profunditatem. Cum enim filium pater ad nos legasset, eundemque ab his qui reconciliatione hac indigerent, necatum vidisset nil prorsus vel hoc pacto commotus, humanum genus neglexit. Quin potius ad ministerium hominis reconciliandi, apostolis nobis operam demandauit, vt circunuagi hoc munere fungeremur, ad eos iam reuocandum, qui ab se desciuissent, secumq; hos ipsos in gratiam reduceremus. *Quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorum.* Dixit superius deum nos sibi reconciliare, propterea ne forte occurrat quispiam, inquiens. Atqui filiũ ad id ille dimisit? Nunc infert, filium quidem transmisit, is tamen duntaxat, homines hortabatur, pater vero is erat, qui mundum sibi in Christo reconciliaret, hoc est, per Christum. Adeoque se beneuolum erga homines & placabilem præstitit, vt non modo nullum his in ulerit cruciatum, sed reconciliationem offerret. Nec solum missa fecit delicta quinetiam nec illa cuiquam imputauit. Nam si rationem factorum is exegisset, omnes vtique interissent.

Mira dei clementia

Et posuit in nobis uerbum reconciliationis. Nihil quod graue sit vel molestum, vt vobis afferrem iniunctum a deo est mihi, sed solum vt in gratiam vos secum reducerem. Cumque nihil ipse persuadendo profecerim, insistite vos tandiu hortentes, donec possit his persuaderi, vt deo reconcilientur. F

Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Pro Christo, hoc est, Christi loco legatione nos fungimur. Quodcunque enim erat ille facturus, nos in præsenti exequendum suscepimus. Et quemadmodũ per illum hortabatur nos deus, sic vos hoc tempore per nos ille hortatur, vt sibi conciliemini. neque enim dixit deum vobis conciliatẽ, sed vos illi reconciliamini. Quod si vel hostium more huic obstiteritis, nihil tamen ipse vobis obnititur. Deus namque id pater est, nec secus ac si quispiam ipse in homines deliquisset, ad vos legãt apostolos, vt veniam deprecetur. Miram sane pietatis, & indulgentiæ magnitudinem.

Apostol⁹ xpi loco legatione fungitur.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. Ne reliqua ipse commemorem, quemadmodum scilicet de vobis, vt bene merentem affeceritis ignominia, vtique prior ipse in gratiam redire voluerit, nonne vel ex recentibus eius beneficij dignum censeri debet, vt cum ipso sitis animo placatore deuecti? Quid ita? Quoniam suum filium, qui nullum norat peccatum, hoc est, qui ipsemet iustitia esset, pro nobis fecerit mortem obire: perinde ac si peccator esset is & maleficus, in

ij. Pet. ij. i. Corin. i

A quit enim. Execrabilis qui suspensus est ligno, & cum iniustis re putatus est. Non enim peccatorem fecit hic intulit, sed peccatum, quod vtique maius est longe, vt nos dei iusticia efficeremur. Non ex operibus vel lege, sed dei ex gratia. Id enim designat dei iustitia, cum gratis quippiam iustus efficitur, cunque nulla in eo deprehenditur labes. Et ideo nequaquam dixit, vt iusti efficiamur, sed dei iustitia, gratiæ arguens immensitatē. Deu.xxi. Gala.iij Esaiæ.lij

CAPVT SEXTVM.

Adiuuantes autem exhortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis.* Adiutores vestri (inquit) sumus, & vobis ad consequendam salutem, & deo vt eius expleatis voluntatem, hoc est quæ vobis vt salutem impartiar procliuior est, fungimurq; exhortando Christi vice, quoadusque ille secundo adueniat. & quandiu in vita hac fuerimus, ne incassum gratiam dei accipiatis. Quid enim conduceret diuina gratia prauis facinoribus eximi, si deinceps ad pristinam negligentiam rediretur? Id nanque nil aliud foret, quam in pristinam inimicitiam illam relabi. Sic fieret vt frustra videretur diuina fuisse in nos gratia tanta collata. Haudquaquam itaque existimandum est, in fide duntaxat, peccatorum cōstare euocationem. Quin & optimo viuendi opus est genere, vt ab his simus immunes.

B *Ait enim, tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis.* Tempus acceptabile dicit, in quo per gratiam, & peccatorum remissio fit, & iustitia condonatur. Nam illud hauddubie est acceptabile tempus, quo nos excipit deus, exauditque, & saluos facit. Nam iniudicij die, neque aures nobis pręstabit, neq; opem laturus est vllam, nec salutem precantibus. Necesse est itaque dum interea gratiæ tempus offertur, vt enixe certemus. Nam facile hoc pacto potiemur victoria. In fide sōla non cōsistit iustitia. Esa. xlix. Tp̄s acceptabile.

Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. Hortamur vos (inquit) & operam simul pręstamus, vt vitam nemine offenso degatis, perīde ac si inquiat, Me velim duce vtamini. Nam si mihi viuandum institui, vt nulli ne criminandi quidē me dixerim, sed ne vel leuiter incusandi, lędendi ve occasionem præbuerim. Quod eo feci, ne nostra notetur administratio, & ignominiam subeat. Non enim ne culpentur res per me gestæ, vel mea institutio dixit, sed ne quam vel tenue labem aut vituperationē admittant, enitor. Nonnulli vero id dictum hunc sunt in modum interpretati. Videlicet ne recidat quæuis ignominiæ nota, quam ipse ministerium dicit. Tunc enim vituperationem subiret prædicatio mea cum ipse vitam improbe ducerem. Tacite etiam & Corinthios carpit, & quorum mala acta iam vita a multis culpetur, culpantiumque execratio omnis in Christum, & eius fidem redundet. Nemini dantes offensionē.

Sed in omnibus exibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. Vel id sane maius videtur cum inquit: non solum necesse erit, vt quauis culpa & labe vaces: sed ita, vt viuas: vt ex tuo hoc recte viuendi modo superspicuum facias, dei ministerio te fungi.

In multa patientia. Narrat pręterea, quemadmodum talis ipse tolerando euaserit. Neq;
C simplici quadam patientia dicit, sed multa: Quippe quæ non semel, atque iterum omnibus erit in rebus præstanda, sed vsque in finem erit exhibenda.

In tribulationibus, in necessitatibus. Ideo quidem pressuras accumulat, cum nullus fiatque hominem angunt, exitus malis. Infra.xl. Act.xvi.

In angustijs. Videlicet, quæ per inediam, vel tentationes alias offeruntur.

In plagis, in carceribus. Vide quantum hæc afferant mali, cum vtrunque per se grauissimum sit. Plagis præterea affectus est Paulus, & in carcerem sępe coniectus. Plagis & carcere afflictus Paulus.

In seditionibus. Hoc est, in persecutionibus, cum nullum haberet hic locum: quo posset consistere, quia multi eum insectarentur.

In laboribus, in uigilijs, in ieiunijs. Explicatis iam alijs: quę per alios sunt sibi ingesta, superinducit, quibus se ipse vltro afficiat. Manuum scilicet laboribus, quibus ipsum se & alios aleret: is insuper & vigilijs se & inedia macerabat.

In castitate. Vel continentiam per castitatem pretendit, vel eius omnibus in rebus puritatem seruatam: Vel quia gratis, & nullis illectus muneribus prędicaret.

In scientia. Hoc est, in dei sapiētia, quæ vere dici scientia debet. Non in exteriori hac & mundana, qua fallaces apostoli niterentur.

In longanimitate, in suauitate. Animi est profecto adamantini, agitatum vndique & circunpunctum, non solum mentis seruare celsitudinem, sed & bonum se & æquum pręstare. animus adamantinus.

vt ĩpuri & sordidi cogitatus,& oculis lasciuientibus intueri,vel odia exercere,& dolos nectere:& eiusmodi. Corporeum vero, vt incæstus & adulterium, & quicquid reliquũ est praui facinoris. Vult itaque Corinthios cum animi, tum corporis puritatem seruare. Quocirca exite(inquit)de medio infidelium,& separamini,hoc est,illos iam declinate & puriores efficiamini. Sum nanque vos tales effectos libenti animo suscepturus. Cũ enim quis malis actionibus liberatur,deo coniungitur. D

Et ero uobis in patrem,& uos eritis mihi in filios & filias,dicit dominus omnipotens. Vides quem admodum longe ante prædixit propheta, quæ in nobis baptismi ob gratiam sunt finẽ iam consecuta. Regenerationem videlicet,& ipsam adoptionem.

hie.xxxi.

CAPVT SEPTIMVM.

Has ergo habentes promißiones charißimi:mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus. Quas illas narras promissiones? Eas scilicet,quibus nos sumus certiores effecti. Templum nos dei futuros,eundemque habituros: & inhabitantem nobis & in ambulantem hunc,ipsumque nobis in deum futurum,& patrem. Quocirca purgemus nosipsos actionibus malis. Hę nanque inquinamenta sunt carnis,& sordidarum & infectarum cogitationum illuuies. Hę(inquam)spiritus sunt,id est animi labes.

supra.vi

Perficientes sanctificationem in timore dei. Nec plane sat est a sordibus abstinere & vitijs, quin & boni aliquid peragatur necesse est. Sanctificationem autem munditiam dicit & continentiam. In timore vero dei eo adiecit,vel quia ex ĩdustria sit alia quædam ad hominum gratiam & laudem consequendam, nõ pro dei timore seruata continentia. Vel vt nobis ostendat,vt dum veriti,puriores nosipsos exibeamus & continentes. Nam si vim inferat carnis concupiscentia,dissoluetur mox omnis libidinis furor, si deum vere bimur. Nec solum continentia hæc erit pro sanctificatione habenda, sed omnis denique vitæ integritas. E

Sctĩficatio quid Dei sola reuerentia libidinis furorẽ resoluit.

Capite nos, Neminem læsimus,neminem corrupimus,neminem circunuenimus. Rursum de charitate disserit. Et quoniam cum ad se deficientes dixisset infidelibus adhæsisse illorũ perculit animum:nunc eos mitigaturus, sic inquit. Capite nos, hoc est recipite, & ample adeo & effuse,vt non angusta quadam & tenui charitate a vobis complectamur. Porro vt fraudulentos patefaciat Apostolorum quorumdam mores sic infert. Neminẽ læsimus,hoc est,neminem verbis vel factis offendimus. Neminem corrupimus, hoc est, seduximus, vel impijs dogmatibus nulli mentem inficimus. Neminem circunuenimus id est nihil a quoquam auaritię cupiditate exorti simus,vel pecunias sub prædicationis obtentu subtraximus.

Non ad condemnationem uestram dico. Prædiximus enim,quod in cordibus nostris estis ad commoriendum,& ad conuiuendum. Nequaquam hæc condemnandi vos gratia dixerim. Vnde id liquet? dicet aliquis. Nimirum ex charitate ipsa,quia in cordibus nostris estis. Et quoniam possumus quampiam prosequi beneuolentia,nulla tamen subeũdi discrimina voluntate,ad commoriendum dixit. Cumque plerique ob inuidiam nil amicorum prosperitati congaudent,ad conuiuendum adiunxit, perinde ac si summatim inquiat. Neque in periculis deserturus vos sum, nec secundis vestris & prosperis rebus inuidebo: sed vobiscum potius vna sum vitam ducturus. F

pecunias sub obtẽtu p̃dicatiõis nullas subtraxit Paulus.

supra.iij

Multa mihi fiducia est apud uos:multa mihi gloriatio pro uobis. Quoniam incessere hos videbatur: cum diceret in angusto estis,& me capite,respondet nunc velut rogatus,eosdem cõsolaturus,sic inquiens. Haudquaquam hęc dixi, quia in vos sententiam tulerim,& cõdemnarim:sed quia multa mihi fiducia apud vos est:& vobis confido plurimum,cupidus ad officium & virtutem traducere. Quod autem mihi alienus sit a vestri condemnatione iam animus,licet sane ex his conspicari,quæ pro vobis,hoc est,pro vestro profectu iactare apud alios soleo,& gloriæ ducere.

Repletus sum consolatione,superabundo gaudio in tribulatione nostra. Quoniam (inquit)correcti iam estis,& ab his prorsus alienati, quos ipse per superiorem epistolam probaueram, consolatione me expleuistis. Nec solum mihi attulistis solamen,quo omnis mea pelleretur mœstitia,quin etiam abundantiori quadam iucunditate,me, vel plurimis oppressum malis opplestis. Pręfert enim læticiæ magnitudinem, cum superabundo inquit. Cõtraria hæc superioribus esse apparent,quæ paulo ante de Corinthijs disseruit Paulus,cũ haudquaquam diuersa sint. Nam vtrunque profitentis est charitatem,& illa quidem castigantis erant hęc confirmantis, non ex odio profectam esse castigationem eiusmodi, sed a beneuolentia natam.

Attende pauli doctrinæ cõstantiam.

A *Nam & cum uenissemus in Macedoniam: nullam requiem habuit caro nostra.* Et pressuras explicat, & verbis extollit, vt ostendam tantam fuisse gaudij magnitudinem, vt vel dolores, quibus caro eius afflictaretur, decusserit. Recte autem suam carnem nullam habuisse remissionem subiecit, quia animus illi & constans erat, & insuperabilis.

Sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ. Videlicet quę ab infidelibus inferuntur, *Intus timores.* Timebat enim ne a falsis apostolis infirmiores nonnulli subtraherētur.

Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titi. Quoniam magna quædā hic profitetur, producit & titum in testem. Quis autem ille sit qui consolationem hanc afferat? Deus est inquit, is nanque & nos cōsolatus est, quia ad nos Titum remiserit, cuius aduentus satis admodum ad leuandos angores hos meos fecit. Cupit pręterea venerabiliorem hunc apud Corinthios reddere cum dicit, Titi aduentum cōsolationi sibi fuisse. Titus.

Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in uobis. Non solū (inquit) ob id ipsum, quia nobis in anxietatis & molestiarum tempore, & præsto fuit, & consolatus est, verumetiam quia de vestris virtutibus talia retulit, vt vel ex his solamē maximum ceperim. Hoc est vestri gratia gaudio sum affectus, & vos ob vestra officia, & rerum optimarum profectum collaudauit. Reddidit præterea & Titum his verbis coniunctiorem Corinthijs, vtpote, qui eos apud se commendauerit.

Referens nobis uestrum desiderium, uestrum fletum, uestram emulationem pro me. Erat sane non

B indecens in luctu illos versari, & dolore torqueri: partim, quia eorum institutor Apostolus tot malis afflictaretur: partim, quod tam diu abesset. Eoque non lachrymas simpliciter dixit, sed fletum, hoc est, mixtam cum gemitu querimoniam. Quim etiam Epipothesin intulit, hoc ést, acerrimam quandam inuestigādi cupiditatem. Neque iram dixit, sed aduersus fornicationem, ęmulationem: perinde ac si dicat. Estis enim summo ardore accensi exequendi quę iusseram, & mei gratiam falsis apostolis aduersari. Hęc autem dicit, non solum vt prioribus vlceribus, quibus corinthios ipsos affecerat, medeatur, sed vt videatur vere emendatos hos suscepisse. Erant nanque ex his perditis moribus imbuti complures, & laudibus hisce non digni alioqui nil eos fecernit Apostolus, quin potius & laudes communes his facit & crimina in medium impartitur: permittens singulis pro eorum conscientia, vt sua vel bona, vel praua facinora recognoscant. Epipothesis, vox gręca, q̄ signi ficat desi derium.

Ita ut magis gauderem. Et si ob Titi lętor aduentum, maiori tamen ex his sum iucunditate affectus, quę ipse mihi de vobis renunciauit.

Quoniā & si contristaui uos in epistola, non me pœnitet, & si pœniteret. Et si talia (inquit) ad vos scripsi, quæ castigandi modum exciderent, mihi tamen pœnitudinem attulerit, quia immoderatius vos pupugissem. Alioqui quod maximum vobis obuenit ex his emolumentum, nihil me in pręsenti vt pœniteat, facit. Hęc autem dixit, non quia præter modum Corinthios increpasset, sed his vt promeritas laudes augeret. i. Co. xv

Videns quod epistola illa, & si ad horam uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Aduerte autem quemadmodum illatam eis tristitiam epistolę tribuat. Neque enim hanc dixit plurimum his profuisse, quod verius erat:

C sed virtuti illorum rem omnem ascribit, dicens, Gaudeo equidem, non quia mœrore sitis affecti, sed quia vos mœror ille ad pœnitendum induxit. Quę enim mihi posset ex vestro dolore afferri commoditas?

Contristati enim estis secūdum deū, ut in nullo patiamini ex nobis. Increpiti (inquit) a nobis tristitia quadam quę deo est placita, vos ipse affeci: quo fit, vt nullam sitis a me aliqua in re iacturam perpessi. Quandoquidem vos vniuersi, vel idem ille qui atrocius fornicando deliquit, haud parum me castigante & tristitiam afferente iam profeceritis. Solet nanq; pręceptor tum magis obesse discipulis, cum peccantibus nihil conuiciatur. Nam si conuicio insectaretur delinquentem, futurum esset omnino, vt castigatus ille & acrioribus verbis increpitus, proficeret plurimum. p̄ceptor obest, si peccantibus discipulis non cōuiciat.

Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Disserit nunc de tristitia, ostenditque haudquaquam hanc officere cuiquam, nisi cum ex mundana quadam cupiditate oboritur, pecuniarum videlicet vel iactura, vel quæstu, vel glorię auiditate, & charorum amissione, qui vita excesserint. Huiusmodi nanque tristitia mortem parit, & animæ quidem semper, corpori vero nonnunquam. Nam & multi eam ob causam fato sunt functi, animique & corporis iacturam perpessi. Verum si quis commissorum scelerum gratia mœrore magis torquetur tristitiam hauddubie subit, Contritio pcc̄i medela.

quæ deum oblectat. Hæc nanque vel sola ad huiusmodi morbi facit medelam, quippe D quæ a deo salutifera sit, vt cum acceptę salutis pœnitere non liceat: tum etiam quod a spiritali morte hominem subtrahat. Nemo enim non se ipsum condemnat, qui ob peccata mœrore conficitur.

Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari uos, quantam in uos operatur solicitudinem? Nullis aliis (inquit) argumentis ostenderim, quod secundum deum est tristitiæ commodum, nisi ex his quæ per vos impręsentiarum geruntur. Quos non solum nil prorsus pœnitet iniecti mœroris, quin etiam & solicitudo acreuit & studium.

Sed deffensionem. Estis nanque vestram ob pœnitudinem apud me excusati.

Sed indignationem. Qua estis in fornicantem vsi.

Sed timorem. Quia me veriti estis, a timore quidem tanto, & tam accelerata processit vestra hęc emendatio.

Sed desiderium. Mei videlicet. Nam cum timorem dixisset, ne videretur tyrannum agere potius quam instructorem, statim id dictũ castigat: desiderium (inquiens) quod amorem, non dominatum prætendit.

Sed æmulationem. Quę dei habetur ob gratiam.

Sed uindictam. Diuinæ legis respectu. Quandoquidem in eius detractores vindictam exercuistis.

In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio. Non solum (inquit) vos estis nil tale E facinus ausi, quale fornicator ille commisit, quin etiam neque illius vsi estis consortio. Et quoniam in superiori epistola dixerat, & vos inflati estis. Quod dictum criminis hos faciebat participes, sic ait. Nunc vero vel huiusmodi detriuistis suspitionem, & palam fecistis eius negocii, hoc est, peccati & labiis vos fuisse immunes.

Igitur & scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam debemus pro uobis coram deo. Ne forte obiiciendi eiusmodi habeant Corinthii occasionem. Quid ergo nos obiurgabas, si puriores eramus & continentes, & eius negocii plane expertes? Ad hæc ita respõdet Apostolus, Tãtas equidem habeo literis illis quos scripseram gratias, adeoque nihil me pœnitet vos increpasse, vt asseram illas, eo me conscripsisse, vt omnibus innotescerent. Cum charitas mea vobis iam impartita, tum omnis solertia ac studium vestri ob gratiam per me susceptum sit deo coram, hoc est, deo sperante: & non ignoro, vera hęc esse. Verebar nãque ne pro vos inuaderet pestis, quæ fornicantem illum inuaserat. Verum, quænam Paulus dicit, & intulisse, & perpessum iniuriam? Eos hauddubie qui inuicem sunt fornicati. Nam alter alteri mutuam iniuriam ĩtulit. Cur præterea (inquit Apostolus) nõ propter eum se scripsisse qui iniuriam fecit? Scripseram equidem (ait) illius scelere impulsus nefario, haud tamen prior ille mihi, vt scriberem attulit causam, sed vestri de causa epistolam exaraui, contendens præcipue ne ciuitas vniuersa, illius morbo inquinaretur. Quod vtique nequaquam ab eo diuersum est, quod alibi Paulus dicit, Num de bobus & nulla est deo cura? Non enim deum nil boues curare dixit. Nam quo aliter pacto cõstare possent? Sed quia haudquaquam principaliter boum gratia tulerit legem. F

Inuicem fornicantes mutua se iniuria afficiunt.

i. Cor. ix.

Ideo consolati sumus. Quoniam studium omne meum pro vobis susceptum esse, perspicuum est, neque fefellisse me cogitationes & vota, propterea & maximum in modum sum consolatus.

In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi. Ad consolationem quam ex vobis (vt dictum est) cœperam, accessit etiam & abundantior quędam ex Titi gaudio lætitia, cuiusmodi consolatio & gaudium per vos mihi ex vestris operibus iniecta sunt: & deinceps sic sequitur.

Quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et *siquidem apud illum de uobis gloriatus sum, non sum confusus.* Propterea, inquit, sum iucunditate affectus, quia tales vos Titus inuenit, quales fore sibi prædixeram. Vnde & ipse refectus est spiritu, cum eiusmodi vos cõperisset, & nil sibi vel iniucundum a vobis occurrerit. Istiusmodi igitur Pauli gloriatio & Corinthios virtute prędítos arguit, & sese in eos, vti in liberos beneuolum & propensiorem ostendit. Tales igitur oporteret hoc tempore, vt discipuli se pręstarẽt & præceptores, & his amoribus viuerent.

Præceptores Pauli in discipulos charitatẽ imitentur.

Sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra ad Titum ueritas facta est. Quemadmodum, inquit, quęcunque vobis prædicaui, & vera sunt & certiora, vel quia

A merito erant & Titi laudes apud eum explicandę, quæ haudquaq̃ cõmentitiæ essent & fictæ. Sic & quęcunque de vobis gloriatus sum, haudquaquam cõficta esse cõperta sunt.

Et uiscera eius abundantius sunt in uobis. Propterea apud Corinthios Titum commendat, vt mutuum & illi in eum amorem rependant. Vtpote qui huic sit animo coniunctissimus, & illorum ardeat charitate. Viscera autem ipsius ideo intulit, vt intimũ eius affectum & flagrantem amorem in hos patefaciat.

Reminiscentis omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis eum. Causas exponit, quibus tanta in eos afficiatur Titus beneuolentia, ostendens amoris primordia ab ipsis cœpisse, simul ad charitatis officia obeunda hortatur. Neq; enim, inquit, simplicem quandam in Titum amorem vel studium prætulistis, sed filiorum more pręcepto facile paruistis. Nec secus hunc ad principem aliquem excepistis venerabundi & trepidi. Duplicem autem illos testatur in Titum beneuolentiam præstitisse, cum quia vt parentem diligerent, tum quia vt dominum vererentur, ne charitas ipsa, si timore vacaret solueretur neue si timor charitatis sit expers, minus sit gratus. Timor charitatis expers.

Gaudeo, quòd in omnibus confido in uobis. Neque enim adeo Titi ob gratiã lætor: quod honorifice sit a vobis exceptus, sed quia tales vos reperi, vt nil prorsus existimem ignominiæ mihi posse afferre, quin potius causam attulistis, vt queam & vobis confidere, & vestro ex profectu gloriari. Potest & aliter id dictum intelligi. In vobis confidimus, videlicet quia dicta mea erga vos omnia & facta animo æquiori & libenti ad vestram ædi-
B ficationem accepistis. Vel si vrgentia nimis sint visa, vel in vestrã laudẽ edita, vel factu grauia sint iniuncta.

CAPVT OCTAVVM.

N*otam autem facimus uobis fratres gratiam dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ.* Haud temere Corinthijs plurimum collaudatis, his verbis subsequitur. Quod eo facit, vt eorum animis prælibatis ad habendam in pauperes charitatẽ hortetur. Et ideo superius dixit, in vobis confido, videlicet, vt quæcunque dixerim facturos vos sperem. Neque id confestim adiecit, eleemosynam conferre, sed aliorum facta in medium producens ad imitandos & illos inuitat. Aduerte autem quemadmodum dei gratiam dicat, mentem aliquam clementiorem & piam, faciatque item id dictum minus inuidiosum, nitaturque simul, vt Corinthios prouocet ad dei hanc gratiam rapiendam. Neque hanc illam ve vrbem deprompsit, sed vniuersam extulit laudibus Macedoniam, vt & Corinthij sint vniuersi similibus intent iofficijs.

Et quòd in multo experimento tribulationis; abundantia gaudij ipsorum. Hoc est plurimum afflictati, & adeo vt probi sint tolerando affecti, nil tamen animo conciderunt, sed lętitia potius afficiuntur. Nec simplici quadam & exili, sed abundanti & profusa.

C *Et altißima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.* Hoc est, quemadmodum pressuræ magnitudo in gaudium se effudit, sic ingens illorum & profunda inopia, non solum nulli fuit ad eleemosynam erogandam impedimento, sed potius affluere opibus fecit. Nec rei collatæ dixit, sed simplicitatis diuitias, hoc est animi vacantis inuidia, & ad impartiendum facilis. Nõ enim beneficiorum copia, sed animi promptitudine liberalitatem metimur. Hi nanque quod sane debet permirum videri, cum ære alieno adeo essent oppressi, vt eorum vel tenues facultates a creditoribus diriperentur, nil tamen intermittebant sese in pauperes liberales præstare. Macedonũ in pauperes liberalitas.

Quia secundum uirtutem testimonium illius reddo, & supra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos. Explicat quod dixerat supra, atque pro viribus, imo supra quã vires suppeterent, illos fecisse. Hoc enim præfert simplicitatis abundãtia, vt maiora facere quis connitatur, quam eius partiatur facultas. Non enim, inquit, ad id officij a nobis sunt ꝓuocati, sed vltro ipsi adierunt. Verũ quid illud dixerim, q̃nquidẽ priores ipsi me vt id agerem, sunt deprecati plurimũ consolationis attulerint. Hæc aũt dicit, nõ solum vt hortetur Corinthios vt affatim cõferãt eleemosynã, sed lubenti id animo facitent, & ideo in his differendis pluſculum immoratur.

Gratiam & communicationem ministerij, quod fit in sanctos. Deest hoc loco quod merito erat dicendum. Hortatur vos equidem ad suscipiendum id ministrãdi munus. Gratiã

aũt dixit, quoniam cum sectatores essent spiritalium gratiarum Corinthij, vel hanc ipsi ministerij gratiã aggrederẽtur, sicuti & superi⁹ dixerat. Munus vero ministerij dixit, vt intelligant suas facultates sanctis impartiendo nil contulisse se magis quam accepisse. D

Et non sicut sperauimus. Nulla (inquit) nobis spes erat, vt homines qui tanta rerum penuria & angustijs tenerentur, enixe adeo a nobis exposcerent precibus, vt eorũ ministerium, hoc est eorum bona, sanctissimis viris impartienda acciperemus.

Sed semetipsos dederunt primum domino, deinde nobis per uoluntatem dei. Vel alias quasdam hoc loco Macedonum astruit suo testimonio, & probat virtutes. Perinde ac dicat. Neq; enim cum erogandis eleemosynis intenderent plurimum, veluti excæcati officia reliqua negabant. Sed pro domino potius sese obtulere, in omne opus deo acceptum, animo nõ hęsitabundo propensiores. Quinetiam & nobis tradidere seipsos, hoc est cunctis in reb⁹ nobis subiecti nutu quo iam diuinam charitatem prætulere. Quo fit, vt dei voluntate non vllo hominum instinctu id agant.

Macedones. *Ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cepit, ita perficiat in uobis etiam gratiam istam.* Adeo (inquit) Macedones enixe ad clementiam, ad id conferendę eleemosynæ munus se contulerunt, vt ego re ipsa perspecta adiecerim animum, vt itidem & vos faciatis, ne illis sitis inferiores. Et Titum hortatus sum ad vos iter arripere, quemadmodum & ipse cœpit, hoc est qui priusquam esset per me impulsus, venire ad vos destinauerit. Quibus verbis & Titum Corinthijs facit coniunctionem, vt aduenienti illi, & eleemosynam vbertim impartiendam esse consulenti, facilius pareant. Perinde ac si ea sentiat, & sit consulturus, quæ in eorum sint vtilitatem & commodum concessura. Rursum eiusmodi rem ad pietatem spectantem, gratiam dixit. Est nanque dei dono id ascribendum, qui eum sibi pietate similem reddat, qui se ad id muneris & officij contulit. Vnde & sapiens quidam. Magnus est quidem vir, & honore dignus quam alienæ vel abiectioris fortunæ misereat, vel inopiæ. E

Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abundetis. Eos laudando hortatur, dicens, Quemadmodum & cæteris estis abunde potiti, sic & in hac gratia abundetis, necesse est. Id est, vel vt Macedonas beneficia impartiendo excedatis, vel simpliciter, vel laxiori liberalitate vtamini. Fidem autem dicit donorum: sermonem vero, indubitata sapientię verba dogmatum solicitudinem, quæ in alias virtutes exhibetur. Charitatem demum, qua erga se essent affecti. Predixerat nanque illud. Ostendistis in Tito quam in me haberetis charitatem, pro me ęmulantes.

Non quasi imperans dico. Hoc est, nihil vos cogens dixerim, perinde ac si aliquam habeam in vos potestatem.

Sed per aliorum solicitudinem, etiam uestræ charitatis ingenium bonum comprobans. Hoc est, præterea Macedonas extulerim laudibus, vt illorum ex studio vestram erga sanctos omnes charitatem testatiorem esse ostendam & clariorem.

Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia diuites essetis. Hoc est cognoscite, & mente ingens illud versante mysterium, & nulli rei parcetis. Quod si forsan diffidis paupertatem diuitias parituram, complectere cogitatione & dominum tuum, nec vltra his dictis ad fidẽ abrogabis. Nam si ille non esset paupertatem sectatus, hoc est si carnẽ hanc terream, abiectam, & honoris immunem non accepisset, & reliqua ignominiosa nostri ob gratiam, qui tantis his sumus beneficiis indigni, non esset perpessus, nunquam essemus has opes adepti. Verum quas opes narrat? Pietatis videlicet, religionis, vitiorum expurgationem, & sanctimoniam, & bona reliqua, quæ antehac nobis contulit deus collaudaturus est. F

Opes pietatis religionis.

Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est. Attende autem quemadmodum minus se grauem studeat exhibere. Do enim, inquit, consilium, non necessitatem oppono. Quod eo attulerim, vt vobis potius conferat, quam cæteris qui illud sunt accepturi.

Qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore, nunc autem & facto perficite. Non em̃ vltro & aliena solertia & studio, sed ex propria animi promptitudine eos hortatur, inquitq;. Non solum vltro ad id officij concessisti, nec modo solum ad rem peragendam dedistis initiũ, quin etiam & ad velle, hoc est sponte & factis, & nemine impellente rem exequimini. Nunc autem vobis id consulo, vt opus iam cœptum terminetis.

Vt quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Videlicet vt non promptitudine tenus & voluntate cõstet facinus aliquod bonum, sed

A ad finem vt traducatur. Nam q̃admodum voluntas ipsa animum reddit ad rem gerendam propensionem, sic & facta ex rerum copia perficiuntur. Quicunque igitur fortunæ bonis potitur, & rem ipsam perficiat, & eleemosynam impartiatur. Qui vero nil habet, voluntate exequatur beneficium.

Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Aduerte quam prudenter apostolus Macedonibus collaudatis, hoc est, Thessalonicensibus ipsis, quia supra vires eleemosynam cōtulissent, a Corinthijs vero nil magis deposcat, quā eorum suppetant facultates. Si ita pauperibus aliquid impartiri libuerit conferte pro viribus, & erunt hæc voluntate collata deo accepta. Macedones ịdem & Tessa. Mar. xvij Lucę. xxi

Non enim ut alijs sit remißio, uobis autem tribulatio. Neq; enim, inquit, vt alij per quietem & ociū in delicijs sint necessarium est præter vires aliquid ipsi impertiatis, vnde & indigentiam patiamini, & angustior res vestra familiaris reddatur. Tametsi si dominus eo viduam laudauerit, quia omnem substantiam contulisset, quod tamen in præsentiarum apostolus ab his haudquaquam contendit. Tum quia adhuc infirmiores erant Corinthij, tum quia & opibus affluebāt, & ita vt si pro viribus singuli collaturi essent copiosa admodum & insignis futura esset collatio. Sperat præter illos Thessalonicēsium exemplo magis ac magis incitatum iri, & ideo eorum potestati rem omnem permittit, & in sequētibus denique caute, etsi subobscure ad idipsum hortatur.

Sed ex æqualitate in præsenti tempore uestra abundantia illorum inopia suppleat. Hoc est vos pe
B cunijs abundatis, illi vero plurima in deum confidentia. Date, inquit: quibus affluitis bona, cum illi his careant, vt sitis eorum fiduciæ non expertes, quæ illis vberior inest, & cuius vos estis immunes. Aduerte autem quemadmodum tacite moliatur, vt vel præter vires hi sua impertiant. Si enim vis, inquit, frui hac tua copia, largire & ipse copiæ huius portionem. Quod si solidam cupis mercedem accipere, præbe & ipse id integre, quod sane præbitum carentiam affert, & supra viresvidetur. Et id quidem tacite sentit apostolus, alioqui perspicuum est pro suis facultatibus vt conferant, commonefacit.

Vt fiat æqualitas, sicut scriptū est. Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicū, non minorauit. Exo. xvi. Quo pacto hæc fiet æqualitas? Nimirum si alternis quę vobis supersunt contuleritis, & aliorum egestatem supplebitis. Verum quæ esse potest parilitas, sit spiritalia pro carnalibus repensentur. Neque enim pro precij magnitudine vel paruitate, collati vel redditi æqualitas dicitur, sed cum ipsi quod superest, largiemini, & illi quod nimium est condonabunt & rursum. Quæ vobis defuerint accipietis, & illi contra quibus indiguerint, accepturi sunt. Sic fit, vt dici æqualitas possit. In futuro autem seculo: maior sane earū erit rerum excessus, quas illi contulerint, qui minus habent. Cōtrahamini necesse est diuites, siquidem rerum stabilitate & copiavos superāt inopes. Inducit prętera quod gestum est apud Iudæos fuerat, cum legerent manna, vt arguat quo pacto fiat ęquatio hæc. Nā qui multis abundat vir opulentus: cum pauca habenti, quod superest dederit, nec sua accrescunt, nec illi decrescunt qui paucis potiatur, vtpote qui a diuite ea acceperit. Quod item dici de fiducia potest, quæ in deo ex optimis vitæ actionibus haberi solet. Aliud p̄terea
C quiddam peragit maius. Aperit nanque diuitibus, quemadmodum mannæ, siue qui plus collegisset, siue qui minus, eandem habuisse mensuram inuenti sint. Deo immoderatam cupiditatem castigante. Nolite ergo & vos maiora & plura concupiscere. Aequalitas bonorum quō fiat inter xp̄ianos. Māna colligentes Hebræi.

Gratias autem ago deo, qui dedit hanc solicitudinem pro uobis in corde Titi. Cum de eleemosyna q̃ essent necessario dicenda, disseruisset, laudat demum qui eam erant ad recipiendam transmissi, vt omni ab his auaritiæ suspitione summota, ad maiorem illos induceret conferendi promptitudinem. Titum vero, quia primatum inter hos qui essent ad eam rem destinati obtinuisset, collaudat Paulus, asseritque eundem ad huiusmodi rem administrandam dei fuisse opera excitatum, quippe qui eandem illi quam sibi iniecerit solicitudinē. Quocirca illos hortatur, vt liberaliores sint in conferendo, perinde ac si dicat. Si constat deum, ad id ministerij munus Titum excitasse, sub huius persona deus ipse deposcit. Debetis ergo quę deo sunt digna conferre munera, & eleemosynam impartiri inopia laborantibus. Titi laus.

Quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum solicitior esset sua uoluntate, profectus est ad uos. Quęret aliquis, Vnde ergo id patet deum eam ad rem Titum impulisse? Et eo profecto, quia a me cohortatus, libenter hanc meam exhortationem exceperit, nihil obmurmurans, sed vltro abiens ad vos iter suscepit. Quo fit, nullo meo impulsu studium id ille & solicitudinem prę se tulerit.

Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non- D nulli Lucam hunc esse dicunt, q̄ Paulus euangelij gratia quod ille conscripserat, fratrē appellat. Nonnulli vero Barnabam asserunt, qui etsi euangelium minus conscripsit, prędicationem tamen quam exercebat, euangelium nuncupat. Cuius tamen in laudes nihil effunditur, quemadmodum in Titi effusus est laudem, & forsan idcirco, quia Barnabæ nomen Corinthijs erat obscurius. Titi vero notum & celebre. Alioqui & illi satis laudem tribuit. Non enim simpliciter, inquit, euangelium prædicat, sed in euangelio laudem est adeptus. Neque apud duas trinasve, sed apud omnes ecclesias huiusmodi est gloriam assecutus.

Prędicatione Barnabę euāgeliū vocat.

Non solum autem, sed ordinatus est ab ecclesijs omnes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis. Laudat hominem vel ex eorum qui hunc delegissent iudicio, non modo inquiens cum euangelium prædicat laudem hic promeretur vt probus, sed ab ecclesijs etiam est institutus, vt nostrum iter comitaretur. Quocirca & tentationum est mihi & discriminum particeps. Hæc autem Barnabæ congruunt magis. Is nanque fuerat ad id muneris, & gratiæ destinatus, vt cum Paulo vna pecunias administraret.

Barnabas

Ad domini gloriam & destinatam uoluntatem uestram. Hoc est vt ob id & gloriam assequatur deus, & vos conferendi promptitudinem. Quandoquidem & probi sunt qui collatā per vos pecuniam capiunt, & nihil his inest quod parere queat suspitionem.

Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in domini gloriam. E Dignum id sane Pauli sanctimonia, & curæ quam pro his susceperat magnitudine, & indulgentia. Propterea enim (inquit) hos destinabimus. Neque vnum duntaxat, sed plures. Quia deuitantes gratiæ suspitionem veriti sumus, ne quem forte incessat suspitio, perinde ac si harum ipsi pecuniarum partem nobis aliquam vendicemus. Nec tamen dixit, ne vos, sed ne quis, ne molestius ferrent Corinthij, si quibus esset forsitā persuasum, sese eiusmodi aliquid de Paulo suspicari. Hoc est pecuniarum hęc copia nobis credita, satis valeret ad inferendam improbis & maledicis suspitionem nisi futuram ipsi securitatem pretulissemus.

Prouidemus enim bona; non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Attende Pauli probitatem. Præcauebat enim ne fratres offenderet, quippe qui non huiusmodi iactitauit. Mūdus sum ipse & purior, doleat qui velit, & flagret inuidia: sed illud intulit, in dei conspectu prouidemus: hoc est. Illud apprime curamus, vt culpa vacemus, nec minus & coram hominibus, idipsum eo enixius factitamus, quo ībecilliores sunt & infirmi, quibus haud secus nos condescendimus, quam pueris solemus, quos sumus laturi.

Infirmorū conscientiā Pauli veretur offendere

Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse. Nunc autem multo solicitiorem confidentia multa in uos. Alium insuper inducit quem fratrem appellat, commendat, quia illum in multis fuerat expertus, & perinde ac si sententiā ferat, studio hunc dicit & industria pollere. In multis vero & sæpe cum ait, huius laudem auget. Solicitiorem demum hunc multa in vos confidentia dicit, quia plurimum ille confideret profusiorem Corinthios eleemosynam facturos quæ esset ab se dispensanda.

Siue pro Tito, qui est socius meus, & in uobis adiutor. Si quid videlicet de Tito dicendū F est hæc equidem quæ dicam habeo. Quia & socium se mihi & adiutorem in vestram institutionem & vtilitatem exhibuit. Vel aliter Quod em̄ Titi ob gratiā egeritis, id omne non in alienigenam quempiā, sed in meum comitem & adiutorem contuleritis.

Siue fratres nostri. Hoc est si de alijs libet aliquid audire, iure quidem & illis fides est adhibenda, & fraternum id nomen pręstandum, quos pro fratribus ducimus.

Apostoli ecclesiarum. Hoc est ab ecclesia ad id destinati & instituti.

Gloria Christi. Quod omnium erat pręstantius postremo posuit, perinde ac si inquiat. In Christo rerum omnium vertitur summa, quę ab illis geruntur.

Ostensionem ergo quæ est charitatis uestræ, & nostræ gloriæ pro uobis in illos ostendite in facie ecclesiarum. Ostendite, inquit, hoc tempore, quemadmodum amore prosequamini, vtq; & ipsi haud frustra gloriemur in vobis. Quod sane tunc prætuleritis, cum charitatem significabitis, qua sitis in hos affecti, quos ad vos mittimus. Id em̄ omne in ecclesiæ estis personā facturi, quod in hos ipsi gesseritis, hoc est in ecclesiarum honorem. Præferūt em̄ hi ecclesiarum personam: qui ab ecclesijs transmittuntur.

CAPVT NONVM.

N*Am de ministerio quod fit in sanctos, ex abūdanti est mihi scribere uobis.* Cū tanta de his superius dixerit, dicturusq; deiceps sit, assererit tn̄ inane id fore & supuacaneū, si rur

A sum iisdē de rebus ad eos pscripserit, id aūt agit prudentius, vt Corinthios magis illiciat. Pudebit em̄ cū tanti se fieri a Paulo viderit, si eius æstimatione arguātur inferiores.

Scio enim promptum animum uestrum pro quo de uobis glorior apud Macedones: quoniam & Achaia parata est ab anno præterito. Compertam, inquit, ipse habeo vestram animi in conferendis pecuniis promptitudinem, quam & iactare cōsueui, dicereque non solum ad id paratos vos Corinthios esse, sed vniuersam Achaiam. Nihil vltra deesse, nisi eorum aduētum qui pecunias sint accepturi. Quocirca verecundiæ ducam si deprehendat inaniter & falso hęc iactitasse.

Et uestra æmulatio prouocauit plurimos. Dixerat superius, sponte illos ad eam largitionem fuisse inductos, & ita vt nihil eius vel opera vel instigatione indiguerint. Cur ergo? inquit. Quia vestra ęmulatio procurauit multos. Nempe plurimos dixit non oēs. Quorum nonnulli & voluntate erant ad officium propensiores, & Pauli ope indigebāt. Nonnulli vero vestri ęmulatione inducti ad optimum opus prouocabantur. Homines nanque maiorem in partem, vt recte agant, aliorum ducuntur exemplo. Vel aliter. Hoc est, quia volentibus vobis eleemosynam egentibus impartiri, nec consilium dedimus, neque adiecimus stimulos, sed laudibus dūtaxat prosecuti vos sumus, quod satis valere ad vos cohortandos videbatur. Vides quemadmodum & Macedones ipsos Corinthiis collaudatis ad beneficentiam excitet, & Corinthios prouocet, Macedonum prolata ad eam rem promptitudine. Estis enim, inquit, illorum pręceptores effecti. Nolite ergo discipulis, cum sitis magistri, videri defectiores. **Exemplis ad bonū ducuntur homines.**

B

Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis euacuetur in parte hac, ut quemadmodum dixit parati sitis. Tanquam Corinthiorum se membrum astituit, doletque eorum vicem, quoniam gloriatus sum, inquiēs, vereor ne vituperatione afficiamur & ignominia. Propterea & fratres misi, ne quod de vobis gloriamur, euacuetur, hoc est ne inanis & vacua deprehendatur hæc mea de vestro profectu iactantia. Ipse nanq; cū ducerent vos mihi apud omnes decori, gloriatus etiam apud Macedones sum. Quocirca si fueritis ad officium id obeundum posteriores inuenti, communis futura mihi vobiscū est ignominia. & si haudquaquā cæteris in rebus, in hac tamē parte, hoc est in eleemosyna per vos cōferenda, vereor ne vituperandus sum ipse. Estote ergo paratiores, quemadmodum & Macedonibus dixerā, paratos vos esse, simul & reliquum Achaię populum. Ita vt nihil sit quod vos ad eleemosynam impartiendam hanc remoretur.

Ne cum uenerint Macedones mecum, & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia. Rursum iisdem in rebus versatur, augetque pro vario quodam humani ingenii discursu, illorum angorem. Fortius nanque erubescimus, cum in aliorū conspectu ignominia nobis infertur. Agitis, inquit, mecum forte fidentius, vtpote qui vobis indulgeam. Sunt tamen vobis Macedones non incogniti, quorum verecundia tenere vos debet. Siquidem mecum vna ad vos sunt & hi concessuri. Qui si vos imparatos inuenerint, hoc est eleemosynam detrectantes, & mendacii arguent, qui vos paratos esse retulerim, & auaritiæ incusabunt. Erubescendum quippe erit, si in nostro aduentu vestra hęc est nec prompta sit nec cita collatio, aut si nusquam quod deceat in eleemosynam contuleritis. Castigat autem suum sermonem apostolus, cum inquit. Erubescamus, ne vos dixerim in hac substantia gloriationis (vt græce habetur) hoc est in sola vestræ huius eleemosynæ mea iactantia, pręsertim cum cęteris in rebus haudquaquam crimini sitis obnoxii. Quod sane non vt his gratificetur, adiecit, sed vt illos faceret ad eleemosynam promptiores. Nec cum in reliquis profecerint plurimum, in hac deprehendātur nō probi, & seipsis inferiores. Cum autem, inquit, ne vos dixerim, arguit magis esse erubescendum, si arguantur ad id officii tardiores. Substantiam autem rem ipsam dicit, & eleemosynę collationem, vel gloriationis vim & iactantiam.

C

Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut perueniant ad uos, & præparent & repromissam benedictionem hanc paratā esse, sic quasi benedictionem, nō quasi auaritiam. Ne contraria dicere videatur, quippe qui dixerat supra, superuacaneum est, vt ad vos scribam, eadem illa nunc repetit. & de liberalitate & munificentia disserit, & quemadmodum animo promptiori id obeundum sit opus commonefacit, eoque & fratres se mittere dicit, ad duo quędā exhortans: cū vti liberaliter prębeant, & abunde, tū vt animo libentiori id agant: prudēter vtraq; sane pertractans. Nam primo de voluntaria largitione disputat: deinceps & alterum caput aggreditur. Ait igitur, in benedictionem his q largiuntur cōcedere. Sigdē **Fructus eleemosynarum.**

nemo qui benedictionem scit, hoc est eleemosynam impartitus, mœrore afficitur. Ostē- D
dit prætereа pullulantem ex ea mox fructum, & quemadmodum benedictione explea-
tur, qui effusus præbeat. Neque his dictis contentus, non quasi auaritiam, intulit. Per-
inde ac si dicat. Neque enim existimetis cupiditatem cupiditatis & auaritiæ gratia,
quæ vos contuleritis, nos accepturos, sed quia sumus benedictione vos condonandi cu-
pidiores. Quo fit, vt qui eleemosynam ab inuito extorserit, quasi ad auaritiam videatur
hanc ipsam exigere.

Eleemosynã ab īuito extorquens.

Hoc autem dico, qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ad alterum caput pertransit, videlicet quēadmodum ad liberalitatem sit largiendum, inquitque. Vel id ipse adiecerim ad ea quæ dixeram, quoniam nihil sit parce dandū. Neq; auare dixit, & sordide, sed quod plane honestius est parcitatis nomen ingessit. Et semen nuncupauit rem ipsam, vt statim ad compensandam mercedem attendas, perdiscasque plura te accepisse quam dederis. Et quia abunde conferendum esse disseruit, iterato voluntariam & promptam largitionem commeminit. Nam qui in benedictionibus seminat, illud prætendit quod dictum est superius.

Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Immoratur diutius rationi eiusmodi disserendæ voluntariæ largitionis haud sane ignarus, satis iam exemplorū dedisse Macedones, quibus & Corinthij possint ad munificentiam excitari. Quippe quod pudeat his munificentia videri inferiores. Eorundem præterea & mentem sanat, vt virtutis sit, quod illi contulerint, non necessitatis. E Nam longe a virtute abessent, si inuiti quid agerent. Quærit itaque tanquam verus præceptor, vt virtutis ratione discipuli factitent quocunque his est peragendum. Quinetiam vt merita illis sint integra, qui vltro quæ recta sunt, peragunt. Quemadmodum contra, quod iniquo animo fit, promeritum primum intercidit. Et ideo vnusquisque, inquit, secundum quod destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, quodvt testatius faciat, ex Solomonis dictis exemplum producit. Tametsi hęc a sapientissimo illo ad liberalitatem sint dicta, & beneficentiam.

Ecl.xxxv
Eleemosyna cōfert ad bonorum abūdantiam.

Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis. Confutat his verbis opinionem, qua capti plærique sumus illud præcipue soliti vsurpare. Si alijs multa contulerimus, verendum ne ad egestatem ipsi mox redigamur. Inquit igitur. Potest hauddubie deus adeo nos omni immunes reddere indigentia, vt omnē gratiam, hoc est, vt omnem eleemosynam possimus abunde facere. Conferte ergo affluenter, vt vestra eleemosyna magis ac magis & perpetuo quodam fluxu redundet.

Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Vides quēadmodum non opes illis comprecetur Apostolus, sed quod ad vitam sit satis. Id autem (inquiens) arguit nequaquam se illos cogere, vt alijs ea impartiantur, quibus ipsi indigeant. Simul etiam instruit, quibus in rebus sint dei dona vtenda, vt abundetis videlicet in opus bonum. Perinde ac si dicat. In his equidem quæ carnis sunt sufficientiam vobis optarim. In spiritalibus vero (id enim prætendit in omne opus bonum) abundantiam scilicet & vbertatem, vt nō solum magnum in modum quis clementior sit, sed omne op' F quod deum oblectet, liberaliter obeat.

ps.cxi.
Iustitię noīe pietas significatur.
i.Tim.iiij.

Sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Dixit superius, vt abundetis, idipsum itaque confirmaturus, prophetæ inducit testimonium, cum dispersit, inquit. Hęc quippe dictio, munus affatim datum, & affluentiam monstrat. Nam pecunię quidem, quia fluxæ & fragiles sunt, haudquaquam diu consistunt. Iustitia vero, hoc est pietas ipsa, atque clementia. Per iustitiæ enim nomen pietatem designat, vtpote, quæ iustiorem hominem reddat & soluat peccata, in omne est ęuum permansura, in præsens videlicet seculum, & futurum. Qui enim pietatem seruauerit, & pręstiterit se clemētiorem, non solum ab omnibus colitur quandiu egerit in humanis, sed eius insuper futura & soboles charior posteris erit.

Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum; augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ. Simul his quæ cum corpori tū aīæ conferūt comprecatur. Facitq; ex sensibili hac terræ cultura verbis fidem. Nā si terrā serentibus semen subministrat deus, & cibū nutriēribus corpus suppeditat, lōge magis & his qui cælum colūt, & animā alunt, daturus est semen. Cū aūt pręstabit & multiplicabit semen vestrum (inquit) de temporarijs hisce opibus disserit. Quod plane semen mauult,

vt egentibus distributū spiritale reddatur,& transferatur in animam. Ex hoc em̄ quid
A uis boni operis nobis succrescit, & iustitiæ insuper manipuli augescunt, ob idque & illud subiungit & augebit incrementa iustitiæ vestræ. Non autem hoc loco, q̄admodum deum inducat, cibum nobis & escam, non delitias subministrantē. Panem enim, inquit, in cibum præstitit, quod dictum a Hieremia accepit apostolus. Hie. lij.

Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, qui operatur per nos gratiarum actionem deo. Rursum demonstrat, quo pacto vtendæ sint opes, aitque minus has esse cōdendas, sed habendas potius ad omnem simplicitatem, hoc est cum libertate has esse euacuandas. Et quia eandem plerique in scortis & minus donandis præferunt simplicitatem sic infert. Talem autē dixerim simplicitatem, quæ per nos deo gratias referat. Quin potius nec gratias solum sed alia pleraque, quæ in processu patefaciet orationis, vt ostensa bonorū copia, quæ ex eiusmodi simplicitate gignuntur ad eam propriores nos reddat. Quō vtendū opib⁹.

Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino per probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis uestræ in euangelio Christi, & simplicitate communicationis uestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis desiderantium uos propter eminentem gratiā dei in uobis. Ministerium, inquit, hoc est pecuniarum præbitio plurimum valet. Nam non modo supp letur pervos fratrum egestas, sed etiam abundat, hoc est, vltra quam satis sit, necessaria illis subministratis. Vnde & plurimas hi gratias referunt deo. Nec minus eundē & lau
B dibus prosequuntur, quia tantopere estis euangelio ipsi morigeri, vt illius iussa abundātius exequamini. Euangelium nanque eleemosynam impartiri instituit. Deum præterea vel aliā ob causam illi extollunt, & gratias agunt, quia simplicitas hæc & bonitas vestra non eorum satis dūtaxat necessitatibus facit, sed in omnes fideles paupertate oppressos diffunditur. Neq; em̄ hi liuore dicuntur, vt solēt reliqui pauperes, quin & gratias agūt, quod vel in alios benefici sitis, quod profecto haud mediocre est illorum virtutis indicium. Necesse est ita, & his quæ adeo cęteros virtute pręcellunt, vt nil prorsus inuideant alijs, effusius aliquid condonari. Accedit etiā quod vestri gratia deum precantur, vt vos sit eis aliquādo visendi facultas, non pecuniarum respectu, sed diuinæ gratiæ vobis concessę pręstantia. Rursum & gratiā eleemosynam nuncupat, omnium summam deo permittens, ne forsan illi his largitionibus intumescant. Cum autem eminentem gratiam dicit, concitat eos, vt ampliora munera factitent, ita vt nemini sint largiendo inferiores. Matth. vi Lucæ. xi. Donandū ijs potissimum qui cęteris sint meliores.

Gratias ago super innumerabili dono eius. Donum dicit, quæ per eleemosynam prouenient bona tum largitoribus ipsis, tum his qui acceperint. Vel bona ipsa commemorat, quibus ob Christi incarnationē dignati nos sumus. Perinde ac si dicat. Nequaq̄ ipsi existimate magnū aliquid, nequeunt em̄ quæ a deo bona accepimus explicari. Quod si quid & ipsi per exiguum & corruptibile egentibus impartimur, quid magni egimus?

CAPVT DECIMVM.

C *IPse autem ego Paulus obsecro uos per mansuetudinem & modestiam Christi.* Cū finem iam eleemosynam differendi fecisset, aggreditur quæ duriora sunt, & admodum grauia, inuehiturque in falsos apostolos, & sui obtrectatores, qui se inscitiæ incusarent, inanisque iactantię. Dicturus p̄terea in sui laudē pauca, inuitus tamen, ne eius prędicatio contemptui haberetur; numerat & sua officia, & gratiā, quę sibi a deo sit tradita. Quo fit, vt nequaq̄ fallatur, siquis Pauli in laudem dixerit hanc esse conscripam epistolam. Dicere autem incipienti, respondentiq; ad eos, qui se infirmū dicerent & insolentē, & prorsus ignarum, eiusmodi videtur sensus inesse. Obsecro vos Paulus ipse ego, terrarum orbis istructor. Dignitatē pręfert, cum ipse ego Paulus, inquit, quemadmodum alibi. Ecce ego Paulus dico vobis, & obsecro vos, ne me cogāt detractores vti potestate mea in eos. Nec sane parui sunt faciendę Pauli preces, cum & Christi māsuetudinem, perinde ac si inquiat. Veramini Christi, per quam vos oro, mansuetudinem. Simul etiā patefacit, cur illis parcat ob id scilicet quia saluatoris Christi imitetur mansuetudinem, non quia ad obiurgādum sit impotentior. Nolite ergo nolenti mihi occasionem præbere, vt ab hac absistam benignitate, quam tantopere concupisco, vt vel hanc ad meum erga vos animum cōciliandum interponendam iram iam censeam. Pauli sancta iactantia. Ephe. iij Coloss. i.

Qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens autem confido in uobis. Vel id ironice dicit,

perinde ac si obtrectantiũ verbis vtatur. Hoc em̃ illi in ore habebant. Cũ primũ a
Paulus ille, nullius esse momenti deprehendetur. Est enim ille abiectior, & facile cont
nendus. Cum vero abest, intumescit & gloriatur, audentiorque in nos est & comm
tur. Vel certe de seipso hæc disserit, videlicet apud vos ipse cum pręsto sum, me hu
lem præbeo & benignum. Nunc vero si absens magni aliquid loquor, haudquaquam
speratione id egerim, sed quia plurimum vobis confido.

Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam qui a trantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. Oro, inquit, ne me cogatis, vt mea
dentius vtar potestate. Confidentiam enim suam appellat potentiam, qua existimor au
dire, hoc est ĩ suspitionem venio, quia falsi me vrgent. Apostoli aduersum me inuehen
tes qui mihi obtrectando, & hypochrisim, & simulationem obiectant & insolentiam, i
enim sentit, cum inquit. Tanquam secundum carnem ambulemus. Aduerte autem quẽ
admodum confidentiam vocet a nonnullis illatam vlcisci iniuriam, tametsi nihil sui ob
gratiam, sed pro ipso euangelij præconio vindicando id esset facturus. Magis est tamen
præceptori consentaneum, tardiorem semper se ad pœnas inferendas præstare, nec ad ca
stigationem mox prosilire.

p̄ceptor sit ad puniendum tardus.

Sermonũ lenocinia

In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Hoc est carne obducti, nihil car
nalibus armis nos vtimur. Prædicationem autem hoc loco commeminit, arguens haud
quaquam humanam hanc esse vel terrena ope aliqua indigere. Militamus autem cum in
quit, ostendit plane se prædicando bellum & certamen aliquod inijsse.

Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia. Hoc est non opes præferunt, non gloriam,
non sermonis lenocinia, non dicta quædam blandiora & simulata, istiusmodi nanq; sunt
carnis arma.

Sed potentia deo ad destructionem munitionum. Noc sane spiritalia dixit, quod dicere ad
carnalium differentiam consequens erat, sed potentia intulit, arguens obtrectantium di
cta, imbecilliora esse, & nullius momenti. Aduerte insuper & Pauli humilitatem. Non
enim seipsum id posse dixit, sed arma deo potentia, hoc est validiora hæc deus parauit.
Nam cum veri apostoli diuexarentur, nonnulli & vapularent, impotentiæ esse iudiciũ
videbatur. Ait igitur. Potentia quidem hæc deo sunt arma, his quippe vel maxime dei
potentia innotescit, & ille est, qui hęc factitat & præliatur, tametsi nos videamur istius
modi esse armis operti. Verum vbinam illa potentia sunt, & vbi vires suas exercent? In
euertendis nimirum minutionibus quę quales sint, ita subiungit.

In syllogismos.

Act.xxij. Areopagita a paulo conuersus.

Consilia destruentes. His nanque armis, inquit, gentilium syllogismos & captiuncu
las & tumorem prostrauimus. Vel illorum commenta & cogitationes euertimus, & ani
mos eorum deijcimus, qui erroribus detinentur, & veritati subijcimus. Nam & Areopa
gitę illius ea mentis elatio. Paulo prædicante, ab impietate subtracta est, & ad veram re
ligionem deflexit. Aduerte autem quemadmodum nulla dixerit, debellandi gratia tor
menta admouimus, sed mox destruximus, intulit: vt & victoriæ facilitatem, & speculo
rum, quibus hominum animos præcellebat, vim patefaciat.

Et omnem altitudinem extollentem se aduersus sapientiam dei. Immoratur eiusmodi euer
sionibus, vt clarius faciat quod eius animo insidebat. Infert itaque. Vel quantamcunq;
dixeris altitudinem siue animi, siue locorum quæ perpetua sint & bene munita, quæ dei
sapientiæ aduersetur, vel euangelio obsistat, hanc ipsi omnem demolimur.

Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Per captiuitatis id no
men duo prætendit, & a libertate prolapsum, & absolutam capturam. Cum itaque quis
capitur, vt nequeat reluctari, nec se capienti obsistere, postremam hanc significantiam p̄
fert apostolus, cum in captiuitatem dicit redigentes, perinde ac si inquiat. Non modo hu
mana quæque consilia & cogitationes tollimus & superamus, quin & in seruitutem re
digimus. Quod sane perfectiorem designat victoriam. Moxque & haud graue illud ser
uitutis nomen subiungit, in Christo obsequium, hoc est in eam hos deducimus seruitu
tutem quæ libertate quauis est honoratior. Nam a perditione in salutem, a morte in vi
tam sese Christo subijciunt homines. Repete illos memoria, qui Christi iugo deuicti, ma
gicæ artis volumina concremarunt, cognosces hauddubie quo pacto & alios plerosque
Apostolus huiusmodi captiuitate obstrinxerit.

Actu. x.

Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia. Hoc lo
co corinthios terrefacit, illud inquiens, expectamus, vt vobis me cohortante iam emẽda
tis, & a cõsortio falsorum apostolorum semotis, illos incurabili morbo affectos, & pvos
destitu-

A destitutos, mox prędicemus. In promptu nanque habemus supplicia, quę his, vobis in-
ter eos versantibus, prohibemur inferre, ne & vos corripiat illata plaga. Cum autem in
fert, vestra fuerit impleta obedientia, ostendit & si morigeros se Corinthij ad id tempo
ris præstiterunt, non tamen perfecte obtemperasse. Hæc autem sic comminatur vt cum
hi, tum illi, quos asserit pœna afficiendos, & in viam redeant, & eorum offendat nemi-
nem. Atqui nobis cogitationes sæpe oboriuntur diuersæ potioribus prauis reluctanti-
bus, subsequuntur deinceps superantium cogitationum elationes, cum aduersus diui-
nam sapientiam ipsi extollimur, ita vt in furias conuertãtur. Est præterea & intelligen
tia simplex quædam & mentis impræmeditatus occursus quæ longe melius rem ipsam
demonstrat, quam index aliquis posset. Insunt demum & his qui a dæmonibus circun-
ueniuntur tales animi conceptus, quales Paulus, & quiuis alius qui cum Paulo sentiat,
& in seruitutem redigit & Christo facit obsequentiores.

Quæ secundum faciem sunt, uidete. Non solum seductoribus formidinem incutit, quin
etiam & seductos obiurgat, & ideo inquit, ex his quæ secundum faciem sunt, hoc est,
quæ videntur, videte, id est, iudicate, si quis videlicet inflatus superbit, si quis opibus
affluit, si quis demum virtutis figura vel vmbra opertus est.

Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.
Iactabant nanque falsi apostoli, Christi se sectatores esse, cumque forsan & proprijs ocu
B lis conspexisse: a seipso autem in eam sententiã dicit, nihil expectet istorum quispiam
sese a me obiurgatum iam iri, sed intelligat velim, etsi se Christi discipulum glorietur,
nequaquam plus quippiam se quam nos assecutum. Non enim is Christi minister erit, ip
se vero a Christo alienus. In progressu tamen orationis patefacit, quantũ illos excedat.

In falsos & insolẽtes apostolos.

*Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in edificatio-
em, & non in destructionem uestram, non erubescam.* Haudquaquam dixit ipse, & cruciandi
& occidendi potestatem sum nactus, cum illi nil habeant istiusmodi, sed submissius pro
tulit amplius quippiam. Neque si glorior dixit, sed si gloriatus fuero id est si gloriari
velim de potestate quam mihi contulit dominus. Rursum deo vniuersa permittit. Ac-
cepi enim hanc, inquit, a domino facultatem, vt in fidem aliquid exædificem, beneficia
conferendo, non vt tormentis afficiam quempiam. Verum cur illud dicet aliquis. Con
silia destruentes intulisti? nimirum quia & putrida demoliri, & impedimenta prosterne
re plurimum facit ad noua molimina. Cur præterea his comminaris, si minus ad inter-
nitionem hanc acceperis potestatem? Fateor equidem hanc me imprimis ad ædificandũ
accepisse potentiam: verum si quis insanabili morbo laboret ad perniciem demolitione
mox vtar. Igitur si gloriari voluerim, quia plus quippiam deus sit mihi quam cęteris
elargitus: ita vt & benefacere possim, & si necessitate cogar, nil me pudeat ad demoli-
tionem, & cruciatus ingerere. Hoc est, nihil ipse vel mendax deprehendar, vel insolens
& elatus, vt ea mihi asciscam, quę mihi nequaquam fuerint per deum concessa.

*Vt autem non existimet tanquam terrere uos per epistolas, quoniam quidem epistolæ inquiunt graues
C sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Hoc cogitet qui eiusmo-
di est, quia quales sumus in uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes facto.* Quod, inquit,
tale est. Poteram equidem gloriari, verum ne videar vos per literas paruifacere, quem-
admodum dictitant detractores, qui asserunt me per epistolam iactare multa, & ad ter-
rorem plura conscribere, præsentem vero facile contemni, conuincique haudquaquam
talem me esse, qualem me literę pręferunt. Intelligat velim quicunque sit ille, qui ista ob
iecerit, non solum nos grauia comminari absentes, quin etiam præsentes posse ad facta
comminationes deducere.

Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos commendant. Hoc loco
falsos apostolos insolentiæ & inanis arguit, perinde ac magna quędam de se assuetos
iactare. Inquit igitur. Nequaquam ipsi audemus inferre, hoc est, connumerare, vel com
parare, hoc est, opponere nosipsos horum nonnullis, qui laudibus seipsos extollunt.

Sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Illi, inquit ne-
quaquam dignum existimant, sese cum vllo posse conferri mortalium, quin potius si-
bijpsis se comparant mutua quadam concertatione: neque intelligunt, qua sint irrisio
ne dignissimi, qui hunc in modum superbiant. Nam cum singuli potiores esse se glori-
antur, alijs detrahunt. Quo fit, vt omnes ab inuicẽ arguantur improbitatis. Quod quã
ridiculum sit, nil sentiunt. Nos vero contra nosipsos metimur, cum nihil aliud nobis
quam quod ini unctum est vendicamus, & comparamus nos nobis. Quia quod nostrũ

Paulus seipsum suo modulo metitur.

ᶜ Epist.

officium exigit, factitamus.

Nos autē non in immensum gloriabimur. Illi forsitan arrogantes, & iactabundi dictabant eiusmodi. In vltimas terras profecti sumus, & orbem vniuersum prędicādo obiuimus. Nos vero Paulus inquit haudquaquam talia quæ immensa videntur, factitabimus. D

Sed secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis deus, mensuram pertingendi usque ad uos. Deus, inquit, nobis terminos prędefiniuit, vt nostra gloria ad vos vsque pertingeret.

Pseudo apostoli.

Non enim quasi non pertingentes ad uos superextendimus nos, usque ad uos peruenimus in euangelio Christi. Credi potest falsos apostolos nulla gratia prædicandi, sed temere quocunque profectos, ex solo accessu fuisse gloriatos, & ita vt omnium summam sibi ascriberent. Dicit itaque Paulus. Nequaquam ad vos pertingentes superextendimus nosipsos, peruenimus namque non frustra, sed in euangelio Christi, hoc est, non simpliciter, vt illi, ad vos profecti sumus, sed euangelij gratia prædicandi.

Discipulorū profectu præceptoris fama crescit et ampliatur.

Non in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spem autē habentes crescentis fidei uestræ, in uobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia: etiam in illa quæ ultra uos sunt euangelizare, non in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Ostendit hoc loco illos gloriam sibi in apostolorum laboribus vendicasse, & in infinitum gloriari: hoc est, maximum in modum in alienis laboribus gloriam cōparare. Ipsi vero nequaquam hoc pacto agimus, sed ad vos vsque pertingimus, & in vobis nostra omnis gloria terminatur. Spem autem habemus in deo, videlicet quoniam satis vos nostra doctrina iam profeceritis: quia vobis & fides accreuit, ita vt vestri huius profectus gratia & ipse sim auctus. Sūt E nanque vel ad dignitatem, vel famam pręceptoribus incremento, discipulorum ampliatę virtutes. Et ipsius regula in abundantiam fuerit prouecta: hoc est, cum mensura, quā ille sortitus est abunde profecerit. Quid igitur speremus, si quæras. Id certe quod ad eos, qui etiam vltra vos sunt euangelium prędicabimus: futurumque, vt vel de his forsitan nobis sit gloriandum, si etiam aliquid profuerimus. Regulam autem & mensurā tanquam optimus architectus, & orbis terrarū fabricator oppellat, vt ostendat id deo rem omnem consistere, qui & regulam præbeat & mensuram. Vnde & ita subsequitur.

Qui autem gloriatur, in domino glorietur. His itaque operibus potiti, nihil vobis vel gloriæ ducimus vel accensemus, sed deo cuncta, vel hanc ipsam quam adepti sumus mensuram adscribimus. Oportuit igitur & falsos apostolos in huiusmodi gloriari.

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Non enim dixit, probatiores nos sumus: sed ille quem dominus commendauit, hoc est, quem certiores reș gestæ & veri labores dei cum gratia assumpti, probum demonstrant.

CAPVT VNDECIMVM.

Paulus cur se tantope laudauerit. i. cor. xv Gala. i.

Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Proprias laudes explicaturus Apostolus, pluribus modis illas castigat, ne alios, se laudando, offendat: quas ad laudes de se prædicandas, necessitas quędam induxit. Verebatur enim ne discipulorum iacturam concederet sui contemptus, & falsorum apostolorum nimia authoritas. Quod autem necessitate quadam & vtilitate discipulorum ad id rei processuri, neminem latet, quippe F qui & præterea commissa baptismo deleta commemoret, idigneque se adstruat apostolum dici. Alias nanque re nulla vrgente tā magna de se haud temere prædicaret. Inquit itaque. Vtinam sustineretis me in paucis delirantem: quin potius me supportate. Confido enim in postremum, vos beneuolentia prosecuturos foreque vt me per omnia toleretis.

Aemulor enim uos dei æmulatione. Ne arbitrentur Corinthij pro rebus humanis, pecuniarum videlicet, vel gloriæ gratia, Apostolum sui charitate deuinci, dei zelo adiecit. Dicitur nanque & deus nostri zelo teneri, quia nos plurimum amet, non vt lucrum aliquo assequatur. sed vt saluos nos reddat, cum ad se trahit & applicat. Talis est igitur meus erga vos zelus, non vt mihi aliquod commodum pariam, sed ne in perniciem ipsi pœnitus prolabamini.

Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Despondi, inquit, vos domino, cuius gratia zelo hoc ducor, non mei. Non enim sponsus ipse futurus sed spōsę ductor. Attende quemadmodum non illorum se præceptorem profiteatur, vt debeat sui

A ab his exigere tolerantiam: quin illos in sponsæ modum: se vero pronubæ loco constituit, nubentem compositurum. Mirum sane quod ecclesiæ contigit, quandoquidē post nuptias non amplius nuptæ seruant virginitatem. In ecclesia vero, vel quę non antea virgines extitere, nuptijs hisce confectis, virginitati redduntur, quam ęque vniuersa tu tatur ecclesia. Hæc equidem ad omnes differit Paulus, tum qui vxores duxerint, tum quæ denubunt. Verum quænam dona afferens, despondet apostolus? Nimirum cœlorum regnum. Huius rei figuram, & Abraham præferebat qui seruum dimisit ad gentilem fœminam desponsandam. Hoc vero seculo, & deus seruos suos destinauit prophetas, vbi ecclesiam ipsam Christo filio suo despondit: sicut & Dauid inquit. Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Quin etiam & apostolos misit, vt Paulus ipse testatur, dicens. Pro Christo legatione fungimur. Est itaque præsens hoc tēpus desponsationi accommodum futurum vero & nuptijs, cum fiet vox illa, Ecçe spōsus venit. Genes. xxiiij. p̄s.xliiij. Supra.v. Ephe.vi. Gen̄.iij

Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Vobis quidem impēdet interitus: me vero vrget formido. Neque enim tanquam decernens, corrupti iam estis inquit, tametsi essent illi coinquinati: sed id in ambiguo posuit, dicens. ne forte vt serpens Euam seduxit, is nanque ingentia pollicendo Euam deceperat: ita & apostoli isti mandaces & iactabūdi, per magna quędam vobis edisserunt, vt sua versutia vestram circunueniant simplicitatē, Serpentis astutia. Euę simplicitas.

B Sed quemadmodum, neque serpentis astutia, neque Euę simplicitas satis illi ad veniam fuit: sic quidem neque illorum dicta nostris anteponentur. nec pręterea Adam intulit, fuisse a serpente seductum, vt arguat facile deceptionibus mulieres patere. Neque, nolite decipi, dixit: sed, ne corrumpantur sensus vestri. corumpi nanque & virgines ipse dicuntur, videlicet ne corrumpantur vestra ignauia qua erga Christū vtimini, hoc est, nequaquam debetis præ vestra inertia decipi. Nonnulli vero ita intelligunt. Nolite scilicet & fidei simplicitate ad exteriorem vos hanc solertiam accommodare & studium. Hęc enī maxima est humani sensus corruptio.

Nam si is qui uenit, Christum alium prædicat, quem non prædicamus, aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud euangelium, quod non recepistis, recte paterimini. Quid inquis o Paule, qui ad Galatas scripseris, Si quis aliud vobis euangelium prædicauerit, vltra id quod accepistis, anathema sit? Nunc vero inquis, si alium quis Iesum prędicauerit, recte pateremini? Quod sane sic excusatur. Gloriabantur nanque fallaces illi apostoli, quo plus aliquid ipsi, quam veri propagandæ fidei attulissent: & quia plurimum delirabant rerum inanium & externę sapientiæ nixi iancta ntia: Sic Paulus subdit. Si Christum alium prędicarent, quam prædicari oporteret & eiusdem ipse præconium præterissem, vel his in hoc prędicando viderer inferior recte pateremini: hoc est, iure illorum ferretis ineptias quippe qui haudquaquam de eo mentionem fecissem, qui erat merito prædicandus. Verum si fidei ipsius prędicando iecimus fundamenta, & ea profecto quę principalia sunt patefecimus: quid ergo illi amplius quippiam attulerunt, quam ipsimet at- Gala.i. In fallaces apostolos.

C tulerimus? Attende autem quemadmodum non venientem quempiam dixerit plus aliquid prędicaturum. Nam longe plura, etsi superuacua. loquebantur fallaces illi & maiori licentia, & verborum ingenti ornatui, alium tamen Iesum hunc, præter quem Paulus prædicasset, nihil inferebant quod vtique minus indiget oratione exculta. Vel spiritum alium accipitis? hoc est, num vos ditiores spiritalibus donis effecti estis, ad quæ consequenda nihil opus est expoliti sermonis lenocinio. Num euangelium aliud, quando neque id quidem ad explicandum vlla sint verba necessaria, quę compta sint & ornata? Vbique igitur patefacit, nihil esse penitus aduertendum, si quid vltra illi protulerint, quam sit necesse: sed afferunt. quod dici oporteat, ab se intelligant accepisse. Attende autem, cum dicit alium Iesum, quem non prędicauerimus, spiritum alium quem non accepistis, & euangelium aliud quod non recepistis, id velle prætendere. Cum eadem hęc proferent illi quæ nos prædicauimus, cur eos cum tanta attentione vos audistis? Dicet quialis. Cur igitur Paule si eadē illos, quę tu, dicere profiteris, eos prohibes loqui? Quia simulatione vsi alia quędam inducunt decreta, a nostris & veris aliena. Sermōis lenociniū

Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Confert se tandē cum his, qui apud Petrum erant, apostolis, tanquā id inquiat. Si me plus quippiam effecisse illi iam norūt, vel his se apostolis præferunt qui maiores habentur, absurdum videtur. Attende viri huius humilitatem. Existimo inquit, id est, puto: & nihil præterea de se iactat, ne-

que simpliciter apostolis dixit, sed a magnis adiecit, Petrum videlicet, Ioannem & Iacobum indicaturus. Hæc autem in præsentiarum de se licentius disserit, quia res ita deposcit, cum alibi pro rei ipsius dignitate, eādem pręferens humilitatem, sic inquit. Qui non sum dignus appellari apostolus. D

i. cor. xv. Gala. i.

Paulus sermone non scientia imperitus.

Et si imperitus sermone, sed non scientia. Cum hanc sibi dicendi peritiam præcipue glorię ducerent falsi apostoli. Ostendit hic Paulus nihil se ruditatem defugere, quin vel maxime de hac gloriari. Neque id dicit, ideo ipse expers sum literarum, quia & reliqui veri apostoli literas nesciunt, ne & illis simul detrahere videretur. Sed exterioris sapientiæ vim omnem subuertit, quemadmodum in priori epistola, hanc demonstrauit non modo inutilem esse, quinetiam & crucis gloriam deuastare. Sum itaque sermone, non scientia, imperitus. Quibus dictis & illos arguit, quo magis eloquentiam iactent, eo etiam maxime diuinæ esse notionis expertes. Et quantum ad eam spectat, deprehendi prorsus ignaros.

Simulatio ac duplicitas in falsis apostolis.

In omnibus autem manifestus sum uobis. Nequaquam falsorum more apostolorum, aliis quam sim ipse moribus imbutus me præfero, sed vobis in omnibus dictis factisve pareo. Neque vlla nobis, vt illis, vel duplicitas inest, vel simulatio, qui facie duntaxat quadam modestiæ & lenitatis obducti, quęuis teterrima factitent.

Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, ut uos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euangelizaui uobis? Num id, inquit, deliqui, vel eo a vobis sum accusandus, vel mihi idcirco insurgetis, quia meipsum depresserim? Famelicus scilicet & mēdicans: vt ipsi extollamini, hoc ē, vt in fide ędificati, efficiamini firmiores & stabiles. Quia in re eo acrius erant corinthii insimulandi, quod minus ægre ferebant se non aliter iri ędificatū, nisi Paulus esuriret quia & illi absentem apostolum superius incusabant, & præsentem humilem se præstare, obiicerent. Ideo nunc eos respondendo percellit, sic inquiēs. Et si humilis quidem sum ipse effectus, vos tamen ex hac mea humilitate estis altiora prouecti. E

Acto. xx

Alias ecclesias expoliaui; accipiens stipendia ad ministerium uestrum. Poterant sane id dicere. Hisce quidem manibus victum mihi subministraui, sed vt acrioribus verbis hos vrgeat, ab aliis inquit accepi stipendia, vobis vt inseruirem. Quippe, qui alios vobis euangelium subministrandi gratia expoliauerim, & imminutos reddiderim facultatibus. Hos autem Macedonas fuisse arguit, qui cum essent summa rei familiaris ad stricti inopia & me, inquit, habebant se atterentem, tametsi minus ad delicias, sed ad necessitatē sumptibus indigerem. Accipiebam nanque ab his stipendia, quę tamen ipsi mihi haudquaquam suppeditastis. Quo fit, vt maxime sitis ob id incusandi, qui cum vobis euangelium prædicans subministrarē, & gererem rem vestram, ab aliis eleemosynā desumebā.

Paulus nemini onerosus.

Et cum essem apud uos & egerem, nulli onerosus fui. Triplex ea in re facin⁹ admisistis. Nā & apud vos cum manerem, & vobis subministrarem, & essem egenus, nulla mei est habita ratio. Quippe qui nō solum nihil absenti mihi aliquo trāsmisitis, quod vtique Macedonas factitarunt, sed ne præsentem quidem vos aluistis. Arguit præterea corinthios ad eleemosynam erogandam tardiores effectos. Nonnulli vero illud, onerosus fui sic interpretantur, hoc est, me haudquaquam ad prędicandum vel negligentem præstiti, vel inertem & torpidum. Quin omnia sunt per me quę facto ecclesię opus erat, ad vestram salutem effecta. Ipse vero cum in egestate versarer, nihil vnquam deflagitando vos expilaui, cum torpidior essem tollerando iam redditus. F

Nam quod mihi deerat, supplerunt fratres, qui uenerunt à Macedonia. Ad ęmulationem istos inducit, vt ad impartiendam eleemosynam concitet magis: perinde ac si in se alendo cum fuissent a Macedonibus superati, & in conferendis fortunæ bonis vincantur. Cum autem quod deerat inquit, ostendit nihil se pręter necessarium indigentiam accepisse. Erant nanque & Philippenses, qui sibi vitę necessitatem suppeditarent.

Et in omnibus sine onere me uobis seruaui, & seruabo. Arguit Corinthios oneri sibi duxisse alimoniam Paulo subministrare. Recte autem seruabo inquit, perinde ac si dicat. Neque enim velim existimetis eiusmodi me dixisse, tanquam aliquid in futurum a vobis sim accepturus. Sed seruaui, hoc est, abstinui ante hac, ne vobis oneri essem, & seruaturus in posterum sum, & abstinebo. Quod proculdubio hoc acrius ferit, quandoquidē his minus confisus apostolus, desperet etiam aliquid se accepturum.

Et ueritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Ne forte arbitrentur Corinthii Paulum (seruabo me) eo dixisse, vt se magis pelliceret. Est veritas Christi in me, ait, hoc est, pro veritate, quę in Christo Iesu inesse constat,

A asseuerauerim, inquit, haudquaquam a vobis me aliquid accepturum. Et ne dolore vel ira impulsum existimet aliquis hæc intulisse apostolum: gloriationem rem ipsam appellat. Gratis quippe euangelium prędicare ingenti illi erat gloriæ. Qui Christi ob gratiam, vel Christi iussa transiliret, id imperantis: vt de euangelio viueret qui euangelium prædicaret. Non infringetur autem, ex quadam fluuiorum metaphora expressum est, tanquam vndequaque Pauli famā manante. Non igitur, inquit, infringetur vlla vestrarum rerum cupiditate optimus meus iste & gloriosus defluxus, & vitæ institutio. In regionibus vero Achaię eo subiecit, vt magis hos angeret. Nam si glorię debet illud haberi, gratis videlicet euangelium prædicare, vel vbique id erat seruandum. Quod si apud Corinthios duntaxat hac vtitur pertinacia: perspicuum est non ea hos esse, qua cæteri fidei valetudine.

Mat.x Lucæ.x. i.cor.ix.

Quare? quia non diligo uos. Deus scit. Causam cur ab istorum abstineat donis, iam allaturus, & pseudo apostolorum id gratia ageret, primum confutat, quod forsitan præmeditati obijcere possent Corinthij. Quia nos odio habes, eo & nostra munera aspernaris: sic ait. Quin potius, quia vestri detineor beneuolentia, nolim vllam vos pati iacturam, vtpote qui facile offendimini. Haud tamen aperte hęc loquitur, ne illorum perspicuam faciat imbecillitatem, sed ad aliam causam diuertit sermonem.

Paulus a donis abstinens.

Quod autem facio & faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloB riantur, inueniantur, sicut & nos. Apertissime hoc loco causam patefacit, cur ab is nihil acceperit. Nam cum calleret diabolus, his qui præsentibus bonis incumbūt esse per gratum, eos se nactos pręceptores fuisse, qui ab se nihil deposcāt: instruxit & falsos apostolos vel id callida quadam & latendi exigendi arte dissimulare. Qui sane, etsi erant prędiuites, cum nihil capere viderentur: clam oblata captabant, ideo non in quo promerētur, sed in quo gloriantur subiecit. Quod plane illos superbiæ arguit. Cuius rei cum esset apostolus non ignarus, statuit animo secum nihil a quouis se vel pressum inopia accepturum: vt illis demeret occasionem, ne quam inuenirent se criminandi oportunitatem. Tametsi id nil sibi vel in labem, vel in crimen concederet: quippe quod erat dei iussu & lege iniunctum, vt de euangelio victitarent. Alioqui quia facile offendebātur Corinthij, cauendum sibi maxime censuit. Quocirca cum & in cæteris essent falsi apostoli Paulo ipso inferiores: neque hac ipsa in re superabant, ni forte dixerit quispiam hos vel in hoc imminutos fuisse. Quia cum opibus abundarent, nihil acciperent. Paulum vero vel egestate opressum munera respuisse. Et quia quod illi dissimulabant, re ipsa Paulus exequebatur.

Cur dona non acciperet Paulus.

Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Quid ais Paule, eos ne qui Christum prędicant, qui euangelium aliud (vt dixeras supra) nullum induxerint, nunc pseudo apostolos nominas? Ita quidem. Nam eiusmodi omnia dissimulantes, clam tamē vel impia quędam decreta subinferunt, operarij subdoli. Quid ni? quandoquidem sub boni & recti operis specie, plantata reuellunt, & figuram duntaxat apostolorum dum pręferunt, & tergore ouillo obducti, lupi sunt prorsus ferocioC res & rabidi.

Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Cum enim horum instructor satanas illi ad quoduis facinus sit audentior: nil mirum si hunc eius discipuli imitantur. Angelum autem lucis eum asserit esse, qui fidens illi splendori assistit, denuntiatque & profitetur deum lucem esse, cum ipse lux sit. Transfiguratur itaque in huiusmodi angelum diabolus ipse, non tamē talis efficitur. Sic igitur & hi figuram dūtaxat præ se ferunt apostolorum, non vim eandem & actionem. Qua ex re perdiscere possumus quodcunque ad ostentationem & iactantiam geritur, id pręcipue dęmoniacū esse.

Non ergo est magnum si ministri eius transfigurent se, uelut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Hoc est tanquam ministri euangelij iustitiam continentis. Vel quia iustorum hominum gloriam vsurparunt, veruntamen haudquaquam tandē sunt euasuri. Eritque nanque pro eorum operibus & finis futurus, hoc est, malus. Quo fit, vt eos simus ex proprijs operibus cognituri. Nam & finem parem factis habebunt.

Diaboli cū gęqd ad ostentationem geritur.

Iterum dico, ne quis me putet insipientem; alioqui uelut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier. Et si his ad castigationem est vsus, alioqui nequaquam, inquit, superioribus dictis contentus, rursum hæc repeto, ne quis existimet insipientem me esse. Est nanque illud insipientię argumentum, temere & nulla occasione iactari. Ipsi vero nequaquam, vt demes id egerim, sed inuitus & necessitate vrgente. Verum si veniam

mihi nullam dederitis, velim equidem vel insipientem prorsus vos iudicetis, tametsi non vltro sim gloriatus. Me igitur suscipite, id est tollerate, dicentem: vt & ipse, id est, quemadmodum & illi, quid glorier, tametsi moderatior futura sit mea hæc gloriatio. D

Paulus petit se tolerari ac sustineri.

Quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientiam, in hac substantia gloriæ. Quod loquor, inquit, secundum deum non est, hoc est, quæ nuper dixi procul a deo sunt. Verborũ vero admodum secundũ deũ est sensus. Neque insipientia dixit, sed quasi id dicat, apparet forte quod glorior ipse insipiens, cum minus sim. Ne forte existimes, insipienter eum vbique non pro dei nutu, & voluntate cuncta profari, in hac substantia glorię dixit, hoc est, in hac gloriandi parte, non cæteris tamen in rebus.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Hoc est, a bonis externis erit mea hæc gloria, videlicet a generis nobilitate, circunsione, & quia Hebræos sim progenitores sortitus. Id nanque erat quod nequaquam secundum deum loqui se dixerat, de istiusmodi videlicet gloriari. Quid enim prodest, ab Hebræis esse aliquem oriundum? Non ergo virtutis loco id duxerim: sed cum illi, inquit, id glorię ducant, cogor & ipse me eis vel hisce ex rebus non imparem facere.

Insipientes, q carnalia iactant.

Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Vos, inquit, me cogitis huiusmodi dicere. Nam si non illos excepissetis, idque & vobis obfuturum non antea præuidissem, nequaquam & ipse ad hęc descendissem. Incipientes autem dicit, qui rebus carnalibus gloriantur. Nam si dementis est spiritalia sibi in gloriam accensere, quanto magis quæ nullius sunt prorsus momenti iactare insulsum videbitur. Illud autem, cum sitis sapientes, & si ad gratiam dictum videtur, vrget tamen hos acrius & criminatur, vt qui scientes delinquerent. Nam si fuissent dementiæ morbo correpti, veniam forsan promeruissent. E

Sustinetis enim, si quis uos in seruitutem redigit. Attende quam abiectioris & infirmæ Corinthios arguat seruitutis. Quippe qui maximũ in modũ falsis apostolis succubuissent.

Si quis deuorat, si quis accipit. Vides quemadmodum hos ipsos apostolos patefaciat, excipiendis muneribus esse intentos. Nam cum deuorat inquit, idipsum pr̨etendit. Non enim poterat illorum expleri cupiditas. Quo fit, vt quod superius dixerat, in quo gloriantur, rectius dixerit. Iactantiam nanque & ostentationem hi præferebant non veritatem, qui se nihil accipere simularent.

Si quis extollitur. Si quis in vos dominatum exercet & insolentiam. Non enim humiles se in subditos exhibent principes, sed molestos & graues, quorum hi insistebant vestigijs.

Corinthij falsis apostolis succumbẽtes & seruientes.

Si quis in faciem uos cædit, secundum ignobilitatem dico. Vides & Corinthiorum & ignominiam auget, & iniuriam, quandoquidem his haud secus ac seruis falsi illi vterentur apostoli. Hæc autem dicit, non quia in faciem c̨ęderentur Corinthij, sed quia non minoris essent iniuriæ, quæ illi patiebantur quam si in faciem vapulassent. Quod sane his ad vituperationem obiecit, qui enim hoc fieri vel inhonestius, vel turpius potest, quando his ipsis libertate adepta, honore priuatis, & demũ substractis pecunijs vterentur ꝓ seruis?

Quasi nos infirmi fuerimus. Cuius rei hos gratia toleratis? Num quia imbecilles nos inualidi sumus, eoque & vobis vti illorum more nequimus. non se ita res habet. Possumus & nos superbe item & intemperanter vos conculcare, sed minus id libet. Omnem itaque istorum dementiæ causam corinthiorum seruituti ascribit. Vos enim, ĩquit, quia nimium illis succubuistis, & illatę vobis iniuriæ & præsentium nobis verborum præbuistis occasionem. F

In quo quis audet, insipientia dico, audeo & ego. Vide vt rursum audaciam & incipientiam ipsum, de qua agit, appellet, quasi id inquiat. Eam equidem ad rem coactus deuenio, tametsi superius ad castigationem plurimis sit vsus verbis, & alias sępe hos castigarit. Hæc autem eo subiecit, vt nos etiam cõmonefaceret, minus esse ad eiusmodi verba diuertandum, nisi cogat necessitas. Ait igitur, quacunque in re gloriari quis audeat, & ipse ausim. Deinceps enumerat quibus illi in rebus gloriantur.

Non oẽs Hebræi Israelitæ.

Hæbrei sunt & ego. Israelitæ sunt & ego. Semen abraæ sut & ego. Cum nequaquam hebræi omnes essent Israelitę, siquidem & Moabitæ, & Amanitæ, hebręos se dicerent, propterea generis nobilitate definiens intulit, semen Abraę sunt, & ego Isaac ipsum designãs.

Ministri Christi sunt, & ego, ut minus sapiens dico, plus ego. Dicunt nonnulli, nequaquam recte per comparationem deprompta esse hæc verba, sed fuisse omnino negandum non Christi illos esse ministros. Respondemus autem idipsum expressisse apostolum, cum

A pseudo apostolos dixit, Nunc vero compassionibus exorsus sermonem, ex rebus ipsis argumenta producit. Et si ministri sunt Christi, plus tamen ego, hoc est, hos quidem ministrandi hoc munere longo interuallo excesserim. Cum vero id minus sapiens īquit, suæ humilitatis profunditatem demonstrat.

In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum. Enumerat quę vere apostolum exprimunt, & signa pręteriens a tentationibus ipsis orditur: inquitque. Non solum subeo equidem labores īnumeros, & vagus per varia loca noctu & interdiu multos ad fidem erudio, quinetiam manibus operor, & plagis affligor, & his supra modū. Et quod plane grauius est, & plagis carcer hisce adijcitur. Supra modum autem & abūdantius ad falsorum apostolorum comparationem sunt posita, perinde ac si dicat. Et si illi labores susceperint, abundantius tamen ipse hos cepi: & longe maiores. Nonnulli vero nulla comparatione dicta his esse affirmant, sed simplicem quandam laborū abundantiam & magnitudinem significare. Act. xvi. ij. cor. ij. Apostoli labores.

In mortibus frequenter, Non solum voluntate demoritur Paulus, sed periculis etiam mortem hauddubie afferentibus destinatur.

A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Cur vna minus? Quia lege cautum erat, vt qui vltra quadragenas vapulando acciperet honorum esset in posterum & dignitatum immunis. Iussere itaque vna minus plagis infligi, vt si forsitan percussor ille verberādo euectus plagam vltra constitutum, vel vnam aliquam inferat, quadragena sit il-
B la: nec cedat ad ignominiam vapulanti, vtpote qui vltra numerum vapularit, qui lege sit præfinitus. i. cor. xv. deu̅t. xxx. Pauli psecutiones

Ter uirgis cæsus sum, Semel lapidatus sum. Haud sane vniuersa quę perpessus est Paulus, Lucas conscripsit. Vides nanque vt pleraque hoc loco enumerata discrimina ille omiserit, quia non ad ostentationem scribendi laborem ille insumpserat. Act. xvi. Act. xiiij

Ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui, in itineribus sæpe. Dicet aliquis. Quid ergo ad euangelium feceris? Quia euangelij gratia diuulgandi, longius sæpe maritimū iter nauigando emensus, naufragus fui. Diē vero & noctem in profundo subnatās egit.

Periculis fluminum. Nam & flumina traijcere cogebatur. Act. vlt.

Periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari. Vbique & diabolus oppugnabat apostolum, & dominus certamina proponebat. Nam & a pyratis ille diuexebatur, & in vitæ sæpe discrimē a Gentilibus ipsis, tum a Iudęis propinquioribus deducebatur, qui ei longe quam cæteri acrius efferati, & liuore impulsi aduersabantur. Erat ergo apostolus in ciuitatibus tutior? Minime. Num in eremo? neque hoc quidem loco. Hunc enim vel si e terris abscesserat, pericula maris excipiebant. Dn̄s vndiq; Paulo certamina proponebat.

Periculis in falsis fratribus. Hoc rursum aliud est tentationis genus quod sane dolore afficit acerbiori. Quandoquidem a fratribus, & nomine simulatis & fictis parantur insidiæ, id quidem & Dauid deplorat, cum inquit. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu autem homo vnanimis. Et alibi. Homo pacis meæ. p̄s. liiij. p̄s. xl.

C *In labore, in erumna, in uigilijs multis.* Haud satis erant apostolo, quæ ab externis inferebantur, quin sponte & ipse laboribus se & ęrumn̄is & vigilijs macerabat.

In fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter illa quæ extrinsecus sunt. Tanta perpessus terrarum orbis instructor, nondum erat vel necessarij victus copiam assecutus & vestium, sed nudus affligebatur, & decertabat famelicus. Maiorem preterea tentationum partem obmisit, quod vtique prętер illa quæ extrinsecus sunt inquit, prętendit. Quin potius neque ea quæ meminisset sigillatim expressit, sed illa resensuit: quorū numerus facile potest comprehendi. Quinquies dicens, & abundantius, & frequenter. Aduerte autem quemadmodum tot rebus aduersis cōnumeratis, numerum tamen eorum expressit, quos ad Christum conuerterat. Quod eo fecit, vt partim humilitatem seruaret, partim commonefaceret, vel si aliud nihil insudandi pro Christo præmij obueniret, sat tamen id forte mercedis. Paulus nudus et famelic⁹. Paulus nō expressit numerum eorū quos ad xp̄m conuerterat.

Instantia mea quotidiana. Hoc est, furibundus insultus: & insidiæ, quas aduersum me populi communi consensu diebus singulis parant.

Solicitudo omnium ecclesiarum. Id plane est omnium maximum. Nam & si ei, qui vel domus vnius curam susceperit, eius præsertim, quę seruos habeat & dispensatores multos, vix detur respirandi facultas: quidnam pati existimandum est animulam vnā tot cum periculis vniuerso terrarum orbi prospicientem, certantēque pro animarū salute,

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ne quis dixerit, suscepisse hunc quidem vel mũdi curam, sed simplicem quandam & admodum tenuem. Ostendit cuiusmodi illa sit cura per se suscepta. Neque enim tristitiæ particeps ego sum dixit, sed haud secus me habeo, ac si ipse ægrescerem, cum aliquem sentio esse infirmiorẽ, vel animi morbo, vel corporis laborare. Quis aũt, id est, siue egregius aliquis sit ille & ꝑpotẽs, siue vilis & tenuis. D

Quis scandalizatur, & ego non uror? Attende quemadmodum doloris exprimat magnitudinem. Vror enim, inquit, & ardeo, tametsi cum talia pateretur, lętitia gestiebat, haud quippe ignarus hæc se Christi ob gratiam perpeti. Infert itaque, cum quempiam

Psal. ix. suspecto, vel abiectioris forunæ virum offendi, incredibili dolore conficio. Dauid autem nobis demonstrat, quid illud scandalum pati significaret, cum inquit. Dum superbit impius, incenditur pauper, hoc est perturbatur animo pauper, conspicatus & opibus abundare indignos & efferri. Et quemadmodũ dixerat Paulus, quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic inquit, & si quis scandalizatur, & ipse hauddubie scandalizor, studeoque alienæ ægritudini medicari, haud secus ac meæ.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Infirmitatem persecutiones appellat: siquidem in fame ac flagris, & naufragio tolerandis, hominis arguitur imbecillitas. Nullam autem hoc loco signorum facit apostolus mentionem, quia dei munere singulari, non humana virtute hæc edebantur. Aduersa autem hęc dei nutu patiebatur, in quibus ferendis, summam eius tolerantiam demonstrabat.

Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Cum nusquam quæ superius dixerat, confirmasset: hæc præsentia, & quę subsequũtur, certiora reddit, & fide obfirmat. Quod eo facit, quia antiquiora sunt hæc & magis obscura, cum cætera essent his non ignota: quemadmodum & curam pro se suscepisset apostolus, & huiusmodi reliqua. E

Act. ix. *Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me cõpræhenderet.* Attende quale sit bellum. Quandoquidem Pauli gratia excubaret Damasci præpositus, & ciuitatem dispositis custodijs communiret. Neque enim talem se gereret gentilis huiusce pręses, nisi Pauli zelus omnia incendisset, Areta autem socer erat Herodis.

Areta socer herodis.

Et per fenestram in sporta demißus sum per murum, & sic effugi manus eius. Euasit quidem, vt domini legem adimpleret, qui etiam de loco in locum sæpe migrabat. Non eni par est, vt nos ipsi vltro tentationibus offeramus, quæ vbi defugi non possunt, dei opus est adiumento, ab eoque & expetenda est liberatio. Alioqui cum tentatio ipsa non vehemens nobis infertur, aliquid erit vel nostra industria excogitandũ, vt illa tollatur. Tametsi deo vel in tentatione huiusmodi rerum omnium summa sit permittenda, quemadmodum Paulus fecit, qui restis pręsidio fugę remedium adinuenit. Quamuis versari cum Christo concupisceret, & mortem subire, nihilominus, humanę salutis nimio detentus ardore: sese ad prędicandum seruabat.

CAPVT DVODECIMVM.

Paul. humanæ salutis ardore incẽsus, mortẽ fugiebat.

S*I gloriari oportet, non expedit quidem, ueniam aũt ad uisiões, & reuelationes domini.* Cum aliã glorię speciẽ transit, reuelationis videlicet, quę eũ conspicuum & clarũ effecerat, sic inquit. Haud quaq̃ mihi id expedit, ne me in elationẽ forte deducat. Quid autem dicet aliquis. Si nemini hęc patefeceris, num propterea non ea intelliges? Intelligam equidẽ inquit, sed non ęquo animo extollemur, si taciti abstrusa illa & arcana ꝑnoscimus, ac alijs palã fecerimus. Hęc aũt dicit, non vt ipse tale quid sit ꝑpessurus, sed nos vt castiget, & commonefaciat, vt eiusmodi dei arcana, & nobis credita silentio ꝑmere debeamus. Potest & aliter, expedit, illud ĩtelligi, videlicet: non enĩ est mihi in commodum id concessurũ, vt quis me maioris existimet: quã ipse me dixerĩ, quod in sequentibus explicabit. Enim uero pseudo apostoli illi qui nihil essent huiusmodi consecuti, multa ad populum concionantes iactabant. Paulus vero & si complura esset & visionũ & reuelationum dona iam nactus, vnã duntaxat & hanc quidẽ inuitus, reuelationẽ commemorat. Noueris autem reuelationem pluris esse, quam visio sit. Hęc nanque spectandam solum rem præbet. Illa vero profundiora enudat quam res ipsa sit visa. E

Reuelatio pluris est quã visio.

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim. Neq; omniũ meminit reuelationum. Nã cũ plurimę essent, molestior in his enarrãdis foret & grauis. Nec tamẽ vniuersa silẽ

A tio præterit, sed cæteris omissis, de sola & vnica disserit, vt ostendat vel hanc haud sponte se explicaturum. In Christo vero adiecit, ne obijcere falsi queant apostoli in Simonis morem Paulum a dæmonibus fuisse arreptum, & sublatũ in aera. Ne temere quidem huiusmodi rei haudquaquam tempus aliquod p̄finiuit, sed vt intelligas, qui quartum & decimum annum reticuisset, non sine causa, sed necessitate in præsenti impulsum, reuelationẽ hanc propalasse, & qui iam quartum & decimum annum tanta re fuerit a deo dignatus qualem nunc existimare debemus pro Christi nomine tandiu periclitatum?

Siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, raptũ huiusmodi usque ad tertium cælum. Vide quam modeste id dicat, vt iactantiã fugiat. Nescire nanque se ꝓfitetur, siue in corpore, siue extra corpus, quod raptum est fuerit. Tertium aũt cælũ dicit, quod a pĩcipio simul cum terra conditum fuit. Nam sacræ literæ primum cælum ęreum dicunt, vt volatilia cæli, & ros cęli, & secundum id cęlum firmamentum vocant. Psal. vij. Ge. xxvij. Gene. i.

Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio. Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. A tertio, inquit, cęlo in paradisum sum raptus. Sublatus est igitur in paradisum, ne in eo fruendo inferior cæteris apostolis esset, qui cum Christo iam versarentur. Paradisum pręterea dixit, quia loci huius celeberrima esset apud omnes iam fama, quem & latroni dominus in cruce pollicitus est. Arcana autem & quæ dici non possunt, audiuit, id est quę humana sapientibus, & Paradisi celebre nomen apostoli tp̄e.

B nihil in se habentibus spiritale: eloqui haudquaquam fas est. Hinc liquido patet, Apocalipsim eam, quæ vulgo Pauli dicitur, falso fuisse hoc titulo annotatam, quia narrari non poterant, quæ ille præuiderat. Atqui alium quendam paradisus sortitus est locum, & alium cælum. Anagogice tamen pares erunt, paradisus & cælum, vel forte dissimiles. Sumus tamen perpauca de his, quę cognitu sunt faciliora dicturi. Est itaque primum cęlum mortalitatis terminus quidam & diffinitio, cum quispiam suos composuerit mores. Hoc deinceps naturalis subsequitur ĩstitutio, hoc est secundum cęlum cum quis totius naturæ cognitionem, vt necessariã circunscripserit. Mox & Theologica quędam tertium cęlum pręrendit, cum aliquis desideratam earum rerum cognitionem, qui diuinæ sint, & homini incomprehensibiles, contemplando adeptus sit. Paulus itaq; in ea loca arreptus est, quę circa trinitatem sunt, & sublatus, hoc est omnia creata transcendens. Et neque in corpore quidem existens, quippe qui nihil pro corporis sensibus tunc factitaret, neque extra corpus, nam & interea cum sic raperetur, vel intellectus ipse in eo cesserat, ita vt nihil posset vera cognitione complecti. Vacat enim diuinis in rebus mens omnis humana, & penitus torpet, cum homo a deo fuerit arreptus, & ita vt ab eo educi necesse sit, & a corpore ipso efferri, & eiusdem ductu omnia operari. Vel alias in paradisum arripitur, quia in diuinitatis arcanis, & mysticis rebus versatus est. Quas, quia incognitæ sunt & inexplicabiles, nisi qui mortalem hanc & abiectam conditionem excesserit, assequi cognitione non poterit. Primũ cęlũ quid, quid secũdũ, quid tertium. Pauli rapt⁹ explicatio.

Pro huiusmodi gloriabor. Aduerte quã sit superbiæ omnis expers apostolus. Sic em̃ de se hoc disserit loco, quasi de alio narret. Inquit enim pro huiusmodi gloriabor.

C *Pro me autem nihil.* Nihil horum, si non cogeret frustra ac temere dicturus sum nec laudi id mihi adscribam.

Nisi in infirmitatibus meis. Hoc est in pressuris & persecutionibus.

Nam & si uoluero gloriari non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Quo pacto cum ducturus inferius sit, Insipientia est gloriari, nunc si gloriari valuero, non erit insipiens, inquit. Non enim hoc loco, ne insipiens sit, iactantiæ gratia dicit sed ne mendacij arguatur. Adiecit nanque, veritatem dicam. Igitur tanquam veridicus, nil ero insipiens.

Parco autem, ne quis me existimet supra id quod uidetur in me, aut audit aliquid ex me. Eam pręcipue ob causam Paulus obticebat, ne homines se in deum referrent, eoque perpetuo de seipso silentio vtebatur. Et si quando dicere quispiam cogebatur, obscure tamen & adũbrate verba iactabat, ne maius aliquid de se homines opinarentur. Neque enim dixit, ne quis de me loquatur, sed ne quis cogitet, ꝙ pręter meam sit dignitatem. Nam si tauros illi immolare, & pro deo colere, signorum stupore contenderant, quid ei bonorum deferre intermisissent, si & reuelationes quas habuit, reddidisset?

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ ut me colaphizet. Angelum satanæ & stimulum nonnulli capitis dolorem, quo Paulus angeretur, existimabant perinde ac a diabolo illatum, quod absit. Nõ eni Pauli corpus diabolo traditum est diuexandum. Quandoquidem Paulus illi quæ vellet, iniungeret, actu. xiiij.

& sæpe terminos præfiniret. Tum maxime, cum fornicantem quempiam ei in carnis pernicicm demandasset, neque per se ille impositas metas excessit. Quid igitur Satan designat? Nimirum Hebræa aduersarium lingua. Angeli ergo Satanæ, hi hauddubie omnes fuerunt qui Paulo aduersabantur, faber videlicet Alexāder ille, Hymenęusque & Philippus, ac cæteri qui huic & pressuras iniecerant, & praua satanæ opera exequebantur. Inquit igitur. Nequaquam permisit deus, meum hoc prædicandi munus sine periculis & labore proficere, ne ipse extollar, qui multis sim reuelationibus ab eo dignatus. Verum cur non angeli satanæ sunt dati, sed angelus? Forte quia pro loco vnus aliquis reperiebatur, qui Paulum diuexaret, concitaretque forsan & populum eundēque ducem reliqui sequerentur. Vel quod satius est, Veneris incitamenta, quibus maxime vrgebatur, his verbis expressit. Vel quæ prædicanti sibi imminerent pericula, vel quod sibi obsisterēt homines dixit. Verum a quo datus sit stimulus ille, si quæras. A deo certe, cuius permissu Satan hæc audebat. Id nanque cum datus est, inquit demonstrat. Neque vt semel, sed vt continue me colaphizet, atque diuerberet, traditus est. Illud autem ne extollar, nonnulli ita se interpretantur, hoc est ne magni ab hominibus fiam. Nec tamen id hoc loco sentit apostolus, tametsi hoc ipsum superius dixit, sed id pręcipue, ne ipse efferar, inquit, & insolescam. Erat quippe & ipse humanus.

i.cor.v. — Pauli corpus a dæmone nō diuexabatur. — ij.Ti.xiiij — Angeli satanæ. — Paulus veneris stimulis vexatus.

Propter quòd ter dominum rogaui ut discederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Ter hoc est sæpius rogaui, quod plane eius pfert humilitatē. Fatetur nāque nequāq̄ se aduersariorū diuexationes & insidias potuisse perferre, quæ vt ab se tollerentur, orabat. Dixit aūt mihi. Sufficit tibi gratia mea, hoc est sat habeas velim, quia & mortuos tibi suscitandi, & potestatibus cūctis imperandi, contulerim gratiā. Nolim igitur id vltra efflagites, vt tua expers discriminis sit prædicatio. Id nanque tibi superuacaneū foret, qui qđ satis est iandudū acceperis. Vel aliter. Et si permiserim te diuexari, adsum tamen & tueor.

Nam uirtus in infirmitate perficitur. Velut dicat, id forsitan doles o Paule, ne me illud impotentię arguat, quia verbis tibi & maledictis insidientur plerique. Confide tamen. Nam tunc maxime perfectior mea patebit potentia, cum illorum euexeris pertinaciam, qui te insectantur. Aduerte autem quemadmodum deus ipse tentationibus sinit nos tradi, ne quouis modo insolescamus. Vel aliter. Deus videlicet tunc eius virtutem perfectiorem, inquit, esse iam nactam, quando infirmitate, hoc est in persecutionibus, & periculis, eius sectatores affligtabuntur.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Postq̄, inquit, ipse animaduerti, dei virtutē iri in infirmitate perfectū, gloriabor ergo in īfirmitatibus meis. Hę nanque quo affluent magis, eo mihi dei virtutem allaturæ vberius sunt. Nolite ergo existimare quasi dolēs quęrat stimulū hunc mihi fuisse iniectū, sed lætior potius & iactabundus id dixerī. Quippe qui maiorē in se dei virtutē ītētioribus p̄ssuris cōciuerit.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cupiebam equidem, inquit, a grauioribus hisce & minus gratis liber euadere, sed postq̄ ea accepi, vt intellexi quę meis his auribus hausi glorior plane & mihi placeo, hoc est incredibili iocunditate afficior, & in infirmitatibus ipsis oblector & malis. Moxque ne corporis morbum infirmitatē intelligas, contumelias dixit, & huiusmodi alia. Ex his prætereа pseudo apostolos illos vituperat, qui sese vt deo ęquales de prauis quibusdam & peruersis actionibus iactitarent, & discipulos suos hortatur, ne quoquam modo hos pudeat sui, sed honori potius & gloriæ ducant. Quandoquidē, p dei nutu hęc in se fiant, & pro Christo sint obeunda discrimina.

Paul⁹ gloriatur ī infirmitatibus.

Cum enim infirmor, tunc fortior sum. Quid īquit, miraris, si dei virtus vel aduersantibus vniuersis patescat? Nam & ipse tunc fortior sum, cum magis diuexor, & de Iob gratiam hanc adeptus sum fortitudinem, quæ laboranti mihi pręsto est semper & maximum in modum opitulatur. Nam cum in carcerem esset ille coniectus, qui se asseruaret, ad fidē instruxit. Cum naufragium fecit, barbaros insulę accolas, ad quam adnatauit, in sui admirationem conuertit. Iudicem pretera cum illis vinctus assisteret, & accusatores simul peruicit. Cum demum infirmaretur, hoc est cum periculis agitaretur, & affligtaretur p̄ssuris, tunc robustior erat, & animo fortiori omnia tolerabat.

Actu.xvi

Factus sum insipiens, uos me coegistis. Iterato excusat iactantiam. Superius quidem insipientem me dixerat tanquam insipientia excepistis, nunc vero tanq̄ non animi cōpos, insipientem aperte se nuncupat. Et quoniā quæ voluerat comparauit, fidentius tandem dānat iactantię vitiū. Instituens, nil vnq̄ esse cuiquam gloriādum, ni cogat necessitas qua

cum & ipse iam vrgeretur, insipientem se dicit, perinde ac si inquiat. Vos me ad id com A pulistis. Nam cum vestræ salutis curam susceperim, & fallaces apostolos conspirarer, sua iactantes vos ad se applicando corrupisse, ad meam gloriam his verbis vterer fuit necesse. Hac agitur de causa satius duxi, vel aliquid ipse vestræ salutis gratia de me gloriari. Nu nquã glo riãdũ ni cogat necessitas

Ego enim à uobis debui commendari. Decuit, inquit, vos potius prædicasse res a me gestas, & laudibus extulisse, quod tamen haudquaquam egistis. Sed quia illis potius adhærentes corrupti iam estis & inquinati, eiusmodi sum ob vestram salutem locutus.

Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum apostoli, tametsi nihil sunt. Superius quasi subdubitans dixit, existimo me nihil esse inferiorem Apostolis ipsis cęteris idipsum nũc fidentius inquiens repetit. Nihil enim minus feci, hoc est haudquaquam inferior sum, vel pro fide minora gessi magnis apostolis, qui Petri tempore extitere. Nihil sum tamẽ vel hoc loco innatæ humilitatis oblitus, & si nihil sum, dixit. Aduerte autem hominis sapientiã. Nam nõ solum nil amplius se cum falsis apostolis confert, sed ne illos quidem vllius esse momenti dicit, & parem se veris apostolis adstruit, vtpote qui longe alios antecedat. Proinde in veros apostolos contumeliosos esse Corinthios arguit, siquidem se qui sit illis ęquendus, falsis dicant inferiorem.

Signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos. Equidẽ, ĩquit, & si nihil sum, haud tñ per vos id debet aduerti, sed illud potius q̃admodũ. s. nihil sit per me intermissum, q̃ apostolum exprimat, formetq;. Et vos mihi testimonio eritis, vt cuncta sim executus.

B *In omni patientia.* Prior apostoli forma, tolerantia, est & omnia vt ferat viriliter. Aduerti viri modestiã. Quot enim discrimina, quot bella domi sibi & foris illata, tam breui designans oratione, pręteriẏt? Quin etiam quod eius fuerat virtute effectum, patientiam dico vnico verbo expressit. At quæ ad signa & miracula ptinent, quia nõ suæ erant industrię sed gratiæ diuinę & muneris, pluribus explicauit. Sicuti in subsequentibus audies. i. co. xiiẏ.

Signis, & prodigijs, & uirtutibus. Quid a prodigio differat signum, dictum est supra. Et ne quis forte existimet, vt libentius sua impartirentur Corinthiẏ, hęc dicta fuisse, & virtutibus addidit. Quibus liquido speciem quandam prætulit castigandi, ẏsdem virtutibus in mortuos, cęcosque & dæmones correptos vsus est Paulus, quos omnes maximis affectos beneficiẏs charitate prosequebatur. Nec secus ac qui castigati contentiores sunt redditi, qualis Elymas fuit. Actu. xiiẏ Elymas.

Quid est enim quòd minus habuistis præ cæteris ecclesijs? Ne quis dicat. Magni sane Paulus est, aliqui haudquaquam tanta id gessit, quanta in aliẏs ecclesiẏs cæteri apostoli factitarũt. Ita quidem. Quid enim minus præ cęteris ecclesiẏs habuistis, hoc est num minorem estis præ cæteris gratiam assecuti?

Nisi quòd ego ipse non grauaui uos, donate mihi hanc iniuriam. Acerrime eos obiurgat, sic inquiens. Si eius me rei insimulatis, quia nulli vobis oneri fuerim, sed gratis euangeliũ p̃dicarim, veniã postulo. Id si quid est criminis, dono date, simul & illorũ laudes explicãtur his dictis. Siquidẽ ideo iniuriã sibi ĩferri a Paulo autũnat, quia nihil ab se dignetẽ accipe.

Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, & non ero grauis nobis, non enim quæro quæ uestra sunt,
C *sed uos.* Ne videatur idipsum sæpe proferre, tanquam de cætero sit ab his quippiam accepturus, sic inquit. Neque em̃ quia nihil accipiam, idcirco neque ad vos proficiscor, quin bis ad vos cõmigrem, & tertio me paro iturum. Neque grauabo vos, non quia vel sitis tribuendo offensi, vel opibus nil valeatis, sed quoniam non vestra a vobis deposco hoc est pecunias, & fortunæ bona. Sed vos, hoc est animæ vestrę salutem.

Nec enim debent filij parentibus thesaurizare sed parentes filijs. Qm̃ non iniuria obẏci hoc loco id posset, neque ergo nobis fas est nostris potiri, & frui rebus, quandoquidẽ nõ æquo sis erga nos animo. Propterea his occurit apostolus, dicens. Parentes debere liberis suis thesauros comparare, p̃ceptorũ & auditorum substituens loco, genitoris loco se ducat, & hos in filios habeat, quibus prospicere potius quã quicquid adimere sit necesse.

Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ipse, pro animabus uestris. Ipse, inquit, nõ solum a vobis nihil accipiam, sed dono sum potius & gratis daturus. Id enim prætendit cũ impendam dicit. Verum quid dixerim pecunias me impensurum; quinimo ego ipse impendar. Hoc est, si vel caro hæc mea sit pro vestra impendenda salute, nil parcam.

Licet plus uos diligens minus diligar. Hæc & criminantis sunt, & amantis dicta. Dicit em̃, Hęc quidem eorum gratia fecerim, quos ipse prosequor beneuolentia, non qui ęque amori respondeant meo. Vide quod modis hos vrgeat. Primũ, quia nihil accipet, quod iure capere poterat, & quia necessarẏs rebus careret, gratisque & his euãgeliũ prædicaret, ac

largiretur potius quam acciperet. Nec simpliciter quidem & parce, sed abunde & liberaliter. Quodque permaximum est, seipsum & dedat colatque qui & se minus ament. D

Sed esto, Ego uos non grauaui, sed cum eßem astutus, dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad uos, circunueni uos? Quod, inquit, tale est. A vobis equidem nihil ad auaritiam flagitando exegi, tametsi forsitan aliquis suspicetur, calliditate me quadam, & astutia potius, nil a vobis accipere destinasse, sed meos ad vos transmisisse, qui aliquid a vobis efflagitarent. Ea arte, vt vel accipiens nihil videat accepisse, quod sane est a vero penitus alienum. Velim ita consideretis, vtrum ita se habeat res necne. Carpit preterea Corinthios ipsos, vituperatque, tanquam animo iniquo aliquid colaturos, existumantesq; ab se extorqueri quicquid in præceptoris alimoniam erogassent.

Nihil neq; Paulus accipiebat neque suos accipere volebat.

Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem, nunquid Titus uos circumuenit? Vel id quidem ad horum contumeliam infert. Non enim misi, inquit, sed rogaui. Arguens merito hunc accepisse, si quid acceperit. Rogatus nanque ad vos concessit, tametsi apud vos vestrarum rerum immunis permanserit. Erat autem Lucas quem dicit Tito in comitem transmisisse.

Lucas Tito comes addit[9] ab apostolis.

Nonne eodem spiritu ambulauimus. Hoc est, nũ eadem spiritali gratia ipsi incessimus? Gratiam enim appellat abstinentiam ipsam, quia ab his quo minus acciperet quippiam, abstinuerit. Quod & si eius sit virtute effectum, deo tamen adscribit id gratiæ.

Nonne eisdem uestigijs. Neque vel paululum, inquit, a meo hoc instituto decessit. Et non solum ipse id egi, sed mei insuper sectatores acerrime mea sunt sectati vestigia. Atqui non modo seipsum his legibus Paulus castigabat, quin & qui secum essent, instituebat, ne quo vel iustiori loco inquinarentur. E

Olim putatis quòd excusemus nos apud uos. Coram deo in Christo loquimur. Veritus ne assentatoris fungi officio videretur, sic inquit. Nequaquam ad gratiam vobis hæc loquimur, tanquam excusatione vtentes, sed perinde ac deo spectante, & in CHRISTO loquimur, hoc est per Christum ita enunciamus. Quo fit vt ea narremus quę facta iam sint, & deo ipsi præcognita, vt non me apud vos laudem quod sane & in ipso epistolæ exordio dixerat.

Omnia autem charißimi propter ædificationem uestram. Neque enim, inquit, eam hæc ob causam egerim, vel a vobis nil prorsus ea ratione accepi, quia infirmiores vos sitis & imbecilles. Horum nanque animos offendisset, sed ædificandi vos gratia & nihil accepi, ne vos obturbarem, sed iuuarem potius & prodessem.

Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ipse inueniar à uobis qualẽ non uultis. Vides Pauli diligentissimam curam, & prouidentiam spiritalem. Delinquentibus alijs, ipse formidine angebatur. Neque peccantes cõdemnat, sed quasi anceps & dubius, inquit, ne veniens vos forte deprehendam, quales non velim hoc est corruptos & deprauatos. Deprẽhendatq; item & ipse qualẽ non vultis. i. castigator & pœnarũ ingestor.

Ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dißentiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos. Debuerat priori loco inflationes ponere, sed cauens ne sua videretur expostulare & quærere, quippe quia in se Corinthij superbirent, prius qđ cõmune est differit. Ab æmulatione nanque & detractionibus, vitia istiusmodi cætera oriuntur ab hisq; & cõtra ęmulatio incẽdebatur. Susurrationẽ aũt, criminationẽ dicit. Inflationes vero supbos quosdã & tumidos mores, vel cũ in naturã vertitur aĩ tumor. Cum itaq; in Paulum insolentiores essent Corinthij, falsos apostolos efferebant, & honore ꝓsequebãt. F

Ne iterum cum uenero, humiliter me deus apud uos. Hoc est, Satis sint: quæ antehac admisistis. Vereor equidem ne ad vos cum venerim profectus, vobis cogar vti seuerius. Pœnis nanque quibus illorum nonnullos esset acrius affecturus, humilitatem appellat: tametsi castigari a Paulo plerique gloriæ ducerent: non enim dixit, ne humilis reddat, sed ne humiliet deus arguens vel dei ob gratiam id se facturum: cuius imperio pareat, sit necesse vt se erga hos prębeat duriorem. Cum vero deus meus, inquit, ardentissimum suum in deum patefacit amorem.

Pauli sũma clemẽtia,
Pertinaces in vulnere plorandi.

Et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super imunditia & fornicatione, & ipudicitia quã gesserunt. Aduerte Pauli clementiã & charitatẽ immensam. Deplorat em̃ & luget peccãtes. Neq; oẽs dixit, sed multos. Nec peccatores simpliciter, sed pœnitentiã non agentes. Sunt nanque istiusmõi non iniuria deplorandi, qui sunt in vulnere accepto ptinaces. Neq; hoc p̃terea patefacit, vt eis facilẽ tribuat ad pœnitentiã reditum cui[9], eo cõmeminit, vt hãc statĩ arripiant: neue ad eos ꝓficisci cogatur, & pœnis afficere, vel inuitus. Id nanque cum lugeam (inquit) prætendit, hoc est mœrore summo affi-

A ciar vos castigando. Immunditiam vero pro quouis scelerum intelliges genere, quæ vel singula per se & priuatim immundos reddunt: vel inexplicabilia quæque facinora, quæ in ipso concubitu admittuntur. Neque vnus aliquis erat qui fornicando deliquerat, sed multi & varijs ac detestabilibus impudicitiæ modis.

CAPVT DECIMVM TERTIVM

Ecce tertio hoc uenio ad uos, in ore duorũ uel trium testium stabit omne uerbum. Quemadmodum deus multa ante suplicium cõminatur, sic eius imitator apostolus multa testatur, subditque. Vt enim ex scripto constat, in duorum triumve ore, hoc est testimonio, oẽ verbum statutũ. i. omne quod ambiguũ est, confirmatum iri, sic & in tertio meo aduentu, quodcũq; sum comminatus, stabit & aduersum vos cõfirmabitur, nisi vos pœniteat cõmissorum. Pro testibus aũt suam posuit frequentẽ ad eos ꝓfectionem. Deu. xvij Ma. xviij Ioan. viij. Heb. x.

Prædixi enim & prædico, ut præsens uobis, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris oĩbus. Quoniam si venero iterum, non parcam. Et prædixi, inquit, & rursum prædico. Nam q̃admodũ cum secũdo me ad vos contulissem, sum hæc præsens pręfatus, ita & in præsenti per meas has literas proclamans denuncio his, qui pręteritis sunt peccatis obstricti, tanquam correctione indigentibus. Cęteris vero perinde ac testibus. Quod si postliminio ad vos concessero, non pœnis afficiam dixit, sed non equidem parcam, mitiori vsus, & q̃ patrem deceat, verbo. Si itaque inemendatos deprehendam, hauquaquam vltra, quæ vos manent tormenta distulerim. *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Paul⁹ minatur Corinthijs.

B Indignabundus sane & ira succensus, eos alloquitur, qui se vt imbecillum & contemptibilem aspernarentur. Perinde ac si dicat. Quoniam periclitari iam vultis, vtrum in me Christus inhabitet, & idcirco me vt infirmum & destitutum a Christo vulgo iactatis, intelligetis plane, si incorrecti estis adhuc permansuri, nec ne. Ostendit insuper spiritalia esse quę dicat, eoque & formidanda quæ comminetur, vt tanquam Christi sint dicta quæ loquitur. Nec propterea hos castigabat, tanquam experimentum his allaturus, sed quia insanabiliter illi deliquerant. Si itaque vobis, inquit, pœnas cogar, & tormenta ingerere, re ipsa quod quæris experimentum intelligetis.

Qui in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis. Cur in vobis adiecit, cũ constet Christum omnibus esse in rebus potentissimũ? Quia par erat hos diuinã in se potentiam experiri. Ait itaque. Vel ab his, quę iam ipsis experimentis ꝓfecto cognoscitis liquet, quia in vobis infirmior Christus, quem iam accepistis, sed potens & validus. Vel quia in hac vita cum liceat vobis errata corrigere, suas in vos vires ostẽdit, vrgetq; in pręsenti & vexat, vt in futurum venia donet. In infideles vero vim suam omnem est effusurus, cum iudicaturus adueniet. Significat præterea quemadmodum & ipse sit delinquentes supplicijs affecturus, quę alioqui non ab se, sed à Christo domino inferentur.

Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Et si his dictis perturbẽtur plerique existimantes præ infirmitate, hoc est impotentia, Christum cruci fuisse affixum notificant tamen & corporis esse infirmitatem, & mentis. Et hac quidem multos egresse re, quorum fides & putris est & infirmior, vt alibi Paulus, qui fide infirmantur suscipi- Ro. xiiij Sup. xij.

C te. Porro insidię, discrimina, & ignominiæ, infirmitatis hoc nomine designãtur, vt illud. Delector in infirmitatibus meis, & eiusmodi reliqua. Secundum igitur postremam hanc infirmitatis significantiam, præ infirmitate dominus fuit in crucem sublatus, perpessus insidias discrimen & ignominiam. Hæc nanque videntur præ imbecillitate inferri & impotentia. Vt eñ stultitiã Paulus ꝑdicationẽ appellat, nõ q̃ ita se habeat, sed quia id incre duli opinẽtur & infideles opinarentur nõ q̃d vlla illi inesset infirmitas. Viuit aũt ex dei virtute, hoc est patris vel sua. Sunt enim filio quæ & patris communis, & patri quæ filij, quo fit, vt vna vtrisque qui vnum sunt, & eadem virtus. Quin potius filius patris est virtus, ergo & filius semet suscitauit, vt dixerat. Soluite templum hoc, & triduo suscitabo illud. Hæc omnia eo intulit Paulus, vt Corinthios pertinaciæ & insolentiæ admoneret, quod se paruifacerent, perinde ac si persecutionibus & insidijs agitatum, existimarentq; ex impotentia quadam eum hæc perpeti. Ostendit itaque & dominum nihil noxium fuisse ex eiusmodi infirmitate perpessum. Stultitiã Paul⁹ appellat prędicationẽ

Nam & si nos infirmi sumus cum illo, sed uiuimus cum eo ex uirtute dei in uobis. Hoc est persecutionibus premimur & afflictamur. Hęc quidem infirmitatis videntur plerisque indicia. In ipso, hoc est in ipsius gratia, & sui nominis prędicatione. Sed quemadmodum illi nihil insidiæ obfuere, ita & nos inoffensi manebimus. Neque id solum, quin cum eo simul victuri sumus, hoc est, insuperabiles deprehendemur in vobis, hoc est, Filius virtus patris est.

ad veſtram vtilitatē. Perinde ac ſi Iudęos perterrefaciens dicat. Et ſi vobis videmu
infirmiores, in vobis tamen nos viuimus. Id eſt ſi nihil in melius profeceritis emer
erimus ad vos caſtigandos ſuperſtites. *Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi uos probate*
At quid de me dixerim quia in me loquitur Chriſtus? vtique & ſi poteſtas ſit mihi &
affligendi, cruci tamen affixum ſectatus, nihil veſtra diſquiro, & ſi voſipſi velitis di
ti cura rimari, & veſtra facta expenderem Chriſtum in vobis ſpectabitis, ſi fidē eſtis
fectiorem adepti. Vel ſi id minus, ſimplicem tamen aliquam eritis & tenuem conſec
Credentes nanq; tunc temporis miracula factitabant. Vel fidem ſignorum dicit, qu
magis ſinguli vendicabant. Fit itaque, vt ſi in vobis diſcipulis adſtruatur Chriſtus in
ſe, longe magis & in me præceptore eſt permanſurus.

An non cognoſcitis uoſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in uobis eſt, niſi forte reprobi eſtis. Hoc eſt,
forte ex ſignorū gratia excidiſtis, q̃ olim exceperatis. Arguit aūt ipſos corruptos e
his vitæ bonis. Nā etſi pleriq; fidē haberent, perdere tñ miranda non poterant. Vtpo
qui vita eſſent, & moribus deprauati. Inqt igitur, Vti perſpicuū eſt nullā habetis veſtr
cognitionē, neq; ꝙ in vobis ſit xp̃s ſentitis. Nec manet qdē ille ī vobis, qui reprobi vita
eſtis. Nec tñ iſtorū aperuit ſcelera, ne eos īceſſeret acrius, ſed poſuit quod dixit ābiguū.

Spero autem quod cognoſcetis, quia nos ſumus reprobi. Ingentes vel hinc comminationes ī-
pendent. Quoniam, inquit, experimentum vultis ex veſtris pœnis accipere, ſpero equi-
dem nec ingenium defuturum, quominus me non reprobum eſſe apud vos patefaciam,
nec ex ſignorum & virtutis gratia decidiſſe. Vel aliter. Non enim ipſi in vita ſumus cor
ruptiores, vt a nobis defugiat Chriſtus, ſed vitę ob probitatem hic apud nos habitat, &
qui inter vos contumaces ſunt, tormentis afficiet.

*Oramus autem deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, ſed ut uos quòd bonum
eſt faciatis.* Attēde Pauli in eos charitatem. Contemptui apud eos erat, & contumeliis
inceſſabātur, tanq̃ nullius eſſet momenti vir, & nihil virtute, ſed epiſtolis niteretur ia-
ctabundus & inſolens. Nunc vero non ſolum differt illorum debitas ſceleribus pœnas,
quin & precibus poſtulat, vt nil vnquam delinquant, ne ipſe e meritis inferre pœnas co-
gatur. Non enim ſtudeo, inquit, vt videar probus, ob idque & alios caſtigandi | aſſequar
facultatē, ſed vt ipſi q̃ recta ſunt cōtinentes agatis. Vtiq; & ſi in aliqđ fueritis crimē p-
lapſi, vos eius pœniteat: & ego vt reprobus ſim, hoc eſt vt videar multis infirmus & im
potens, vtpote qui nullam in vos animaduertendi occaſionem inuenerim. Neque enim
vero reprobus futurus erat apoſtolus, ſed probus & innocens eſſe comperiebatur. Nam
ſic diſcipulos ad fidem erudiebat, vt a prauis omnino abſtinerent facinoribus, hortare
tur. Sed ideo vt reprobus ego ſim, dixit, quia iſtiuſmodi eſſe hunc illi exiſtimarent.

Non poßumus enim aliquid aduerſus ueritatem. Ne ad gratiam videatur hæc loqui, ſic in
quit. Mente placatiori id equidem exequar, non ſuperba & inſolenti. Nam ſi imparatos
vos eſſe deprehendero, & nil communitos, ſed obnoxios crimini, & ſi haudquaquam no
bis ſatis viriū ad vos caſtigandum ſuppeteret, vel id aggredientibus nobis, opem allatu
rus eſt deus. Hanc em̄ ille nobis contulit facultatē vt verā feramus ſententiam, & verita
ti nil aduerſantem. Is enim pro veritate ſententiam tulerit, qui ſontem & noxium tormē
tis affligit. Veritatem vero aduerſus ille decernit, qui nil delinquentem afficit pœnis. F

Veritati aduerſantur qui delinquētes pœnis nō afficiunt.

Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, uos autem potentes eſtis. Iterato oſtendit ſe Co-
rinthiis eſſe animo coniunctiſſimum, inquit enim. Nequaquam ęſtimatis, quia vel ſi nul
lis ſitis peccatis obſtricti, eo me non poſſe quid valeam virtute oſtendere. Ergo id doles,
dicet aliquis. Nequaquam, quippe qui maxime lętor cum infirmior ſum, hoc eſt inuali-
dus & infirmus exiſtimor, quia nihil virium valeam alios caſtigando præferre. Vos ve-
ro ſitis potentiores, hoc eſt virtutibus præditi, & quouis crimine vacui.

Hoc & oramus ueſtram conſummationem. Non modo, inquit, id velim, quin & votis nitor
& precibus, vt innocentes voſipſi & perfectos exhibeatis, & ita vt nullam cuiquam detis
vos incuſandi occaſionem. Conſummationem autem perfectionem dicit.

*Ideo hæc abſens ſcribo, ut non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quam dominus dedit mihi in
ædificationem & non in deſtructionem.* Poſtquam hos plurimum comminando iam per
culit, excuſans inquit, ideo ad vos iſtiuſmodi vel abſens ſcribo, quia mallem ſolis literis
hanc meam terminatum iri duritiem: non re perferri. Nam ſi nondum edomitos vos ip-
ſe & emēdatos comperero: acrioribus neceſſe erit vos pœnis afficiam, quandoquidē pote
ſtatem hanc mihi contulit dominus. Quibus ex dictis oſtendit ſuo noxios interuentu do
minum cruciare. Arguens autem ſe nil concupiſcere in eorum tormentū, iſtiuſmodi vti

Pauli ſeueritas in caſtigando.

A licentia, non in destructionem, sed in ędificationem adiecit: velut dicat. Dominus quidem in primis haudquaquam vult vel destruere, vel tormentis quempiam diuexare, sed ędificare, hoc est afficere beneficiis. Alioqui his qui corrigi nequeunt, si exitium inferatur, ædificationis loco habendum est.

De cætero fratres gaudete. Ipse, inquit, peregi q̄ mea intersunt reliquū est, vt & vos cōferatis q̄ vestra sunt. Videlicet vt correpti, & emēdati ex recti cōscientia, vobis lætitiam cōparetis, nequaquā proculdubio desiturā, tametsi iniucunda & tristia vobis disserui.

Perfecti estote. Hoc est perfectionem assequamini, cū ea q̄ recta sunt, sentiēdo, & dogmata veriora sectādo, tū vita & moribus vosmet extollendo, q̄ vobis desunt, supplete.

Exhortamini. Cum plurimæ essent tentationes & pericula, exhortamini, inquit, hoc est & propria & mutua quadam exhortatione ad meliora nitamini. Apprime enim recti conscientia consolari nos solet. Recti conscientia nos solat.

Idipsum sapite, pacem habete. Vel id quidem in priori epistola ab his exegit apostolus, cum factionibus illi intenderent. Est autem idipsum sapere, idē de fide: & dogmatibus ipsis sentire. Habere autem pacem: mutua se charitate complecti. Vtrunq; itaque a Corinthiis ipsis deposcit.

Et deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Non solum commonefacientis officio fungitur, sed comprecantis, tametque nihil hoc loco his videatur precari, sed prædicere quæ de-
B inceps futura sint, videlicet. Si vos pace vtemini, vobis affuturus est deus. Dilectionis autem hic dicitur, vel quia charitatis fons sit & origo, vel quia immensam erga nos quandam præ se ferat beneuolentiam. Vel quia vbicunque fuerit amoris coniunctio, ibidem & deus adsit, necesse est & charitatis huiusce tenere appareat principatū. Pacis autē dicitur deus, & quia ex ea ortum pax habeat, & quia cœlestia & terrena pacauit, tū quia eam dominationis iure possideat.

Salutate inuicem in osculo sancto. Non ficto & subdolo, vt Iudas est Christum deosculatus. Idcirco enim osculum exhibemus, vt maiorem in modum accendamus beneuolentiam, quandoquidem præ cæteris membris, os ipsum deuincit animos. Quinetiam domū peregre redeuntes, vt animorum præferamus coniunctionem, ore osculamur. Vel aliter. Cum enim dei nos templum præferimus, os equidem quod huius templi vestibulum deosculamur. Per id ipsum præterea & CHRISTVS ingreditur, cum sacrosanctum sumimus corpus. Deus pacis cur. Ma. xxvi Mar. xiiii Lu. xxii.

Salutant vos sancti omnes. Præsentes quidem osculum absentes vero appellatione, & scriptis impartita salute facit coniunctiores, quin hos etiam ipsum os copulat. Ab ore nanque & salutatio profluit.

Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus nobis, Amen. Postquam vniuersos charitate, osculo, & salutandi officio copulauit, comprecatur & his pro sua consuetudine filij gratiam, quo nullis operibus, sed sua sola benignitate, morte addita, nos saluos effecerit, & patris præterea charitate donarit, qua nos ille enixe adeo complexus est, vt nostri gratia traderet vnigenitum. Nec secum quam a
C quopiam huiusmodi rogaretur apostolus, vnde ergo filij gratia procedit? Sic ait, Nēpe ex patris charitate. At quid ille peregit? Certe spiritus sancti communicationem, hoc est ipsius spiritus quo sumus sanctitatem adepti, participationem, & haustum. Ob paracleti in nobis aduentum, illius effecti participes, quem spiritum & nosipsi participando proferimus. Vbinam gentium sunt, qui eo esse spiritum negant, quia hunc in epistolarum suarum primordiis nusquam expresserit Paulus? Sed ecce iam nunc apertissime spiritum nominauit, & trinitas tibi ex eo integro numero redditur & explicatur. Perquam velim equidem, vt decreta ipsa seruātes, percepta firmius veritate, degentesque sine corruptione & labe, vita nosipsos tutatum iri, vt in vero simus perfectiores, & vtrinque recte nobiscum agatur, & perspicuum sit, perfecte in trinitate dei perfectos nos seruos esse, cui gloria in secula seculorum, Amen. Paulus spiritū sctm adstruit non autē negat.

* Missa fuit e Philippis per Titum & Lucam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD GALATAS.

Galatæ sunt Græci. Hi uerbum ueritatis primum ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius, tētati sunt à falsis apostolis, ut in legem & in circuncisionem uerterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem ueritatis, scribens eis ab Epheso.

Theophylacti in Pauli ad G

LATAS EPISTOLAM, PROLOGVS.

Mat.xvi. Luc.xiiij. i.cor.v. ij.co.xi.& xix. Austera Pauli ad Galatas epistola. Neomeniarũ & sabbatorum obseruatio. Actu.xvi

PAVLI epistola hæc à principio ferè ad calcẽ usque, animi cõmotione, & ira opplet
Qui enim se in discipulos, castigatione indigentes, supra quam ratio postulat indu
tiorem & mitem præstiterit, haud sane præceptoris boni officium explet. Nam &
nus Petrum cum beatum pronunciaßet, mox & obiurgat, & discipulos stultitiæ arg
Ad alios item Paulus scribens seueritatem sectatur, uti & in Corinthios egit, & n
in Galatas præcipua utitur austeritate. Causa autem cur ad hos scriberet, huiusmodi
it. Cum ex Iudæis qui credidissent, quia adhuc à patrijs institutis penderent & instruere alios cuperent p
suadebant Galatis circuncidendos esse credentes, obseruarique & sabbata, & neomenias oportere. Aßer
tes, nec qui apud Petrum essent apostolos, hæc prohibere. Et sane nil prohibebant, non quòd ita faciendum d
cernerent, sed ut illorum condescenderent infirmitati, qui nuper & fidem excepißent & quibus ipsi euangel
uin prædicarent. Paulo autem qui gentes prædicando ad fidem formaret, nequaquam erat neceße, ut huius
modi indulgentia uteretur, sed hanc ut opportunum erat, de se præstabat. Nam & Timotheum circuncidit,
& ipse pro lege purgatus est. Seductores tamen illi, cum causas nullas proferrent, cur Petrus, & qui cum
eo essent id agerent, imperfectioribus circunuentis, id quidem Paulum carpendo iactitabant. Quod alias sci
licet circuncisionem permitteret, & alias tolleret, uarieq; item & inconstanter alia atque alia prædica
ret, nec ullam eße illi fidem præstandam, qui nec Christum uiderit, nec Christi fuerit, sed apostolorum diuer
sarentur, & proprijs oculis Christum spectaßent. His itaque commotus apostolus, componit epistolã. Et pri
mum quidem ad ea ingenij ures intendit, quibus illi suam conscientiam offendebant, asserentes alios quidem
Christi esse, se uero apostoloirum discipulum, unde hunc in modum orditur.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS apostolus, non ab hominibus, neque per hominem. Confutat
initio statim sese non hominum esse discipulum, quod illi ob
iecerant. Neque enim ab hominibus, sed superne est & cœli
tus euocatus. Neque per hominem, sed per Christum. Quem
& si homo quidam baptismi aqua abluerit, non tamen prior
vocauit, sed e cælo Christus exciuit. Quæret aliquis. Cur non
Paulus dixit, vocatus apostolus, sed apostolus dũtaxat? Quo
niam erat apud omnes iam sermo vulgatior, fuisse hunc per
homines in apostolum cõfirmatum. Id itaque nequaquam se
ita habere contradicendo Paulus obluctatur & negat.

Act. xiij *Sed per Iesum Christum, & patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* Designant hauddubie apo
stolorum acta, per spiritum sanctum Paulum ipsum segregatum ad apostolatus munus
fuisse. Vnde & liquido patet, eandem esse filij, spiritus, & patris potestatem. Nota autẽ F
& per patrem adiecisse, & prius filium posuisse, hæreticorum ob causam, qui huiusmodi
superuacanea, vel diligenti cura disquirunt. Opportune præterea & mortis meminit, &
resurrectionis, vt his persuadeant, non esse amplius veteri lege intendendum. Vtpote,
quæ inducat quod eis sit profuturum, sed Christo vacandum, qui eorum salutis gratia &
obierit mortem, & postmodum resurrexerit. Monetque ab eo, qui tam maxime sit de se
Ioan.xiiij bene meritus, aliquando desciscere, summæ esse ingratitudinis argumentum. Eo autem
Actu.v. dixit patrem filium suscitasse, vt infirmiores & labantes confirmet. Et quia patri nõ om
nia accensentur quæ filius egerit, neque enim impotens erat seipsum a mortuis excita
re, qui mortuos reducendi ad vitam, vel ex sola præsentia & corporis vmbra, in se cre
dentibus præbuerit facultatem.

Et qui mecum sunt omnes fratres. Cum hunc aduersarij carperent, quia velut solus, & cõ
sulto nemine, huiusmodi prędicaret, ostendit alios se plerosque habere, qui suæ sint men
tis participes.

Rom. i. *Ecclesijs Galatiæ.* Attende quã acriter Paulus & aĩo erat commotus, & vrgeret dolore.
ij.co.i. Non eñ vt ĩ alijs cõsueuit epistolis dilectis p̃fatus est, & sctĩficatis, neq; dei ecclesijs, sed ga
i. Phil. ij. latię simplicier dixit. Et iure quidẽ. Nã cũ factionibus essent & dissidijs illi intentiores.

A idcirco & his plures adſcribit eccleſias,id eſt plures diuerſoſque & diſſidentes conuen-
tus.Simul etiam vt occaſione obiecta,qua hos oportebat inſtabilitatis pudere,& in cō-
ſtantiæ eccleſiarum hoc nomine,in vnum cogat redire diſperſos . Non enim hi poſſunt
quos conſtat inter ſe plurimum diſſidere, eccleſiæ appellatione merito nuncupari, quæ
concordiam & cōuentionem deſignat. *Gratia uobis & pax.* Cum ex priſcæ legis at- Eccleſia cōcordiā
tentione in diſcrimē veniſſent ex gratia dilabēdi,hanc illis precatur,optatque.Et quo- & cōuēti onē ſigni
niam infenſos ſe deo & hoſtes reddiderant, quia legem quam ille iam abrogarat, adhuc ficat.
ſectarentur & affirmarent,ad pacem eos reduxit.

A deo patre. Hauddubie genitorem nobis effectus eſt deus. Verum qua ex re,num a
lege,cui vos inhiatis? An a Chriſti baptiſmo?Cur igitur aduerſi, beneficia afferentem
contemnitis. *Et domino noſtro Ieſu Chriſto.* Nomen vtrunque beneficētiā præfert.Ieſus
nanque ſaluator dicitur, quoniam a peccatis exemerit populū,& ſaluum effecerit.Chri
ſtus vero vnctus interpretatur,vt qui ſpiritus ſit vnctione oblitus,& noſtri ob gratiā,
cognomenque nobis ſuo ex nomine reliquit, & mortalem hanc ſanctificauit naturam. xp̄s quid Matt.i.

Qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris. Ecce vt ſeipſum tradidit filius, non in ſerui morē
quicquam id geſſit.Cum igitur audis a patre fuiſſe hunc ipſum oblatum, & beneplaci-
tum id patri & ſic voluiſſe illum intellige.Se autem dedit, vt nos peccatorum ſolueret
vinculis , a quibus lex ipſa non poterat liberare. Cur igitur (inquit) deſtituto liberato
B re,lege intenditis,quę nihil poteſt vtilitatis afferre.

Et eriperet nos de præſenti ſeculo nequam. His dictis proſiliunt Manichęi dicentes. Ecce
nunc Paulus pręſens hoc ſeculum,uel vitam hanc noſtram nequitię arguit, quod tamē
longe eſt ſecus Non enim aliquid ineſt diebus hiſce ſuapte natura malignitatis. Nam
quę poteſt vel ſolari illi decurſui,vel dierum his interuallis ineſſe nequitia . Quin etiam
neque vita hæc noſtra & aura quam ſpiramus, aliquid in ſe continet prauitatis, in qua
& dei habemus cognitionem : & de futuris philoſophamur. Sed nequam ſeculum pra-
uas ipſas actiones appellat,& corruptos animi appetitus.Quemadmodū vſurpare iſti-
uſmodi dictum ſolemus.Malum nactus ſum diem , non tempus ipſum, ſed diſcrimen,
& quę obtigere aduerſa,culpantes.Neque enī vt nobis exitio eſſet,vel ex præſenti hac
tollere vita,mortem apetijt Chriſtus,ſed vt a prauis nos eruat in reliquum facinoribus.
Nam & illud,quod dixerat ſupra,pro nobis ſeipſum obtulit ille delictis,ita interpretan Nequam ſeculum
tur,Hoc eſt, moriens ab his quæ olim commiſimus , liberauit . Ait igitur vel tutiores q̄d apud Paulum.
nos fecit,vt eximat ab improbis vitæ huius operibus. Lex vero neque pręterita abole
uit delicta,neque aliquid habet ad futura potentiæ.

Secundum uoluntatem dei & patris noſtri, Cum illi exiſtimarent lege omiſſa , nequaquam
ſe deo obtemperaturos: eorū mox corrigit præſumptā ſuſpitionem , demonſtrās,deo
libitum eſſe,vt per filium liberemur. Vides quēadmodū nō ex patris iuſſu,ſed e volun
tate dixere dei,hoc eſt,quod deo ſit beneplacitū.Cū autem & patrem noſtrū deū appel-
lat,rurſum beneficia in nos conferentis commeminit Chriſti, qui patrē ſuum & noſtrū
C effecerit.Cur ergo ab eo deficitis, qui ſeſe erga nos tantopere liberalē exibeat.

Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Cum Amē nullibi in exordijs antea poſuiſſet apo
ſtolus,hoc loco adiecit,indicans orationem conſummatam eſſe iam ſibi,& ſatis ad Ga-
latarum incuſationem eſſe iam dictū.Commemoratis quippe inexplicabilibus dei mu-
neribus,quibus hi ingratitudinis condēnantur , quia Chriſtum deſtituiſſent de ſe bene
meritum,deincepſque diuinam munificentiam admiratus , quam verbis extollere non
poterat,ampliori in dei laudem oratione concludit.

Miror quod ſic tam cito transformamini ab eo qui uos uocauit in gratiam Chriſti. Oſtendit ma
gnam quādam de Galatis opinionē ſe pręſumpſiſſe.Miror enī (inquit) q̄ tantum inſum
pſiſtis in fide laborem fuiſſe tā celerrime immutatos. Duobus ſane modis ſunt hi incu-
ſandi,& quia diuerterint alio,& quia ocyſſima adeo fuerit illorum defectio, vt ad fallē-
dum,nulla indigeant temporis dilatione,ſeductores.Quod certe horū arguit leuitatē q̄
illorum deceptionibus paruiſſent.Neq; em̄,trāpoſiti eſtis,dixit:ſed,transferamini, hoc
eſt nondū crediderim, neque exiſtimo iſtiuſmodi hominum fallēdi artes finē fuiſſe iam
conſecutas,& circunuenire iam deſiuiſſe. Vide quam prudenter hæc tractet Apoſto-
lus . Nam cum crederent illi legi inhærendo, ſe poſſe & patri gratificari , aſſerit quem-
admodum a patre deſiſcant , qui legi vacent . Ab eo nanque, qui vos,inquit,vocauit,
tam cito vos transferimini , hoc eſt a patre in gratia Chriſti , vt a chriſto videlicet iu-
ſtificemur,& eius ex gratia,non noſtris operibus filius : quippe delictorum veniam in

gratia prębet. Pater vero ad eam nos euocat.

In aliud euangelium, quod non est aliud, nisi sint aliqui, qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium CHRISTI. Cum suas deceptiunculas seductores illi euāgelium esse adstruerent, euangelio nomini insistit Apostolus, aitque aliud nullum euangeliū esse id præter quod vos accepistis. Vnum est em̄ quod rectam continet fidem, quod nos prędicauimus. Ni forte animorū vestrorum obtutus perturbentur, rogantque quasi quibusdā pręstigijs, alia vos pro alijs conspicari, adnitentes a proprio sensu ad falsa diuertere. Tametsi non omnia quæ euangelio continentur, illi peruerterent: sed de sabbato duntaxat & circuncisione vetus illud mandatum desitum iamdiu, reducerent. Ostendit itaque Paulus, vel si paululum fuerit euangelium immutatum, totum corrumpi. Quemadmodum dici de regio nummo potest, qui vel leuiter circuncisus, totus adulteratur. Atqui plerique id factum parui existimant, dicuntque non magni esse momēti, vel idipsum asserere, quod illi induxerint. Ipse vero acerrime duxerim, horum esse opinioni obstandum. Arripient nanque id dictum Marcionistę, dicentque nequaquam esse quator illa ab euangelistis conscripta euangelij volumina admittenda. Perinde acsi qui confundendo nonnulla, demendoque ea composuere, sed unum & solum suscipiendum, quod Paulus hoc loco euangelium dicit. At quid illud, & nos item quatuor illa pro eorum conuenientia vnum esse asseramus. Neque enim hoc loco de voluminum numero sed de varietate ac differentia disseruit Paulus. Quia dissentiunt (inquit) inter se, & seductoribus euangelia prædicantibus. Sic itaque deprehenditur quidem & plane conducitur manifestissima Marcionis hęretici deliratio.

Galatæ seducti a pseudo apostolis.

Marcionistæ.

Quatuor euangelistarum. vnum est euāgeliū.

Marcion hęreticus

Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Ne quis forte obijciat inanis glorię cupiditate apostolum sua dogmata extulisse, & seipsum cum cęteris, si id ageret, detestatur. Et quoniam hi ad eos confugiebant, qui dignitate præcellerent, & vitam cum Petro & Iacobo duxerant, eosdemque cæteris longe pręferrent: propterea angelorum nunc meminit, & de cœlo adiecit. Cūque & sacerdotes angeli vocarentur, supernas potestates expressit. Neque enim si contraria solum prædicauerint, intulit: sed si euangelizauerint, id pręter quod ipsi euangelizauimus, hoc est, si plusculum quippiam ipsi adiecerint, execrationis subdantur. Cū itaque vel angelos detestatur si modo aliter prędicarent, quamuis aliam vult, vel hoc ipso obstringi anathemate dignitatē. Se vero cum execratur, nec familiaritate coniunctis vel amicis parcit. Nec mihi obieceris (inquit meos apostolos) alia atque alia prædicare. Quandoquidem nec meipsum exemerim, si aliquid id præter quā prædicatum est, addidissem. Hęc autem, non vt apostolos ipsos condemnet, adiunxit, sed vt eorum qui his erroribus tenerentur, ora obstrueret ostenderetque nullam esse dignitatis rationem habendā, vbi de dogmatibus ipsis & fide agatur.

Mala. ij. Sacerdotes angeli dicuntur.

nullam esse cuiusq̄ dignitatis habendā rationem vbi de fide agitur.

Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis uobis euangelizauit, præter id quod accepistis, anathema sit. Ne forsan existiment illi, vel præ ira hæc Paulum, vel gloriæ gratia vendicandę dixisse, iterato eadem illa exponit: indicans, non temere & īcerto iudicio, sed vera animi sententia, firmiter hęc apud se decreuisse.

Modo enim hominibus suadeo, an deo, an quæro hominibus placere? Futurum est vt obiecta, quorum fuerat insimulatus, excuset. Ne itaque illi quia perinde ac si in iudicium cum pręceptore contendatur, efferantur, sic inquit. Nequaquam existimetis me vobis vel responsurum, vel id eniti & quærere, vt persuasos vos reddam. Quin potius meus omnis ad deum intenditur sermo, quocirca nequaquam id scripserim, quasi per vos cuipiam mihi laudem parare, vel vt discipulos compararem, sed ideo id scripsi, quia deo sum rationem de decretis ipsis & euangelio redditurus, eoque nec velim hominibus gratificari. Vel aliter, Cum eum caperent multi, tanquam alia pro alijs prędicaret, accommodaretque se hominum voluntati, sic ait. Nunquid hominibus persuadere studeo & illis placere, an deo morē gerere? Si eī vellē placere mortalib⁹, facerē, prīs⁹ quę ipsi obijcitis.

Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Confirmat quemadmodū & hominū gratiam nil facere se quippiā studeat. Dicet aliquis. Qui enī fieri poterit, quin hic blandiēdo, non hominum occupetur beneuolentiā, vel diuersa alijs itē atque alijs prædicet. Si huiusmodi (inquit) rebus incumberē nunquā ipse a Iudaicis desciuissem, vel xp̄o denique adhęsissem. Neque necessitudini mihi & beneuolentia cōiunctos, vel tantum glorię contempsissem, vel persecutionibus maluissem: & p̄iculis obiectari, & ignominijs.

Notum enim uobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundū hoiem.

A Ostensurus quemadmodum hauddubie legem deseruisset, anteactæ meminit vitæ, & immutationis tam repentinæ, indicans, nequaquam potuisse tam subito immutari, ni diuinitus certius aliquid comperisset. Idcirco inquit. Non enī est secundum hominem euangelium meum, hoc est, non hominem habui instructorem, sed Christi ipsius sum factus discipulus.

Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Id nanque aduersarij obiectabant, nequaquam Paulum vt cæteros apostolos Christum proprijs auribus audisse docentem, sed accepisse ab hominibus cuncta. Inquit igitur, ille idem & mihi euangelium reuelauit, qui Petri contubernales instruxit & socios.

Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo. Vnde liquet, si quæras, euangelium per reuelationem me accepisse? Nimirum ex pristina meæ vitæ consuetudine. Nā quo pacto, qui tam acerrimus fueram ecclesię persecutor, repente adeo animum immutassem, nisi mihi diuina maiestas retexisset? Quod autem tam acriter dei sim ecclesiam insectatus, vel ex eo perspicuum est, quia & ad vos de me fama peruenit, qui tanto interuallo a Iudæa distatis. Euāgeliū Paulo reuelatum.

Quoniam supra modum persecutus sum ecclesiam dei, & expugnabam illam. Aduerte vt singula magis amplificet. Neque enim solum persequebar dixit, sed supra modum vniuersam sum ecclesiam persecutus. Neque eo contentus, sed expugnabam, hoc est, euertere cupiebam & tollere. Id enim erat persequentis negotium.

B *Et proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.* Præ cæteris, inquit, qui mea erant ętate ardoris plurimum præ me ferebam, proficiebamque bello, quod aduersus ecclesiam dei susceperam & a Iudæis mihi maximi honores deferebātur. Nec mirum vt quem ardētissimū viderant paternarum traditionum & legis ęmulatorem. Neque enim existimes Paulum iræ vel inanis gloriæ gratia fuisse ecclesiam persecutum, sed dei zelo & legis. Ignarus tamen, quam deo ipsi ingratum facinus esset aggressus. Ait igitur, qui enim fieri potest, vt qui talem me in Iudaismo præstiterim, nunc cognita veritate, ob humanæ gloriæ cupiditatem alia atque alia prædicem, non ea quæ veritas ipsa deposcit, & Christ[9] ipse me docuit. Ecclesiā perseqbatur Paul[9] zelo legis & dei, nō odio.

Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meæ. Quæret aliquis. Si ex matris vtero in euangelium segregatus est Paulus prædicandum, & a deo electus, cuius mysterij dispensatione tā diu est in Iudaismo relictus? Id scilicet, vt tā repens illius immutatio & multis faceret fidem, & traheret ad Christum multos. Segregauit autem hunc nō forte deus, sed pręscientia, vt quem dignum Euangelij pręconem longe ante vidisset.

Et uocauit per gratiam suam. Vocauit hunc deus sua virtute & gratia. Vas nanque electionis mihi inquit, futurus est iste. Is vero pro hmōi gratię munere a deo suscepto humilior redditus, vocatum se dicit. Non quod id fuerit ipse promeritus, sed quia ita sit diuinæ clementiæ placitum.

Vt reuelaret filium suum in me. Non enim mihi dixit, sed in me reuelaret. Arguens, nō C verbis solum se hunc didicisse, sed corde interioris hominis scientia circunfuso, & Christo in eo loquente, multo spiritu fuisse imbutum.

Vt euangelizarem, illum in gentibus. Reuelauit mihi & filium, vt nō modo eum his oculis cernerem, sed ad alios etiam illius nomen perferrem. Nec solum quia in eum crediderim, dei effectum est gratia, sed vt ab eodem etiam confirmarer. Cur ergo me dicitis ab hominibus fuisse instructum? Nec simpliciter vt euangelizarem hic dixit, sed in gentibus. Perinde ac si inquiat, si enim ad gentes erat illius nomen per me deferendum, quo pacto & gentibus circuncisionem prædicauerim?

Continuo non acquieui carni & sanguini. Hoc est, nequaquam me ad apostolos colloquendi gratia contuli. Hos nanque carnem vocat & sanguinē, a natura eos denominans. Vel simpliciter de vniuerso hominū genere loquitur, perinde ac si dicat. A nemine ipse mortalium quicq̄ perdidici. Vel forte de necessarijs & sanguine sibi cōiunctis nūc dicit, quia nulla illorum habita ratione, protinus se ad Christi nomen vulgandum contulerit.

Neque ueni Hierosolymam ad intercessores meos apostolos. Cur Paulus his vtitur verbis? non adeo erat cæcitate offusus, vt satis se tātæ rei facturum virtute propria existimaret, nec crederet vllo se indigere ad eam rem consultore? Cur enim dicētem illum nō intellexit, Ne sapiens sis apud teipsum, & heu qui sibi ipsis sapientes videntur; quod tamen procul a Paulo abfuit, qui hæc dicere cogebatur? Non quo se magnificaret, sed vt detracto

res frenaret, qui passim iactarent prętor se reliquos non esse sectandos apostolos. Qui vel ipsum dignitate pręcederent. Erat quippe nil æquum vt qui deum habuerat instructo- D
rem, humanæ demum doctrinæ studeret. Non igitur arroganter hoc loquitur, sed vt prę dicationis patefaciat dignitatem. Concessit tamen & Hierosolymam longe post, non discendi gratia, sed aliis persuadendi. Deinde haudquaquā statim reuertit, in ipsis videlicet fidei susceptæ primordiis, sed longo post tempore repetiit Hierosolymam, & tunc quidem persuadendæ fidei gratia.

Sed abii in Arabiam & iterum reuersus sum. Incultiora sane hic loca & pene aggrestia peragrabat. Nam si fuisset apud apostolos commoratus, poterat forsitan eius prędicatio interpellari, ne celeriter adeo euangelium vulgaretur. Et ideo ad rudiores gentes & loca minus exculta, se conferebat. Attende Pauli humilitatem, qui ciuitatibus & locis enumeratis, in quibus euangelium prædicasset, nequaquam expresserit, quot hominum milia ad fidem traduxit. Qui vel Damasci Iudæos adeo confundebat, vt vel a pręside ciuitatis perpessus insidias sit. Fit ergo vt haudquaquam iactantię & laudis gratia dicat, quæ videtur de se ingentia prædicare, sed ne illius prædicatio offendatur, si fides prædicandi sibi detraheretur. Quandoquidem vilem eum & parui momenti dicerent detractores, & discipulorum discipulum.

Detractores Paulū discipulorū discipulum vocabant.

Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum. Vel hoc quidem pręfert humilitatem. Siquidem qui tantas res gesserat, ad Petrum se contulit, non vtilitatis cuiuspiam gratia, sed visendi: vt eū qui esset ętate prouectior, veneraretur & magnifaceret. Et quē- E
modum ipsi viros sanctitate ornatos visum procedimus, tametsi id agimus, vt aliquid virtute proficiamus, ita & Paulus honoris duntaxat gratia vt Petrū spectaret, accessit.

Et mansi apud eum diebus quindecim. Quod Petrum hic viserit, delatum pretendit honorem. Quod secum māserit charitatis est summæ & amicitiæ argumentum. Non enim ab eo edoctus sum aliquid dicit, sed apud eum dies quindecim mansi, hoc est cum eo.

Alium autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Petrum spectandi cupiditate Hierosolymam iuit, adeo illum venerabatur & coluit. Vidit præterea & Iacobum, quem honoris causa domini fratrem appellat, tametsi erat necessitudine domino iūctus, propinquitate ac vulgata quadam hominum opinione. Cleophes nanque & Ioseph germani fuere. Cleophes nullis relictis liberis vita excessit. Huic semen excitauit Ioseph, suscepitque filios Iacobum & reliquos fratres, & Mariam quam Cleophę esse, & Mariæ Christi genitricis sororem, euangelium asserit. In hac itaque beatissima virgine tutanda patris curam exhibuit Ioseph, non viri affectum seruauit.

Cleophes & Ioseph germani fuere.

Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior. Tanquā esset pœnas in iudicio subiturus, ita verbis & orōne cōtendit, & fide nō indign⁹ appareat, & veridicus dephēdatur.

Ioseph beatissimę virgni loco patris fuit.

Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ erant in Christo tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem. Cum per causam Petrum visendi Iudæam adiisset, ex ea rursum abscessit. Tum quia esset gentibus ad prædicandum iam destinatus, tum quia minus æquo animo ferret, fundamentis maximas moles imponere, quæ alii haud firma iecissent. Et ideo inquit eram F
equidem Christianis qui in Iudæa tūc versarētur incognitus facie. Qui ergo fieri poterat vt circuncisionem his prædicare, quibus non essē ex facie notior. Ob id nāq; Pauli facta hi detractabāt, quia in Iudæa de circuncisione iā prędicasset. Vnde hoc infert, dūtaxat auditu perceperant, quia ad Christum essem conuersus, & hunc ipsum mox prædicarem.

Et in me glorificabāt deum. Vel humilitatē his pretulit dictis, quia nihil de se ad iactantiam dixerit, sed mirabātur, inquit, meam conuersionem & obstupebant. Quo fit, vt eam rem omnem deo adscribat. Inquit enim deum glorificabant, & efferebant, laudibus, qui rem tantam esset in me operatus.

CAPVT SECVNDVM.

Deinde post ānos quatuordecim iterū ascendi Hierosolymā cū Barnaba, assumpto Tito. Ascē di autem secundum reuelationem. Prioris ascensus occasionem Petrus exhibuit, quem visere cupiebat. Secundi reuelatio ipsa. Titum vero & Barnabam prędicationis suę secū vna testes traduxit, eo ꝙ hęc res grata sit apostolis visa.

Titus & Barnabas Pauli socii.

Et contuli cū illis euangelium, quod prædico gentibus. Hoc est, ꝙ absque circūcisionis mētione per me pdicatur. Quæret aliquis. Quāobrē euangeliū hoc tā longo post tpis interuallo cū apostolis contulit ꝙ erat initio statim cum his cōferendū, & itelligēdū, vtrū

A recte an minime iter acceleraret? Esset vtiq; insipientię accēsendū, vt ei qui festinus adeo curreret, & regiones tam multas iā peragrasset: si longe post perdiscendum fuisset vtrū cucurrisset in vanum, nec ne. At si ob id Hierosolymam repetebat, vt certior de proprio cursu efficeretur: visum esset id plane absurdius. Sed cum multos videret iri offensum, animaduertentes Petrum circuncisionem admittere, & se prohibere eoque & legem præuaricatum existimantes, ex spiritus reuelatione iterato Hierosolymam petijt, spiritu eodem vt eo pergeret suggerente, vt hi qui fuerant hac dissentione offensi persuasum haberent nihil a Petri prędicatione differre, quod ipse iam prędicasset, crederēt que, qui circuncisionem etiam permisissent, dispensatione quadam permittere. Quando quidem & circuncisis euangelium prædicarent. Cur ergo id factum absurdum debet & iniquum videri, præsertim cum spiritus ipse alios tunc dirigendi gratia Paulum instigaret, vt iter Hierosolymam versus remitteretur? Paulus cur hierosolymā reuersus.

Seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse. Quoniam erant (vt diximus) ea re permulti offensi, seorsum, qui cum Petro essent alloquitur Paulus, ne factio aliqua oriretur, & acrior longe quā erat accepta, excitaretur discordia. Erant nanque fere innumeri, qui ægre ferrēt, circuncisionem Apostolum inanem iam & superuacaneam reddidisse. Quo circa, si publice prędicantem hūc audissent, & eā tollentem, nimirū tumultuatū forsitā per auditores denique foret, & omnia obturbata. Propterea igitur seorsum cōcionatur

B Titum habens in testē & Barnabā, qui apud omnes possent bona venia infirmare, cæteris Apostolis visum, haud quaquā aliud prædicandū quā ipse iā prædicasset. Qui videntur aliquid esse, cum inquit, nequaquam his Apostolis imminuit dignitatem, sed eos potius vt sua, sic & aliorum sententia comprobet, quemadmodum & de seipso iam dixerat. Quoniam videor & ipse spiritum dei habere. Neque enim id dixit, vt spiritum sese habere negaret, sed vt communem induceret opinionem id affirmantium, qui videbātur autem aliquid esse, hoc est, qui magni sunt & præclari. I. Cor. vij

Ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissent Hoc est, vt eos commonefaciam: quos ipse perculerim, nil prorsus inanem meum esse decursum. Non vt ego ab his aliquid discam, quippe cui a patre, & filius sit reuelatus & filij euangelium.

Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circuncidi. Cum Titus (inquit) esset incircuncisus, haudquaquam circuncidi compulsus est, quod sane maximo est argumento, neque apostolos ipsos, nisi dispensatione quadam & arte, ne incircuncisos fideles offenderent, circuncisionem hanc permisisse, neve Pauli prędicationem detrectandi haberent occasionem, cuius discipulus esset incircuncisus.

Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. Perinde ac si dicat, Non enim pro inductitijs fratribus circuncidi compulsus est Titus, hoc est, vel si præsentes essent mihi qui aduersantur, haudquaquam illorum respectu, veri apostoli Titum, vt circunciderentur, cōpellerent. Verū quo pacto falsos hos fratres, qui circuncisionem induxerint, nūcupat. quandoquidem vel hanc ipsam apostoli excepissent? Quia cum apostoli credenti

C bus, longe antequam ad fidem venissent circuncisis, vt ad eorum solamen aliquid indulgerent, circuncisionem huiusmodi admittebant. Vt pote qui apud Iudæos & concionarentur, & euangelium prædicarent, qui circuncisi iam erant, & lege in primis circūcisionem sanxissent, tanquam legē ipsam tutantes. Quocirca falsorum his fratrum indidit nomen. Quinetiam cū subintrogressi sunt (inquit) latentes illorum prætendit insidias, eoque & libertatem hos nostram explorasse cōfirmat. Vnde & hostes hos esse designat. Exploratores nanque dimissi, nihil ob aliud clandestino ingressu subeunt castra, nisi vt hostium perspectis conditionibus, delere illos, & subigere queant facilius. Quod sane & hi factitabant. Nam quales essent circuncisi perscrutabantur, qui in Christo haberēt libertatem, hoc est, qui nequaquā legi subiecti essent, vt eos deprehendant, cogantq; circūcidi, & nos iterato legis seruitute obstringant, qua Christus exemit. Inde igitur liquet, apostolos eo permisisse quę legis essent, vt pedetentim a legis subtraherentur seruitute. Hi vero contra vt seruitutem huiusmodi stabilirem, machinabantur. Cur ab apostolis qbusdā ꝑmissa circūcisio. Circūcisio ꝑmissa ab apostolis per indulgentiam.

Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Nec verbo dixit: sed, subiectioni. Quippe qui id non instruendi nos gratia facerent, sed vt subactos redderēt & seruituti obnoxios. Vnde & apostolis quidē nos cessimus inqt, his vero qui circuncisionē īducūt, nequaq̄ vt īfirmiora ꝑmaneāt & īdubitata, q̄ vobis ipsi iā prædicauimus. Cuiusmodi illa fuerint, si quęras, hęc equidē dixerim. Et quia vetera trās

ire,& lex ipsa inanis sit & vacua reddita,& demum quia circũsos,nil vltra Christus admittat nec iuuet:illis itaque obsistendo docuimus vera esse, quę vobis de legis vacuatione prædiximus. Nolite ergo a veritate eiusmodi per me prędicata procul abesse. D

Ab his autem qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Quoniam nec imerito posset hoc loco quisquam hunc in modum occurrere. Cur ergo si res ita se habet, vt inquis, circuncisionem apostoli iniunxere? Soluit itaque obiectionem hanc Paulus, tãetsi non certam rei huiusce causam exprimat, quemadmodũ videlicet dispensationis cuiusdam gratia (vt dictũ est) circuncisionẽ permisissent Apostoli ne forte qui ex Iudęis crediderãt, hac ipsa de causa, ab Apostolis ipsis descisserent, vt qui eorũ soluerent legem: cum interea his inhęrerent, quia legẽ viderentur tutari. Hanc itaque rationem (vt dixi) occultat Apostolus: vrget autem hoc loco valde apostolos, inquiẽs. Nihil mea interest, hoc est, nulla de his mihi est cura quid aliquid esse videntur, apostolis scilicet qui præstantiores sint, siue circuncisionem hanc prędicent, siue minime. Ipsi nanque hac de re deo sunt rationem aliquãdo reddituri: neque enim illorum personam quia & dignitate pręstent, & aliorum sint principes, vereb itur deus quippe qui nullius personam accipiat. Aduerte autem, quemadmodum haudquaquam, quales aliquando sunt, dixerit, sed quales fuere, vt ostendat intermisisse illos pristinam suam consuetudinem, cum vbique clarescat Christi præconium. Hoc autem intulit Paulus, non vt sanctos contemnat, sed vt auditoribus ipsis aliquid conferat vtilitatis. E

Deut. x. Iob. xxx. iiij. Sap. vi. Rom. ij. deus psonarũ non est acceptor.

Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt. Illi, inquit, qualescunque fuere, deo sunt curę. Id vero exploratum habeo & compertum, istiusmodi scilicet apostos, nil mihi aduersatos fuisse: neque his, quæ iam prædicauerim, vel addidisse aliquid vel subtraxisse.

Sed contra, cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis. (Qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cũ cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & cæphas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes; ipsi autẽ in circuncisionem. Nonnulli hæc ita interpretati sunt, perinde ac si dicat. Non modo quę ipse prędicando prętulerim nil emandarunt, sed quod contra est, cor recti a me fuere & castigati. Quod tamen longe est secus. Qui enim hi poterant castigari, quibus nihil ad perfectionẽ deesset? Verum id hoc loco sentit Apostolus, videlicet contra, dextras mihi iunxere societatis, postea alia quæ subsequuntur, sunt interiecta. Videntes scilicet quoniam creditum mihi est circuncisionis euangeliũ, & reliqua. Et adeo (inquit) vt dicta mea reprehenderent, lõge hi abfuere, vt etiam probarent & conuenirent, vt ipse quidem, & Barnabas in præputium inter gentes euangelium vulgaremus, ipsi vero in circuncisionem hoc est, Iudęis euangelizarent. Circuncisionem autem & præputium, haud quaquam vt rem ipsam exprimeret, ponit: sed, vt incircuncisos designet. Quinetiam parẽ hoc loco se Petro demonstrat. Nam qui Petro operatus est (inquit in apostolatum circuncisionis) operatus est mihi inter gẽtes. Aduerte autem quemadmodum non solum apostolos iuuerit Pauli prædicatio, quin & deo placita sit. Apostoli nanque cum congnouissent gratiã dei, nõ audissent, dixit, hoc est, cum ex literis ipsis diuinę gratię notionẽ huiusmodi habuissent. Quo enim pacto id mihi de se pręconiũ demandasset, nisi fuisset hoc illi pergratũ? Proinde nec sine eorum laude hos ipsos commemorat, inquiens. Nam qui columnæ videntur, hoc est: præstantes illi, quos vbique terrarum vniuersi miris efferũt laudibus, mox testabuntur deo meo id esse acceptum præconiũ, eoque & dextras mihi dedere, hoc est, conuenere illi secum, & me sibi consociarunt, & præ se tulerunt eis esse oblectamento, quod nos prædicamus, quandoquidem nil nostra ab eorum dissentiat prædicatio. E

Paulus Petro se parem demonstrat.

Tantum ut pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere. Partiti, ĩquit, inter nos sumus, quosnam prędicando instrueremus. Pauperes tamen quorum curam suscepimus, nihil spreuimus, sed vna cum illis curamus. Erant enim hierosolymis complures credentium quorum bona directa a perfidis Iudęis fuissent, ita vt necessarijs ipsis ad vitam carerent. Non enim acerbe adeo suos qui fidem susceperant, insectabãtur gẽtiles, vt in Christianos deseuiebant Iudæi, qui eorum ex genere Christum essent sectati. Idcirco Paulus suos omnes enixe intendit neruos, vt illis prospiceret. Quod sane & ipse fatetur, cum inquit. Diligentior fui idipsum facere. Nam collecta vndique & ab his cõquisita, quos ad fidem instituerat, ad pauperes hos deferebat.

Cum autem uenisset Petrus in Antiochiam, in faciem eius restiti. Putāt hoc loco nonnulli Paulum hypocrisis Petrum insimulasse, quod tamen est lōge secus. Nā quæcunque in Petrū videtur vel dixisse, vel egisse apostolus, dispensatione quadam per eum et dicta sunt, & peracta. Petrus siquidem cum Hierosolymis esset, circuncidi qui credidissent Iudæos permiserat: existimans haudquaq̄ fas esse, repente illos a lege diuellere, ne acrius acerbaret. Antiochiam vero cum se contulisset, cum ethnicis & cibum sumebat. Cōmigrantibus itaque ex Hierosolymis viris quibusdam in antiochiā: subtrahebat se Petrus ab ethnicis, ne Hierosolymitanos offenderet, simul & ne iustā Paulo occasionē præberet, se increpandi eoque castigantē hunc sustinet. Erat enim futurū, vt magistro increpito & obticente, ad meliora se conferrent discipuli. Quod autem ille in faciem restituit, arguit vtique contentionem inter hos aliquam fuisse subortam. Nō enim de discipulis inter se contendebant quod hauddubie illos plurimum offendisset, sed constat quidem altercationem huiusmodi discipulis emendationi fuisse. Cum enim nihil contradiceret Petrus, perspicuum erat, pergrata illa fuisse quę a Paulo obijcerentur.

A — Cur petrō Paulus restiterit.

Petrus timebat a Paulo reprehendi.

Quia reprehensibilis erat. Non solum erat a me ille redarguendus, sed ab alijs etiā qui huiusmodi dispensationis causam ignorarent, existimantibus forsan per hypocrisin potius illud, & simulationem effectum, vt hierosolymitanis absentibus cum ethnicis vesceretur: præsentibus vero ab eorum conuiuio destitisset. Nonnulli vero sic sentiūt. Quod Petrus videlicet ea esset de causa iure coarguendus, quia cum Cornelio cibū sumpsisset, a cuius vescendi commertio se ne rursum argueretur, subtraxerit: subtractoq; indignabundus obstiterit Paulus.

paul. non accusauit Petrum crisi hypocrisi, vt q̄dā putant Act. x.

B

Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos qui ex circuncisione erant. Explicat & reprehensionis causam. Iacobus is dñi frater erat, qui & hierosolymis prædicabat, vt pote qui in his episcopi officio fungeretur. Ab hoc igitur nonnulli, qui ex Iudæis crediderant, & si a lege penderent, dimissi sunt, vt antiochiam peterent. Hos postquam eo peruenere, Petrus mox cōspicatus, veritus non sibi periculum, sed ne illi offensi a fide desciscerent, se ab ethnicorum conuersatione subduxit. Huius causæ cum essent plerique ignari, Petrum criminabantur.

Iacobus ep̄s Hierosolymitanus.

Et simulatione eius consenserūt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illā simulationē. Rem ipsam, quę gesta sit, hypocrisin dicit. Neque enim voluit Petri mentem retegere, quinetiam superuacaneam illorum legis obseruationem hypocrisin nuncupat, vt radicitus tollat hunc animi in legem affectum. Cæteros autem Iudæos, eos appellat, qui ex Iudæis in Antiochia credidissent defugerentque in circuncisorum commercia.

Sed cum uidissem, quód non rectè ambularent ad ueritatem euangelij, dixi Cæphæ, coram omnibus. Nec te id dictum obturbet. Non enim ad petrum condemnandi hoc gratia dixit: sed, ob futurum mox Iudæis profectum, cum petrum, quia legi inhæserat, audissent increpitum: perinde ac si dicat. Si ille legis de causa obiurgatur, quid demum estis vos perpessuri? Idcirco nanque omnium in conspectu redarguit: vt id audientes, legem sectari acrius reformidarent. Cum petrus, qui tam solidum esset ecclesiæ sustentaculum, pauli increpatione affectus, nil habeat quod contra possit afferre vel excusare. Quidam vero nequaquam petrum eximium illum & prestantem Christi sectatorem, a paulo fuisse increpitum asseuerant: sed alium quendam ex duobus illis & septuaginta Cæpham nomine. Ad quod confirmandum, id argumentum producit dicens. Neque enim dicebat, vt qui initio causam explicauerit facti, quia cum Cornelio sit epulatus, excusassetque, quia offensum aliquos iret, si minus circuncisioni assentiretur, vt castigatione iterum īdigeret. Sed audi vir prudentissime, neque enim vel ipsi petrum asserimus, quasi nescium quid ea in re fieri oportuisse, fuisset a paulo castigatum, sed vltro diximus subijsse conuitia, vt templo cæteris ad tollerantiam esset.

C

Quidam nō petrū sed Cæphā vnū ex duob⁹ & septuagīta paulo volunt rep̄hēsū

Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis, & non iudaice, quomodo Gentes cogis iudaizare? Vniuersis fere istiusmodi inclamat Apostolus vestrum inquiens imitamini præceptorem, ecce nanque & his cum esset natione iudęus, cum Gentilibus vescebatur. Aduerte autem quemadmodum nil Petrum incuset, ob legis vetustæ obseruationem sed discipulorum respectu, qui essent gentiles, sit illi iurgatus, vt qui hos fuerit ad circuncisionem hortatus, & iudaicos sectari ritus impulerit. Erat enim hoc pacto futurum, vt eius videretur acceptior prædicatio.

xp̄s cum gentibus vescebat̄.

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Natura, hoc est, proselyti non sumus,

sed progenitoribus orti Iudæis,& simul cum lege educati, omissa pristina, in qua coaluimus vita,ad Christi fidem confugimus. D

Rom.iij. *Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis,nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus,ut iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis, propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.* Vide quã libere & nihil hæsitans omnia proloquatur. Non enim(inquit)legem reliquimus,quia iniquior:sed quia infirmior esset & ipotens iustificationem largiri. Nam exequi illius opera poterat nemo, quia grauia erãt, nec factu facilia. Non operum magnitudine,sed vtilitate potius. Vel aliter,Quia nihil aĩam sanctificaret lex illa,sed corporis sordes dilueret,ergo supuacanea esse cõuincitur circuncisio. Et in ꝓgressu orationis sic inquiet,periculosa est lex,& a xp̃o nos alienans.

aĩam lex nõ sanctificabat.

Quòd si querentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Quęsiuimus(inquit)relicta lege in Christo iustificari,sed & vos affirmatis,legem relinquere delicti loco haberi. Ob id igitur in peccatum nos Christus cõiecit,quandoquidem eius de causa quę legis sunt,reliquimus omnia? Fit itaque vt non solum nihil nos deus(vt ipsi fatemini)iustificauerit,sed ex eiusmodi eius omittendæ legis persuasione,maiorem nobis condemnationem subministrarit.

Absit. In re sane absurda dicendo progressus, nulla opus habuit probatione,sed cõtentus procul hæc a se reiecisse,quod facere semper in his quę minus optanda sunt consueuit. Absit, dixit.

Lex inanis reddita & supuacua.

Si enim quæ destruxi,iterum hæc reædifico,præuaricatorem me constituo. Attende Pauli prudentiam. Ferebant nanque illi qui legem solueret,legis esse præuaricatorem. Is vero longe contra rem se habere demonstrat. Nam qui legem,inquit,seruarit,legis est præuaricationi obnoxius,quippe quia non fidẽ solum,sed legẽ ipsam transgreditur. Lex em̃ ait me ad fidem duxit, suasitque vt sese omitterem,quemadmodum paulo post dictur⁹ est. Interea vero legem ipsam cessare affirmat,& inanem esse iam redditam,& idcirco hisce ex rebus illam astruimus,quibus deleuimus ab ea deficientes. Si itaque statuere eandẽ contendimus,p̃uaricatores efficimur,vtpote quia ea statuamus,quę sunt a deo abolita. E

Ego enim per legem mortuus sum. Confirmat quibus substulerit legem modis. Ait nãque per gratiæ & euangeliј legẽ,legi Mosi demortuus sum. Vel quia mortuus legi per legem inquit, hoc est,lex ipsa quæ mihi fuit ad Christum pręuia ne amplius legi vacarẽ cum Mosi.tum prophetarũ verbis suasit. Si itaque rursum illi intenderim:eius haud dubie transgressor fuerim. Vel interpretari hoc ipsum in hanc sententiam potest. Iubebat lex ipsa,eum qui legis scripta minus exequeretur,& suppliciјs, & nece affici. Cum itaq; perfici ea non possent quantum in lege est,morte afficior. Nolim igitur quippiam mihi lex ipsa iniungat,vt quantum interest sua,mortuus sim,& animæ morti astringar. Quãdoquidem crimini detur,cum nequeam eius iussa peragere. Proinde & corporis subierim mortem,quoad vel morti sim a lege adiudicatus. Quo igitur pacto legi intenderi animum,quę mihi interitum sit allatura.

Leuiti xxix. Ezech. xxxiiij. Exo.xxi. Leui.xx. Nume. xxxv. Deu.xxij

Vt deo uiuam, Christo crucifixus sum. Ne quis dixerit,quo pacto viuis,cum mortuus sis? Lex quidem inquit,vel viuentem me sustulit:Christus vero & si mortuum me exceperit,vitæ reddidit spiritali,quia cum eo sum baptismi gratia cruci affixus. Vnde duplici modo debet id mirum videri, tum quia & mortuum viuificarit, tum quia per mortẽ vitam restituit. F

Viuo aũt iam non ego,uiuit autem in me Christus. Cum,inquit,cruci sum Christo confixus, baptismum prętendit. Cum vero viuo ego,quæ in posterum post baptismum viuitur, vitam demonstrat. Viuit autem in me Christus:hoc est,nihil in me geritur quod non sit pro illius arbitrio gestum:quinimo tanquã dñs ille p̃potens in me omnia peragit. Quin etiam vel nostra est voluntas demortua, viuit vero illius,& vitam hanc nostram moderatur. Si ergo vixerim ego in Christo,aliam quandam quam quæ legi insit, dego vitam, & legi sum ipse demortuus,ita vt nihil quod legis sit,queam seruare.

Quod autem nunc uero in carne,in fide uiuo filij dei. Quę retulit(ĩquit)de spiritali dicta sunt vita. Nec minus vel sensibilem mihi comperies a Christo inesse. Lex enim ipsa si nequam seruaretur,omnes reddit peccato obnoxios,& tormentis supponit. Nec prohibet quo minus omnes pręuaricatores perdantur,quemadmodum in diluuio contigit. Christus vero adueniẽs sua morte iustificatos a damnatiõe exemit. Quo fit,vt sensibili hac, quam in carne dicimus:vita ob nostram in Christo fidem,nos potiamur,quæ & nos iustos effecit,&a legis damnatione eripuit.

Legi mortuus.

A *Qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me.* Atqui etsi pro omnibus seipsum tradidit Christus æqueve omnes prosecutus est charitate. Paulus tamen aduertens quantis nos ille exemerit malis, & qualibus donis affecerit, charitate ipsa accensus, quod cunctis erat commune, proprium facit: quemadmodum & prophetæ, cum dicerent. Deus deus meus. Ps. xvij. Simul etiam patefacit, haud secus debere singulos deo gratias agere, ac si pro priuata dūtaxat eorum salute mortem obierit. Prætendit insuper & illud, Christum videlicet pro omnibus mortem obijsse, solos tamen qui in eum crediderint, illius fuisse beneficijs vsos. Quo fit, vt qui legem attenderit, necessario arguat Christum pro se minime obijsse. Quo ergo pacto non id ipse horrescis, qui legem repetens, inanem fuisse & euanidam Esa. xij & xliiij. Christi mortem ostēdis? Nota autem id dictū, qui tradidit seipsum, aduersus Arrianos facere plurimum, qui contra sentiunt. Contra arrianos.

Non obijcio gratiam dei. Concluditur tandem, & inquit. Haudquaquam obiecerim, nec repudiarim, quam mihi deus largitus est gratiam, qui me sua morte nullis legis operibus iustificauit, eoque nec legi animum suum adiecturus.

Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Si enim lex, inquit, & salutem parare, & iustificationem poterit, gratis ergo & frustra mortem obijt Christus. Qui ideo mortuus est, vt sua morte saluos nos redderet: quos saluare lex ipsa nequibat. Quod facere legi id licuisset profecto superuacanea Christi mors extitisset. Quod si ipse asseueraueris, vides quo impietatis progressura esset blasphemia. B

CAPVT TERTIVM.

Insensati Galatæ, quis uos fascinauit non obedire ueritati? Vos equidē dixerim insensatos, quandoquidē fide, non lege sanctitas constat. Cap. i. ex fide nō ex lege sāctitas. Ex superioribus autem cum ostendisset, non ab hominibus accepisse munus illud apostolatus, nec hominum ītercessu fidem sibi vendicasset, haberetque hos persuasos licentius disserit. Collaturusque cum fide & legem, dementes illos primo appellat. Matt. v. Nec tanquam sit ipse legem præuaricatus, sed perīde ac illam enixius obseruasset, id dixit. Neque enim qui simpliciter fratrem stultitiæ arguit, reus futurus est: sed qui frustra, & sine causa. Galatæ vero iure optimo insensati sunt dicti, quia tot bona, animo & cogitatione haudquaquam complecterentur, inanemque & superuacaueam reddiderint Christi mortem. Aduerte autem quemadmodum post multa indicia & argumenta, illis conuitietur, moxque & offensos forsitan mitiget. Neque enim dixit, quis vos seduxit, sed quis fascinauit, hoc est quis inuidet, arguens ob inuidiam potius & liuorem, non cura & prouidentia, nonnullos illis legi esse obtemperandum, persuasisse. Neque id egisse tanquam quod deesset mox suffecturi, sed ea quæ sunt vel certiora imminuant. Sic enim facere consueuit inuidia. Neque vt eiusmodi vim per
C se habeat liuor, id dixit, sed quia magistrorum impulsu, qui hac percití inuidia sunt, ad ea illi peruenerint & legem sectentur.

Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in uobis crucifixus. Constat sane Hierosolymis fuisse Iesum cruci affixum, cur ergo ante horum oculos ait, & in vobis in patibulum hunc fuisse sublatum? Quia fidei oculis longe acrius hi conspexere, q̄ qui præsentes fuere & cōspicati sunt. Illorū nāq; pleriq; ex eo corporali aspectu, nil retulere vtilitatis. Hi vero qui nequaquā oculis crucem prospexerunt, per fidē longe melius sunt cōtēplati. Proscriptus itaq; Christus est p̄dicatione, depictus est & designatus, vt vero p̄dicationi fidem præbentes, perinde ac præsentē vidistis. Enīuero Galatis hæc & in laudē & in vituperationē cōcedunt. In laudē quidē, quia tanta cum certitudine quæ de Christo sunt dicta, exceperint. In vituperationem, quia ab eo quem nudum per fidem viderunt ligno suffixum & mortuum deficientes ad legem profugerint. Crucē potissimum affert. Vide vt Paulus, cæteris omissis, crucem in medium deferat, vt hanc attendant & sectentur fideles, non legem.

Hoc solum à uobis uolo discere ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Cum longiorem orationem audire vos pigeat, nec diuinæ dispensationis contemplari magnitudinem, breuibus vtar, & ad breuia hęc velim respondeatis. Vnde sanctum hunc spiritum accepistis: totve estis & virtutes, & signa operati? Num ex legis operibus, an fide? Id sane liquet, quia ex fide. Nā quandiu legi vos adhæsistis, spiritu carebatis, & virtutū eius-

modi eratis expertes. Quo ergo pacto fidem prætereuntes, legi nunc adheretis?

Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consumamini. Oportune rursum in hos conuitia congerit. Nam cum in dies sit aliquid semper virtuti addendum, non modo nil quippiam adiecistis: sed defecisse potius quã perfecisse videmini. Est enim spiritus signa edere, nec antea edebatis. Carnis autẽ circuncidi, ꝙ demũ nunc maluistis. Neque consumatis (inquit) sed consumamini, arguens eos in gregis morem irrationabilium animãtium ab instructoribus his qui circuncisionem edoceant, comprehensos & circuncisos. D

Tanta perpessi estis sine causa, si tamen sine causa. Multis tentationibus, Christi ob gratiã vexabantur, quod datur intelligi, cum tanta inquit tolerastis, perinde ac si dicat. Si fueritis circũcisi, supuacanea nobis futura sunt suscepta certamina, & tot emeritis præmijs fraudarunt vos sectatores. Moxque vt illis ad pœnitentiam spem reditus præbeat, & si sine causa infert, tanquam id dicat, & si libuerit respicere, haudquaquam inanes erunt vestri antehac suscepti labores. Pudeat ergo hæreticos qui pœnitentiã tollunt, quandoquidem hi & si confessores essent & martyres, non tamen lapsos respuet Paulus, sed pelliciet leniter & admittet.

Hæretici pœnitẽtiã tollentes.

Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? Deus (inquit) qui vobis spiritum præbet, vt futura prędicere, & linguis loqui possitis, vel signorum in vobis & prodigiorum exercet virtutes, num popter legis opera hæc mira inducit? Perinde ac per vos sit, opera hæc factitantes, propitius redditus. An per fidem, quam ipsi in CHRISTVM iam pertulistis? Liquet sane, quia ob fidem. Cur ergo hac derelicta, quę vos gloriosos effecerat, ad legem abolitam iam & obsoletam nunc diuertistis? E

Ge. xv. Ro. iiij Abrahã ex fide iustificatus.

Sicut scriptum est. Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Oportuit (inquit) vel maxime ex his per vos editis signis, fidei virtutem pernoscere, at saltem ad vestrum cõuertere oculos progenitorem. Abraham dico, cuius magna apud vos ratio comperietis ex fide illum iustificatum. Si itaque qui ante gratię tempora fuit ex fide iustificatus, longe magis qui gratia sunt hac ipsa dignati, vacare fidei debent, non legi.

Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Cum vererentur illi, ne lege omissa, & patriarchę excederent propinquitate, quippe qua mirum in modum duceren tur, longe contra rem fore nunc patefaciat. Fidem videlicet Abrahę potius filios reddere: qui se consequuntur.

Ge. xxij abrahæ filij qui. Fides lege prior.

Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, pronunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Ostẽdit eos esse Abrahæ filios qui sint fidẽ sortiti. Producit item ad eam rem confirmandam ex sacris literis testimonium illud, videlicet quod per te gentes sunt benedicendæ, hoc est quæ fidem tuam imitabuntur. Arguitque fidem lege vetustiorem, vtpote quam Abraham ipse, antequam esset lex condita, iustificasset. Et prophetarum vaticinio geri quę finem iam nacta sunt & consummata. Prouidens enim, inquit, scriptura, id est deus ipse qui legem tulit, non ex lege, sed ex fide prædestinauit iri hominem iustificatum. Neque reuelauit, dixit, sed pronũciauit, vt intelligas & Abrahę iucundi tati fuisse iustificandi hunc modum, & quod res hunc exitum habitura esset, optasse. F

deu. xxvij

Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham. Cum obturbarentur illi, & formidarent: ne maledictione obstringerentur, si in lege non permansissent. Erat quippe sacris literis id demandatum. Maledictus qui non in lege perstiterit scriptis. Longe aliter se habere ostendit. Benedictus scilicet fore: qui lege relicta ad fidem se contulissent. Sicuti & fidelis Abraham ex fide hac benedictionem accepit.

deu. xxxij

Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim. Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Ne quis forte occurrat, dicens. Merito Abraham & iustior redditus est & benedictione affectus, quia nondum esset illa lex tradita. Nunc vero velim ostendas quemadmodum post traditam legem, fides ipsa & iustos efficiat, & benedicat. Aperit itaque in pręsentiarum apostolus, quemadmodum constat illam benedicendi & iustificandi de se munus præstare legẽ peccati causam esse & maledicti. Nemo enim, inquit, facere potest: quę sint hac lege conscripta. Qui vero ea non fecerit execrationi erit obnoxius. Fidei ergo erit officium, benedictionem hanc impartiri. Cum igitur nulla sit proposita noxa, frustra vos formido subibit, si a lege deficitis, execrationem hanc promereri. Quin potius maledictioni succumbitis, si lege vtimini, vt qui eam nequeatis implere.

Lex peccati causa lex a fide quõ differat.

Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit, lex

A *lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.* Ostēdit igitur lege execrabiles reddi hoies. & maledictiōis ubesse, fide vero benedictiōes accumulari. Nūc plane demōstrat fidem ipsam vel solam iustificandi in se habere virtutem, & Abacuc dicentem, inducit. Quia ex fide, non a lege, victurus est istius. Lex nanque non solam exigit fidem, sed opera. Recte autem apud deum dixit. Nam apud homines iusti forte credentur; qui legi inhæserint, quales pharisæi fuere, qui se in hominum conspectu iustiores prætenderent. Lex itaque cum ob eius difficultatem haudquaq̄ iustificaret, & nos execratione obstringeret, accessit gratia, facile ad iustitiam iter ostendens, qua & iustificati benedictionem assequimur. Pater ergo non solum ante traditam legem, fidem ipsam benedicendi & iustificandi vim habuisse, sed post conditam magis ac magis eandem seruasse.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ne quis forte hunc in modum occurrat. Assentior equidē idverum esse, vt execrandus sit, qui legem nō exquatur, & fidē iustificandi habere facultatem. Verum vnde id liquet, maledictionē esse sublatam? Vereor nāque ne cum semel lege subierimus iugum, & ipsi sumus maledictioni obnoxij. Ostendit itaque Paulus maledictionem hanc per Christum, precio depenso fuisse solutam. Et vt in se eiusmodi obsecrationem conscisceret, a legis maledictione eius non redemisse quod ipse quidem defugerat, vtpote qui legem adimpleuit. Et nos idipsum subiuimus, quia legem exequi nequi

B uerimus. Nec secus Christus nobiscum egit quam alius quispiam, qui morti damnatum insons ipse, & innoxius eximat, ne capite ille plectatur, malens ipse pro eo mortem obire. In se itaque Christus maledictionem adsciuit, quia in ligno pependit, & soluit eandē, quę hauddubie nobis impēdebat pro lege non adimpleta, cum ipse nil esset subiectus, vt qui legem impleuerit, & peccati sit expers.

Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu. Propterea, inquit, Christus est maledictum effectus, vt in gentibus, hoc est qui lege nōvterentur, innotesceret Abrahæ benedictio. Et ea videlicet quæ fieret, & fide, & in Christo Iesu, hoc est in semine Abrahæ. Quēadmodum scriptum est. Quoniam in semine tuo benedicentur, id est in Christo qui ex te secundum carnem est ortus, in Christum scilicet credente. Christus maledictū effect⁹ vt ĩ gentib⁹ innotesceret.

Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Eo, inquit, collata est gentibus benedictio, vt spiritum per fidem accipiant. Et quoniam nequirent, qui adhuc maledicto essent obnoxij, huiusmodi excipere spiritum per Christum maledictis abolitis, benedictionib⁹ donantur. Deinceps per fidem iustificati spiritus promissa accipiunt. Nam ea quę Abrahæ sit pollicitus deus, spiritalia esse intelligit Paulus, & eadem nobis esse nunc tradita, benedictionem scilicet & reliqua bona.

Fratres secundum hominem dico. Quos superius dixerat insensatos, nunc fratres appellat. Illud enim austerioris & duri, hoc mitigantis est & placidi. Humanum, inquit, sum vobis exemplar aliquod allaturus.

Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini tuo. Non dicit Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno. Et

C semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuādam promissionem. Fidem nititur patefacere, veluti testamentum aliquod, esse ex lege vetustiorem, nec iure huic legem præponi: vnde & exemplū inducit. Si homo inquiens fecerit testamentū, nullus certe hominum vel euertere id audebit, vel vltra aliquid disponet, hoc est aliquid addit. Longe ergo a deo id magis erit seruandū. Is nanque Abrahę testamentū instituit, vt eius ex semine prodiret gentibus benedictio, Abrahæ autem semen est Christus. Nec seminibus dixit, vt Abrahæ futuræ prolis intelligi detur posteritas, quales Iudæi fuere Israelitæ, sed semini singulari numero protulit: quod est Christus Quo ergo pacto in testamentum conuentionum dico & promissa, poterit lex irrita facere, ne in Christo gētes benedicantur, sed potius legis mandatis? Id nanque quid aliud esset, quam superuacaneam dei reddere promissionem, quod plane absurdum est. Ge. xxij. Exo. xix. Fides testamentū aliquid. Semen abrahæ, Christus.

Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit deus. Si lex (inquit) benedictionem largitur vitæque & iustitiæ facit, hęredes pollicitatio ergo ad Abrabam illa infirmior erit, & nullius momēti, q̄ tn̄ longe est secus. Nam quo pacto lex ipsa, quæ fuit posterior, quod ante se fuerit irritum fecerit & inane testamentum. Secundum autem hominem dico, hoc est humanis nitor exemplis, quæ si nequeant cum diuinis comparari nil mirum.

Lex cur tradita.

Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est. Cũ fidẽ laudibus extulisset, ostẽdissetq; hanc vetustate præcedere: oboritur tamen ex ea re obiectio quædam huiusmodi. Cur igitur lex tradita est, si fides erat antiquior, & benedictionem donabat? Respondet itaque non frustra id, sed præuaricationum gratia fuisse effectum, vt pro frenis esset lex illa Iudæis, quę hos vel a mandatorum quorundam transgressu, & si nõ omnium, prohiberet. Recte autem dixit, adiecta est, vt legem arguat haudquaquam vt principalẽm fuisse indictam sicut promissiones fuere: sed tanquam interiectam multarum præuaricationum de causa, vt Iudæos saltem vel a paucis coerceret transgressibus. D

Donec ueniret semen cui promiserat. Nec tamen data est in perpetuum lex, sed ad Christi vsque aduentum, cui promissum est fore, vt in se gentibus benediceretur. Si igitur quoad Christus aduenerit, lex tradita est, quid vltra illam sectaris?

Exo.xx. lex a xp̃o lata ab eadem abrogari potuit.

Ordinata per angelos in manu mediatoris. Data (inquit) lex est, & per angelorum interuẽtum administrata, id est sacerdotum siue ipsorum angelorum. Nam & tubas illas & tonitrua, & reliqua signa angeli ministrabant, in manu mediatoris, hoc est Christi. Ostendit preterea & legem fuisse a Christo latam, quo fit, vt habeat eiusdem abrogãdi, quam & cõdiderit, facultatem.

Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Christus itaque inter duo quædam est mediator deum videlicet & homines. Intercessit enim vtrinque pace composita, & bello soluto quod homines aduersum deum susceperant. Nam eo ex tempore, quo humanam sibi vniuit naturam, pacem confecit, inimicitia quæ ex carne peccati oborta est mirum in modum temperata. Quocirca cum & mediator hic sit, & dissidentium conciliator, perspicuum est non legem hunc attulisse, sed salutem. E

Lex ergo contra promissa dei? Absit. Si promissionibus benedicerentur, inquit, lex vero maledictionem inducit, & hanc vt ratam admittimus, liquet profecto vt eadem hæc dei promissiones dissoluat, quę benedictionem attulerint, quod velim equidem procul abesse.

Si enim data est lex, quæ posit uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Tunc enim lex esset fide validior, hominẽque & iustificaret, & benedictione impartiretur, si vitę ac salutis conferendę potestatem haberet. Nunc vero morte potius afficit, quam queat quempiã a peccatis eximere. Quo ergo pacto hæc fidem poterit superare: cum fides ipsa baptismi ob gratiam viuificandi vim habeat, benedicendiq; & iustitiam impartiendi?

Sed conclusit scriptura uniuersa sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Nequiuit lex, inquit, a delictis hominum liberare, quin potius ad declinandum cooperabatur, vt homines sub peccato concluderentur, hoc est vt eos deliquisse argueret, compelleretque ad peccati veniam deposcendam, & ad CHRISTVM confugere, qui hanc possit pręstare. Siquidem Iudæis, qui peccata minus pernoscerent, neque consequendæ remissionis desiderio tenerentur, legem dedit, quæ illos & intercluderet vrgeretque & angerent magis redarguendo, & peccatis ostenderet esse obnoxios, impelleretque modum aliquem inuestigare, quo fieri posset, vt veniam assequerentur, quam fides ipsa in Christum suppeditabat qua ve & ipsi iustificamur, & benedictionibus afficimur. F

Lex parietis loco erat.

Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Lex, inquit, securitatis plurimum his afferebat, qui sibi subijcerẽtur, & sub eius essent tutela. Nam & prauis hos facinoribus coercebat, & erat his parietis loco, vtpote quę homines quasi vallo includeret, & ad ipsam impingeret fidem. Quo pacto id fiet dicet aliquis? Nempe quia lex hæc cum his aperiret delicta, & si nequiret ab his quenquam eruere, necessario fidem significat homines iustificare, quæ & si erat occultior, reuelata est tãdem, cum in carne manifestatus est deus.

Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Nam quemadmodum adolescentem a quauis nequitia pædagogus tutatur, & liberat, instituitque vt præceptoris doctrinam attentus excipiat: sic lex ipsa, qui sub se essent, ad virtutem formabat, & ad Christum qui pręceptor est & magister, delicta coarguendo deducebat, reddebatque promptiores, vt eum conquirerent, qui peccatis veniam daret, & iustificaret ex fide. Pudeat ergo qui legem obtrectant, quando nec pædagogus præceptori obsistat, nec lex sit virtus nouæ contraria.

At ubi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filij estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Postquam, inquit, fides aduenit, quę hominẽ reddit perfectiorẽ, nil vltra pęda-

A dagogo subijcimur, qui sumus per fidem perfectionem adepti, & infantiam ipsam excessimus. Quod autem simus ex fide perfectiores, patet ex eo, quia ob nostram in Christo fidem, dei efficimur filij. Qui autem fuerit, vt in dei filium susciperetur dignatus nil prorsus vel imperfectus, vel infans putandus est. Eo fit, vt ridiculum videatur, vt qui iā in virum euaserit, pędagogi sit legi obnoxius. Neque enim secus id videretur, quam si vbi dies illuxit, lucernam quis intueretur, non solem. Attende autem, quemadmodū superius patefecit Abrahę filios fidem efficere, nunc dei, a deo illa valet, virtus.

Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Confirmat quemadmodū dei filij simus, & baptismi ob gratiam. Neque enim dixit, quotquot estis baptismo abluti, filij estis dei effecti, sicuti subsequens ordo poscebat, sed quod magis tremendum, Christum induistis. Nam si Christū induimus dei filium, eique sumus assimiles redditi in vnā hauddubie sumus & sanguinitatem deuecti & speciem, gratia id assecuti, quod illum cō stat esse natura.

Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Eorum, inquit, vel singuli, qui baptismi sunt aqua perfusi priuatam obiecere naturam, & manu omnes & figuram accepere, & formam. Nec angeli cuiuspiam, sed domini Christum in se præferentes. Fit itaque vt vnum simus omnes in Christo Iesu, hoc est, inquantum vnam sortiti sumus Christi nobis iniectam figuram.
B Vel quia cū oēs vnū simus cor pus effecti, Christum vnicum in caput habemus ac ducē.

Si autem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. Quoniam dixit superius Abrahæ semen, in quo vniuersæ gentium nationes benedictionem assequerentur, Christum esse, cui & promissiones sint factæ, ostenditque & nos Christi formam sortitos, concludens, inquit. Estis ergo & vos Abrahę semen, vnde & futuri hęredes benedictionis promissæ. Cur ergo legem attenditis, qui estis benedictionē huiusmodi, qua Christum induistis, iam assecuti, propterea que & Abrahæ semen effecti.

CAPVT QVARTVM.

DIco autem. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre. Testamento nanque mandauit pater vti bonorum administratione ad ætatem vsque legitimā abstinere, huic voluntati parendum, omnino est.

Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius, eramus seruientes. Paruuli non ætate, sed diuina scientia. Elementa autem mundi, neomenias & sabbata dicit. A solis nanque & lunę decursu, dies nobis hic constat. Fit itaque, vt qui nos hoc tempore, & his elementis sub lege ducunt, paruulos reddant. Cum vero in viros euasimus perfectos quidem & dei filios sunt facturi, & mundi (Elemēta mundi quid Paulus vocet.)
C præsidentes ac dominos. Sciendum autem ab initio deum adoptionem hanc (id enim designat, cum hęreditas dicit) voluisse largiri, sed nostra paruitas & ætas tenerior, quo minus id faceret, impediuit. Cum vero legem abolere penitus Paulus cuperet, haudquaquam, diebus dixit sumus subiecti, sed sub mundi elementis constituti, vt maiori afficiat verecundia, qui lege adhuc inhærendum censerent. Nonnulli autem elementa, scriptam & inductitiam legem dixere.

At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Cum interea, inquit, paruuli essemus sub neomenijs eramus, & sabbatis. At cum præfinitum incarnationis Christi tempus aduenit, quanuis malorum omnium speciem delinquendo excessit humana natura, erat tamen conciliatore opus. Misit itaque deus filium suum, hoc est, placitum illi est. vt filius aduentaret, factum nō per mulierem dixit, ne occasionem inueniant qui per virginem asserunt, tanquam per canale aliquod, dominum processisse in mundum, id falso omnino existimantes, sed ex muliere, hoc est, ex ipsius mulieris substantia, corpus accipientem virginalis vteri fructū prodisse. Factus est aūt sub lege, qua & circuncisus est. & oīa adimpleuit. Est præterea maledictionis īmunis, vt nos a maledictiōe erueret, & adoptionē offerret. Reciperemus aūt dixit, vt ostēderet cęlitus hāc nobis esse adiudicatam, & debitā, tāetsi min⁹ ob infantiā nostrā & paruitatē nobis hęc traderet. Promissa nanqꝫ

Abrahę hæreditas, illa adoptio erat. Filius nimirum in hæreditatem succedit.

Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, Abba peter. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per deum. Vnde dicet aliquis, perspicuum est deum nos in filios adoptasse? Tunc sane & primum hoc ipsum significauit, cũ Christum dicit nos induisse, qui dei sit filius, itidem & nũc patefacit, quia spiritum accepimus, qui in cordibus nostris diuinitus attrectatis, nos deum patrem appellare edocuit. Quod fieri non poterat, nisi essemus adoptione dignati. Quocirca cũ filij sumus nos & hęredes, nõ rei alicuius inanis & friuolæ, sed dei ipsius, & partienda nobiscũ vnigenito hæreditas sit, cur serui efficimur, & plane repudiamus, quæ nos in adoptionem deduxerat fidem, & cur legi vacamus?

Adoptari a patre & cohęredes filio facti.

Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dei, seruiebatis. Hæc in eos intendit, qui ex gentibus credidissent, arguens dierum obseruationem idololatriam esse, & hos quidem longe magis quam olim peccato obstringi. Nam quondam inquit deum ignorabatis, vtpote qui mentis caligantibus oculis in errorem deducebamini, quo ducti soli inseruistis ac lunæ, qui procul absunt a diuinitatis natura. Nunc vero post cognitã veritatem, dies ac tempora obseruando, nihil per vos aliud agitur, nisi quod elementis cultus pręstatur, quod sane deterior erit quædam impietas.

Dierũ obseruatio idololatria est.

Nunc autem cum cognoueritis deum, imo cogniti sitis à deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis. Nunc (inquit) & deum nostis, quin potius haudquaquam hunc vestro labore vel compertũ habetis vel cognouistis, quippe qui nil prorsus a vobis sit conquisitus, sed vos ille profundioribus degentes in tenebris, & quęsiuit enixius & suscepit. Cognitos autem dicit a deo, hoc est, susceptos. Cur ergo ad egena & infirmiora hæc elementa vos ipsi rursum conuertitis? Hoc est quæ nihil viriũ habent ad bona illa æterna vobis proposita conferenda, neque spiritualiter queunt vllo pacto prodesse. Accedit præterea quia vita sunt & sensu carentia, & idcirco hæc egena appellat & infirma, tametsi Græci philosophi ęgre id dictum ferant, qui elementis tribuunt vitam. Enimuero Apostoli illi fallaces legem perinde vindicaturi, dierum obseruationes induxerant. Paulus vero & prudenter quidem Idololatriam eã rẽ dicit quam vel lex ipsa prohibeat. Fit itaque, vt legi appertissime aduersentur qui eiusmodi edocent.

Gręci philosophi.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Hæc sane sunt argumento non modo Apostolos hosce circuncisionem hanc prædicasse, sed festos & celebres dies, & neomenias insuper induxisse.

Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. Aduerte Pauli charitatem, salientibus illis & nutabũdis ipse timore afficitur. Ne forte autem cum ait, illos prętẽdit vndis adhuc superlabi & fluctibus, nec penitus e naufragio emersisse. Quod si emergere tandem libuerit spem affert, haudquaquam labores inanes fore, quos in eis instituẽdis susceperit. Perinde ac si dicat, recordamini quantum ipse in vobis formandis insudauerim, & ita vos gerite, ne frustra videar insudasse.

Estote sicut ego, quia & ego sicut uos. Iudęis hæc loquitur, qui in Christum crediderant, me inquiens imitamini, qui olim fui a vobis nil alienus. Vtpote qui in lege tutanda erã feruentior. Nunc vero illa omissa, pro fide, proque Christo ipso decerto, velim igitur & tales vos esse, qualis sum ipse.

Fratres obsecro uos, nihil me læsistis. Cum acrius hos incessuisset, nititur eorum animos mitigare. Nil enim vel vehementior increpatio, vel nimia indulgentia conferunt vtilitatis. Et ideo hos fratres appellat, vt baptismi simul acceptam gratiam recordentur, quã omnes fraternum sumus nomen adepti, vt ex deo simus vnico patre progeniti. Excusat pręterea non odij gratia se intulisse quę dixit. Nihil enim me, inquit, lesistis, quin potius honoribus estis, & gratis operibus prosecuti. Quid igitur credi potest, vt inimicitiæ & maleuolentiæ causa hæc vobis obiecerim, de quibus vt benemeritus esse viderer, tantum curæ susceperim.

Fratres oẽs ex baptismo

Scitis autem, quia ob infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridem, & tentationem uestram in carne mea non spreuistis neque respuistis. Nostis inquit, quemadmodũ per carnis infirmitatem, hoc est, per discrimina & seditiones vobis euangelium pręd icauerim, nec vos me periculis diuexatum cõtempseritis, nec tentatio meæ carnis hoc est, persecutionis, & plagę, & alia pleraque istiusmodi vos aut offendit aut induxit, vt me contemptui haberetis. Tacite etiam ad verecundiam eos impellit, cum aperit, quanta sit ipse illorum gratia ab aduersarijs mala perpessus.

A *Sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Iesum Christum.* Tantopere, inquit, me honorastis vt potior quam homo sit, & præstantior apparerem. Quo ergo pacto non absurdum videri debet, si persecutionibus me tunc temporis, & malis, plurimis afflictum, haud secus exceperitis mihi offensi, quam angelum quempiam, vel Iesum ipsum excepissetis? Nunc vero necessaria consulentem, & longe decentia, hostis ducitis loco, nec vltra admittitis.

Vbi est ergo beatitudo uestra? Hæret hoc loco & obstupescit, vbi vestra est, inquiēs, beatitudo? hoc est quo illa omnia abscessere, quibus ob vestram in præceptorem beneuolentiam, prædicabant vos cuncti beatos. At qualis nunc illa est, & quo tandem redacta beatitudo? Quandoquidē animaduerto vos longe contra hoc tempore erga me esse affectos. Galatarū in Paulū sūma beneuolētia

Testimonium enim perhibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi. Potiorem me, inquit vestris oculis ducebatis, apud vos prædicantem. Vnde igitur eo res recidit, vt haud secus quam hostem me suspicemini? Esset itaque id plane absurdius, vt is cui tantus fuisset per vos honor delatus, hæc vobis infenso animo diceret.

Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis? Aliam nullam, inquit, inimicitiæ video maleuolentiæ causam, nisi quia vobis verum prædixerim, coarguerim tanquam corruptos, nec recte de dogmate sentientes. Et vnde maiorem a vobis beneuolentiam fuissem promeritus, quia sum apud vos curatoris officio functus, odiū peperi.

B *Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut illos æmulemini.* Est sane recta æmulatio quædam, cum quis alterius sectatur virtutem. Est & iniquo alia, cum studet quispiam proficientem a virtute & bonis actionibus propulsare. Vestri itaque seductores omni studio excludere vos cōnituntur. Hoc est e perfectiori Christi statu atque scientia deturbare atque eijcere, & in imperfectam legis conditionem, vt ipsis honores tanquam præceptoribus deferatis, & se imitemini more discipulorum. At ipse longe aliter sentiebam, quippe qui vellem vos in illis potius esse ad perfectiora instructores. Quod vtique est, cum apud vos essem, effectum. Idipsum in subsequentibus patefacit. Recta æmulatio.

Bonum autem æmulamini, in bono semper, & non tantum cum præsens sum apud uos. Vides quē admodum etiam aperit fuisse hos quidem omnium ad perfectionem assequendam imitatores, cum apud eos præsens esset apostolus post eius vero discessum, hos esse in hæc malo prolapsos. Sunt itaque, inquit, illi habitatores, qui vel præsente vel absente doctore, quę recta sunt sentiunt.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Matrem imitatur pro filijs trepidantem. Corrupuistis (inquiens) Christi formam, quam in vobisipsis baptismi ob gratiam exceperatis, vñ & iterato generandi estis & reformandi, quousque in vobis Christus formetur, hoc est Christi in vobis immoretur forma, & ex eo formemini. Parturio autem iterum, id est rursum instruendo vos pario, quod e quadam parturiētium desumpsit metaphora, quæ cum labore ingenti, & summo discrimine pariunt liberos. Filios autem eos appellat, ne vel hoc pacto de sua desperent salute. Quod autē Galatas apostolus parturiat rursus, & lapsos integro formet: facere contra Auatianos videtur, qui Apostolꝰ Galatas iterū parturiens quomō.

C nullam admittunt ex pœnitentia correctionem.

Vellem autem esse apud uos modo & mutare uocem meam, quoniam confundor in uobis. Hoc est, in luctum & eiulatus hanc verterem vocem. Hæreo nanque & in ambiguo sum, quidnam sim de vobis dicturus. Nam cum per deum essetis eo iam celsitudinis prouecti, vt vel pericula militum strenuorum more pro fide adiretis impauidi, ab idque vel miracula ederetis & signa, nunc tandem sitis in hanc legis vilitatem abducti. Vellem itaque eam ob causam vel præsens vicem vestram deflere. Solemus enim ad lachrymas declinare, cum nil adnitendo molimur. Legis vilitas.

Dicite mihi, qui sub lege uultis esse. Postquam hos satis mitioribus verbis demulsit, leniuitque ad contentiones regreditur, palam facturus, nec legem ipsam exigere, hanc sui a nobis obseruationem. Vnde dicite mihi, inquit. Recte autem vultis, dixit. Neque enim id res deposcebat, sed quia essent hi in lege adstruenda & obseruanda nimium pertinaces. Legem vero dixit, Genesis librum. Solet enim apostolus, vetus omne testamentum, legem dicere.

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Dixerat supra. Abrahæ filij estis, & quoniam haudquaquam pari erant Abrahę filij dignitate siquidem ex serua alter, alter esset ex libera genitus, ostendit hoc loco non solū filios dei Gen̄. xxi

Galatas esse, sed tales etiam qualis Abrahæ ille fuit ex libera ortus & generosus, adeo D vos (inquit) fides excepta nobilitauit.

sed is qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. Cum hos Abrahę filios nuncupasset, & quæ minus credibilia sunt, visus sit dicere. Quippe qui nec ex abraham sunt secundum carnem progeniti, nec eius sunt filij, nunc subdit, nec Isa ac ille Abrahæ propinquior filius secundum carnem est ortus. Qui enim fieri id poterat, cum Abrahæ esset natura demortua, & Saræ vulua conclusa? Sed dei verba atque promissa hunc procrearunt, Ismael vero naturę sequela, & Abraham nondum tanta ætate prouecto, & nullis dei pollicitationibus, est ex ancilla susceptus. Id vtique secundum carnem designat. Veruntamen qui est secundum carnem profectus, & seruitute obstrictus est, & ab hęreditate mox alienus. Is vero qui haudquaq̃ duxit a carne originem, dominus est & hæres. Quid igitur ĩpedit quin & vosipsi & si minus estis secundum carnẽ ex Abraham procreati, dici abrahę filij iure possitis? Quippe qui ex baptismi verbis, dum sacrosancta illa ablutio fit, enunciatis, formati estis & orti.

Ismael ex ancilla susceptus.

Quæ sunt per allegoriam dicta. Hoc est ex Abrahę non mõ historia hęc huiusmõi pręferuntur, sed & alia quædam designantur, & ideo per allegoriam sunt dicta, & aliũ quendam in sensum præter hunc interpretantur. Erant nanque prisca illa in pręsentium figuram edicta.

Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem in monte Syna, in seruitutem generans, quæ est Agar. Syna enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, qui nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. E Quas duas has dicis? Eas quidem quæ ad noui & veteris testamenti interpretationem inducuntur. Quo pacto? Per Agar nimirum vetus illud interpretatur. Lex nanque e monte Syna tradita est, qui mons & in Arabia est, & Agar Arabum lingua nuncupatur. Cõiunctus autem est Hierusalem, hoc est vicinus est & contiguus. Vel quia inferiori Hierusalem cõparatur, & similis est & proportione quadam illi par, & pro ea accipitur. Proinde vna vtriusque sit facies. Quemadmodum igitur Agar & serua erat, & ad seruitutem illos generabat, sic & lex ipsa, quæ ex monte Syna alias Agar vocitato, & nunc Hierusalem ipsi persimili prodijt, in seruitutem gignit, qui sibi obtemperat. Erat nanque lex hæc seruilis admodum & illiberalis. Quandoquidem virtutem corruptibili compensabat mercede, hoc est recta opera terrenis bonis donabat, & eius imperio a nequitia & improbitate cruciatus & pœnæ formidine declinabat.

Agar lex vetus.

Lex seruilis erat

Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est. Agar quidem in huiusmodi continetur figura. Vide autem, quid Sara illa prætendat. Hæc enim superiorem Hierusalem pręfigurat.

Sara superiorẽ Hierusalem significat.

Est nanque ciuitas illa fidelium, unde & lex nobis delata est. E cælo quippe euangelium pdijt. Eo autem libera est, quia legis vetustę obseruatione non sit obnoxia, & omnia libere & ingenue mandet. Non enim a nobis quippiam geritur vel spe, vel cupiditate visibilis præmij. Neque perinde ac si cruciatus nobis corporales impendeant, sed & promissa diuina profecto sunt, & tormenta ingenuos viros decentia. Nam grauiter delinquentibus mystica interdicitur mensa: & conuitio castigantur. E

Scriptum est enim. Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quam eius quæ habet uirum. Nequaquam figuris contentus, quin & Esaiã testem inducit sterilem appellantem ex gentibus ecclesiam. Hæc nanque fuerat a diuina scientia destituta. Quippe quæ deum nesciret, nec filios procrearet, quia neminẽ dei prophetam prætulisset, vel pręceptorẽ. In virum autem habens Iudęorum synagogam, vel quia legem haberet sua moderantem, vel deum ipsum. Erumpe itaque, hoc est hilaritatis & lętitię voc effundito, quoniã multos iam adepta es filios. Quinetiam, qui prophetæ & doctores dei filij ex te prodierunt, & orbem terrarum vniuersum, nationẽ aliquã vnam, vt Iudæorum synagogam genueris.

Mensa mystica. Esa. liiij.

Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnẽ natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Ecclesia, inquit, Saræ instar, cum sterilis esset non solum in posterum filijs abundauit, sed pari nobilitate & filios genuit. Vtq; illã nõ natura matrem effecit, sed dei promissio. Ipse enim vbi dixit, ad id temporis sum ad te rediturus, in Saræ vtero infantem plasmauit, sic & nos (vt dictũ est supra) diuina verba baptismi lauacro inclamata formarunt. Proinde ne quis forsitan dixerit, at qualis hæc videri potest libertas, cum credentes ipsos Iudęi plagis affligant, & agitentur persecutionibus, qui liberi videantur. Respondet, tunc temporis sic contigisse,

Ecclesia Sarę instar ge. xxviij Cap. iij.

A vt cum Iſmael Iſaac ipſum perſequeretur,vel prorſus perſecutio hæc impediret, quo-
minus legitimus eſſet hic filius,& inſectantis ſe dominus:ita & nos Iſaac illi arguit ſimi
les,& Abrahæ facit coniunctiores.

Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio libe- Gene.xi
*ræ. Ne quis fortaſſe quærat,quæ ergo futura eſt ex his cõſolatio qui à Iudæis uexantur fidelibus, quód
que Iſaac ſit afflictatus?* Subdit itaque. Audi narrantem ſcripturã,& tunc conſolabere.
Nam pro breui illa perſecutione qua Iſaac ille diuexabatur,prorſus eijcitur Iſmael. Ne- Iſaac.
que eiectum fuiſſe ſat illi ad ſupplicium fuit,quin quod magis vrgebat, neque eorũ bo Iſmael
norum effectus eſt particeps,quę erant Iſaac puero parata. Et eo erat acrior cruciatus,
quia a dei ſententia & iudicio deſumpſiſſet,non a perſecutione prĩcipum. Vides vt an
cillę dixerit,non Abrahæ filium,qui hęreditate indignus ſit iudicatus, tanquã a teterri
mo genere ortum appellans. Animaduerte præterea,quemadmodum oſtẽderit Paulus
legem deſtructionem ſibiipſi inducere. Siquidem quæ dicta ſunt,omnia eorum prę ſe fe lex ſibiip
rant figuram,quæ iam ſint in lege peracta,vel in veteri ſunt teſtamento perſcripta. ſi deſtru-

Itaque fratres non ſumus ancillæ filij;ſed liberæ. Hęc omnia eo producit apoſtolus,vt argu ctionem
at quę nobiſcum agũtur hoc tempore, multis ante ſeculis fuiſſe figuris expreſſa. Cur er inducens.
go non fuerit abſurdum,vt qui libertatem nobis tot ante temporibus partem habem⁹
vltro ſeruitutem poſtliminio ſubeamus?

B *Qua libertate Chriſtus nos liberauit.* Neque enim, inquit, ipſi vos liberaſtis, ſed qui pro
nobis dependit precium,Chriſtus. Quo ergo pacto vos ipſi legis ſubijcitis poteſtati,do
mino inconſulto, qui vos libertate donauerit.

CAPVT QVINTVM.

S*Tate,& nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Cum ſtate dixit,oſtendit illos inſta
biles eſſe & mutabundos. Cum iugum,inquit, grauẽ legis ſeruitutem deſi-
gnat. Cum vero iterum,dementiæ illos accuſat. Quandoquidem & intolle-
rabile illud legis onus experti,volẽtes rurſum ad eam ſe conferunt.

Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circuncidamini,Chriſtus uobis nihil proderit.
Propriæ perſonę dignitatem ac fidem quibuſuis argumentis & demonſtrationibus an
teponit,nihil inquiens,circunciſio profuturus eſt Chriſtus,quia is & gratiam reſpuat,&
ad legem confugiat,perinde ac beneficium: chriſto vero tanquam de ſe haudquaquam
benemerenti nil credat. Qui itaque minus credens a chriſto deſciuerit, ni prorſus ex per
fidia conſequitur lucri.

Teſtificor autem omni homini circumcidendi ſe quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ. Ne for
te exiſtimes hæc me maleuolentiæ gratia intuliſſe,non vobis ſolum, ſed circunciſo cui
que dixerim ingentem molam eſſe iniectam. Conſtat namque quæ legis ſunt, adinuicẽ
connexa eſſe & catenata. Cumque vel tenue quid ex legis exceperis & eius iugo teip-
ſum ſubmiſeris,profecto omnem eius in te dominatum traxiſti. Nam circunciſio ſacri legis mo-
ficia depoſcit,neomenias & ſabbata obſeruat. Sacrificium & locum exigit & modum& leſtiæ &
C purgationes. Nam qui immundus eſt,nequaquam vitiatur, & purgationes item huiuſ iugum.
modi obſeruationes alias habent. Vides quemadmodum qui a Chriſto defecerit, non
ſolum conuincitur nil profeciſſe, quin etiam infinitis ſe ſubijcit oneribus. Nam ſi lex
(vt exiſtimas) præpotens eſt, & dominatur,erit hæc omnis per te hauddubie exequen-
da. Si minus,neque in partem admittenda eſt.

Euacuati eſtis à chriſto,qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis. Hoc eſt, nullum habetis cũ
chriſto commercium,quicunque in lege iuſtitiam aſſequi ſuſpicamini. Et ex gratia exci
diſtis,quæ vere iuſtificat. Magni eſt itaque naufragij loco habendum, quandoquidem
nec lege fruimini,& gratiam ſimul admittitis.

Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nos, inquit, fideles non lege,ſed ſpiritu
ſancto conſequi ſperamus iuſtitiam,deinceps & ſpiritus eiuſdem aduentu commiſſorũ
veniam accepturos,& in baptiſmo iri iuſtificatum.

*Nam in chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem
operatur.* Dicet aliquis. Si obfuturam dixit Apoſtolus circunciſionẽ,cur ergo hãc
indifferentem nũc ponit? Ad hæc reſpondemus,de circunciſione ea nũc dicere, quę fidẽ
præceſſerat: perinde ac ſi inquiat. Qui in nouo ſunt teſtamento perſcripti,neque ſi vel
circunciſi iam fuerint,vtilitas aliquid aſſequuntur:neque ſi in pręputio ſint & incircũ-
ciſi,detrimenti quippiam ceperint aut iacturæ: quandoquidem in fide cunctarũ rerum

vertitur cardo, quę charitatē operatur, hoc est quæ omnino vegetior esse debet, ob eā qua in Christum afficimur, charitatem præferri. Ostendit autem hos & si crederent, & si dem exceperint, nil tamen esse in Christi amore fundatos. Et ideo ad legem vltro se cōtulisse, quamuis ad habandem in proximos dirigat charitatem. Demonstrat præterea seductores illos qui hos circunuenerint, si se velint charitate complecti, nequaquam id amplius ausuros. Perdisce itaque quemadmodū operatur fides per charitatem, hoc est, vt actuosa & exercita sit: charitate vero si caret, otiosa & turbida sit futura. Simile illud est, Fides sine operibus mortua est.

Fides si charitate caret otiosa est. Iaco.ij

Currebatis bene. Quis uos impediuit ueritati non obedire? Nequaquam id rogantis est, sed deplorantis, dicentisque. Ecce iā ad perfectionis culmē euaseratis, quis vos deiecit? Quis adeo valuit deprauati ingenij viribus, vt vos prorsus interpellaret, ne euangelicæ veritati fidem adhiberetis, sed legi obsequeremini, quæ adūbrata sit, & superuacanea reddita? Nemini consenseritis. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocauit vos. Hoc est, quod fueritis seductoribus his obsecuti, nequaquam est a Christo, neque enim ideo vos ille vocauit vt morem geratis consulentibus esse ritus Iudaicos imitandos.

Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ne illis hunc in modum occurrendum offeratur occasio, quid nos adeo lacessis Paule, vnum tantisper excessimus legis mandatum & tantopere id auges crimen & magnifacis? Sic respondet Apostolus. Quod tenue admodum est, & pusillum videtur, maximum solet in modum obesse. Nam quem admodum fermentum, & si perexiguum sit, massam vitia omnem, quippe quam sibi ad mixtam, & ad se trahens immutat: sic & circuncisio ipsa, cum mandati vnius obtineat locum, ad Iudaicos ritus vos * consectandos est conuersura.

* cōseruādos

Ego confido in uobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Confido, inquit, in vobis, nec mirū qui meorum calleam discipulorum conditiones, & eorum facilem fore in viam redditum non ignorem. Cūque de vobis nil ipse desperem, quia ad bonū conuerti posse intelligo, confido tamen & deo in primis, cuius arbitrio nec minima pereunt. Hortatur pręterea, vt & ipsi de se præstent quæ conferant, & spem in domino habeant obfirmatam. Neque enim aliter possunt diuina bona parari, nisi & ipsi, inquit, pro vestra virili proferre ex vobis quæ deceant, adnitamini.

Qui autem conturbat uos portabit iudicium, quicunque ille est. Spero equidem, inquit, in viā vos redditurος, facturosque quæ deceant maxime, nil tamen crediderim qui vos seduxere, pœnas emeritas euasuros: sed luent hi quidem supplicia, tametsi magnitudine videantur & authoritate pręstare. Id enim prætendit, cum inquit, quicūque sit ille. Quod eo dixit, vt absterreat cæteros, ne in istiusmodi se ingerant facinus.

Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Cum hypocrisis Paulum plerique insimularent, asserentes circuncisionē pdicasse nōnūquā interdixisse, sic inquit. Velim equidem mihi testimonio sitis queādmodū a Iudæis diuexor insectantibus. Si vero circuncisionem prædicauerim, quam aliam ob causam persecutionē hanc patior? Id sane perspicuum, quia illorū auitos quosdā ritus sustuleri ac si obseruandā edixerim circuncisionē in suo illos errore stabilio. Cur ergo me persequūtur? Vel, quam sunt persecutionis huiusce causam allaturi? num dicturi sunt forte, Timotheum Paulus circuncidit? Ita quidem. Sed dispensationis cuiusdam id gratia fecit. At * illud circuncidere, aliū circuncisionē prędicare, non enim dixit, si circuncisionem fecerim: sed si prædicauerim. Qui enim prædicat, sancit dogma, feritque id perpetuo oporte re iniungit, quia bonum est pręputiū. Qui vero per dispensationem egerit quippiam, nō solum vt bene agat, sed pro rerum & temporis necessitate id facit.

Paulus de hypocrisi repręhensus.

Act.xvi

* Aliud. Alid' est circūcidere ex dispēsatione, aliud circuncisionē prædicare.

Ergo euacuatum est scandalum crucis. Si circuncisionem prędico, inquit, cessabit haud dubie scandalum, quo crucis ratione offendebantur Iudæi, nam nullam ob causam aliā, crucis is sunt prędicatione perculsi, neque alia ratione eam repudiant, nisi quia circūcisionē simul tollit & legē. Quo fit, vt quę a me prædicatur circuncisio, crucem impugnādi Iudęis occasionem attulerit, resederitque & scandalum illi incessabantur.

Vtinam & abscindantur qui uos conturbant. Hos quidem: qui fuerant a falsis apostolis circunuenti, insensatos iā dixit, neq; aliū eos in modū, nisi vt pueros solem9, corripuit. Seductoribus vero perinde ac insanabili morbo affectis in mala īprecatur: & inquit. Vtinā non modo circundantur hmōi homines, qui vos conturbant, sed eorum pœnitus pręcidantur pudenda. Vel abscindantur dicit, hoc est, a vestro sint seiuncti consortio. Grȩce autem: quod conturbant latine traductum est, ἀνασατοῦντες habetur, hoc est, a pprijs

A sedibus moti, & alio traducti. Vt enim cũ vi & armis aliqua capitur ciuitas, ex ea abacti hoĩes traducuntur, sic & Galatę libertate amissa, & ad Hierusalẽ inferiorẽ hanc a superna illa transuecti, ad legẽ sunt, & ad Iudaicam vtilitatẽ compulsi. Notandum prętere a est, quemadmodum qui se circuncidunt. Pauli in se execrationem consciscunt.

Vos enim in libertatẽ uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni. Non enĩ vt legi, inquit, deseruiamus, a Christo sumus vocati, sed vt a legalis seruitutis iugo liberi simus. Deinde ne quis existimet, quia libertate vtimur, licere nobis omnia ad nutum facere, castigat id dictum, & inquit, nequaquam sumus huiusmodi libertatem adepti, perinde ac occasionem nacti ad carnis concupisentiam: quippe qui non eam ob causam sumus a legis iugo soluti, vt in pręceps feramur, sed vt libere & seruitute submota, recti & gradu composito, tanquam bene formati, & instructi nos incedamus. Non enim vt legem præuaricemur, licenter iam & libere agimus, sed vt vltra quam lege cautum sit, prouehamur.

Sed per charitatem spiritus seruire inuicem. Legis iam iugo sublato, aliud quoddam quod charitatis est iugum inducit, vt illo leuius, ita & lõge validius. Arguit pręterea seductores illos, & talia his principatus cupiditate persuasisse, quæ profecto omnium mater est hæresum. Cunque tales, inquit, vos inter dissidium fecerit dominandi libido, præstate alternis mutua charitate obsequia. Seruire autem inuicem dixit, vt intentiorem prætenderet animi affectum, quo seruiendum sit. Ad mortalitatem demum conuersus, & modum aperit, quo fieri possit ne carnis cupiditatibus seruiatur. Cupiditas mater omniũ hęresum.

B

Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si prorsus, inquit, legem exequi cupido incesserit, nequaquam hanc circuncidẽdo, sed charitatẽ seruando explete. Hæc enim legis est adimpletio. Aduerte autem quemadmodum, etsi de mortalitate sit sermonem aggressus, nil tamen fuerit de dogmate ipso, vt dissereret demum, oblitus. Adeo ille dolebat, erroribus Galatas sic paruisse. mat. xxij. Mar. xij.

Quod si inuicem mordetis & comedetis, uidete ne ab inuicem consumamini. Quod gestum re ipsa fuisse compertum habebat, perinde ac subdubitans ponit. Idipsum & in sequentibus facit. Cum enim, ne consumamini, inquit formidãtis indicium præfert, rem ita fore pro certo asserentis, non condemnantis. Non enim solum, mordetis, dixit, quod iracundiæ est: sed, comeditis vel voratis, vt gręce habetur, quod feritatis est vltimum. Hæc autem & de corruptis dogmatibus disserit. Quinetiam potest & de mutuis illorum insidijs, rapacitatibusque, & inexplebili habendi cupiditate intelligi. Et quoniam qui alijs iniurias faciunt, vel insidias parant, exitium alijs videntur, & non sibi afferre. Videte inquit, id est, cauere, ne id rei in vos relabatur.

Dico autem in Christo, Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Cum morsus & vorationes dixisset, consummationem allaturos & finem, exprimit & horum medelã quę & charitatem conseruat, & ipsa a charitate seruatur. Dico autem id fore cum spiritales nos præstiterimus. Nam si spiritum ipsi sectabimur, & alios amore prosequemur non mediocri, quo demum affecti sumus, vt spiritales efficiamur, necesse est. Sic profecto futurum est, vt carnis concupiscentias non exequamur. Ro. xij. In Manichæos.

C

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quicunque uultis, illo faciatis. His Pauli dictis innituntur Manichęi, & cæteri eius sectę hæritici, dicuntque ex duabus & diuersis substantijs hominem omnino cõstare, vnde ipsum Apostoli dictum huic rei argumento esse & testimonio asserũt. Quod tamen est longe secus. Neque enim de hominis substantia hęc Paulus disputat, sed carnem appellat humanas cogitationes & mentis effectus, qui terrenis in rebus versentur, perinde ac desides & torpentes, nõ corpus & spiritũ & spiritualem aliquem cogitatum: non animam. Terrestris igitur contemplatio spiritalis pœnitus aduersatur, & spiritalis terrestri: prauarum itaque & optimarum intulit cogitationum discrepantiam: & nõ corporis & animę impugnationem. Velle nanque vel minus velle, meditãtis est animi. Adiecit pręterea, ne ea faciatis quæ vultis. Nam animę corpus opitulatur: nec secus inhærens anima corpus tutatur, & per omnia subest, ne illud deseratur. Quo ergo pacto contraria fuerint & inuicem aduersabuntur, quæ tanta & mutua sunt affectione connexa? Terręstris contẽplatio spiritali cõtraria.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Qui spiritum, inquit, est nactus, vel prauas restringit cupiditates, a quibus qui liber euaserit, nec legis indigebit consilio, nec illi erit subiectus, nã q nec ira incenditur: quid habet monitore opus, ne quem occidat, quod & alibi dixit Apostolus, nulla est iusto lex posita. Videtur etiam legis laudes explicare. i. Tim. i.

Si enim spiritus loco lex erat, pro eius viribus & suo tempore in pædagogi morem alios instruebat. Cur ergo pædagogi iugum de integro subijstis, spiritu qui perfectos vos redderet, derelicto? Nec sane res hæc secus se habet, quam si philosophus quispiam pędagogo indigeat. D

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, adulterium. Corruptæ, inquit, & carnalis volũtatis hęc opa sunt, e qbus eminẽt & notiora videtur, adulteriũ & fornicatio. *Immunditia, impudicitia.* Modos hoc loco nonnullos, fœdi prætendit. concubitus, quos nec explicare præ scelerum magnitudine tulit.

Idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non hæreditabunt. Dicant vobis qui carnem incusant & criminantur. Concedamus fornicationes & adulteria corporis esse delicta. inimicitiæ vero & contentiones, & id generis cætera, quo pacto inesse corpori poterunt? Atqui liquet sane corruptæ & inquinatæ mentis hæc esse facinora. Quod si nobis essent natura hæc insita, quo pacto nos a cœlesti imperio eiecissent? Non enim natura, sed volũtate & supplicia parantur & præmia, Alioqui si natura hæc obuenirent, nequaquam qui faciunt hæc, intulisset, sed qui patiuntur: nam facere animi promptitudinem præfert. Inimicitias vero, non ęquas intellige. Sunt enim & iuste nonnunquam, vtpote, quę fidei gratia oboriuntur, & quæ omnibus inferuntur, qui a recto decesserint. Dicit autem ęmulationem, quæ & praua sit & iniquior. Quandoquidem est alia quędam recta æmulatio, cum bona quis factitantem nititur imitari. Optime autem post contentiones & rixas ponit & sectas. i. hęreses, quę a contentionę dicunt originem, cum quisque contendit cõfirmare quod sentit. Homicidium pręterea ab inuidia nascitur, & comessationum scurrilitas omnis & temulentia. κῶμοι enim gręce, quos comessatiões hic dicit, ebriantiũ sunt cantiões, cũ iurgio & cõtumelijs decãtatę. Vnde pri⁹ gignẽtia posuit, mox & ꝓgenita. E

Aemulatio bona

κῶμοι.

Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudium, pax. Quia a nobis ortũ ducũt praua facinora, propterea & carnis opera appellauit, perinde ac si operosa sint & grauia factu. Bona vero non modo nostro indigent studio, sed ope etiam diuina, ob idque spiritus dixit, perinde ac nostra intersit semen subministrare, & voluntatem offerre, diuini vero arbitrij sit, vt fructus emergat. Omnium autem bonorũ radicem priorẽ statuit charitatẽ, deinceps gaudium. Qui enim afficitur charitate semper est lætior, vel si mala perpetiatur, & beneficium erga spectat, qui mala ingesserit. Gaudet enim, sed in deo, cuius gratia & peragat cuncta, & tolleret, eoque & optime adgaudet conscientiæ. Ex charitate autem & suscepta lętitia conquiescit, nec vllis animi cogitationibus obturbatur. Quinetiã vel si quos odio habere videbitur, non eos odit, sed illorũ fastidit nequitiam. Quandoquidem hos ipsos vt fratres colat, & odium prę̧ferat vt corrigãtur, & correctis conducat.

Charitas radix omnium bonorum.

Patientia, benignitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia. A benignitate longanimitas ita videtur sacris in literis discrepare, vt qui animi sit magnitudine prædictus, is certe sapientia polleat, neque accelerare & præcipitanter, sed sensim, & lento gradu, dicentes ingerat pœnas. Qui vero benignior fuerit, vel sontes & noxios dimittit impunes. Quemadmodum Moses quia Mariæ & Aaron ipsi perpecerat, clementior est appellatus a cunctis, qui eas terras incolerent. Et bonitas quidem est quam beneficentia lõge vulgatior. Bonus est enim dominus, inquit, vniuersis. Beneficentia vero dignis duntaxat benefacit, vt illud est. Benefac domine bonis. Fidem autẽ dicit nõ simplicem quandam & tenuem, sed quæ montes præ ardore transiliat, credatque nihil ambigue quę impossibilia hominibus sunt apud deum fore factu facillima. Postremo & continentiam posuit, quia non solum ab escis, sed ab omni sit nequitia abstinendum. F

nũe. xij.
ps. cxliiij.
ps. cxxiiij.
Marci. xvij.
Lucę. xviij.

Aduersus huiusmodi non est lex. Hoc est, Anima quæ ista suggerente peregerit, nihil indiget legis instructione, cum præstantior ipsa sit, & lege sublimior, sicuti non calcaribus indigent æqui natura velociores. Paulus itaque legem non reiecit, quia iniquior sit, sed quia spiritu est liberalitate inferior.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Haud secus ac si quispiam roget. Quis hominũ est qui agat quę differis? Respondet. Qui christi sunt, hoc est, qui ex Christi sunt sorte, carnemque crucifixerunt. i. est opera quę carnem sapiunt, mortificarunt. Non enim sibijpsis mortem hi consciuere, vt carnem intelligas ipsus carnis substantiã, sed cogitationes terrenas. Quo fit, vt neque iracundiæ vitium in his, neque concupiscentiæ vigeat, sed vtraque hæc & cruci affixa sint, & morte affecta.

A Vel simpliciter vitia affecta & inquinata opera dicit, siue ab ira sint illa pducta, siue a cupiditate. Nec solum istiusmodi actiones restringunt, sed earum tollunt principia, siue concupiscentias dixeris.

Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Cum itaque spiritus tanta sit vis, & illi viuendũ est, & eo cõtenti esse debemus. (Id enim ambulemus prætendit) hoc est, sat sit nobis spiritus virtus, neque per legem adijci quippiam deposcamus.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes. Arguit hoc loco eos qui hos seduxere, gloriæ cupiditate id scelus fuisse aggressos, quę haud dubie cunctorum est malorũ origo. Tunc autem se inuicem prouocant, cum se concitant altercando, iurgandoque, vt fieri solet, cum quis hosti inclamat huiusmodi. Heus tu, huc concedito, si quid robore valeas & viribus, ineamus certamen. Proinde & inuidiam interdicit, quandoquidem ab inani hæc gloria defluat.

CAPVT SEXTVM.

F*Ratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Cum seductoribus his viderentur nonnulli ex delinquentibus cõuitiari, & increpare delicta propriaque vitia patefacerent, vt pote qui glorię & principatus cupidine ad id deuenissent, sic inquit. Si præoccupatus quis fuerit, atque deprehensus aliquid cõmisisse, nõ statim sint admouẽda supplicia, sed ad correctionẽ adhibẽda medela. Et in spiritu sancto id agite dicit, arguẽs spiritui id placitũ esse, & eius gratia fieri, vt leniter castigemus peccantes. (Peccanti non stati admonenda esse supplicia.) B

Considerans teipsum, ne & tu tenteris. Ne forsan qui alios in viam reduxerit, efferatur postmodum & insolescat: confirmat hũc, & hortatur his verbis. Considera teipsum, hoc est, te hominem esse ac labilem contemplare, & caue ne & ipse tenteris, quod sane humanum est. At illud teterrimum, cum ex tentatione in prauum facinus labimur. Tu vero adiecit, vt mortalis commonefaceret fragilitatis.

Alter alterius onera portate. Quoniã nemo est hominũ qui pcti sit expers, ne acrius pximi peccata detractet, commonefacit. Quin eo maxime ferat vt & sua ab alijs tolerẽtur.

Et sic adimplebitis legem Christi. Non enim implebitis dixit, sed, adimplebitis: hoc est, cõmuni consensu omnes Christi legem perficietis, vosipsos inuicem tolerantes. Videlicet vt iracundus ad iram tardum sustineat, & tardior iracundi impetum ferat. Sic fiet, vt neque ille delinquat, si ab hoc toleretur, neque is, si ab illo feratur. Nec illud dico, vt inuicem porrectis inter vos manibus Christi legem alternis mox exequamini, sed quod proximo deerit, vnusquisque sufficiat tolerando. Charitas autem Christi est adimpletio mandatorum.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Arguit hoc loco nullius esse momenti, qui alicuius se duxerit. Præfert enim maximum suæ vtilitatis argumentum, qui esse se aliquid credat. Quo fit, vt præter seipsum fallat neminem.

Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Examinet, inquam, & diligenter suas quisque res gestas disquirat. Id nanque, cum probet (inquit) designat, ne has forsitan, siue inanis gloriæ, siue simulationis, siue alterius cuiusuis humanæ occasionis gratia gesserit. Tunc fiet, vt non in altero, sed in seipso gloriam quis assequatur. C

Communicet autem qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. De præceptoribus disserit qui sub eis catechumini fuerint effecti, & instituti illos faciant non vnis ✝ in rebus, sed in omnibus eorũ fortunę bonique participes, victum scilicet vestem, honores, beneuolentiam, & bona reliqua illa impartiantur, vtpote qui lõge maiora accipiãt, quam ipsi cõtulerint, quãdoquidẽ demetant pro carnalibus spiritalia. Eoque & cõmunicationẽ appellat, vt quã retributio cõsequatur & præmium. Quęret aliquis. Cur a discipulis Christus alimoniã iussit pceptoribus ipsis deferri? Id mirum ea de causa fecit, ne insolescerent præceptores: sed humiles se pręstarent, quãdo eorũ ad vitam præsidio indigerent, quos ipsi ad fidem instuerent. Et vt nulla præsentium rerũ cura distracti, prędicationi solum vocarent, essentque & discipuli non in pręceptorem ingrati, & consuescerent bene instituti in omnes tales se exibere, simul etiam ne inopes suam erubescerẽt sortem. Quandoquidem pari essent cum præceptoribus conditione. (Cathecumini. ✝ Vna in re. Cur a discipulis Christi iussit alimenta pceptoribus deferri. Math. x. Lucę. x.)

Nolite errare deus non irridetur, quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitã æternã. Cum præceptores ipsos nonnulli prauæ vitæ insimularent, & ob id aspernantes non

alerent egestate oppressos. Ideo & in subsequentibus dicturus huiusmodi est. Bonum faciẽtes non deficiamus: vt nunc, inquit dicere admodum eos & liberaliter erga hos instructos se gerant, tanquam in omne quod ipsi impenderint, in ea quę spiritus sint conferatur. Proinde doctrinam conferens cum impensis, quę cum carnalibus, tum spiritalibus sint in rebus effectæ, sic ait. Si in his quę carnis sunt, mensas consumpseris, instructoribus paratis ad gulam irritandam epulis, temulentiam, luxum & crapulam seminans, profecto corruptionem demetes. Hęc nanque & facile corrumpuntur, & corpus inficiunt. At si spiritalia seueris, hoc est, spiritus opera, in omnesque vt beneficus contuleris eleemosynam, & continentem te gesseris, vitam sempitenam inuenies. Neque enim irridetur, hoc est, nil fallitur Deus, sed propriam cuique mercedem persoluet. Satius nobis erit spiritalibus in rebus bona hęc terrena dependere, quibus in rebus & præceptorum computatur, impensa, quam in carnis affectibus his suauissimis, qui & per se corrumpũtur, & corpus afficiunt. Nam & ex grauissimis voluptatibus, & nimio luxu, morbi oboriuntur. D

Seueris id est seminaueris.

Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Hoc loco clarius aperit, quemadmodum & si improbi sint, qui nostra indigeant ope, nil tamen ipsi deficiamus bene de his promereri. Abundantem prȩterea & continuam largitionẽ prętendit, cum inquit. Nil deficiamus. Et quia magnum quiddam videtur exigere, confestim & pręmium ponit, cum inquit, metemus. Quippe qui quietiores sumus futuri, cum aliis bona hęc impertiuerimus. E

Morbi ex nimio luxu.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Quemadmodum non semper serendi tempus, ita nec metendi occasio semper offertur. Quod sane & virginum illarum, & Lazari exemplo profertur. Quandiu autem nobis hac in vita suppetit ętas, non solũ in prȩceptores, sed in gentiles ipsos & Iudæos, quæ bona sunt operemur, hoc est, beneficentia vtamur & eleemosyna. Nec tamen pari mensura * vtenda in hos erit largitio, vt in fidei proximos: sed maior erga fideles præstanda est, & effusior. Id enim cum maxime ad domesticos fidei dicit, prætendit. Aduerte autem, quemadmodum vel in his a Iudaica illos vilitate repellat. Siquidem cum lex ipsa ad vnius nationis homines, hoc est, Iudęos, suam clementiam aperiret, gratia vero terras simul ac maria ad eleemosynę conuocat mensam: tametsi (vt dictum est) non æqua mensura.

Eleemosyna & gentilibus & Iudæis p̄standa.

* Effundẽda,

Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Paucis de mortalitate iam explicatis quæ dicere cœperat, & animum eius morderent, repetit. Ostenditque se propriis manibus epistolam exarasse. Quod eo inquit, vt non modo suam erga Galatas aperiret beneuolentiam, sed etiam tolleret, si quid illi de se male existimarent. Incusabatur nãque ab his leuitatis, & inconstantię Paulus, perinde ac si sua dicta prædicando iã variaret, eoque & scriptis cogitur quę prędicasset, testificando probare. Enimuero quas mittebat Apostolus literas, alii conscribebant. Salutem duntaxat ipse in epistolę calce cuique impertitã notabat. Qualibus autem cum inquit, non literarum exprimit prolixitatẽ sed deformitatem prætendit perinde ac si dicat. Et si minime sim apprime scribendi peritus, cõpulsus sum tamen vel mea manu hanc ad vos epistolam scribere. F

Paulus scribendi iperitus.

Quicunque enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi. Quicunque, inquit, placere in carne volunt, hoc est morem, Iudęis hominibus cupiunt gerere (nam conuitiis ab his incessabantur fideles: tanquam a patriis ritibus defecissent) hi vos ad circuncisionem cõpellunt, vt sese vestræ carnis scissura apud Iudęos excusent. Cum autem cogunt infert, arguit eos vel inuitos id fuisse perpessos, simul vt his ab eiusmodi seductoribus secedẽdi prębeat occasionem: vt qui nihil vltro delinquerint.

Tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Quinetiam, inquit, id alia quadam de causa molimur: ne Christi crucis persecutionem perpetiantur, hoc est, ne crucis est fidei causa, quam haud dubie circuncidendo prȩuaricantur, hi diuexentur. Vel ea tollerent quę tulerit Christus, alios volunt circuncisionis huiusce habere participes.

Neque eni qui circunciduntur legem custodiunt, sed uolunt uos circuncidi, ut in carne uestra gloriẽtur. Nec solum, inquit, gratificandi hominibus gratia, sed gloriæ etiam cupiditate id agũt. Neque legis tuendę, aut religionis id faciunt causa, quin magis vt laudem assequãtur: & glorientur vestra in carne, hoc est, in hac præcidenda iactant præceptores se & magistros, habere vos in discipulos, & sibi morigeros.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Illi, inquit, circuncisionem hanc gloriæ ducunt, rem sane superuacaneam, perinde ac obsoletam iam & desitam,

A a me vero procul sit cæterarum rerum iactantia. Licet in vna Christi Iesu cruce & morte admodum gloriari, qui inanem reddidit circuncidendi consuetudinem. Cum autem absit, dicit, tacite circũcisionem, vt vetitam detestatur, quam vt effugeret, dei opem adsciuit. Quæret aliquis. Quo pacto gloriaris in domini cruce? Nempe quia mei ob gratiam, qui nulli rei sum vsui, ille sit cruci affixus, & me tanta sit charitate complexus, vt morti seipsum obtulerit. Cur itaque in pauli gloriam & fidelis cuiusque non concessit? Quia domini sit erga nos charitas patefacta. Quis enim qui seruus cum sit, non gloriæ duxerit, heri in se beneuolentiam? Quõ quis gloriari dicatur ĩ cruce domini.

Per quam mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Mũdũ pręsentis vitę bona appellat gloriam. s. opes & delitias cęteras. Hęc, inqt, mihi demortua sunt, & his ego sum morte affectus. Quo fit, vt duplici hac mortificatione, neque bona illa me cõprehendere possunt, neque ipse ad ea confugere, quippe qui mortuus sim, hoc est his rebus oĩno nil deditus. Mũdus quid.

In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illas, & misericordia, & super Israel dei. Nequaquam, inquit, circuncisionem mihi cõmemores, quæ vt nihil potest officere, sic plane & inutilis, & superuacanea est, cuiusmodi & præputiũ fuerit. Quandoquidẽ cũcta innouauerit Christus, & aliam a nobis hoc tẽpore vitã, & alios mores deposcat. Est enim noua quę nuper secundum Christum creata est vita. Siquidem nostra hęc quæ delinquendo consenuerat

B anima, baptismo est renouata, & futuro in seculo incorruptione & gloria, vel ipsa hæc corpora decorabuntur, cum ipsi noui erimus omnes, incorruptibilesque redditi. Quicũque igitur huic secundum Christum viuendi modo et regulæ seipsos addixerint, auersati tandem obsoletam hanc & inualidã circuncisionẽ, pace conciliata in gratiam cũ deo redibunt, & erũt a prauis liberi facinoribus, quæ nobis deũ proculdubio reddunt infensiorem, mĩamque & veniã cõsequentur. Nec tamen vltra vt deo aduersantes existimabuntur vel odiosi, sed vt miseratione dignati: vtpote qbus p crucẽ & gratiã, pax sit cũ deo cõsiliata. Hi aũt Israelitę sunt certo, vtpote q deũ ĩtuerẽtur, eoque & Israel dicitur dei. At qui vos isti seducũt & circũueniũt, etsi genere sint Israelitæ, falso tamẽ Israelitę dicuntur. Hoc autem a Dauid dicente. Pax super Israel, desumpsit Apostolus. Psalmus cxxiiij.

De cætero nemo mihi molestus sit. Nec pertæsus, neque indignãs, hæc Paulus profert. Qui enim id faceret, qui ita hortatur? Instate oportune & importune, sed volens impositas ab se leges immotas fore, & nil spei reliquũ illis esse, vt has quoquã pacto immutet, sed sperare modo, quod semper statuerit assidue se prædicaturum.

Ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Excusationis, inquit, habeo loco apud eos, qui me hypocrisis criminantur, & dicunt alibi me circuncisionem hanc prædicasse & astruxisse. Stigmata ipsa & discrimina, quę Christo ob gratiam obiui intrepidus. Hæc nanq vel voce quauis clarius testificantur, quẽadmodũ nequaquam p lege sed pro eo quod secũdũ Christũ est dogmate, periculis ante hac meipsum obiecerim. Neque habeo dixit, sed gesto. Perĩde scilicet ac trophæum aliquod & insigne regium altius & cunctis visendum attollo, & in istiusmodi glorior. Stigmata xp̃i ĩ paulo quõ.

C *Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu uestro fratres, Amen.* Cum bona illis precetur, optetque non ira vel odio dixisse quę dixit, neque comprecationis id obtinet locum, sed instructionis & doctrinæ, quæ dicta omnia cõcludat ac terminet, commemorat pręterea & gratiam, qua non lege, sed Christi munere sint qui credidissent potituri. Neque vobiscum dixit, sed cũ spiritu vestro abigẽs eos a rebus hisce, arguensque nõ a lege hos spiritum, sed gratia accepisse. Et vt non legem illis aut circuncisionem, sed gratiam & spiritum contulit, ita & posse collata seruare. Veruntamen cum fratres appellat: baptismi admonuit, quo fratres sumus omnes affecti, a patre vno, non a lege progeniti. Sit itaque & vobiscum spiritaliter vitam degentibus gratia, nec diuinam illam sanctificationem parracleti a vobis peccatorum volutabro abigatis, sed auctam semper magis ac magis accumuletis in Christo Iesu domino nostro, qui nouam & spiritalem vitam veteri & corporali sublata, monstrauit, cui gloria in secula seculorum, Amen. Fratres omes sumus in baptismo effecti.

* Missa fuit e Roma.

ARGVMENTVM EPISTOLAE. AD EPHESIOS.

Ephesij sunt Asiani. Hi accepto uerbo ueritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus, scribens eis ab Roma de carcere, per Tychicum Diaconum.

In epistolam ad Ephesios Theophylacti PROLOGVS. D

Ephesus vbi. Act xix Ioannes apud Ephesum mortuus Philosophi clari apud Ephesum Epistola ephesios referta mysterijs.

EPHESVS ASIAE METROPOLIS ERAT, HVIVS INCOLAE *Dianam colebant, cui & templum dicauerant ornatißimum & permagnificum quod summa erat, cum apud Græcos omnes, tum apud Ephesios ipsos ueneratione & cultu, ita ut Diana* νεοκοροσ *diceretur, quẽadmodũ in Actis Apostolorũ literis est demãdatũ fusius, Ea in urbe Ioannes Euangelista relegatus, diu uersatus est, & uitam demum multo senio exactam finiuit. Ibidem & Paulus Timotheum reliquit prædicantem. Quinetiã qui ea tempestate philosophi maxime claruerunt, Ephesi uitam egere. Cum itaque tanta eßet urbs illa felicitate donata et sapientibus adeò uiris polleret, accuratius ad hos scribit apostolus & sensa quędã profundiora & altiora arcana his credidit, ut qui nuper eßent ad fidem instructi Scribit autẽ Epistolã hanc sensibus altissimis plenam, refertãque diuinis mysterijs, quocirca nobis & animus enixe admodum intẽdendus, ea ut pernoscamus, quæ hac epistola conduntur mysteria.*

CAPVT PRIMVM.

PAulus apostolus Christi Iesu per uoluntatem dei. Ecce quemadmodũ per prępositionem hanc & particulã, Arrianorũ de causa qui aliter sentiunt, patri attribuit, perinde ac deo & patre volẽte quod Christi Iesu sit Apostolus institutus. E

Sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Aduerte q̃ homines hi ea tẽpestate virtute pollerẽt, vt eos & fideles apppellet & sãctos, viros pręsertim vitæ huius tẽporariæ deditos, qui vxores haberent & liberos. Istiusmodi neque in montibus forsan hoc tempore, neque in speluncis inueneris.

Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Cum gratiam dixit, a deo patre nostro adiecit, vt ostendat eiusmodi gratiæ opera fuisse effectum, vt pater hic nobis & dominus fieret & deus. Dominus quidem, hoc est, filius, ob eam quam nobis contulit gratiam factus est, & Christus Iesus carne pro nobis assumpta & Iesus nomine dictus, humanitatem diuinitate obliniuit & vnxit.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi. Ecce & Deus et pater est eiusdem & vnius Christi. Deus quidem, vt incarnati, pater, vt dei verbi.

ps. cxx. cxxvij.

Qui enim benedixit uos in omni benedictione spiritali. Ad benedictionis Iudaicę differentiam spiritali apposuit. Illa nanque magis erat corporea. Benedicat enim, inquit, Deus filios vteri tui, & benedicat introitum & exitum tuum. Hic vero omnis in nos spiritalis benedictio est, ita vt nihil ex ea desit. Quandoquidẽ & immortalitate simus donati & dei filij, & Christi cohæredes effecti, vt nobis qui primitiæ sumus, onus a supernis potestatibus deferatur. Merito ergo in omni benedictione dixit. Nam cuncta nobis dono sunt tradita, tam diuina quam spiritalia. E

Leuit. xxvi. Deuter. lxviij. Nũe. iiij. Esaiæ. i. Psalmus. lxxxiiij.

In cœlestibus. Tanquam spiritalis benedictio nostra, & cœlestis interpretetur. In cœlestibus inquit. Nam Iudęorum in terris erat benedictio, & ideo corporalis est dicta. Bona enim terræ comedite ait: & terram fluentem lac & mel: & benedixit dominus terram tuam. In nostra autem nihil huiusmodi, sed sunt cuncta cœlestia. Vnde et spiritalis hęc nostra dicitur benedictio. Nam eo promisso cœleste imperium est pauperibus destinatum, & iustificatis multa in cœlis est merces.

In Christo Iesu. Hoc est per Christum nobis, non vt mel eis per Moysen, benedictio ista obuenit. Sic itaque, vt non modo qualitate bonorum cum Iudæis, sed mediatore etiã differamus.

Mundi cõstitutio.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Nobis, inquit, benedixit per Christũ, quẽadmodum & per eundem elegit, hoc est, per fidem in Christo habitam. Elegit autem ante mundi constitutionem, siquidem erant, quæ nobiscum aguntur hoc tempore, ex alto prædestinata, non nuper tradita, sed a principio præparata. Recte autem καταβολην intulit, quod græce fundationem interpretamur, & latine constitutionem dixit interpres, vt ostendat e quadam diuinę potentię sublimitate demissum & fundatũ fuisse hũc mũdum. Cum vero elegit, inquit, & dei designat clementiam, & illorum virtutem, quippe

A quod deus secreuerit, vt probos futuros.

Vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Ne forte illud subeat mentem elegisse iam deum saluos fore quos velit, & sic torpeat animus existimanti, nil vltra eam virtuti studendum, vt vitam quis assequatur, quandoquidem electi iam sint pro dei arbitrio, & nil cæteris esse spei iam reliquum, ad id inquit. Elegit nos deus vt sancti simus, & sine labe, & in ea, scilicet sanctitate viuamus quam baptismo ablutis largitus est dominus. Perstemus ita & vitam seruemus virtuti preditam. Sanctus est enim quisque, qui est fidei particeps, immaculatus vero qui nullis viuendo sordibus irretitur. Nec hanc sanctimoniam modo & vitam culpa vacantem a nobis exigit deus: sed vt in eius conspectu hanc ipsam seruemus. Sunt nanque plerique qui hominum præsentiam veriti potius quã dei maiestatem, prę se ferunt sanctimoniam, quales pharisæi fuere, idipsum & Dauid asserit, inquiens. Secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Item & Esaias. Auferte iniquitatem ab oculis meis.

Sanctus immaculat⁹ pharisęi veri.

p̃s. xvij.

Esa.i.

In charitate qui nos prædestinauit in adoptionem filiorũ per Iesum Christũ in ipsum. Cum elegit dixisset, dedit intelligi q̃admodum vt probos nos deus, & nostræ virtutis elegerit gratia. Et quia non in nostra duntaxat virtute constaret hęc salus, qui in charitate nos prędestinauit. Alioqui & fidẽ excipere a deo appropinquare, in nostra est potestate situm. Tam etsi vocantis dei sit munus. Accedentes vero adoptione dignari, diuinæ charitatis est atque clementiæ. Eoque qui prædestinauit, in adoptionem adiunxit. At quo eam si quęras adoptionem, certe q̃ humanũ ad se trahat genus, & sibi conciliet, & id quidẽ per Iesum xp̃m efficitur. Pater enim prędestinauit, ad hunc vero filius duxit. Per filiũ quidem non serui cuiuspiam intercessu nobis bona hæc obuenere, & præclarior est liberalitas visa.

B

Secundum propositum volũtatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ. Propterea, inquit, ita futurum vt nos adoptaret prędestinauit, quia id vellet maxime, vt gratię eius munificentiæ gloria patefieret. Dicet aliquis. Est ergo gloriæ cupidus deus? Nequaquã. Nam nullius indiga est rei diuinitas, sed vult sane a nobis gloriã cõsequi hoc est a nostris rectis opibus vt se maiori charitate sectemur. Nã qui diuina in se collata beneficia demiratur pro sua virili omni est studio adnisurus, ne deum de se quam optime meritum, quoquam pacto offendat. Et quoties bona accepta memoria repetet, magis ac magis largitorẽ hunc colet. Atqui id vult maxime deus, vt pereat nemo, & ne qui fuerint deteriores effecti, perdantur. Nec sane necessitate coactus, sceleratos hic cruciat, sed vltro & volens.

Adoptione dignos dei charitas facit.

De⁹ an sit glorię cupidus & quomõ.

In qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Hoc est plenos gratiæ fecit, quod tamen græce significãtius dicitur, ἐχαριτωσεν. Nam quemadmodum senem aliquem scabie multa affectum corruptumque inedia longiore luridumque & informem, vbi curandũ quis cœperit confestim & decorum reddat, & iuuenili & pristinę ætati restituat, gratumque cunctis faciat & acceptum, sic deus omni nos deformitate oppletos & iucundos est redditurus & hylares, ac forma pręstantes. Nam rex, inquit, tuum decorem desiderabat, gratiosos autem in dilecto filio fecit, hoc est per dilectum filium.

C

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. In dilecto, & vnigenito redemptionem habemus. Et qualem illam si quærat quispiam? delictorum remissionem, vel quo pacto impetratam hanc dicis? Per sanguinem inquit. Et quod horribilius est, eius per sanguinem, quem vnice diligebat, nos ille redemit, quos prius odisset, in redemptionem persoluens filij sanguinem. Aduerte aũt quemadmodũ id adoptionẽ ipsam magnitudine antecedat, quandoquidẽ nostri ob gratiã nec filio pater pepercerit.

p̃s. xliiij.

Secundum diuitias gratiæ eius quæ superabundauit in nobis. Hæc, inquit, in gratiæ suę copia fecit, Vide quanta sit huiusce excellentia, quando & opes nobis collatę sunt, opes inquã dei & gratię opes. Nec simplicioris cuiuspiam gratiæ, sed quæ abundauit in nobis, hoc est quam affatim in nos ille effudit.

In omni sapientia, & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ. Hoc est, eo in nos gratiam fudit, vt postquam sapientia præditos reddidisset, aperiret nobis suæ voluntatis arcanum. Perinde ac si dicat, quæ cordi recondita haberet, nobis pernoscenda exposuit. Vel potest hoc modo intelligi. Vt notum faceret nobis mysterium, quod omni sapientia & prudentia constaret, hoc est quod omni esset prudentia & sapientia refertum. Nam quo pacto non summæ sapientiæ ea res fuerit: cum eos quos antea infensos haberet, & pro perditis reliquisset tantorum mysteriorum dignos, & seculorum præsertim in fine pręcipueque per crucem effecerit.

Secundum beneplacitum quod proposuit in eo. Id, inquit, pro suo arbitrio, & voluntate fecit,

& quemadmodum proposuit & prędestinauit in eo hoc est in Christo.

In dispensatione plenitudinis temporum. Huiusmodi beneplacitũ & voluntatẽ ꝓposuit ille D
Christi aduentus incõprehensibilis est sapientia. & prædestinauit in dispensationem, hoc est in gubernationem temporum & stabilitatẽ. Nam temporum finis, hoc est postrema tempora tormenta deposcebant & cruciatus, quando in his hominum nequitia increuisset. Filij tamen seu Christi aduentus maximum certe in modum postremis his seculis salutem mortalibus attulit, quod sane ĩcomprehensibilis est sapientiæ.

Instaurare omnia in Christo quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso. Erant, inquit, cœlestia terrenis istis discissa, ita vt non vnum caput haberent. Nam & si pro mundi huius creationis ratione, vnus esset omnibus deus, nondum tamen qui charitate nobis coniungeretur. Quocirca proposuit deus instaurare cœlestia simul & terrena, hoc est vnum caput cunctis imponere Christum. Et angelis quidem quo ad incorpoream eorum naturam hominibus vero pro carnis conditione, ἀνακαιφαλεώσασθαι vero, quod instaurare dixit interpres, grçce vel hanc habet significantiam breuiter, scilicet summatimque quæ longiori sunt tempore gesta, vel quæ pluribus sunt explicata, paucis demum complecti. In CHRISTO igitur anacæphaleosato pater, hoc est prçcidit pater & terminauit, quæ longioribus fuerant seculis dispensata. Verbum autem erat in iustificatione perficiens & concidens.

In quo etiam & nos sorte uocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. Dixerat superius, quemadmodum nos elegerit E
deus, nunc vero vt in Christo sorte vocati sumus, hoc est per Christum. Et quoniam nec virtutis sors est, nec voluntatis, sed fortunæ id dictum castigans, sic inquit. Prędestinati secundum propositum eius. Neque enim prædestinasset, nisi & dignos præscisset. Prius enim præuidit quam condidit, exciuitque nos sorte deus ac sibi secreuit qui cuncta gerit. Quo fit, vt de nobis hæc per se facta electio, & per sortem vocatio, nil eum fefellerint. Sorte autem exciri, beatitudinis est, quippe quæ nullis laboribus paratur, sed gratia, & si ad indignos vsque peruenerit. Atque secundum voluntatis suę concilium dicit, vt ostendat non Iudæorum contumacia, & in deum perfidia, vel leui de causa accitos esse gentiles sed fuisse cœlitus, & a principio ad fidem prædestinatos dixit. Id nanque erat dei concilium iampridem acceptum, & ei sic placitum. Nam & si Christus dixit. In viam gentium ne abieritis, & non sum missus, nisi ad oues perditas Israel, ad consolandos tantum Iudęos dicta hæc sunt, vt vel verbis saltem mitioribus puerorũ more pellicerẽtur. Id tamen in vero est, gentium vocationem superne fuisse prędestinatum.

Roma. x. Ob Iudęorũ contumaciã acciti gentiles. Mat. x lu. xxviij. Ro. xviij. Esa. xi

Vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo. Hoc est credentes, vel antequam futurum immineat, seculum speramus in CHRISTO, quæ tunc nobis obuentura sunt bona. Gloria autem & laus dei sunt bonitatis, qui nos & si ab se alienos saluos effecerit.

In quo & uos, cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ. In quo, hoc est per Christum. Sic & ad Hebræos iam scripserat. Locutus est nobis in filio. Verbum autem veritatis dicit, ad legis figuratæ quidem & adumbratę, perniciem afferentis & interitum F
differentiam, & futuri supplicij. Nam prioris aduentus præconium est hauddubie saluare, secunda vero tuba pœnas denuntiat.

Heb. i

In quo & credentes signati estis in spiritu promißionis sancto. In quo euangelio, scilicet siue in Christo vos credidistis, hoc est per Christi gratiam fide suscepta, obsignati iam estis, ita vt perspicuum sit de Christi sorte vos esse. Iudęi tamen ex circuncisione sunt beluarum more, carnis signaculo excepto, notis inusti. Sed vobis vt dei filijs, supra quam carnis patiatur conditio, spiritus impressum est signum, quem vtique spiritum promissionem appellat, vel quia ex promisso nobis traditus sit, quemadmodum & Iohel testatur, sic inquiens. Pollicitus est deus. Effundam de spiritu meo in omnem carnem. Et Christus, Accipietis, inquit, virtutem supernæ mentis spiritus sancti. Vel quia futurorum bonorum promissionem spiritus ipse confirmat. Is nanque nobis cum traditur, certiora facit futura, eoque pro symbolo & pignore datur, vt in sequentibus patet.

Iohel. iij. Actu. ij

Qui est pignus hæreditatis nostræ. Emit vsq; a nobis nostram salutem deus, spiritum nobis in pignus dedit: certior quidem, quod ineffabilium hæreditatem sit largiturus. Hi vero qui hauddubie spiritum sunt hunc ipsum sortiti, intelligunt eundem pignus esse perfectę hæreditatis, quemadmodum & Paulus certe id sentiens, perfectionem hanc

A vt acciperet conquirebat cum Christo versari. Nos vero neque pignus saltem vt decet adepti sumus neque finem desideramus vt qui nec spiritum hunc degustauerimus.

In redemptionem acquisitionis. Acquisitionem curam dicit & studium, quod circa nos deus impendit. Infert itaque. Ad perfectam id pignoris redemptionem & nostri met vendicationem deducit, cuius ob gratiam & spiritus est pro pignore traditus. Tunc em̃ futura est absoluta libertas, cum penitus cessabit peccatum, & cum delinquentium erunt sanctiores singuli consortio liberi, & patebunt, qui deo patri sunt & quæsiti, ita vt ipsi sint futuri in populum. Nonnulli vero acquisitionem perinde ac nosipsi intelligendam existimarunt, tanquam id ita interpretentur, in redemptionem acquisitionis, hoc est nostri quos acquisiuit deus & condidit.

In laudem gloriæ ipsius. Frequenter hoc iterat, certiores nos faciens omnino futura quę sunt a deo promissa. Quæ si nostri ob gratiam esset facturus, possit quis forsitan iure subdubitare, vtrum promissa eiusmodi sint exequenda, an minime. Nunc vero cum hæc vt eius bonitas & gloria innotescant, sit peracturus quis contradixerit, quin pergat iam terminare quod olim statuerit? Sic scriptura. Fac nobis propter nomen tuum, & nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. ps.cvij.

Propterea & ego audiens fidem uestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos. Propterea, inquit. At quam ob rem dixerit quispiam? Id quidem, quia credentes obsignati spiritu estis, & pignus futurorum accepistis bonorum, & postremæ redemptionis, futurumque vt ipsi iam potiamini, quæ non iniuria credentibus sunt, & recte degentibus conseruata.

B

Non cesso gratias agens pro uobis. Attende Pauli charitatem. Pro omnibus nanque haud secus pro acceptis in se beneficijs, gratias agit, & pro cęteris item & donis qui bus sumus omnes dignati. Gratiæ præterea vel ob credentium sunt fidem agendæ, quod tam maximum sint in modum illuminati, vt saluatoris sese cœtui applicauerit. Id procul dubio ingens est charitatis indicium. Audiens, inquit, fidem vestram, quæ per Christum Iesum hauddubie constat. Nec fidem modo, sed charitatem, hoc est, clementiorem & piam erga omnes animi affectionem, non solum in sanctos, hoc est, fideles & inopes, qui his in locis vitam nunc degant. Atqui vbique Paulus cum fide charitatem coniungit, quæ vitam pariat virtute ornatam. Horum quidem altero dempto, fiet profecto superuacaneum, alterum & inane. Fidem dico vita carentem superuacuam fore, vti contra sine fide & vitam.

Pauli charitas.

Paulus fidem vbiq; cum charitate coniungit.

Memoriam uestri faciens in orationibus meis. Cogita quot hominum Paulus mente & animo agitaret, quot (inquam) orando commemoret, cum ipsi vix nobis precando sufficiamus.

Vt deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ. Dicet aliquis, quid ipse precaris? quid pro nobis preces fundis? quid votis deposcis & precibus? Nempe vt deus sapientes vos reddat. Deus autem domini Iesu, hoc est hominis, nobis secundum carnem assimilis glorię pater, hoc est qui magna nobis & præclara contulerit bona. Semper quidem vt materia exigit, dominum nuncupat vt illud. Pater misericordiarum, & deus totius consolationis. Et propheta, Dominus fortitudo maneat cornu salutis meæ. Vel hoc etiam loco nobis tam summis & insignibus affectis per eum muneribus, glorię patrem & causam dicit. Neque enim habet quo eum nomine alio nuncupet, nisi eo quod apud nos præclarum habetur & nobile. Basilius autem gloriam pro vnigeniti diuinitate accepit, ita vt eiusdem sit & vnius Christi, & deus, & pater, Christi quidem, id est humanitatis deus: gloriæ autem, hoc est diuinitatis pater.

C

i.cor.i

ij.re.xxij.

Basilius.

Det uobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis uestri. Hoc est gratiam vobis largiatur, vt sitis per spiritum sapientes. Neque enim aliter imbui doctrina & sapientia possumus nisi recondita spiritus reuelet mysteria. Is nanque & solus, non angelus siue archangelus cuncta scrutatur, vel dei profunda. Animalis autem homo (inquit) nequaquam capit quæ spiritus sunt. Cum nobis itaque arcana illa per spiritum reteguntur, tunc vere in dei cognitione versamur, & oculi nobis illuminantur, nec vltra prorsus ambigimus, hoc illud ve fieri non posse, sed omnia vti se habent perspicimus. i.cor.ij.

Vt sciatis quæ sit spes uocationis eius. Hoc est, quam sumus ipsi ad spem vocati, id sane liquet, quod in adoptionem & ad bona cœlestia perfruenda, & Christum nobis pro ea

pite excipiendum, excimur. Idque cum esset, vt percipi posset, futurum spiritus erat D reuelatione opus.

Et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Vel id quidem erat, quia obscurum & incompertum a spiritu reuelandum, qualium videlicet sancti sint bonorum hæredes futuri. Et quia permagna hęc sunt, & glorię diuitias dicit, perinde ac si filij debita sint, & tradenda.

Et quis sit superemunentis magnitudo uirtutis eius in nos, qui credidimus secundum operationem potentiæ uirtutis quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis. Quę dicta superius sunt, ad futura hauddubie pertinebant. Nunc vero narrat quod factum iam sit, vt per id ea confirmet, & faciat certiora. Quid illud sit quæris? Fides, inquit, nimirum vel nostra hæc spiritus indiget reuelatione, vt hanc ipsam clarius perdiscatis. Quid ergo? Num crederent, norant Ephesij? Norant quidem, haud tamen ea quam nunc Paulus tractat conditione. Neque enim id est facile cognitu, quia magnæ illud potentiæ est & virtutis, animum pristina consuetudine immutare, & ab erroribus pręsertim eruere, a quibus hominem iampridem his inhærentem vt subtrahas, vis tanta requiretur, vt haudquaquam par exigi in mortuis suscitandis appareat. Mortuos nanque vel vnico verbo dominus vitę restituebat. Iudęos vero nec copiosa quidem oratione & mirabilibus factis ad se cōuertit persuadendo. Inquit itaque, Vel ad id nobis spiritus est reuelatio necessaria, vt perdiscamus hanc ipsam quam nos excepimus fidem, ex maxima dei virtute & opera suisse acceptam. Nam quemadmodum & Christum a mortuis excitauit vita defunctum, sic & nos cum mortui essemus ab infidelitate subtractos, ad lucem traduxit. Et ideo supereminentis virtutis magnitudine dixit id factum, & virtutis potentia. Cum vero, quam in Christo operatus est, inquit, Christi expressit humanitatem. Surrexit nanque vt homo, tametsi erat diuinitati vnitus. E

Libertas arbitrij hinc conuincitur. Fides nostra ex maxima dei virtute.

Et constituens seipsum ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem. Supra autem dixit, vt summam ostenderet sublimitatem. Ab infimo nanque ad celsissimum gradum, humanam quæ Christo inerat naturam, subuexit. De hac quippe nunc differit, quæ & mortem perpessa sit, & post mortem sit suscitata. Siquidem diuina illa nec mortua fuerit, nec suscitata, neque in sublime euecta. Quippe quę omnem semper excedant altitudinem, neque alterius indigeat adiumento. Vniuersæ itaque angelicæ potestati humana præsidet natura; quæ fuisset tantopere pauloante despecta.

Et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Quicquid est igitur, inquit, in cęlo, eo est longe inferius, quod est in altum subuectum, hoc est Christo. His quippe cunctis est celsior. Quod nominatur autem cum inquit, arguit plane vel alias esse potestates nonnullas, quę & si in præsentiarum incelebres sunt & obscuræ, tunc tamen reuelabuntur & innotescent.

Christi celsitudo.

Psal. viij.

Et omnia subiecit sub pedibus eius. Ne forsan cum audis cunctis hunc altius conscendisse, existimes honoris duntaxat gratia vniuersis illum fuisse prælatum, explicat etiam eūdem in dominum pręfecisse. Nec cuncta solum ditioni illius subiecisse, sed ad infimę seruitutis indicium, vel pedibus supposuisse affirmat. F

Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Perinde ac si dicat. In eodem throno ecclesiam & ipsi constituistis, vbi & caput est constitutum. Est enim consequens vt vbiuis caput ipsum adfuerit, & corpus quod vos ipsi præferitis, præsto sit. Supra omnem autem illud prætendit, videlicet quod caput ipsum qui CHRISTVS est, adeo celsissimum fecerit, vt omnia superet magnitudine qui angelos ipsos atque archangelos longo interuallo excedit.

Christ⁹ caput ecclesię.

Quæ & corpus ipsius & plenitudo eius qui omnia in oībus adimplet. Ne forte cum caput intelligis, principatum prætendit, & potestatem existimes, infert. Quemadmodum corpori cōgruit caput, ita & ecclesię Christus dicitur primatum habere & illi sanguine iunctus est & vnitus, & ecclesiam idem absoluit, & complet. Corpus præterea Christus vt proprijs membris absolutum efficit & caput integrum reddit, sic contra & ecclesia ipsa CHRISTI perfectio est, quia omnia terminat, & finem cunctis rebus imponit. Christus nanque perficitur, & tanquam ex vniuersis fidelibus sua compleret membra. Nā manus videlicet in viro misericordiæ & opē ęgris ferente absoluit ac perficit. Item & in eo pedem qui prędicandi munus suscepit, & peaagrando fratres reuisit, & curat. Sic demū & infidelibus cæteris vel membra reliqua sibijpsi suppeditat Christ⁹, cum varijs modis morta

Ecclesia Christi pfectio.

A lium succurrunt necessitatibus. Tunc etiam perficitur Christi corpus, cum omnes vnanimes sumus & charitate coniuncti.

CAPVT SECVNDVM.

E*T uos cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus.* Dixit superius, eandem in nos virtutem & operam præ se deum tulisse, quam & Christus prętulerit. Nam & hunc dixit a mortuis suscitasse, & voluisse vt omnibus præsideret. De nobis vero sic loquitur. Nos sane cum essemus morte affecti, nec corporea quidem, quę ex Adā sumpsit initium, sed spiritali quæ a nobisipsis præcipue constat, & peccatis defluxit, extulit ille & suscitauit. Quo fit, vt pari virtute & dominum a morte corporea excitarit, & nos ab animali quæ prauorum dicitur facinorum mors. Quin potius maioris est faciendum, deuias animas & peccatis addictas in viam reducere, quam mortuos suscitare, vt diximus. Cū hos itaque mortuos appellasset, & aperuisset quemadmodum ob admissa delicta mors eos inuaserit, duplici modo nunc consolatur. Et quia olim, inquit, vos deliquistis, & ne-

Mors corporea ab Adā initium sūpsit spiritalis a nobisipsis defluxit.

B quaquam id vobis est, sed diabolo adscribendum, cuius opera & instigatione peccatis quandoquidem tātum haberet in vos potestatem, obediuistis. Et quia peccatis eratis obstricti, secundum mundi huius seculum ambulantes, hoc est mundana hæc sapientes, & temporalia, & abusi estis hoc seculo. Non enim quippiam habet hoc seculum prauitatis, sed eius abusus nequam, & improbus est. Hoc nanque & si corruptibile & labile sit, pro duce tamen nobis est datum, qui ad incorruptibilia illa, & firmiora propelleret. Nos vero seculi huius corruptioni & fluxui alligati, non ducem hoc fecimus, sed interpellatorem & occursantem. Principem autem potestatis & aeris diabolum dicit, non mūdi fabricatorem, vt adstruunt Manichæi. Et principem quidem, quia vltro homines se diabolo subdidere, plures enim illi, quam deo obsequuntur ac seruiunt, alioqui hoc in seculo huius est principatus. Nec in aerem se ille insinuat, vt vllum habeat in cælo locū sed inferiora hęc tenet & cælo subiecta. Et ideo Paulus principem potestatis aeris dicit, non quod vllam habeat in aere ditionem, vt illum scilicet vel temperet, vel moderetur, id quidem sit procul, sed quia se in illo insinuet. Ex spiritu enim cum constet diabolus, in aere tanquam in vento & spiritu diuersatur, & eo tenus eius potestas, & vis omnis ꝓuehitur. Est autem & eorum hic princeps, qui sese illi addicunt, & subdunt. Nonnulli autem principem aeris ætherearumque intelligunt potestatum dominum, & ideo inquiunt, spiritus intulit Paulus, hoc est principem ac dominum spiritus omnis aerij. Nam cum semel sit princeps effectus, nequaquam videtur a principatu, vel postquam pręuaricatus est excidisse.

Diabolus cur princeps aeris dicatur a Paulo.

C *Qui nunc operatur in filijs diffidentiæ.* Non enim qui cogit, dixit, sed qui operatur. Vnde perspicuum est voluntarijs hunc dominari. Nam si nobis inuitis imperitaret, & cogeret quidem, vt ex subsequentibus patet. Operatur enim, inquit, in filijs diffidentiæ hoc est qui deo minus obtemperant, & diabolo non coacti obsequuntur.

In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ facientes uoluntatē carnis, & cogitationum. Neque enim in eo solum Ephesios consolatur, cum eorum, inquit, peccata fore diabolo imputanda, sed tum etiam seipsum asserit, & cæteros homines eadem qua illi arte obstringi, tanquam id dicat, neminem esse peccati expertem. Carnis autem desideria, nunc eos dicit qui carnalia sapiunt. Neque enim carnē hic criminatur; & ita esse ex eo liquet, quod dum inquit, facientes voluntatem carnis, & cogitationū adiecit, hoc est nihil spiritu sapientes. Quo fit, vt nequaquam culpanda sit caro, sed mens ipsa & cogitatio, quæ ad voluptatis vitia trahat. Potest & hunc in modum intelligi. Videlicet quod praua cogitatione mentem sorde inficimus, & carnem simul commaculamus cum mala perficimus. Possunt etiam carnis opera fornicatio, adulterium, & cętera id genus intelligi; cogitationum vero, inuidia, odium, & huiusmodi.

Caro culpāda non est, sed mēs & cogitatio.

Et eramus natura filij iræ, ut cæteri. Hoc est, deum & ipsi exasperauimus, ad iramque concitauimus, & nihil aliud prorsus quam iram præferebamus. Quemadmodum & hominis filius natura est homo, & nos item iram natura pręferimus: vtque & gehennæ & perditionis filij digni his asseruntur; sic & ira progeniti qui ea faciunt, quæ iram

merentur. Natura autem hoc est vere & proprie & congruenter. Cum vero cæteri dicit, neminem excipit. D

Deus autem qui diues est in misericordia. Nos quidem, etsi nonnunquam concilianda peregimus, iraque non indigna, deus tamen non modo clemens est & misericors, quinetiam ad commiserandum est opulentior.

Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. Vel charitas ipsa a summa quadã clementia oritur. Nam si secus esset, quo pacto iræ cum filij simus, tãto essemus amore dignati.

Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo. Rursum in medium Christũ producit, vt res fiat testatior. Nam si Christus qui primitias præfert, vita potitur, & nos itẽ illi conuiuimus, & quo cum nos simul viuificauit, nũc actione & opere, nos virtute hoc tempore paulopost re ipsa & factis. Et quod dixerat illius supeminentẽ virtutis magnitudinem, quãdo demortuos iã & iræ filios, vita donauit. Hæc sane vocationis est spes.

Iustificationem nemo cõmereri põt, sed ex sola est grã.

Cuius gratia estis saluati. Id quidem veluti stupore quodam perculsus interiecit admirans dei ineffabili donum. Non enim, inquit, vestro labore vel opere vllo salutem estis adepti sed sola gratia. Nam quantum ad vestra opera attinet, eratis certe ira & supplicio digni.

Et corresuscitauit & considere fecit in cœlestibus, in Christo Iesu. Vt enim Christus qui nostras præ se primitias tulit, & nostrum erat insuper caput, a mortuis est suscitatus, perseque & nos ab inferis extulit, ita & ipso hoc considente, considebit, & reliquum corpus E quod vtique nosipsi sumus fideles. Vel forte suscitauit, cum inquit, nequa quam erit ad resurrectionem id referendum, sed viuificationem ipsam quę nobis ex redemptione obuenit. Consedit autem vt eius exemplo patienter illata feramus, & cœlesti hoc pacto cũ eo regnum nos assequamur. Quinetiam & Christus sic inquit. Sedebitis vos super sedes duodecim. Et rursum: Sedere autem a dextris, & a sinistris non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Fit itaque, vt in promptu hęc sit vobis sedendi facultas, & hoc loco Paulus asserit esse & nos concessuros.

Lu. xxij. Mate. xx. Marci. x.

Vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Ne quis forte his dictis diffidat, persuasibilibus vtitur verbis, & fidem his facit, sic dicens. Et si nequaquam pro sua in nos charitate id ageret, at vt suam aperiat bonitatem, facturus id erat omnino. Quod si in præsenti plerique fidem his derogant, cuncti sunt tamen futuro in seculo cogniturі, quemadmodum & sedem sit ille & vitam largitus, cum in gloria illa, incorruptibili & diuino concessu sanctos spectabunt in Christo Iesu, hoc est non Christo tenus, & solo ista consistent, sed per eum sunt ad nos deuentura, sicuti ab eodẽ, qui nostri (vt diximus) prȩfert primitias, in nos qui certo sumus eius reliquum corpus, sunt prolapsura. Sic itaque & considebimus illi, & conuiuemus. Idipsum sentit hoc loco Basilius, hoc modo in Matthæi euangeliũ disserens. Nemo tũc assidebit. Hauddubie igitur spiritus reuelatione est opus, vt tantorum possit mysteriorum profunditas percipi. Nisi eñ sapiẽtissimus ille tam aperte profiteretur, nos Christo minime concessuros, posset forsitan iure id dicere quispiam, fore Christo nos assessuros. Sed quemadmodum & in Christo a procumbentibus angelis honoramur, non quia honorẽ F præsentibus nobis hunc deferant, sed quia naturam hanc nostram humanã hi venerẽtur quæ deo, qui verbum est, vnitur & iungitur, vnde ad nos & gloria transmeat.

angeli humanã naturam venerantur, Lib. arbi.

Roma. x.

Gratia enim estis saluati per fidem. Cum explicasset quæ dei sunt, vt gratia simus salutem adepti, adiecit & quę nostra intersit, fide videlicet saluos nos fuisse effectos ne liberũ tollatur arbitrium.

Et hoc non ex uobis, dei enim donum est. Neque enim, inquit, fides est per nos comparata. Nam nisi ad nos Christus commigrasset, nisi ad nos habuisset sermonem, vocassetq;, nunquam ipsi paruissemus. Qui enim sunt credituri, nisi & audiant? Quo fit, vt fides eiusmodi diuino sit munere nobis collata. Vel aliter, non enim fidẽ dixit dei hanc esse donũ sed per fidem saluari. Esto sit fides ipsa nostro labore quæsita, quo pacto poterit sola salutem afferre, nisi & deo fuisset hoc placitum? Vt nos per fidem exciperet, ne prorsus videremur ignaui: & aliquid ad nostram salutem ipsimet conferremus.

Opa adiũgẽda post exceptam fidem.

Non ex operibus, ne quis glorietur. Non enim quia opera haberemus, reiecit nos deus, sed ab operibus proditos, per gratiam saluos effecit.

Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Ne forte si ex operibus nos haudquaquam fuisset iustitiam assecutos intelligas, senior ac recte aliquid peragendũ reddaris, post fidem, inquit, susceptã factus est

A opus. Es nanque in Christo Iesu creatus, & in nouũ es opus; sublato a te per baptismum veteri homine iam morte affectus, in nouamque es immutatus facturam. Et quemadmodum ex nihilo ad esse aliquid creauit te deus: sic nunc ad bene esse prouexit. Conditus praeterea es & creatus, non vt ocio vaces & torpeas, sed vt aliquid agas, & in bonis operibus ambules: hoc est vt omnem vitae huius semitam in bonis huiusmodi transigas. Nec ad secundum tertiumve annum id agas velim, sed quandiu haec tibi suppetet vita. Id enim prętendit cum dicit, ambulemus. Deus autem hęc praeparauit, quae differri non possunt, nec intermitti, quin peragantur: tanquam diuinitus sint pręfinita quousque sit procedendum. Sed vbertim haec sunt praeparata, vt cunctis in rebus recte agatur, & ita vt si vel vna in re delinquatur, necesse sit mutilata appareat virtus & manca. Basilius vero non eam interpretatur creationem hoc loco, quae per paptismi lauacrum fit, sed qua fuimus a mundi primordijs conditi. Non creati sumus ad ocium Basilius.

Propter quòd memores estote, quòd aliquando uos eratis gentes in carne, qui dicebamini praeputium, ab ea quae dicitur circuncisio in carne manufacta, quòd eratis illo tempore sine Christo. Cum de um dixisset hos saluos fecisse cum mortui essent, nunc quidem dicturus est, quibus eosdem & pares fecisset & cohęredes, & quemadmodum Israelitis aequauerit, quorum maxima esset tunc dignitas. Propter quod inquit, memores estote. Cuius rei memores? Quia ad recta sumus scilicet opera pagenda creati, quod sane vobis satis potest persuadere,
B vt virtutibus studeatis. Estote autem memores, eo dixit, quia consueuere qui in gradu tenuiori & infimo prouehentur ad altiora, prioris status facile obliuisci. Quid igitur velim reminiscamini? Id nempe quod cum a CHRISTO essetis longo interuallo superiori tempore alieni, nunc ipsi sitis propinquiores effecti, nec secus quam Israel. Aperte quidem & egregie circuncisionem reuincit, arguens illam solo verbo a pręputio discrepare, non opere. Nam vos, inquit, gentes in carne eratis, non in spiritu, & si dicebamini, cum non essetis praeputium. Tanquam id inquiat. Eratis profecto minores partes in carne, non in spiritu nacti. Rursumque cum dicit, sub ea quę dicitur carnis circuncisione, ostendit illam in solis verbis praestare. Atqui pputiũ, neque graue quid erat, neque abominandum, tametsi istiusmodi ab his qui in circuncisione superbiunt, diceretur. At Christo carere, & procul ab eo esse, molestum est, & intolerabile. Quaeret aliquis, Cur ergo cum ostensurus sit Paulus Israelitarum glorię Ephesios fore participes, Israelitarum dignitatem imminuit, euertitque? Aduerte itaque quibus in rebus horum vel imminuat, vel sustulerit dignitatem. In his inquam hanc sustulit, quae minus necessaria videbantur. Non enim necessaria erat sed indifferẽs circuncisio. In his vero quę res ipsa videretur exigere, mirum in modum Israelitas extollit. Nam & sanctiores appellat, & deo familiares. Israelitę sancti & deo familiares.

Alienati à conuersione Israel. Non enim seiuncti dixit, sed alieni effecti, quandoquidẽ qui erant extra omnem secundum legem & deum viuendi modum abstracti, non vt a deo & lege alieni, sed vt inertes & pigri.

C *Et hospites sacramentorum promissionis.* Vel hęc quidem permagna seiunctio est. Non enim dixit testamentis nihil intenti, sed hospites prorsus & alienos. Si enim Israelitae ex dei promissis exciderint, nequaquam tamen vt alieni sunt ab illis delapsi. Verum quę sunt promissionum testamenta? Hęc quidẽ tibi dabo & semini tuo hanc terram, vel alia quaecunque deus promiserit spiritaliter interpretata. Gene. xij. & xiiij.

Spem non habentes. Futurorum videlicet resurrectionis & pręmij.

Et sine deo in hoc mundo. Hi nanque deos colebant, qui tamen dij non erant. In mundo autem addidit, vt ostenderet non solum illos vt coelestibus, sed in his etiam quę clara in terris habentur, & gloria abundant, imminutos fuisse. Israelitę nanque dei ob cultum & gloria videbantur nobilitateque praestare.

Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Longius ipsi aberamus a Christo, non loco sed voluntate & vita. Nunc vero illi redditi sumus propinquiores, non recta aliqua vitę, actione quippe qui nihil ex operibus ipsi intulimus, sed in Christo Iesu & sanguine eius. Ille enim sanguine suo effuso, & seipsum nostri gratia tradens, nos ex seruitute exemit, quę ab se longe distraheret, & ppius se transduxit. Vel aliter id potest intelligi. Videlicet & longius ab israelitis concesseramus, nũc certe illis appropinquauimus.

Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. Ante assumptam Christi humanitatem, maxima intercesserat inter circuncisionẽ per praepuciũ inimicitia. Nũc vero pacatis iam

animis concordes sumus, & mutuo in gratiam reditum est: quandoquidem vnum sumus fide effecti. Neque enim vel circuncisione vel preputio obsignamur, sed insigne singulare quoddam habemus & vnionem & fidem. Esto, sint duo quidam, quorum alter sit seruitute obstrictus, alter in adoptionem adscitus, sint vtrique dissimiles moribus, faciat alter quæ sint laudis digna preconio, fugitiuus sit alter & infidus, alterutri deinceps cohæredes instituantur, hæreditatis vnius participes, adstipulenturque pro legitimis filijs. Vides vt ad pares honores prouecti ambo sint vnum effecti. Haud secus gentes & Israelitæ se habent. Gentes vt serui, Israelitæ vt filij deliquerunt. Quid ergo? dicet aliquis. Tam magni hanc facis cum Israelitis consuetudinem, & cum his particeps fieri? Modo ad cælum nos sustulisti, modo hos laudas. Ita, inquit, vos nanque ex fide laudem vendicatis, hi operibus ipsis nituntur. Neque illud asserit prorsus, quod ad Israelitarum ingenuitatem nos ille, sed ad maiora quæpiam prouexerit, alio qui præstantiori vos esse beneficio effectos. Quandoquidem his promiserat deus daturum se regiones, & bona alia pleraq;. Nobis vero nil erat pollicitus, ab eo lõgius aberamus, vt exẽplo supiori iã patuit. D

Gentes & Israelitæ in vnũ per fidem cõuenere.

Et medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua. Exponit quod sit intermedius maceriæ paries, dicitque inimicitiam esse cum Gentilium, tum Iudęorum, quæ cum deo humanis flagitijs erat oborta. Sicuti & propheta testatur. Nonne peccata vestra inimicitias ponunt inter me & vos? Hunc itaque parietem medium quem inimicitiam dico dissoluit in propria carne Christus. Quo pacto dicis? Quia in sua carne ne eiusmodi inimicitia vltra progrederetur, effecit. Quod enim hanc carnem diuinitati vniuerit perspicuum est, & clare patet, quia & hominem deo nexu quodam inseparabili diuinitatis adiunxit ad carnem. Potest hoc modo intelligi. Insons apparuit Christus, & legem omnem impleuit, eo & inimicitias soluit. Lex nanque, tanquam circuniecto pariete videbatur vallata; vtpote, quæ ad securitatem erat tributa, vt suos circunuallaret & tutaretur, qui se obseruarent. Trãsgressoribus vero intermedium murum, hoc est peccatum monstraret, quo illi ex eo transgressu obstringerentur. Non enim delinquendo in tuto sumus, quin potius deo longe disiungimur. E

Israelitarum ingenuitas.

Legi diuinitas adiũcta.

Legem mandatorum decretis euacuans. Ne quis forte hunc in modum occurrat. Quid ergo, si sumus a priore illa legis pręuaricatione iam liberi, num cogimur eam iterato seruare? Dicit itaque Paulus, hanc quidem legem Christus dissoluit & euacuauit, quam curandi nos gratia tulerat, quia pro huius præuaricatione pœnis erat nos affecturus. Vt autem impunes demitteret, legẽ euacuauit, & sustulit, ne vltra illi essemus obnoxij. Nec secus nobiscum egit quam solet quispiam qui filium pædagogo demandat. Quem vt cõtumacem deprehendit & minus obtemperantem, pædagogi hunc eximit cura. Legem autem dicit, quæ dat viuendi pręcepta. Decreta vero, quę ad fidem instituunt, quę decretis & dogmatibus constat. Perinde ac si dicat. Pro vitæ institutione fidem induxit, non enim ex præceptis sumus & institutis iustificati, hoc illudve fieri pręfinientibus, sed vnũ illud si corde credideris, & verbis credulitatem hanc fatearis, saluus fies. Vel dogmata dicit, decretas domini, & sancitas promissiones, vt illud. Ego dico vobis, nec iusiurandum feceritis ne irascamini. F

Lex dei decreta.

Mat. v.

Vt duos cõdat in semetipsum in unum nouum hominem. Neque enim ex gentili Iudęũ fecit, sed vtrosque ad potiorem statum traduxit. Neque immutat, inquit sed condit, vt quod differit clarius patefaciat, ostenditq; tanquam ab his quę naturę sunt ordine instituta, minus esse aberrandum. In semetipso, hoc est per semetipsum. Nam alteri nemini id peragendum iniunxit, sed ipse per se nullo cuiuspiam adminiculo, cum iudæum gentilemq; segregasset, in vnum condidit nouum & mirum hominem. Vel dicitur nouus homo, quia prior ipse formam attulit & exemplum. Et talis fit ipse primum visus, quales illos effecit, & duobus intermedius factus. Iudæum hinc prahensans, hinc gentilem, vtrosque coniunxi, & quæ obsistere inuicem videbantur, sublatis per ignem & aquam denuo condidit & plasmauit. In humana igitur ipsa natura, Gentili sane & Iudæo communi; quam vtriusque gratia ipse assumpserat, quanuis corruptione & vetustate aliena effecta, creauit hoc duos in nouum hominem vnum, a vetustate peccati & turpitudine liberum. Non enim vltra gentilis iudæusve vetusto & patrio more imprimitur, sed vnius hominis qui sit secundum Christum formatus ritu & consuetudine, vtrique hi formabuntur. Et in lapide angulari, de quo paulo post facturus est mentionem. Gentiles sunt & Iudæi ædificati.

Gẽtiles & Iudæi ĩ lapide ãgulari cõstituti.

Faciens pacem. Hos inter videlicet. Tunc nanque gentili Iudęus conciliatur, cũ fidelis

A efficitur: quin maxime deo adhæret: quod est sane propinquius, vt patebit inferius.

Vt reconciliet ambos in uno corpore per crucem. Non enim conciliabit inquit, sed reconciliat, arguens fuisse quondam deo humanam naturā per legem conciliatam, præuaricatā postmodum inimicam & odiosam effectam. Vnde iterato hęc erat concilianda. In vno autem corpore, hoc est in suo. Quomodo? Quia pœnas nobis ob praua facinora debitas, ille per crucem luit, vt dictum est supra, cum dixit, in carne. Et rursum, cum in seipso intulit, duos conciliat. Nonnulli autem in vno corpore ita intellexere, perinde ac si dicat, Iudęum gentilemque fuisse in vnum corpus redactos, cuius caput Christus esset, qui patri illos conciliarit.

Interficiens inimicitias in semetipso. Haudquaquam soluit, dixit, sed quod clarius est & expressius, interemit, hoc est sustulit. Quo fit, vt non amplius illa assurgat vel innouetur. Verum qui fieri potest, vt se rursum attollat inimicitia. Enimuero prior illa nunquam assurgit, sed aliam quandam nos iterum delinquendo peperimus. In ipso autem vel in cruce dicit, in quam fuerat sublatus, vel in proprio corpore. In cruce nanque inimicitias sustulit, & in proprio corpore in quo crucem excepit.

Et ueniēs euangelizauit pacem, uobis qui longe fuistis, & pacem, his qui prope. Alium quidem transmisit neminem, sed ipsemet venit, ministri & dispensatoris desumpta conditione, & euangelizauit pacem, cum deo scilicet ineundam. Et vobis qui longe fuistis, hoc est, gentibus: & his qui prope, hoc est, Iudęis. Hi enim magis sunt visi deo fuisse familiares. Ioā.xiiij. xv.xvi.
B Dicebat enim, Pacem reliquo vobis: Et, Confidite, ego nanque deuici mundum, & pater vos amat, & quęcunque petieritis, accepturi estis. Quę omnia pacis pręferūt argumentū.

Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Iram quidem, propria morte dissoluit, demum nos amabiles patri per spiritum reddidit: vel vnica gratia illi nos fecit acceptos. Neque enim illos maiori spiritu, quia propinquiores donauit: nos vero minori, quia longius aberamus, sed vno & vnicam vtrisque largitus est gratiam, & in hunc modum patri admouit. Aduenæ qui & hospites.

Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum. Quia in æternum filius perstat, ergo qui haudquaquam sunt supernam illam ciuitatem assecuti, aduenæ hauddubie & hospites sunt. Nos vero nequaquam eiusmodi hoc tempore sumus, sed sanctorum conciues. Nec Iudæorum modo, sed prophetarum illorum & patriarcharum, & cæterorū, qui sanctimonia claruere. Et ciuitate eadem illa cęlesti donati, & adscripti iā sumus, quę permansura perpetuo est, & his animo erat plurimum concupita.

Et domestici dei. Quod prisci illi vix multis laboribus consequebantur, per gratiam nos sumus adepti. Vides ne quanti sit vocationis spes ipsa? Ea nāque spe ipsi vocamur vt bonis potiamur perpetuis.

Superædificati, super fundamentum apostolorum & prophetarum. Summam gentium cū prophetis & apostolis significaturus coniunctionem, superedificati dixit: tanquam inquiat prophetas & apostolos ipsos pro fundamentis subesse: hos vero veluti impositam molem, structuram reliquam absoluisse. Quo fit vt omnes vnum sitis dei templum effecti, Mystica structura tēpli dei.
C cuiusmodi illud futurum est, quod super apostolos struitur & prophetas, quod alibi inferiorem partem appellat. Prius atque apostolos posuit, & si fuere tēpore posteriores.

Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Qui cuncta complectitur, Christus est. Angularis nanque hic lapis vtrinque parietes prehendit & fundamenta. Aduerte autem quemadmodum nonnunquam superiori in parte constringere Christum vniuersam ædificij molem fatetur cum eundem caput appellat. Nonnunquam inferiori, cum angularem dicit, alibi pręterea & fundamentum hunc nuncupat. xp̄s angularis lapis cur. Sapien .i. i.Cor.iij.

In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. In angulari hoc lapide christo inquam, omnis ædificatio, hoc est, fides vniuersi constructi, & in vnum coacti, tanquam simul progeniti & inseparabili nexu detenti augentur & coaluntur, & ita vt dei templum efficiantur. Inhabitabo enim in eis (inquit) & inambulabo. Est nanque ecclesia & communis fidelium in vnum conuentio, dei templum quod profecto pręfert prę se vel quisque priuatim. In domino autem, hoc est, ob domini gratiam, nō nostro labore, dei tēplum pręferimus. Cum vero constructa inquit, ostendit non aliter posse in tēplum nos dei componi, nisi & vitam geramus, quæ lapidi sit angulari accommoda. Leu.xxvi

In quo & uos ædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. Cum cęteris estis fidelibus & vos Ephesij hoc de super lapide constructi, & ita, vt habitaculum dei sitis in spiritu, hoc est, et spiritus comparationem. Vel forte a terreni huius ędificij differentia, in spiritu pro Ecclesia.

tulit,perinde ad si dicat. Vt habitaculum dei spiritale sitis. Nequaquam igitur ob fidelium increscentem quotidie & auctam fidem,adusque id temporis,quo secundo venturus est Christus,huiusmodi scriptura cessabit. D

CAPVT TERTIVM.

H*Vius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu pro uobis gentibus.* Explicata Dei circa nos prouidentia,ad suam transgreditur. Cum enim inquit dominus meus talem se vobis exhibuit,necessarium est,vt ipse quæ pro mea virili sunt, conferam. Sū itaque vestri gratia vinculis prępeditus. Gentibus vero cum dixisset,prætendit huiusmodi. Non enim solum vos nequaquam respuimus,sed vestri ob gratiam, & compedes toleramus & carcerem. Et illud gloriæ dicimus, cum Christi nos dicimus vinctos.

Si tamen audistis dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in uobis. Aperit hoc loco qualiter sit deus Ananiam affat⁹,videlicet vas mihi electionis est iste, vt portet nomen meū coram gentibus,& misterij reuelationem. Et quemadmodum ipse non ab homine illud perdidicisset. Gratiæ autē dei dispensationem intulit,perinde ac si dicat. Sic enim diuina est gratia dispensatum, vt & superne vocatus sim & splendore oppletus,qui contumax fueram,vt saltē hoc pacto crederem,& illi obsequerer. In vobis autē inquit,ab eo data est mihi gratia. Ipse nanque mihi sic dixit. In gentes longinquas ego te mittā. Quo fit,vt gratię id sit adscribēdū,nō mihi, q̃ de meo nihil cōtuleri. B

Actu.ix Galat.i. Paulus vas electionis.

Quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum. Ecce quemadmodum gratiæ opus,sacramenti sit reuelatio. Est enim id sacramenti vel maximi argumentū, quod gentes cum essent abiectiores,quippe quæ deos colerent manufactos, ad maiores sint honores prouecti quam Iudæi,qui deum antea coluissent.

Cap.ij.

Sic supra scripsi in breui. Commonefacit item hoc loco,de quibus fecerat mentionem gētiles videlicet fuisse ad fidem vocatos,qui longe a deo essent antea diuagati & patriarchis desuper ędificatos,& huiusmodi reliqua.

Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Scripseram(inquit)vobis,non quantū res exigebat,sed quantum satis esse vestris viribus videbatur & quanta capere vobis liceret. Ex quo intelligere potestis,prudentiam meam in mysterio Christi, hoc est,quo pacto cognouerim Christi mysterium,quod ad dexteram patris assideat,& vos item in consessum receperit,& quia in se vtrosque condiderit in vnum hominem nouum,& quod sunt mysterij reliqua. Pernoscite ergo ex hisce mysterijs,meę prudentię dignitatē,& quę mihi aperuit Deus. Quod aūt id honoris loco vel maximi sit habendum,ausculta quod inquit. Non fecit taliter omni nationi, quia iustificationes & iudicia sua nota fecit israel. E

Quod alijs generationibus non est agnitū filijs hominum,sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, Et prophetis in spiritu. Dicet aliquis,Quid ergo? Nonne & id præsciuerunt prophetæ? Alioqui quo pacto Christus hęc diceret? Moyses & prophetæ de me scripserūt,& Scrutamini scripturas. Illæ enim sunt quę de me testificantur. Primum quidē id Paulus sentit,non cunctis fuisse hominibus reuelatum mysterium, deinde neque alienigenis illud innotuisse filijs hominum,demum haud æque prophetis fuisse hoc cognitum sacramētum,vt in pręsenti apostolis apertum est. Et qui in nouo sunt testamento,prophetis per spiritum sanctum notiora sunt facta. Nam si Petrum spiritus minime instruxisset, nec cornelium ipse,nec qui cum cornelio erant vna excepisset. Attende etiam quemadmodum nihil de circuncisis,sed de gentibus spiritus cuncta reuelet. Erat sane permagnum, vt gentiles,genus hominum abominandum,& idolis deditum,ad fidem susciperentur. Accedit etiam quod cum Petrus, qui tanti erat, a spiritu esset instituendus, nec veteribus illis credi possit nequaquam, tam acriter dei mysteria innotuisse.

p̃s.cxlvij. Ioan.v.

Esse gentes cohæredes & concorporales,& comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per euangelium. Hoc illud mysterium est,quod gentes israeli sint cohæredes,& promissionis cōparticipes. Participabant nanque promissionis diuinę israelitæ, tanquam gens sancta. Erant tamen participes,qui interea essent immundi gentiles. At quomodo? In Christo Iesu,hoc est,per eam quam erant in Christo fidem adepti,quę fides per euangelium illis

ꝓphetæ noui testamenti Actu.x.

A obuenit. Neque sat habens, participes illos dixisse: quinetiam vt summam quandã propinquitatem exprimeret, & corporales: dixit. Erant nanque cum israelitis Gentiles vnũ corpus sortiti, & sub capite vno, quod Christus est, connexi & iuncti.

Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationẽ uirtutis eius. Euangelij sum (inquit) minister effectus, ob idque & coniectus in vincula. Nec tamen id mea virtute agitur, sed dei munere singuli, vt eius gratiæ quæ mihi data est dono, nec parce, sed abunde: vtpote cuius deus sit prępotens operator. Vel, quia id mihi ministerium gratis ille contulerit. Non enim satis esse hæc dignitas videbatur, nisi accessisset & virtus. In huiusmodi autem ministerio tria per nos conferenda. Anim⁹ primo quæcunque discrimina intrepide additurus, sapientia & intellectus, & vitæ integritas. Quinetiam vt deus ipse vires suppeditet, necesse est, in quibus vel maxime hæc omnia fiunt. — In euangelij ministerio tria prȩstanda

Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc. Cum sit diuinæ gratię magnitudinem explicaturus, vide quam modeste de se loquatur. Post tantas nanque res optime gestas, minimum se appellat non modo apostolorum, sed omnium etiam sanctorum, hoc est, fidelium, Quod procul dubio ratione humilitatis maius est longe, quam illud quod inquit, Non sum dignus vocari apostolus. — i.cor.xv.

In gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi dei. Quo ea mihi (inquit) concessa est

B gratia? Vt euangelium nempe gentibus prædicem. Cunque alij essent in circuncisionem ex discipulis deputati, is erat ad gentes dimissus, eoque & gratia indigebat, cum minori crederentur maiora. Qui enim erat vt deteriores conuerteret constitutus, siue magnitudine præstaret, siue esse inferior, ex gratia vtrunque susceperat. Quo fit, vt si inuestigabiles sint dei opes, longe magis nec eius vestigari substantia possit. Quo ergo pacto Eunomius hæreticus ille comprehendere se huiusmodi dei substantiam iactabat? — Eunomius hæreticus.

Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo. Quod autem futurum esset, vt gentes vocarentur, per spiritum forsitan & prophetæ & angeli cognouerunt. Quod autẽ concessuri essent in dei throno gẽtile, & alia huiusmodi habituri quis vnquam sperando operiretur? Propterea autem sacramentum hoc nuncupat, hoc arcanum, quia iampridem sit, & a principio in duo reconditum. Non enim nuper est hęc dispensatio adinuenta, & deo soli est cognita, sed a seculo cõstituta, & gentibus diuulgata.

Qui omnia creauit per Iesum Christum. Recte creatoris hic meminit. Qui enim cũcta per Christum creauit, sine ipso nãque factũ est nihil, vel per Christum id sacramentũ reuelet. — Ioannis.i.

Vt innotescat nunc principibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiam multiformis sapientia dei. Neque superiores (inquit) potestates & principatus mysterij huius, quod gentibus est reuelatum, vllam habent cognitionem. Enimuero angelis & archangelis illud & solis constabat, quod israel esset pars domini populus eius, & allaturus esset domin⁹ populo suo salutem, & eundem a prauis facinoribus exempturus. Quod autem gentiles tantum essent honoris cõsecuturi, latebat vtique tam superiores quam inferiores illas potestates. Per ecclesiam vero, hoc est, ab eo quæ nobis (qui ecclesiam ipsam præferimus) obuene- — Deut. xxxij. zac.viij. Vocatio gẽtium latuit ãgelos & archãgelos

C runt. Nam collata in nos beneficia, potestates & pricipatus diuinę sapientiæ monuerũt, vt intelligerent quam sit de ecclesia benemeritus deus. Nec simpliciter quidem variam dicit sapientiam, sed difformen, illam arguens incomprehensibilem esse. Gregorius autẽ Nysses, ante incarnationem affirmat, simplicem quandam potestates cælestes habuisse dei cognitionem. Videlicet quod sola voluntate cuncta crearit, & ei licere omnia prȩuidebant, moderarique vniuersa & sapienter currere omnia intelligebant. Incarnato aũt dei verbo, ex contraria sunt effecta. Nam per mortem vita secessit, per infirmitatem potentia, per ignominiam gloria, per viliora denique sunt consecuta quæ deum decerent. Si igitur nunc multiformis cognita cœlestibus dei est sapientia atque potentia, quæ vbi nobis innotuere, potestates illę per nos perfecta ecclesia, quantis esset dignata bonis, ad certiorem sunt diuinę sapientiæ cognitionem deductę. — Gregor. Nyssenus

In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Quod autem per Christũ effecta sunt omnia, patet inquit ex eo, quia ille sit qui nos ad patrem deduxit. Veruntamen nequaquam sumus captiuorum more, nec vt sontes & noxij ad patrem deducti, sed fiduciam habemus nõ simplicem quandam, sed vt confidere plurimum possimus & audere, verum vndȩ huiusmodi nobis bona proueniunt? Per fidem inquit. Hic nãque prauis deletis facinoribus, fiduciam nobis adiecit, & confidentiam. — Fides fiduciã adiecit & cõfidentiã.

Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Propter

quod, quid illud? Nimirum quia magnum est vestræ vocationis mysterium & ingentia quędam mihi sunt demandata & credita, quod vobis id prędicandi munus suscepi. Nā & necesse est, & vincula ab his & mala alia pręferam, qui huiusce sunt ignari mysterij, & acerrime huic contradicunt. Quapropter vos obsecro ne deficiatis, hoc est ne obturbemini, si quid iniuriæ vobis obtigerit, vel graue aliquid & molestum offeratur. Id nanque vobis potius glorię cedit, quod tanta sit deus erga nos charitate affectus, vt nō solum filium vestri ob gratiam morti obtulerit, sed nos etiā qui eius sumus seruitute deuicti. vt vobis conducat pater, periculis siuerit & vinculis astringi. Si itaque meæ pressurę vobis sunt gloriæ, quanto maiorem ex vestris laudem vendicabitis. D

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur. Cū itaque tanta erga vos dei sit charitas, & incomprehensibilia sint quę adepti estis iam bona, oro, inquit, vt & gratia vobis inhabitantis Christi in vos conferatur, eundemque possitis & mente complecti, pernoscereque eius vos esse charitate affectos. Cum autem flecto genua dicit, ostendit se ingenti animi ardore precari. Ex patre vero superno omnis deriuatur paternitas. In terris quidem generationes per paternitatem designans, quas grecæ πατριας a patrum nomine dicunt. In cœlis autem quia nulla ibi suscipitur soboles, paternitatem angelorum cœtus appellat, perinde ac si dicat. Et quæ in cęlo sunt, & in terris tribus, creauit. Et quia hac ratione est omnium pater ab eo & patres cęteri nominantur.

Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutē corrobari per spiritum eius ī interiori homine christum habitare per fidem in cordibus uestris in charitate radicati & fundati. Quid (inquit) vobis & opto & precor? Certe vt ille tanquam opulentus & gloriam e nobis deposcens, cōstantiam vobis & fortitudinem largiatur tētationibus obsistendi, ne illis tanquam procellis & fluctibus inuoluti, præcipites deferamini. Nec sat habens hos iri corroboratū, & virtutem adiecit, cuius ex habundantia, bona is comprecatur. At quo pacto corroborari hos cupis? Per eius spiritum, inquit. Is nanque vires suppeditat, quemadmodum & Esaias spiritum fortitudinis dicit. Nec solum obfirmari hos petit, sed maiorē in modum & affluenti robore stabiliri. habitare Christum in interiorem hominem in cordibus vestris, hoc est, non leuiter & superficie tenus, sed alte in vobis & profunde insidiat. Quomodo? Per fidem. Fides nanque inhabitat Christus pectoribus, cum patre aduentitans, & in his commoratur, vt antea dixit. id sane munus pulcherrimum consequemini, si eius in charitate fueritis radicati, hoc est, si inconcussi & stabiles permanebitis, nil fluitantes & iactabundi. Duo itaque quædam his comprecatur. Vt spiritu roborentur, & eorum in cordibus vt inhabitet Christus, vel, vt roboremini, inquit, vt interiorem hominem vestrum incolat Christus. E

Cōstātiā pcipue Ephesis precatur.

Cap.xi.

Ioan. xiiij

Hō interior.

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, & sublimitas, & profundum. Quod prius fuerat exorsus & cōprecatus, vt spiritus his cum sapientię tum reuelationis concederetur, vt intelligerent qualis eorum vocationis spes esset, & huiusmodi reliqua, idipsum in pręsentiarum prosequitur. Vt possitis (inquiens) mente & cogitatione complecti, cum fidelibus cęteris, quale illud mysterium sit quod vestri est gratia dispensatum, & eo est magnitudinis profectum, vt sit ibique terrarum amplissime propagatum. Vnde & hoc vndique circunplexus sub corporali figura descripsit. Explicaui enim ipse, vt potui hoc sacramentum, nil tamen potest meis ex verbis, nisi per spiritum patefaciat, comprehendi. Neque aliter vobis licebit eiusmodi mente concipere, nisi a spiritu corroboratis. Est quippe magna virtute opus, vt apud nos habitet deus. Gregorius autem Nysses per latitudinem huiusmodi profunditatem & longitudinem crucem dixit significari. Comprecatumque Ephesijs fuisse apostolum asserit, vt quirent crucis mysterium contemplari. Siquidem hac cruce omnis cōtineretur dispēsatio, quod sane est conuenientius. Per crucem enim maxime dei gratia nos charitatem perspicuam fieri, sicuti & dominus dicit, & Paulus modo subiungit. F

Grego. Nysseus.

Io. iij. xx.

Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. Quinetiam (inquit) inuestigando Christi huiusmodi charitatem noscatis, quę proculdubio cęteratum rerum excedit cognitionem. Quod si ita se habet, quo pacto nos sumus charitatem huiusmodi cognituri? Excedit quidem omnium scientiam & humanam videlicet, vos vero non humana scientia charitatem estis hanc percepturi, sed spiritali præterea neque illud dixit, quia hanc quanta sit cognoscetis sed supereminentem, & aliam quanuis excedentem scientiam, hoc inquam, precor, vt a spiritu perdiscatis. At quis est huius rei ignar⁹? Omnes

A profecto, & hi præcipue, qui grauiter ferunt aduersa, & qui deo ipsi mammonam ante ponunt. Quod si eam scientiam teneremus, nec de diuina prouidentia quęreremur, nec animum præsentibus his terræ bonis intenderemus, a deo deficientes, qui tanta nos charitate prosequitur. Aduerte autem si charitas ipsa omnem scientiam antecedit, longe magis & dei substantia, cuncta est excessura.

Charitas oēm sciētiā antecedit.

Vt adimpleamini in omni plenitudine dei. Bifariam hoc nonnulli intellexerunt. Vel vt sciatis quemadmodum in patre, & filio, & spiritu sancto adorandus vobis sit deus. Hæc enim plenitudo est dei, trinitas ipsa. Vel vt omni sitis virtute repleti qua plenus est deus. Puto tamen id magis sentire apostolum, videlicet vt omnes perfecti sitis in omni secundum deum perfectione, diuina omnia, prout sunt pernoscentes.

Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligemus, secundum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu per omnes generationes seculi seculorum, Amen. Et si ipse quidem hęc precor, deus tamen lōge maiora quā meæ sunt preces, efficiet. Potest nanque non modo perficere, quę per nos supplicantur, quin & cunctos operando excedere, & superabundanter, hoc est, liberaliter & vbertim. Dupliciter itaque hac in re dicit deum pręstare, & quia omnia potens est facere, & quia superabundanter. Potest nanque vel hominum quispiam plura facere, quam petatur, nō tamen superabundanter quod sane largiter est & summa cum liberalitate, cum vtrunq; deo exequi liceat, qui magna quædam nobis & excellentia fecerit. Quid ni? Qui gentiles
B in adoptionem susceperit, vel sibi infensos. Quinetiam vel ex his, quæ in nobis est operat⁹, satis esse, quod diximus perspicuū potest. Et iure quidem in dei laudem sermonem concludit, vt beneficia conferentem extollat & magnitudinem hoc pacto gestorum in nos patefaciat. Neque enim ea fuisset hic demiratus, nisi de⁹ nobis talia contulisset, quæ in admirationem, & gloriam conuerterent homines, Nec simpliciter illi gloriam dicit, sed per Iesum Christum. Non enim vere quis potest laudibus deum efferre, nisi in Christi virtute. Is nanque ad huiusmodi gloriam deferendam virtutem nobis & gratiam prębet, instruitque quemadmodum illa sit deferenda. Recte autem in ecclesia dei inesse hāc gloriam constat, quippe, quę perpetuo est permansura, & portæ inferi aduersus hanc nihil pręualebunt. Quo fit, vt dei cum laus, tum gloria sit in ęternum futurum. Ma. xxv.

Ex adoptatis gentibus maxime diuina effulget liberalitas.

CAPVT QVARTVM.

Obsecro autem uos ego uinctus in domino ut digne ambuletis uocatione, quā uocati estis. Non imperare modo discipulis, quæ rectiora sunt decet magistrum, sed his etiam pro eorū salute inseruire. Propterea & Paulus in serui morem precatur, proponitque precando & vincula. Vinctus ego enim inquit in domino. Perinde ac si dicat. Non prauo aliquo meo facinore, sed ob domini gratiam sum coniect⁹ in vincula. Veneremini ergo & vos qui pro Christo domino cōpedes tolerant. Verum quid præ-
C cor? Pro me equidem nihil, sed pro vobis, vt quemadmodum vestra deposcit vocatio, sic incedatis. Estis nanque ad magna quædam vocati, vt cū Christo videlicet consideatis, regni cœlestis eidem futuri participes. Quocirca non erit vestra hæc dignitas indignis Christo operibus vituperanda.

Cum omni humilitate. Ostendit hoc loco, quemadmodum cuique liceat pro vocationis dignitate & vitā ducere. Si enim (inquit) humilē te ipse pręstiteris, & tui ipi⁹ habueris notionē, & quibus fueris a deo bonis dignatus intelliges, dolebis, pfecto cōtrahēs & ei gerere morem studebis, qui in te fuit beneficus. Est præterea cunctarum virtutū mater humilitas & fundamentum. Eoque & ex hoc dominus virtutum genera memorans, beatos affirmat, qui spiritu essent humiliores, præ seque ferrent humilitatem. Cum omni inquit humilitate, vt quę non verbis modo, sed factis habituque ipso & gestu, sit præferenda. Nec in vnum alterumve hęc erit humilitas, sed in omnes seruanda, siue tenuē dixeris & abiectum siue opulentum & clarum.

Matt. v. Hūilitas mater ōniū virtutum.

Et mansuetudine cū patientia. Debitur nanque, qui etsi humilis sit; acer tamē sit & iracundus. Sed is quidem nullius erit momenti, & prorsus inutilis.

Supportantes inuicem in charitate. Commonefacit hoc loco quodnam obuenturum sit ex mansuetudine lucrum, & quid ex patientia subsequatur. Deinde ne quis diceret, quo pacto quiuerit proximum ferre, qui ad iram sit promptior, & plane conui-

tietur. Inducit itaque tolerantiæ modum in Charitate inquiens. Hanc enim si consequemur, nos inuicem tolerabimus. D

Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quemadmodum in corpore spiritus omnia continet, vnitque, & diuersa sunt membra, sic spiritus sanctus in nobis fidelibus gerit, qui cunctos facit vnanimes nectitque, quamuis natione & moribus vel artibus differant, & per eundem hunc spiritum omnes sumus vnum effecti. Studeamus itaque hanc per mutuam pacē seruare coniunctionem. Nam si charitatis hunc nexum nequaquam adipiscemur, nec pacatiores ad inuicem fuerimus, perdituri hauddubie sumus, quā spiritus nobis contulerit vnitatem. Nec secus nobiscū agetur, quam si cū reliquo corpore manus vel pedes dissidium fecerint, ab aliarum corporis partium nexu & copula præciduntur. Non enim vltra sub vno spiritu membra continent. Est itaque nobis summa diligentia opus, vt quo vnus concesserit, eodem & alius subsequatur. Sicut enim huiusmodi, qui vno sunt vinculo alligati, vt vel nullam habeant suimet potestatem, sic proculdubio sub vno spiritu erimus.

Spūs vnanimitatis author.

Vnum corpus & unus spiritus. Nec simplicem quandam Paulus exigit charitatem, sed eam certe quæ ob mutuam coniunctionem vniuersos in vnū redigat corpus, ita vt membrorum instar sibi inuicem compatiantur, adgaudeantque. Vnus spiritus, recte id dixit. Nam cum fideles iuncti sint corpore, vnum etiam spiritū habeant, necesse est. Vel quia potest concedi, vt qui vnum sit cum cæteris corpus sortitus, non tamen spiritum vnū. Videlicet si quis sit, qui hæreticis forsitan bene velit, non tamen illorum dogmatibus assentiatur. Vel etiam cum vnus sit spiritus a vobis per fidem acceptus, & vnum sentire omnes debetis, & conuenire. Vel spiritum æquam animi promptitudinem dicit, & bonam conspirationem, tanquam id dicat, corpus vnum & animus idem. E

Spū p aīmi promptitudine

Sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Deus, inquit, pariter vos omnes vocauit, & vitam omnibus largitus est, & æque est omnium caput, cūctos simul & suscitauit, & inde concessum recepit, ac demum omnes pari honore suscepit, eademque & vna vniuersi speramus. Necesse est ergo pro charitatis hac copula, vnum ex Pluribus sitis. Nam in cœlo sumus pares omnes futuri, tametsi in terris eramus olim dissimiles.

Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Neque enim maiorem tu nactus es dominum, ille minorem Neque ipse ex operibus ille est redditus. Nec demum tu per baptismum salutem es consecutus, ille minime.

Vnus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus uobis. Hoc est, qui cunctis præsidet, & omnia prouidentia & moderatione peruadit, & in nobis vniuersis inhabitat.

Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Dicet aliquis. Si omnia sunt vt inquis, communia, cur ergo id gratiæ minus ille plurimum habet. Siquidem eiusmodi non æqua partitio, inuidiæ seminarium esset, quemadmodum & corithijs euenit, & alijs plurimis. Id itaque soluens Apostolus, vnicuique dicit donum fuisse pro dei largientis arbitrio, mensura quadam collatū. Cum itaque gratis sit illud & dono datū, sat tibi fuerit, quod acceperis quippiam, nec prorsus immunis sit gratię. Non enim pro debito tibi est aliquid persolutum. Et quia deus mensuram cuique pręfiniuit, nihil scrutabere, nec curę sit, si nō omnia solus acceperis. Nam si semel gratiam mensurus est de^9, in nostram profecto vtilitatem id fecit. Atqui ea communia hauddubie sunt, sine quibus constare Christianismus non potest, hæc præter si quis est gratiæ plusculum nactus, nil doleas. Nam & laboris forsitan plus ille impendit, vt in orationis progressu dicturus est. Neque enim secundum fidei dixit mensuram quę cuique est, ne in desperatiōem induceret qui minus haberent sed donātis arbitrio modum permisit, ne inde his diffidendi offeretur occasio. E

i.cor.xiij Cōtentus esto data tibi gratia nec qd vltra scrutare.

Propter quod dicit. Ascendens in altum dominus, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem hunc afferat hominibus cōtulisse, patet ex prophetę huiusmodi dictis. Dedit dona hominibus. Dominus vero in altum ascendit, vel in crucis celsitudinem, vel cæli, vbi fuit e terra sublatus, vt ex sequentibus magis fiet perspicuum. At quā hic narrat captiuitatem? Nimirum diaboli. Diabolum nanque & mortem, maledictionem insuper & peccatum, in seruitutem subacta, Christus abduxerat. Quorum ex ditione & nos liberauit, qui his malis eramus obnoxij.

ps.lxvij.

Quod autem ascendit, quid aliud est nisi qui & descendit, primum in inferiores partes terræ. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos ut adimpleret omnia. Cum de humilitate dis

Philip.ij.

A seruisset, nunc Christum producit, perinde ac si inquiat, (sicut & ad philippenses disserẽs fecerat.) Quemadmodum nihil obluctatus est ad nos patris iussu descendere, sic vobis haud quaquã defugiendũ, quin per humilitatem eidem condescendatis. Quod autem descenderit, liquet ex eo, quod hunc ipsum propheta asserit ascendisse. In deo nanque cũ ascensum fatemur, & descensum significari prętendimus, nec secus dicere & in homine possumus. At quem in locum descendit? In infernum. Nimirum quem profundissimas terræ partes pro communi hominum opinione apellat, quemadmodum & Iob. Deducetis (inquit) canos meos cum dolore in infernum. Et dauid. Assimilabor descendentibus in lacum. Ad inferiora itaque Christus descendit, vltra quę nihil est amplius, & sup omnes cœlos ascendit, quibus nihil est altius. Nec tendi vltra hos potest, neque illi descensus ascensum interpellauit.

Gen. xlij. ps.xxvij

Vos itaq; si prætuleritis humilitatẽ exaltamini. Quodcunque enĩ Christus effecit, vt nobis exemplo esset, effecit, & sese in carne prębuit imitandũ. Nam quod ad diuinitatem pertinuit, iampridem absoluit. Id autem dictum contra Paulum Samosatęum & Nestorium facit. Nam qui descendit, cum dixit perspicuum est de loco superiori, hoc est de cęlo & carne assumpta. ad nos descendisse in terram, & mortẽ postea obeuntem eundem illum esse & vnum, non alium quempiam atque alium.

Paulus Samosatenus & Nestori⁹

Et ipse dedit. Demonstratiue dixit ipse. Is nanque inquit, cuius tanta in nos prouidentia fuit vt nostri gratia neque in vltimas & infimas terræ partes peruenire abnuerit B haudquaquam temere partitus est gratias, sed liquet sane & sapienter id & vtiliter per egisse. Cur ergo doles, perinde ac si non iuste sit dispensatio facta? Alibi autem dicit spiritum hanc impartiri, vt illud in quo vos statuerit spiritus sanctus. Et omnia operabatur vnus & idem spiritus. & alibi patrem, vt illud. Posuit deus in ecclesia apostolos primum, & reliqua. Et ego plataui, Apollo rigauit, deus incrementum dedit. Hoc autem loco filium dispensatorem. Vna est ergo trinitatis illius operatio.

Act..xix i.Cor. xij. i.Cor.iij.

Quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas. Primum apostolos posuit tanquam prophetis p̃stantiores, vt qui & prophetiã haberent, & apostolatus munere fungerẽtur.

Alios uero euangelistas. Qui scilicet euangelium conscripserunt, quive non passim circunuagi, sed euangelium prædicarent, vt Priscilla & Achillas consueuere.

Apostolos ꝓphetis præponit.

Alios autem pastores & doctores. Eos dicit, quorum curæ fuisset ecclesia demendata. Episcopos inquam qualis Timotheus erat, & Titus, & istiusmodi cæteri. Poteris etiam pastores pro sacerdotibus ipsis & episcopis intelligere, doctores vero ministros, siue diaconos ipsos. Hi quidem sermone, cum alios purgandi fungantur officio, multorum labes & sordes prorsus abstergunt.

tct.xviij.

Ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Vides ne dignitatem? Vnusquisque aliquid consummat ac peragit, & singuli ad Christi corporis sine ecclesiæ ædificationem ministrant. Quocirca cur dolore conficeris, quod minus acceperis gratię, quandoquidem & ipse ad sanctorum consummationem, hoc est, ad fideliũ vtilitatem ac perfectionem, haud parum contuleris? Studẽdum est itaque vel si nullius C sis gratię particeps, alios vt quouis modo ædifices, cauendumque, ne alijs inuidendo, tibipsi officias. Perinde ac si alius quispiam ad perfectionem alij condonandam, instituendisque fidelibus compertus sit maiorem gratiam accepisse, intelligas velim & maiores illi labores inesse ad ministerium. Insuper & acriores pœnas impendere, & rationem maiorem in modum reddendam. Alioqui quonam pacto non satanicum illud debet videri, vt in eum quis liuore commoueatur, qui Christi ædificet & perficiat corpus? Ipse vero non homini inuidere hunc puto, ꝓsed plane domino aduersari.

Donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij dei. Tandiu (inquit) optãdum est omnibus, qui gratię sunt non immunes, & insumendi ad ędificandum fidem vnam labores quousque ad fidei vnitatem hanc pertingant, hoc est, quoad tandem arguamur omnes, & eãdẽ tenere fidẽ, & nihil de Christi dogmate discrepare, nec ad inuicẽ dissidere dũ viuim⁹. Sic sane optima futura est fidei ipsi⁹ cõiunctio, sic inq̃ sumus & dei filiũ cognituri, cũ de dogmatib⁹ recte sentim⁹, nexũq; charitatis seruam⁹. Est naq; charitas xp̃s ipse.

In uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Virum perfectũ & ętatis mẽsurã perfectiorem dogmatũ dicit cognitionẽ. Quẽadmodũ & Christi plenitudinẽ dicimus absolutam & integrã, eiusdem notionem & fidem, hoc est. Christũ credere ex trinitate vnũ constare, & patri parem homine fuisse effectum in duabus naturis, substantiam vnam. Item id velle, id operari, quod pater, eique corporaliter ad dextram assidere, cũ eoque

Epist.

& venturum. Siue quecunque alia de eo rectius & intelligūtur, & astruūtur, tenere. Verum quo pacto Apostolus nostrā īperfectā scribit scientiam esse? Quo nimirū ad futurę D scientiæ differentiā. Hoc autem loco ob facilem in crimen lapsum, perfectam dicit scientiam. Cum enim in prēterita nostra delicta nequaquam rēcidimus, tunc sane sumus perfectiores, & perfectiorem adepti scientiam, vt infra patebit.

Vt iam non simus paruuli fluctuentes, & circunferamur omni uento doctrinæ. Vt hanc inquit, etsi perexiguam quam ipsi accipimus mensuram, firmam, stabilemque seruemus; non vt pueri solent minutiores omni vento circūferamur, hoc est a quouis homine nos instruente temere subleuemur. Sunt nanque ad ędificandum & consumandum dona data, cauendum itaque ne labet, & fluitet, quod fuerit ędificatum. Vt iam vero, cum īquit, ostendit vel id illos alias fuisse perpessos. Videtur etiā & his semet interījcere cū circūferamur inquit, quod eo facit, vt eos non acriter cōmissi redarguat, sed leniter castiget & placide. Et fluctuamtes cum ait, arguit quanto sint in discrimine instabiles & nutabundę ad orthodoxam fidem animulę. Et eidem insistentes metaphoræ, vētos vocauit varias præceptorum doctrinas.

Varias doctrīas Paulus ventos vocat.

In nequitia hominum, in astutia ad circunuensionem erroris. Ne itaque (inquit) & nos in hac circunferamur nequitia. Quōd in astutia ad circuncisionem erroris, ne quo volūt illi dolo & arte quadam traducere, eodem & vos deuoluti feramini. Nam nullius rei alterius gratia, artibus hoc moliuntur & dolis, nisi fallendi. Bene autem præposuit hominum. Nam ad ea quæ dei sunt, neque nequitia, neque homines adnituntur.

Veritatem antem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. Versuti inquit, & verbis fallentes, adulterina cuncta & falsa p̄tendunt, nihilque illis inest vel sanum vel stabile. Nos vero, qui veram cū in deū, tum in proximū charitatē sectamur, nec dogmata vlla habemus, q̄ falsa sint aut subdola, nec vitā ducimus simulatā. Augebimus certe in Christo, quę nostra sunt, tum vitam ipsam, atque decreta. Huic enim, qui nostrum est caput accōmodare & mores debemus & vitam, gestādūque nihil quod alienū sit, nec capiti cōgruēs, sed cūcta sunt nobis ad illi⁹ cōformitatē aptāda & augenda.

Ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis secundū operationem in mansuram cuiuscunque mēbri augmentum corporis facit in ædificationē sui in charitate. Sensus omnis dicti huius, & si obscurior, huiusmodi est. Quemadmodum enī spiritus p̄ neruos a cerebro ipso descēdens, sensum omnibus mēbris ad proportionem cuique impertitur, sic Christus nostris animis, qui illius sunt membra, sua dona suppeditat. Nec fortuito & temere, sed pro mensura membri cuiusque, hoc est, vt quodque capere pōt, & hunc in modum coedificari sibi vniuersum corpus & coalescere facit. Alias enim nequiret anima a superne spiritu descendente, a quo & vitam accepimus, & incrementū, subministata excipere, nesi charitate corporis instar vnius compacti essemus, & iuncti. Nam vt manus a reliquo corpore auulsa, haudquaquam vltra est vegetantem spm̄ receptura, vt quæ a membrorum sit nexu discissa, sic sane & nos nisi vnitatem seruemus; & animorum coniunctionem haudquaquam aliquando sumus spiritus gratiam admissuri, qui a Christo (qui caput est nostrum) profluxit. Idcirco & corpus compactum & cōnexum dixit, hoc est nihil temere dispositis mēbris, sed copulatis vel singulis suo loco E hærentibus, non disiectis, vel sine forma iacentibus. Nostri itaque erit officīj, per charitatem nos inuicem nectere. & conformes efficere Christū vero decebat, vt caput suū in corpus, hoc est, in nos immiteret spiritum. Fit autem omnis hic sermo, & eo intenditur, vt humilitas cum charitate coniuncta seruetur. Per omnem autem iuncturam subministrationis cum inquit, id vtique præfert, quod spiritus scilicet qui a Christo capite defluit & subministratur, omnes complectitur. Corpus igitur ædificatur & crescit, quamdiu membris adhęserit, & spiritum ipsum inducit, vt in se operetur. Id enim designat cū dicit, secundum operationem, vel quia mēbris operationem spiritus prebeat.

P̄ceptoris offm̄.

Hoc igitur dico & testificor in domino, ut iā non ambuletis sicut & gētes ambulāt, in uanitate sensus sui. Est sane pręceptoris officium nō solum commonefacere, sed etiam absterrere, cū fuerit necesse, discipulos quemadmodum Paulus facit hoc loco. Testificor enim vos inquit in domino, hoc est dominum testor, quia nihil clam vobis habuerim, quod dictu senserim oportunum. Nec vos amplius ambulate vt ambulastis, dixit, ne illos offenderet, sed sicut reliquę gentes, aliorum exemplo hos ad continentiā prouocans. Hi nāque in sensus vanitate ambulabant, qui & idola colerēt, & vitijs inseruirent, & reb⁹ mūdi ianibus inhęrebant. Quæ idcirco vanitates coarguuntur, quia frustra illis vtantur

mortales. Erant nanque in his gentes corruptæ sermone scilicet, & vita.

A *Obscuratum habentes intellectum, alienati à uita dei.* Diuinæ, inquit, scientiæ & vitæ puá rioris lux ipsa affulsit: hi vero seipsos fregerunt animi oculis debilitatis præ vitæ huius & vitiorum caligine, qua semetipsi obduxerant. Sunt nanque præsentia vitia & mundi curæ, veluti vehemens quidam & innabilis fluxus, quę mentem prorsus obturbans, eoq; qui his implicantur, a dei abalienati sunt, hoc est ab ea quæ secundum deum est, penitus abdicantur. Est nanque vitæ rationalis, & dignoscere vera & tenere. Qui vero se præsentium bonorum curæ dicauerit, hauddubie obcęcatur nec vitam degit, quia veritas ipsa verbi substantiam præfert & claritatem.

Propter ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Si ignorant, quid illos incusas? Est nanque mox edocendus, non iustitiæ insimulandus qui rei sit alicuius ignarus. Dices fortasse, At eiusmodi his ignorantia ob eorum hebetudinem & cæcitatē obuenit, quæ insensibilitatem quandam prætendit. Insensibilitas vero & dementia, ex vitæ impurioris dispositione oboritur. Fit itaque vt omnino sint, qui hac ignorantia detinentur, culpandi.

Qui desperantes semetipsos tradiderent impudicitiæ, in operationem immunditiæ in auaritiam. Vides quemadmodum voluntate illis obtigerit insensibilitas hęc, & ignorantia. Nam desperantes, inquit, hoc est qui nulla ratione vtentes, desperant nequaquam se posse futura parare, cum a præsentibus nolint, quibus sunt irretiti, disciscere. Aliter tamen in græco habetur ἀπηλγηκότες, hoc est sine doloris sensu, tanquam insensibiles facti, & excordes, & torpidi. Neque in veri boni indagationem volentes laborem insumere, impudicitiæ demum sese addixere. Quidam facturi? Vt immundicitiam operentur & fœditatem. His enim perficiendis, cogitationem & operam impendebant. Neque impuritatis huiusce, & turpitudinis speciem vnam aliquam exercebant, sed omnem. Qui ergo poterat fieri, quo minus desperarent, qui huiusmodi erant addicti cupiditatibus? Vita nanque quæ turpiter ducitur prauarum opinionum est causa, & omnem recti ingerit ignorantiam. Cum itaque alibi audieris deum alios tradidisse in reprobum sensum reminiscere & dicti huius. Et cum vtrūque contuleris pernoscito, qui se proripiunt a deo dici præcipitari & tradi, hoc est permitti & deseri, quia semetipsi, vt sic traderentur, dignos effecerint. Cum vero in auaritia dicit, voluntariam illis insipientiam testificatur. Poterant enim his, inquit, vel pecunijs vel voluptatibus moderatius frui. Sed cum essent omnibus in rebus sectati immoderantiam, in mentis hebetudinem deuenerunt, & bonorum omnium insemsibilitatem.

Insensibilitas & dementia ex vitę impuritate.

B

Roma. i

Permitti & deseri a deo quō quis dicat & nota.

Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis sicut est ueritas in Iesu: deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem. Gentes quidem ita se habent, vos vero haudquaquam hoc modo Christum perdidicistis, si tamen illum audistis, hoc est cum illum ex nostra doctrina iam teneatis. Non enim, si illum, dubitantis est dictum, sed confirmantis. Quinetiam illud est Christum perdiscere, quod rectius viuitur, vt contra qui vitam peruersius duxerit, CHRISTVM ignoret necesse est, deum

C enim inquit se scire fatentur; factis autem negant. Illud autem. Sicut est veritas, sic debet intelligi videlicet nequaquam ipsi, quemadmodum gentes, vanis & superuacaneis in rebus incedite, vel vosipsos ad eadem illa componite. Constat nanque non esse inania quæ Christi sunt, sed certiora & vera cum dogmata dico, tum vitam. Delictum siquidem falsitatem prętendit, quippe quod inconstantius sit & leuius. Virtus veritatem præfert, quia stabilis sit, & finem habeat. At quid estis edocti, vel quęnam est secundum deum veritas? Nimirum deponere vos veterem hominem, hoc est pristinæ conuersationis modū, vitam illam antiquiorem, & peccatis obnoxiam.

Tit. 1

Delictum falsitatē, virtus stabilis veritatem prę fert.

Qui corrumpitur secundum desideria erroris. Bifariam hoc debet intelligi. Vel quia vt solent concupiscentia & voluptates corrumpi, ita & homo his deditus, hoc est eius inanes cogitationes pduntur, morboq; decor oīs & pulchritudo, vel senio ipso deflaccet, viresq; item corporis, ac oīa demum morte soluuntur. In illa eṁ (inquit) die perdentur oēs cogitationes eorū. Vel secundū desideria, id est a desiderijs. Ab his nāq; uetus homo deletur, vt vellus & ferrum, a quibus gignuntur, ab his & intereunt. Deperit prętetea & honoris & gloriæ cupiditas, animo semper, corporaliter vero nunquam. Sic & voluptates conficiuntur. Recte autem errorem dixit, quæ ex his oritur voluptatibus suauitatē. Simulat nanque, mentitur ac fallit, quippe quę voluptatis pręferat speciem, cum amaritudo sit & acerbitas. Id itaque error prætendit, vt cum aliud sit, aliud esse appareat.

Ps. cxlv.

Renouamini autem spiritu mentis uestræ. Ne quis existimet alium quempiā se inducere hominem præter eum quem dixerat nouum. Renouamini, inquit, hoc est idipsum quod in vobis consenuit, nouum reddite & immutate. Quo fit, vt subiectum sit idem, morum videlicet solum, & mentis pristinæ immutatio. Verum quo pacto, istiusmodi potest innouatio fieri? Per spiritum sanctum, qui vestram inhabitat mentem. Spiritus nanque nullas sustinet veteres actiones & prauas. Demum quod inquit, tale est. Innouamini animo & spiritali innouatione, non corporali, vel in corpore ipso effecta. D

Homo nequitia. Homo virtus.

Et induite nouum hominem. Vides quemadmodum sit vnum subiectum, quod exui & indui possit, hoc est vnum sit corpus, quod induitur & spoliatur. Indumenta vero diuersa, hoc est nequitia ipsa, & virtus faciles sunt, vel ad abdicandum, vel ad admittendū, si volumus. Verum cur hominem nequitiā dicit, & hominē virtutē denominat? Quia ex operibus ipsis figuratur homo. Nec minus hęc quā ipsa natura hominis præferunt, siue bonitatē, siue nequitiam. Nouus autem ille est homo, qui & recens baptismo ablutus sit. Hic nanque fortiorem se debet & constantem præstare, & cuiusuis labis immunē & integrum. Hæc proculdubio cuncta ad nouum hominem spectant.

Nouus homo. Psal. x. hie. xxxiij Matt. v.

Qui secundum deum creatus est, & in iustitia & sanctitate ueritatis. Is (inquit) nouus homo, non secundum concupiscentias, sed secundum deum est conditus, hoc est tali structura creatus, vt placeat deo. Et lauacro, non quod e terra constet, & aqua, sed ex iustitia & sanctitate. His enim hominis huius continetur substantia. Iustitia quædam vniuersalis est virtus, quemadmodum illud est vsurpatum. Iustus est ille & irreprehensibilis. Et dominus ipse. Si non superabundauerit iustitia vestra super pharisæorum. Ine a nanque virtutē omnem asserit contineri. Sanctitas autem puritas & debiti omnis persolutio. Et quoniā in veteri testamento iustitia dicebatur hæc sanctitas, illa inquit vetusta, futura præfigurabat. Sed sanctitatē hanc ipse veritatis & euangelij dixerim veritatem. Est itaque homo iste in baptismo per iustitiam, & sanctitatem creatus, induatur etiam vita, & operibus necesse est. Cum vero indutum aliquem fuisse intelligis, non ignores, quemadmodum nunquam sit amplius, quod semel induerit, depositurus. Vt illud. Induit maledictionem vt indumentum, & qui luce obductus est. E

Ps. cviij.

Propter quòd deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Cum veterem dixerit hominem, vniuersaliter hunc & particularier hoc loco describit. Et primo alterius mendacia interdicit, & causas profert, tū quia proximi inter nos sumus, tū quod maius est & maiori nobis dedecori cedere, quia & mēbra inuicem dicimur, perinde ac si dicat, num oculus si bestiam fuerit aliquam in nos irruentem efferacius conspicatus, pedibus mentietur se nihil spectare, nec illis fugiendi facultatem præbebit? Vel si scrobem aliquam alte refossam, arundine & humo contectam, pes ipse prætentet, num oculum hoc ipsum celabit, vt aliam inueniat semitam. Idipsum dici & de membris cæteris potest. Sic itaque & nos nihil adinuicem mentiamur, sumus nanque vnius corporis membra.

Psal. iiij. Iracundia quę sine delicto.

Irascimini & nolite peccare. Dixit, nolite alterutrum mentiri. Sed cum plerunque ira mendaciū pariat, sic inquit. Bonū quidem nil prorsus irasci, at si illud contigerit cauendum ne ex īmoderato iracundię vsu, effrenetur hæc ira, & in peccatū euadat. Dicunt nōnulli vnum esse iracundiæ genus, delicto quod careat: eam videlicet, qua vel in dæmones, vel in vitia vtimur coercenda, & ipsum explicat hoc loco apostolus. F

Sol non occidat super iracundiam uestram. Non diu, inquit, apud vos resideat iracundiæ vitium neque nobis nondum conciliatis, sed ipse e terris abscedat, ne forte indignis appareat illuxisse, neue & nox ignem mente acrius agitando incendat, & insidias paret vel mortem.

Nolite locum dare diabolo. Mutua oppugnatione diabolo obsistetur, quandiu vnis animis erimus condensati, nihil ille de suo est alaturus, vt qui nullum inueniat insinuandi se locum. At cum aliquod inter nos dissidium proseminauerit, tunc perinde ac occasione inuenta: vbi caput immittit serpenti more, & mox reliquam corporis molem ingessit.

Qui furabatur iam non furetur. Vides qualia sint vetusti hominis membra mendacium scilicet, odium, furta. Neque enim supplicio afficiantur furaces inquit, sed desināt malefacere, & a furto abstineant. Illud enim exterioris est & humani iudicij, hoc Christi doctrinę & pietatis.

Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Neq; ēm sat est a pctis desistere, sed his contrarium iter inire necesse est. Malis

A olī facinoribus incubuisti, nunc & bona exerce elaborando: vt labor atterat corpus q̃ ex ocio quodam praua didicerat, tum vt abundanter habeat vnde & vitā hanc degat, & cōferre in alios possit, quę antehac multis subtraxerat, & beneficus fiat.

Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Malum sermonem non ociosum dicit, superuacaneum & intempestiuum, qualis scurrilitas est, & fœde dictum. Græce tamen σαπρὸς habetur, hoc est putre & fœtidum. Turpiloquium nanque iurgia & detractiones, putrida sunt & infecta. Neque enim factorum duntaxat gratia, quin & dictorum pœnas luemus.

Sed si quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Hoc est, illud loquamur, quod & proximi & aliorum fidem ædificet. Græce tamen, quod fidei dixit interpres χρείας, hoc est necessitatis, est scriptum. Perinde ac si dicat. Nullum depromatur per vos intempestiue & incommode dictum, neque vltra velim loquamini quam ferat necessitas: vt occasionem audientibus præbeat, vt gratias habeant tam opportune loquenti. Qui enim in tempore loquitur, sanctius profecto ac pie loquetur. Vel gratiam det audiētibus, dixit, hoc est vt gratos hos faciat sermo, tēpestiue prolat⁹. Nam quemadmodum odoramenta gratiam exhibent se pertrectantibus, sic sermo qui de deo habetur & animabus conducit. Vides quemadmodum quod antea semper commonefecerat Paulus, in præsenti nos oret, vt proximum quęque ædificemus, quod vtique aliud nihil prætendit, nisi vt nos ipsi ædificemus. Nam qui aliis consulunt, quæ animam iuuent, longe magis & sibi sunt profuturi. Sermo de deo.

B

Et nolite contristare spiritum sanctum dei. Si verbum, inquit, turpe vel fœdum protuleris, & Christiani hominis ore indignum, certe non hominem perturbasti, sed spiritum dei, qui tempore sit de te bene meritus. Subdit deinceps qualibus simus beneficiis ipsi affecti.

In quo signati estis in die redemptionis. Is nanque spiritus nos obsignauit, effecitque de regio grege insuper fecit. Atque is nequaquam astare nos siuit cum sontibus & dānatis, sed signum impressit, secreuitque vt redempti & liberi ab istiusmodi ira essemus. Nōne igitur pudere nos debet, si hunc incesserimus? Obsignatum est, inquā, os tuum a spiritu, vt nihil indignum se proferat, noli ergo signaculum illud dissoluere.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Sustulit in parte dictis superioribus iracundiam, nunc vero eandē radicitus tollit. Amaritudo nanque iracundiæ & furoris est radix. At vbi acrior iræ tempestas inhorruit, vehementius oris operculum superat fluctibus, & per omne corpus diffunditur, & hominē ipsum efferat. Tollatur, inquit, & clamor, ita vt nec vestigium aliquid eius sit reliquum. Clamor quidem equi pręfert figuram, sessorem ira prętendit, constringe cōpedibus equū & insidentem prosternes, deme præterea maledicta & iurgia, q̃ ab ira nascuntur. Irā quidem magis incendit vociferatio. Et quia plerique sunt qui tacite irascuntur & iram comprimunt conticendo, & stimulis mordentur clandestinis, obscuramque & reconditam indignationem asseruant, eo adiecit. Cum nequitia, hoc est siue exigua, siue magna sit illa. Equus & Sessor.

C

Estote autem inuicem & benigni, misericordes, donantes inuicem. Cum haudquaq̃ sit satis pro regno cœlesti consequendo abstinere a malis, sed necessarium insuper sit, quæ rectiora sint facere. Quippe si a bonis operibus defecerimus, tametsi mali nihil egerimus, in gehēnam coniiciemur, vt est e pluribus euangelii dictis perspicuum. Propterea Paulus prauis interea omissis operibus, ad recti nos operationē hortatur, aitque. Estote benigni, ad nequitię & blasphemię differentiam, & misericordes, vt impietatē secernat a misericordia, & inuicem donantes, hoc est veniam delinquentibus tribuentes, vt eos reddat ab his alienos, qui in peccata labentibus, nec veniam dederunt. Gehenna mat. xxv Luc. viii & xix.

Sicut & deus in Christo donauit uobis. Cum hos exemplis sat flectere ad bonum consideret, & deum rei huiusce argumentum producit. Poterat tamen vel illud afferre quod dixerat, dimittite & dimittetur vobis: sed quia futuris diffidunt plerique, quæ olim sint gesta deducit in medium. Inquitque. Deus vobis in CHRISTO donauit. Quo pacto? In CHRISTO, hoc est, cum filii discrimine & morte: ipse vero haudquaquam tuo cum periculo quicquam contuleris, at ille aliter longe. Nam ipse in fratrem & proximum, ille vero tibi vt hosti & ob peccata infenso, errata dimisit, & largitus est. Aduerte autem, quia cum ad inuicem donantes dixisset, & vobisipsis adiunxit, arguens, cum alternis donamur, & mutuo in seipsos gratiam conferre vel singulos. Matt. vi. Marci. xi Lucę. vi.

CAPVT QVINTVM.

EStote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Vel pari & ipse pro D
sequere fratrem beneuolentia, qua & te prosecutus est domi nus, sic deũ pro viribus imitabere, nec erit quoq̃ pacto hoc loco culpanda inopia, vt illud inquias: si fratri dimisero quod deliquit iacturam ipse perpetiar. Sed peccanti veniã dato, nullo tuo vel impendio vel detrimento, sed lucrum referes. Est enim maximum, deum ipsum sectari. Aliã deinceps causam refert magis hauddubie allicibilem cum inquit. Vt filij charissimi, hoc est vel alia quædam vos ad hoc cogit necessitas, vt patrem, scilicet imitemini vestrum. Et cum nequaquam liberi omnes genitorem sectentur charissimi, addidit. Nam istiusmodi filij patrem imitabuntur.

Filij ex ipsa dilectione.

Et ambulate in dilectione: sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Id sane omnium est fundamentum, quo stante non iracundia modo tollitur & blasphemia, sed cuncta plane dementur huiusmodi. Idcirco & post remum hoc posuit. Docet præterea vnde simus & filij redditi, videlicet ex ipsa dilectione. Debemus ergo eam amplecti, vtpote quæ causam nobis qua simus a deo in adoptionem adsciti præbuerit. Vt enim cum morbo aliquo laborauimus, medicamentorum quorundam, quibus sanati fuerimus vel nomen ipsum venerationi habemus & magnificemus, sic & dilectionem hanc amplexari debemus, qua seipsum pro nobis tradiderit dominus. Atqui pro inimicis ille spiritum se obtulit, tu vero amicis daturus es veniam. Tunc itaq; vere Christũ sectaberis, cum his benefeceris, qui te odio habent. Sic enim & dictum illud, vt Christus dilexit, & pro nobis seipsum tradidit, obseruabis. Id illud est sacrificium & odor suauitatis, idipsum, inquam, & Christus effectus est, cum pro nobis odio se habentibus obijt mortem. Id illud demum est. Deum hunc imitari. E

Vitia vitanda.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. Differens de acerbiori iracundiæ vitio ad eam venit, quæ minus plerisque mala videtur, habendi cupiditatem. Quemadmodum enim legislator, nõ occides edicit, quod crimen per iram committitur. Et deinceps, non adulterabis iniũgit, quod desiderij est & cupiditatis. Et sicut amaritudo, & clamor, & blasphemia, sunt iracundiæ malum, sic fornicatio & immunditia, auaritiaque a concupiscentia emanarunt. Eadem enim illa & pecuniam concupimus, & corpora adamamus. Ne itaque eius modi scelerum vlla apud vos mentio fiat, sed integre puritatem seruetis. Præbent nanque sermones ad res ipsas ingressum. Esto te sanctimonia præditi, & lingua item polleat sanctitate.

Ex sermone ingressus ad res ipsas.

Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Vt enim clamorem, qui esset ad iram vehiculum, sustulit, sic nunc turpiloquium tollit & scurrilitatem, quæ ad fornicationem inducerent. Nolite, inquit, salibus vti & verbis scurrilibus, sic nanque fornicandi excitabitis flammã. Proinde ne morosus videretur & grauis, vt qui iocos intercidat, & risus, remedium affert, sic inquiens, quæ ad rem non pertinent, hoc est, quæ vobis non conferunt, nec ad bonos mores, vel vitam, quã quærimus faciunt. Vt enim corporum quisquã incisor nequaquam tolerat ex rebus quæ nil ad eius attinent artem aliquod opus conficere, sic & christianus sanctitatem adeptus, haudquaquam debet, quæ sanctimoniæ minus conducunt profari. Non enim ad vos attinent illa, quæ nec necessaria sunt, nec plane expediunt. At si quia dicendi incessit cupido, singula verba in agendis gratijs proferantur. Quibus reddendis si insueueris, recordaberis proculdubio qualis antehac fueris, & quantus in præsentiarum effectus. Et tua insuper mala deplorabis, & stupore maximo capiere, q; tantis sis bonis dignatus, nec tẽpus tibi superet, vt alijs vaces. Non eñ risum & scurrilitatẽ hoc tẽpus deposcit, sed certamen & luctũ. Atqui hostis ille in te dẽtibus frendens obuolitat. Tu vero ludis, & ineptias narras & nugas. Quineriã haudquaq̃ facile est, vel certantem aliquẽ aduersarium hunc superare: quanto minus ludibundus quispiam, & iocis intentus de illo referre victoriam poterit. F

Hostis frẽdens obuolitat.

Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & dei, nemo uos seducat inanibus uerbis. Erant vt apparet, nonnulli apud Ephesios, qui dicerent deũ ingerendæ formidinis gratia, tenuia hæc & exigua interdixisse. Cur eñ stultum quempiã dicere absurdũ, adeo debet videri, vt gehennæ fiat obnoxius, qui stultitiam hanc ipsam obiecerit? vel quo pacto

A auarus potest idolis inseruire? De his itaque hoc loco narrat Apostolus. Et nemo, inquit, vos seducat inanibus verbis. Ea nanque sunt inania dicta, quę ad breue gratiā habēt, res vero nihil de se afferre vtilitatis coarguuntur. Seducuntur p̄terea & qui ex his licētiā sumunt. Quod autem auarus idolorum sit cultor, ex eo perdisce, quod dominus dicit. Non potestis & deo seruire & mammone. Abest itaque a deo lōgius, qui auaritiæ inflāmatur cupiditate. Nam qui auro se addixit vt domino, quo pacto non erit seruus, & idolorum cultui non se subiecit? Quippe qui aurum & pecunias colat pro deo. At nulli erexi (inquiet) idolum. Quid aliud? Neque inter gentiles plerique idola se adorare profitebantur, nisi Venerem fortasse & Martem, sed vitijs quidem incumbere, idolis est inseruire. At nullas immolat oues, nec in sacrificijs fundit, cum aurum colit: at animas longe perditas ratione ditabit. Venerabantur gentiles hanc cæli & terræ structuram, vel cætera quæ condidit deus, auarus vero quod suo labore conflauit & manibus, adorat & colit. Neque enim auaritiam instituit deus, sed inexplebilis nostra habendi cupiditas hanc procreauit. Puto autem Paulum id a Dauid acceptum alio quodammodo disseruisse. Nam illo dicente. Idola gentium argentum & aurum, vel idipsum prudenter vt diceret conuertisse, argentum & aurum idola esse. Est ergo qui auro & argento inseruierit, idolorum cultus detentus. Mat. vi Gentiles hanc cęli & terræ structurā venerabātur. p̄s. cxi.

Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ. Ira, inquit, vel ob fornicationem immunditiamque & idolorum cultum obuenit, vel ex seducentium verbis. Filios autem B diffidentiæ eos dicit, qui plurimum contumaces, & deo diffidunt, decreta huiusmodi decernenti. Filij diffidētię qui.

Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nolite, inquit, talium facinorum fieri participes, perinde ac eos prioris nequitię commonefaciat, recognoscite dicens, quid aliquando eratis, vtque a tenebris sitis in lucē iam reuocati. Prius nanque pro vestris cum institutis, tum vitæ prauitate, in ipsis tenebris degebatis, nunc vero lux estis effecti. Vt qui & dei sitis notionem adepti, & lucis opera factitetis. Id tamen vobis non vestra virtute prouenit, sed in domino, hoc est diuinam ob gratiam, nequaquam igitur debetis cum filijs contumacibus versari, in quos ira peruenerit. Fueratis nanque huiusmodi ira olim vos digni, nunc vero lōge secus se ea res habet, nolite ergo ad pristinas tenebras illas redire.

Vt filij lucis ambulate. Hoc est modeste, & vt hos decet, qui in luce faciunt iter. Qui potius vel illis præferre nos lucem iniungit, nam qui lucis est filius, & ipse lux erit. Filius lucis quis.

Fructus enim lucis est, in omni bonitate, & iustitia, & ueritate. Interpretatur hoc loco, diffinitque quid lucis filius sit, aitque eum hunc esse, qui spiritus sit lucis, fructum adeptus. Spiritus nanque fructus defert. nec eam quidem quam antea diximus, sed illi longe diuersam contrariamque bonitatem, videlicet quæ amaritudini & iracundię aduersetur. Et iustitiam spiritus ille producit, quę auaritiam ipsam impugnat, & veritatem, quæ fallacibus obstat immunditię voluptatibus. Omnem autem bonitatem dicit, quę in omnes confertur, neque in beneuolos modo, sed vel in hostes potius & nobis infensos. Adde, lucisque.

C *Probantes quid sit beneplacitum deo.* Experimenta desumere perfectorum, & sane qui ferre iudicium queunt. Est tamen imperfectioris & inexperti animi ea negligere, quę deo minus sunt placita. Cuiusmodi ea sunt vitia, quæ superius explicantur.

Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autē redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe & est dicere. Infructuosa sunt & sterilia tenebrarum & scelerum opera. Neque enim fructum alium afferunt, nisi mortē & dedecus, non itaque sunt hisce operibus nostra communicanda, sed arguite potius. hoc est enixe instruite, qui talia fecerint. Cum vero, inquit, turpe est dicere facinora quædam nefanda prętendit, quę illa committerent, & Ephesi hæc exercerent.

Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Cum diceret, lux ipsi estis, arguit quæ geruntur in tenebris. Adiecit hoc etiam, etsi virtute præditi fueritis, celari non potuerunt improbi. Nam vt ardente, & lucem præbente lucerna, fur nunquam subiturus est domum, sic nostræ virtutis si fulgor illuxerit, hi hauddubie deprehendentur, qui gesserunt praua hęc atque nefanda, tāetsi per nos sint verbis ad doctrinā facientibus castigati.

Omne enim quod manifestatur, lumen est. Vt enim quandiu opertum est vulnus medicationē nullam admittit, sic & delictum cū fuerit retectū, in lucē conuertitur, non em̄ peccatū dixerim, sed peccata patrantē. Nam castigatus cum fuerit delinquens, & acrioribus verbis increpitus, & pœnitudine veniam consequetur. Nonne huius omnes purgatę sunt &

abolitæ,quas antea peccatorum mole obduxerant tenebræ? Vel quia nostra vita lumen D cum inquit,cum cunctis visenda & contemplanda exponitur. Nemo enim occulta quod recte & sine labe gesserit. Quæ autem supprimuntur,quia sunt tenebris digna, & occultentur necesse est. Nam & coargui debent,& in lucem deduci: vt euangelicum illud testatur. Nihil occultum quod non reueletur.

Matth.x. Mar.iiij. Luc. viij. Peccatis immersus qs

Propter quòd dicit. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Dormitantem & mortuum,peccatis immersum dicit. Est nanque qui prauis addictus est facinoribus,haud secus ac mortuus,fœtulentus,& dormientis in morem torpidus,somniansq; & imaginans quæ minus subsistunt. Vt vero a peccatis excitus resurrexit, tunc illi Christus illuminando illuxerit, hoc est vt sol his affulgebit, qui excitantur a somno. Quandiu enim quis in malis persistiterit actionibus,lucem odit,nec illam adibit. Debes tamen compertum habere quid somno pressus a mortuo differat. Plerique enim, etsi factitant mala,facientes tamen minus assentiuntur: hi quidem dici capti sopore possunt,quia & celerius excitantur,hi iure optimo mortui appellabuntur, qui difficulter reuocantur ad bonum. Et illud his inclamatur, vt se tandem attollant. Neque enim desperanda est, quæ verti in melius possit natura.

Videte itaque fratres,quomodo cautè ambuletis,non quasi insipientes. Amaritudinem adhuc & iracundiam purgat,tanquam ad hos istiusmodi diceret. Vos oues estis, & inter lupos versamini,efferantur in vos alij,vel qu[illegible]ni sunt. Cauendum itaque ne cui vel E inimicitię,vel odij præbeatis occasionem,nisi fidei gratia,vt nemo vos vlla in re calũnietur. Quin potius & honorem cunctis deferte, & obsequentiam. Vel in his præcipue nil obnitamini, in quibus fides nil offenditur, & columbæ in morem vos gerite. Nam illud vestræ sapientię maximum est argumentum, si vos irreprehensibiles asseruatis, & prorsus innocuos.

Redimentes tempus. Ne varij simus & inconstantes,commonefacit. Sed quoniam, inquit,haudquaquam vestrũ est tempus,sed accolæ, estis & cõuenæ,& a seculo alieni, nequaq̃ vobis vel honores,vel gloria,vel vltio est cõquirenda, sed oĩa toleranter sufferte,

Simile.

vt vel id tẽporis saltem interea redimatur,cum oĩa volentibus mala vobis ingerere,eius rei potestatem feceritis. Nam q̃admodum opulentus vir quispiam,cum quempiam viderit,vt sua diripiat,& se inuadentem vt enecet, omnia illi eximendi se gratia ab eo discrimine,permissurus est. Sic vos vniuersa offerte,ut in tuto sit caput,hoc est fides ipsa.

Quoniam dies mali sunt. Non dierum substantiam improbat Paulus. Lux enim horæ ac tẽpora dierum substantiã pręferunt. Quæ igitur potest diei inesse malignitas? Neque enim idcirco quod mali sint dies detrectat, sed quia in his multa contingunt quæ mala sunt. Quemadmodum itidem ipsi vsurpare solemus,dicereq; malũ transegi diem,quia in eo aduersa obtigerint pleraque,& quæ placeant minus,& prauos viros ingesta.

Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. Quoniam dies, inquit, prauos sunt homines nacti, afferentes quæ nos longe obturbent, vobis tamen qui sapientia estis exculti, curandum est vt nullam hisce hominibus offeratis vos incessendi occasionem. Id nanque deo est placitum, vt nullis in rebus coargui dilecti possitis, F & fidem seruetis.

Vinĩmoderata potatio iracundos facit.
i.Ti.iij.v.
p̃s.iiij. & ciij.
Prouerb. xxxi.
Terentij dictum.

Nolite inebriari uino. Adhuc in extirpanda ira versatur. Vini nanque immoderata potatio & iracundos reddit & temerarios. Quod autem hanc vini tollat immoderantiã, ex eo perspicuũ est. Non eñ nolite vinũ bibere,inquit, sed inebriari. Nã ex mero ebrietas oritur nimie hausto. Quippe quo modice sumpto,sanitatem assequimur (idipsum ad Timotheum perscribit) & lætitiam affert,vt Dauid testatur. Et item scriptura. Date,inquit,vinũ his qui in tristitia sunt,& ebrietatem siue potũ mero effusiorem, qui ĩ dolore. Mœstitię nanq; asperitatẽ & obnubilum omne dissoluit ebrietas. Propterea & deus corpora nobis moderatiora effecit,vt contenta sint paucis,& ad aliam vitam contendant.

In quo est luxuria. Hoc est huius intemperans & luxus,qui non solum nil prorsus sanitatem tuetur,sed hanc potius perdit. Nec corpus modo, sed & animam ipsam dissoluit. Vel luxuriam incontinentiam dicit,quam gignit ebrietas. Friget nanque, contra,sine Cerere & Baccho Venus.

Sed implemini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Vis,inquit, affici iucunditate? fuge nimiam vini satietatẽ. Vis præterea spiritu sancto expleri? At sequeris id vtique,si psallere domino cõsuesces. Psallentes nanq; spiritu sancto opplẽtur: vt contra impuro,qui sa

tanę cantiones emodulantur. Psallere autem in corde, est & sensu & mente decãtare, non
A corde obtorto & inquieto. Ille inquam corde canit, qui canendo deum intentior medita
tur & mente versat. Aduerte autem quemadmodum animam iræ acerbitate & reliquis
vitijs repurgatam, redditisque nobis clementioribus & charitate insuper communitis,
tunc & sancto spiritu oppleri demonstrat. Neque enim est venturus temere, sed veniens
corda vobis opplebit. Cum itaque tanta vos spiritus claritudo & splendor inuaserit, fa
cilis erit ad cæteras virtutes accessus.

Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini Iesu Christi deo & patri. Gratiæ semper agendę sunt deo, non ob partam modo quietem & ocium, sed cum aliquid patimur quod mœrore afficiat. Neque enim ob bona duntaxat nobis ab eo collata, quinetiam vel in medijs malis, & rerum earum ob gratiam, quas vel ignoramus vel nouimus. Cunctis nanque ex rebus vel prosperis vel aduersis afficit semper nos beneficijs deus, tametsi idipsum nos lateat. Sunt itaque istiusmodi gratiæ patri agendæ, in domini nostri nomine, hoc est cum illas agimus & Christi nomen est pręferendum, & eundem illum complecti debemus, cuius interuentu & bona nobis plurima conferuntur, & gratiæ per nos aguntur eiusmodi.

Subiecti inuicem in timore Christi. Rursum charitatem producit in medium. Hac enim & alternis subijcimur, non rei vllius terrestris formidine, sed CHRISTI timore. Qui enim se inuicem ob Christum subdiderint, cum tali sint nexu deuincti, dissolui non po-
B terunt, nec dissidium perpeti.

Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino. Neque enim temere studij plurimum eius modi vxoris & viri coniunctioni impendit apostolus, præsertim cum a principio deus maximam habuerit matrimonij rationem. Adæ nanque sororem, quin filiam potius: at quid dixi? Imo propriam deuinxit, deincepsque hominum genere propagato, & nuptias magis ac magis prouexit, ne charitatem in sola necessitudine, & propinquis perscriberet, & vita nostra per hanc copulam & nuptias iuuaretur. Ait igitur. Mulieres viris suis subditæ sint. Nam si concors matrimonium fuerit, & filij recte educabuntur, & serui optime instituentur & bene habebunt, qui & vicinitate nobis & amicitia erunt coniuncti. Subditæ sint sicut domino. Quo ergo pacto & alibi scriptum est? Nisi quis vel vxorem vel virum reliquerit, non potest me sequi. Si enim viro est vt domino seruiendum, cur a viro abscedendum propter dominum dicit? Quia sicut particula hæc, non semper ęqualitatem designat, vel ea vos inquit ratione subijcite, quia scitis vos domino subditi, cum viro vos subditis, hoc quidem non viri pręcipue gratia fit, sed dei. Nam si quis principibus minus paruerit, deo videtur obsistere, quanto magis quę viro renititur, & cõtumax est. Contra vero, quæ viro gesserit morem, deo obsequitur.

Deus maxime habuit matrimonij curam.

Matt. x. Luc. xviij

Quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse saluator corporis eius. Rationibus adstruit necessarium fore, vt viro se subijciat vxor. Proinde amoris materiam profert & causam, virum scilicet capitis locum tenere, id est dominandi & prouidendi. Caput est enim, & in quo vxoris salus sit consecuta. Vxorem vero, se viro subdendi, quip-
C pe quæ sit capitis corpus, hoc est viri: quemadmodum & Christus est ecclesiæ caput, cui & prospicit, & salutaris est. Et ecclesia Christi est corpus. Quo igitur pacto non debet corpus capiti obedire? Quod sui & curam suscepit, & salutem attulerit?

Viro subiecta sit vxor. Christus est ecclesię caput.

Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Clarius ex hisce perdisces, quod dixerat supra: estote viris subiectæ vt domino. Oportet nanque ita viris subesse vxores vt Christo ecclesia. Si ecclesia Christo subiecta est, quæ cum viris & mulieres complectitur, debet ergo vxor viro esse supposita. Dicet aliquis. Si debet vxor cunctis in rebus viri esse arbitrio, & illi gerere morem, ergo si a viro ad infidelitatem cogatur, & dijs vt immolet, erit etiam vel in ea re obsequendum? Atqui non de ĩfidelibus hic sermo habetur, sed de fidelibus, ad quos & scribit apostolus.

Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Vides q̃admodum vxorem hic cogit vt viro se subdat: nec secus q̃ christo subest ecclesia. Audi pręterea vt coniugẽ hanc tuã ames cõpellat, non vt in tyranni morẽ in hanc imperiũ habeas, sed ita vt colas, q̃admodũ & christus ecclesiam. Quinetiã sic te illius miserat, vt christus est ecclesiã ipsam cõmiseratus, vel siquid fuerit per te tolerãdũ, vel eius si sit gratia moriendũ, non illã reieceris, aut parui ęstimabis, quippe cui tanta sis necessitudine copulatus. Id ipse forsitan feceris, at christus talem in se adulteram & maleuolã gessit, vtquę ts eandem quæ se defugeret & aduersaretur, ad se non iurgio & conuitijs, vel minis pellẽ

Vxoris ĩprobitas tollerãda.

xit,sic ipse & si vxorem tibi infensam prospexeris & luxuriæ deditam,prudẽter beneuoleque illam & blande pellicito, nil exprobrans si quid fueris perpessus. Idem nanque & Christus fecit,qui ecclesiæ in se contumacis ob gratiam, mortem subiuit. D

Vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Erat ergo immunda ecclesia & deformis,nil tamen hanc vel squalentem aspernatus est dominus,sic velim ipse nec tuam habeas vxorẽ contẽptui,vel si indecora sit admodũ & abiecta. Audi quid ille de ecclesia narret,cum inquit.Quæ quondã tenebrę fit. Quid dici de tenebris potest obscurius?Seruiẽtes nequitiæ & inuidiæ.Quid erit igitur vitijs hisce ĩpurius? Perinde contumaces,insipientes & maledici,quid tandẽ his erit despectius & specie magis inuisum, alioqꝫ tanq̃ pro decora aliqua & admiranda, mortẽ Christus obiuit. Purificauit autẽ lauacro aquæ,hoc est in baptismi verbo & vitæ. Patris scilicet & filij & spiritus sancti nomine.

Amor in vxorem qualis esse debeat.

Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam. Nec simpliciter puram dicit, sed gloriosam. Quemadmodum igitur Christus,inquit,bonorum ecclesiæ author est, sic ipse velim erga vxorem,te gesseris. Vtqꝫ ille animæ pulchritudinem vendicabat, sic ipse circa istiusmodi animæ decorem non corporis formositatem vocabis. Quam animæ vetustatem si ab vxore exegeris, celerrime illi hanc comparabis si eam ita instítues atque formabis, deo adstitues spiritu gloriosam.

Non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed ut sit sancta & immaculata. Ex his animæ vitia patefacit.Maculæ nanque & vitia pręferunt, quæ recens sunt animę indita,& dilui facile possunt. Rugæ vero,quæ tẽporis diuturnitate inueterata inhæserint, hæc sane immundos reddunt,& vix abluuntur.Diuinum tamen & istiusmodi lauacrum demit vniuersa hęc & abstergit,sanctosque & immaculatos instituit. E

Ita & uiri debent diligere uxores, ut corpora sua. Hoc loco vt corpora sua,non vt maius aliquod argumentum vel necessarium magis apposuit, quippe quia perspicuum sit Christi in ecclesiam charitatem longe esse pręstantiorem, quam vt deduci debeat in exemplum.Sed illud adiecit,tanquam propinquius & magis coniunctum. Quippe cũ Eua, per quam fœmineum prętenditur genus, Adę fuerit detracta ex latere.Dixit enim.Hoc nunc os ex ossibus meis.Sed ne quis illud obiecerit, Christus quidem eo seipsum tradidit morti,quia deus est:aliunde nobis necessitatem imponit apostolus, debent inquit amare, hoc est non gratia res ipsa, sed debitum est & necessitas quædam. Nam vxor tuum est corpus, Christi vero exemplum non modo vt vxorem beneuolentia prosequamur,commonefacit:sed illam vt optimis moribus imbuamus & fide. Infert nanque vt sancta sit & sine macula.Carnis vero exemplum ad vxorem amandam carne duntaxat, non spiritu facit.

Eua, Adam. Gene.ij.

Vxor optimis moribus formanda.

Qui suam uxorem diligit,seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit,sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Diligentius quisque suam carnem vt curat sic etiam curanda est vxor.Rursum in rei huiusce argumentum,Christum producit,ostẽdens quemadmodum haud secus nos ille ac propriam carnem dilexerit.

Quia membra sumus corporis eius,de carne eius,& de ossibus eius. Est enim & ille ex nostra hac carnis materia genitus, vt Eua ex Adę compacta est corpore.Et quemadmodum tãta est inter hos haud falso propinquitas,sic nobis cum Christo summa est vnitas. Vel aliter.Ex illius autem carne constamus & ossibus.Quia vt ille ex spiritu,& nullo congressu progenitus est,sic ipsi in regenerationis lauacro, vtcunqꝫ sumus mysteriorum participes.Per baptismũ nanqꝫ confestim & iterato cremamur.Et vt paucis dicã. Id inquit apostolus,summam ipsi cum Christo habemus propinquitatem.Quippe qui in ea forma,qua & visus & cognitus est,carnis nostrę & sanguinis particeps fuerit,& causam prębuit,vt spiritu rursum procrearemur,quemadmodum Eųe ex Adam vt plasmaretur. F

Gene.ij. Vxori cohabitandum & cohęrẽdum.

Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam,& adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una. Ecce alia quædam æquitatis institutio, vt genitoribus quispiam destitutis vxori iungatur. Neque cohabitabit dixit,sed cohęrebit, inseparabilem coniunctionem & nexum prętendens.In carne autem vna simpliciter pro carne ipsa accipitur. Basilius tamen sic sentit.Erunt videlicet caro vna. Designat pręterea,& aliud quiddam. Erunt scilicet duo,vt carnem vnam conficiant, hoc est vt filios pariant.

Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Vere nanque debet hoc sacramentũ dici,vt eos qui se genuerĩt,deserat quispiã,qui labores sunt & ærũnas in generando & educando ꝑpessi,& beneficia contulere innumera. Et illi inhęreat q̃ nec antea viderit vnquã,nec boni aliquid prior ipsa attulerit. Alioqui quicquid est sacramẽti

A huiusce, vel de Christo prophetiæ dictum ipse acceperim. Ille nãque patrem reliquerat, non loci secessu, sed condescensu ad carnem, & venit ad sponsam, quæ prius se ignorasset, & illi vno in spiritu vnitus est. Qui enim adhæserit domino, spiritum vnum cum eo sortitur. Cur igitur nuptiæ improbantur, cum has Paulus diuini sacramenti in argumẽtum producat, easdemque sacramenti nomine nuncupet?

Veruntamen & uos singuli unusquisque uxorem suam, sicut seipsum diligat. Veruntamen, ĩquit, & si allegorice hęc ipse acceperim, de vxore tamen sunt dicta. Neque allegoria huiusmodi (vt scriptum est) tollit in vxorem affectum. Debet enim quisque vxorem non secus ac seipsum amare, fouereque. Nec illud ipse obieceris, hoc illove esse vitio vxorem infectam. Es enim & ipse tua in carne vitia consecutus, vt manum incuruam, claudum pedem vel oculos ipsos intortos, nihilominus haudquaquam abs te hæc membra præcidis, quin potius illa maiori diligentia quadam ducis curanda.

Vxor autem timeat uirum suum. Quoniã incõstantiam parit honorum ęqualitas, propterea timore vrgeri vxorem iniungit, vt vir duntaxat teneat principatum & moderetur vxorem. Timorem vero hoc loco reuerentiam quandam intentionem intellige. Amabit itaque vxor virum vt membrum, vt caput verebitur, quid ergo si nihil vxor te vereatur? At ipse hanc amore prosequere, quod tua interest facito, haud secus & vxor vel si minus ametur agat, vereaturque virum. Aduerte autem quemadmodũ pluribus ostẽ
B derit Paulus, quod virum oporteat coniugis teneri beneuolentia. Quæ autem ad formidinem attinerent, multis non ampliauerit. Perinde ac si velit amorem ipsum & charitatem, cætera matrimonij munera superate. Vxor enim (vt dictum est) dilectionis timore non formidine affici debet. Neque eo hæc dixerim, quia necesse sit vt vxor virum formidet, vnde potius odium, quam beneuolentia paritur. Sed vt cogatur, nec contra dicere, nec insurgere viro, nec primatum appetere. Nam si eandem sortita est cum viro hęc carnem, non erit cum in principatu, tum in honoribus viro inferior. Post virum tamen cui plus longe conceditur, & vxor habitura imperium est.

Vxor nõ appetat principatum in domo.

CAPVT SEXTVM.

Filij, obedite parentibus uestris in domino. Quẽadmodum enim qui corpus aliquod effingit ac forma primum quidem caput componit, mox & ceruices, & reliqua fabricando subsequitur membra, postremo & pedes apponit. Sic Paulus dixit virum priorem esse, secundo coniugem principari. Nunc disserit quemadmodum liberis sit tertio loco eiusmodi dominandi honos adiudicatus, vxori solus vir dominatur, filijs vero & coniunx. Obedite igitur, inquit, parentibus in domino tamen, hoc est, cum secundum deum illorum sunt iussa. Nam si ad infidelitatem impegerit pater, vel prostituete filiam velit, vel inhonestis artibus imbuere liberos, nequaquam in domino huiusmodi erit imperiu m. Quo fit, vt in istiusmodi rebus minus sit patri obtẽperandũ.

Patri mala iubẽti, nõ est parendum.

C *Hoc enim iustum est. Honora patrẽ tuum, & matrẽ tuam quod est mandatum primum in promissione.* Et natura, inquit, hoc æquum est, & a lege iniunctum. Cur illud primum dicit esse mãdatum cum inferius sit & magis exiguum? Nam & illud, cum, non occides, iniungit, primum obtinet locum. At vide quid ille subiecerit, in promissione inquit. Priora nanque illa legis mandata nil habent vel promissi vel meriti. Nam ad euitanda mala sunt edita, non bona operanda, nulla est enim qui a malis abstinent facinoribus remuneratio. Hoc vero quod honorem deferri parentibus iubet, quia boni in se operationẽ habet, promissionem prius excepit. Est præterea ad imperandũ ordo quidem & series admiranda. Nã tum primum cum conditor legis a malis nos actionibus abdicasset, & homines esset ad recta opera inducturus, in honore prius parentes habendos instituit. Quandoquidẽ post deum de nobis hi sint optime meriti, vt qui vitæ nobis causa fuerint, aluerintque, vnde & nostris fructibus haud iniuria priores sunt, potituri, videlicet vt honos per nos illis delatus, nostram in nos præferat gratitudinem.

Exo. xx. Deuter. v legis mandata sine merito.

Vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Vide quemadmodum haud multa hoc loco differat, ne lõgiori vtatur oratione, quia ad filios loquitur, qui cum in teneris ãnis sint, & ingenio nondum firmato, ferre sermonis prolixitatem nequirent, & vt parentibus ipsis secundum eis impositas leges optime institutis, nõ magni laboris sit filios subiungare, & ad bonum prouehere. Accedit etiam quod non de imperio differit, vel de rei alte

Teneris annis sermõis plixitas nõ cõuenit.

rius cuiuspiã celsitudine, sed ea potius breuiter narrat, quę ętate, minores audire magnopere concupiscunt. Eius nanque ad pueros est sermo. Quid enim his fuerit vitæ diuturnitate suauius, quam Paulus pollicetur, cum inquit, vt longęuus sis super terram. Hęc ei Iudæis sancita sunt, tanquam infantibus, qui nec cogitatione percipere quippiam possent, nec auditu quæ perfectiora sunt sustinere. D

Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. Non dixit, amate, id nanque vel ab ipsis inuitis deposcit natura, sed nolite ad iracundiam concitare, hoc est, nolite hos aut exhæredare, vel quopiam relegare, vel alias grauius in seruorum morem, non liberorum, & coercere, & moleste incessere.

Sed educate illos in disciplina & corectione domini. Ad patris imperium & causam adiecit obtemperandi, ostenditque parentibus ipsis, quemadmodum morigeros sibi faciant liberos, & dicto audientes. Si vis, inquit, tibi vt liberi obsequantur, diuinis hos adde & assuesce sermonibus. Nec dixeris monachorum esse sacris literis intendere animum, quin potius Christiani cuiꝰ vis hominis id sane officiũ est, & eius præcipue qui huius seculi rebus inuersatur, & eo magis, quia & maiore indiget ope, vt qui mundi fluctibus agitetur. Facit igitur in rem tuam vel maxime, vt sacra scriptura tui & audiant & lectitent liberi. Ex his nanque illud perdiscent. Honora patrem & matrem tuam. At ipse contra in gentilium disciplinis liberos tuos enutritis, ex quibus pessima quæque perdiscant, quod vtique non euenit, cum imbuuntur diuinis.

Monachorũ nõ tantũ, sed cuiuscunq; Christiani est literis intẽdere.

Serui obedite dominis carnalibus. Cum seruorum virtus ad domus confirmationem cõducat, neque hos negligit, sed postremo ad ipsos peruenit, quãdoquidẽ iferiori sint gradu. Neque hos vt pueros & villiores alloquitur, sed vt ætate prouectiores & nobiles sicut in processu orationis patebit. Carnalibus autem dominis, hoc est, temporalibus & ad breue dominatu hoc potituris. Porro & hos consolatur ad aliquod tempus, prętendens, non perpetuam eorum futuram hanc seruitutem, foreque vt cum carne domini computrescant. E

Cum timore & tremore in simplicitate cordis uestri ut Christo. Vxorem simpliciter, vt virũ vereatur, commonefecit, nunc vero in seruis timorem hunc auxit, cum dixit, tremorẽ. Tremor nanque timorem excedit formidinis magnitudine. Seruorum hic vxorum ille, vtpote quę viri, sunt honore nihil inferiores, sed pares, & libertate vtuntur. At serui nequaquam ex simili sunt conditione subiecti, tãetsi fratres in Christo sint. Verum cũ liberos alternis se subdere iubeat, & viro vxorem obtemperare, longe magis & heris seruitia cogit vt obsequantur. Neque id quidem debet degeneri animo tribui, quod pareant dominis, sed ingenui potius iudicari, quod sciant se mediocriter gerere, & proximo cuique subesse. Nam & plerique dominos suos verentur, non quod his bene velint, sed quia fugitiuis eis, & latentibus domini ipsi insidiantur, & ingerunt mala. Idcirco in simplicitate cordis adiecit, vt eorum tollat nequitiam, ne quid cum fraude factitent.

Serui qualiter tractandi et amandi.

Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes. Hoc est, non modo dominis episcopis præsentibus, atque spectantibus, quinetiam cum absunt huiusmodi (vt dixi) seruitutem pręstate. F

Sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei. Nequaquam igitur Christo seruiet, qui hominum gratiam pellicit, placereque mortalibus studet, vt alibi inquit. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Gala. i.

Facientes uoluntatem dei ex animo cum bona uoluntate. Cum licet cordis simplicitate & sine dolo, non tamen totis viribus inseruire, sed solum id operis exequi quod sit pręstitutũ. Propterea nunc ex animo addidit, hoc est, omni nisu & promptitudine. Quin & bona cum voluntate, hoc est, vltro & non inuite. Sic seruitutis tolletur ignobilitas omnis, si volentes bona, qui seruiunt, factitent. Nec vim vllam sibi inferri expectant, vel flagra admoueri, & verbera. Est enim & dei voluntas, vt aliĳs nos subdamus, id enim vult deꝰ, vt illis se subĳciant homines, quibus ipsi placitum est. Forte etiam, quod dictum est supra de filĳs, de seruis nunc dicit, vt ad turpia quędam & impia seruos compellant domini, vt ad infidelitatem & istiusmodi alia pleraque, quę deo minus sunt placita.

Fides seruorum.

Seruientes sicut domino, & non hominibus. Deus nanque acceptam habet seruorum in dominos gratitudinem, vt qui recte omnia disposuerit, caueritque. Quo fit, vt qui minus quam decet his inseruierit, diuinę legi obsistat.

Scientes quoniam unusquisque quodcunque fuerit bonum, recipiet in domino, siue seruus, siue liber. Quoniam fieri poterat vt dominorum plerique infideles cum essent & impĳ, nequaquã

A de ministrantibus sibi familiaribus & domesticis possent bene mereri, sic inquit. Et si carnalibus dominis pro tuis in eos beneficijs pręmij nil acceperis, operire vt ille hoc reddat, qui præsidet cunctis. Hoc loco arguit se ad perfectiores Ephesios deseruisse huiusmodi, non ad pueros, quibus longęuam pollicitus erat ętatem. Quippe quos ad futura potius, quam præsentia hęc imitanda perpulerat. Paulus sermonē attēperat & variat.

Et uos domini eadem facite illis. Quæ eadem inquit? Nimirum perinde ac si dicat, animo promptiori, & beneuolo alijs operam præstate, non ad hominum gratiam assequandam, sed deum veriti id agite. Quod sane & si non expressit apostolus, tamen id sentit. Seruit autem & operam pręstat mancipijs dominus, cum curæ habet, vt his necessaria subministret, cum eos tolerat, & ijsdem multis rebus condescendit & assentitur, vt & Salomon ait, horum gratia circunfertur.

Remittentes minas. Non flagra inquit, & verbera remittentes, sed minas insuper & longe magis supplicia, hoc est, inter minandum nolite molesti & graues videri. Pro. xiiij. &. xvij.

Scientes quia & illorum, & uester dominus est in cœlis. Aduerte quemadmodum Ephesios his dictis absterreat, quemadmodum & alibi scribit. Qua enim mensura vos metiemini, remetietur & vobis. Cauendum pręterea, ne illud per vos audiatur. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, non oportuit & te misereri conserui tui? Mat. vij. Mar. iiij.

Et personarum acceptio non est apud deum. Nequaquam, inquit, existimes si acerbiorē Matth. xviij.

B te in seruum præstiteris, serui ob vtilitatem, haudquaquam id secus deum inquisiturū. Id forsan humanę leges obseruant, quæ seruitute & ignobilitate, nobilitatem discernunt. Has enim homines condidere. In cœlo autem longe secus se habet, quin ipse eidem domino es seruitute obstrictus, & in conseruum desæuis. Nullam enim a principio seruitutem instituit deus, sed habendi cupiditas hanc adinuenit, vt captiuos abducerent, hi qui bello vicissent, & frequentes iniuriæ maioribus nostris inferrentur. Hebræisque & Chanaam multa acciderent. Tametsi hęc sint a deo permissa, hic tamen obedientiam hanc ipsam instituit, vt rerum series seruaretur, nec redundaret vita hæc sanguine. Seruitus non est a deo instituta.

De cætero fratres confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Cum multa Paulus iniūxisset, quę factu difficiliora sunt visa, vt hos consoletur, confortamini inquit in domino, nil veriti, quo minus quæ eius sunt exequi cuncta possitis, quin & in dei potentia cōfidite plurimum. Non enim solum vires hæc peragendi suppetunt deo, sed & virtutis potentia, hoc est, vim habet & ineffabilem, quæ omnia superat.

Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quale sit armorum id genus, paulo post edocebit. Aduerte autem quemadmodum nō impugnationes diaboli & bellum dixerit, sed insidias, vtpote qui dolo & varijs machinationibus animas captet, nō virtute. Non enim in apertum profert hostis ille delicta. Exempli gratia. Idola colere haudquaquām clare hic suadet, sed arte quadam molitur insidias, vt ea colas, & eam ad rem rationem pręfert, fucatam quidem & subobscuram. Vt autē aduersarium arguat prægrauem esse & varium hortatur eos, & ad vigilantiam parat. Machinationes diaboli.

C *Quoniam non est in nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.* Neque enī id vt eos absterreat intulit, sed vt cautiores efficiat. Nam qui hostium explicat vires & patefacit, suos reddit cautiores. Non enim nobis, cum parui momenti viris & casu oblatis bellandū est, neque aduersus homines passibiles, & nostri similes gerenda res est, sed principatibus ipsis & dęmonum potestatibus colluctandum.

Sed aduersus mundi huius rectores. Non enim hos mundi dicit rectores, quia habeāt machinę huius imperium, sed prauis asserit facinoribus præsidere. Consueuere nanque literę sacræ iniqua opera & qui hęc factitarent, mundum dicere, vt illud, non estis de hoc mundo, hoc est ex ordine eorum qui mundana pertractant. His igitur dæmones imperant, qui vltro se dęmonibus subdidere. Mundus quid in sacris literis. Ioan. xv.

Tenebrarum harum. Tenebras nequitiam dicit, quæ in hoc seculo pro valida habetur & clara, in altero vero pro tenebris. Dæmōes, quibus imperāt.

Contra spiritalia nequitiæ. Sunt quidem dęmones nequitiæ spiritus. Quid autem nequitiæ illud adiecit? Quia & lucis sunt spiritus, & bonitatis angeli. Cum vero dixit, non esse nobis aduersus carnem & sanguinem susceptum bellum, cum spiritibus adstruit nobis esse certamen, qui & leuiores & agiles sunt, & comprehendi non possunt.

In cœlestibus. Ex hoc etiam excitat auditorem, magnis enim de rebus inquit periclitamur non pro terrenis his & corruptibilibus, sed pro cœlestibus initum est pręlium. In

cœlestibus vero, hoc est, propter cœlestia depugnamus, eoque & vigilandum est.

Propterea accipite armaturã dei, ut possitis resistere in die malo. Hoc est, in hoc seculo. Quod ideo diem malum appellat, quia in eo multa mala geruntur. Vel in die malo, hoc est, iudicij die, in quo cum his male agetur, qui nequiter vixerint. Consolatur præterea eos, cũ dicit, id belli & certaminis tempus breue futurum. Nam diem cum dixit, breuitatem expressit. D

Dies malus, dies iudicij.

Et in omnibus perfecti state. Vitia scilicet vniuersa, absurdasque cupiditates debellando euertite & quoniam plerique post victoriam cecidere, standum est inquit, vel maxime cum victores euasimus, ne victus ille nos rursum oppugnet. Hostis nanque vel morte confectus hic reuiuiscet, & vires recuperabit, si erimus ipsi tardiores, & in turpitudinem relabemur. Aduerte autem quemadmodum & hostem liceat nobis conficere, & statum seruare. Haudquaquam igitur debemus sub hostilis potentiæ prætextu, segniores ipsi nos reddere, quandoquidem & viribus aucti sumus & comminuti, & talibus artibus tam bene instructi, vt colluctari intrepide cum dæmonibus ipsis possimus. Quin potius neque erit cum his colluctandum, quippe qui his adeo videmur ob eius qui in nos habitat, virtutem horribiles, vt neque colluctatione sit opus, quin & serpentes nos conculcabimus & scorpiones. Id vero eo Paulus intulit, quia erant permulti, qui Ephesis aduersarentur. Quocirca commonefacit dæmones esse, qui sibi obsisterent, & hominũ aduersantium interuentu se oppugnarent. Nil ergo vobis erit hisce hominibus succensendum, quin potius in dæmone desæuite. E

Standum post victoriam ne victus resurgat ĩ victorẽ.

State ergo succincti lumbos uestros in ueritate. Cum sistendum aliquid est, primo debet aduerti, vt recta in altum tendat, quod sistitur. Idcirco Paulus de statu primum commonefacit, hunc ipsum exigens, qui & rectior sit, & militem deceat. Is enim vero rectus cõstiterit, qui nulli rei adglomeratur, nec innititur cuiquam, perinde ac si per se cõsistere nequeat, cuiusmodi sunt, qui gulę sunt dediti, & pecuniarum tenentur cupiditate, & lasciuię vacant. Hi quidem nequaquam recti consistunt, sed vergunt inclinantque & labãtur. Post hunc autem statum, & militem circuncingit sensu & spiritu, continetque & labentem confirmat, collapsumque malis cupiditatibus cingulo detinet, ne præceps eat, frenatque. Lumbos autem hoc loco animæ vires dicit, & quę sustentet cũcta, virtutem. Sunt enim in animantibus lumbi fundamenti in modum quemadmodum & in nauibus ipsis carinæ. Vnde persępe defatigati & lassitudine quadam affecti, reiectis post tergum manibus, lumbos mox circumplexi, corporis molem hanc sustentamus, & a fatigatione aliquantulum respiramus. Itaque haud secus se habent lumbi hi spiritales, quos circuncingendos in veritate iniungit, & ea quidem quę & decretis constet & vita. Quis eni hæreticorum in veritate succingitur? qui humi reptant & nihil queunt quod altum sit & sublime pernoscere, sed humanis sensibus terra serpentibus diuina conquirunt? Quinetiam neque hi quidem, qui cum humanis agunt, falluntur cum mundi vacant deceptiũculis, obducuntur hac veritate, sed in terram prostrati falsis inhabitãt rebus. Haudquaquam itaque vt ipsi nos ita geramus necesse est, sed cuncta nobis ad verum sunt transigenda, vel si dogma sit aliquod quo deagatur, siue quemadmodum sit vita ducenda, veritatem debemus inquirere. F

Lũbi in animãtibus, ĩ qđ carinæ nauibus Hæretici humi reptant.

Oportet præterea ut nihil uel animo simulato, uel circumueniendi gratia factitemus, nec mentiẽdo nos inuicem fraudemus. Quod si ita fuerimus circuncincti, vel optimum vitę cursum poterimus assequi. Cum autem stare (inquit) lumbi succincti, ostendit necessarium fore, vt semper armis communiamur, sicuti & Dauid refert. Et zona qua semper pręcingitur, ipsi nanque assidue a dæmone oppugnamur. Gregorius tamen Nysses ille, pro nostris huiusce lumbis, libidinem interpretamur. In his nanque renes insunt, qui sacris in literis designant concupiscentiam. Pro veritate vero contemplationem intelligit. Ait itaque Paulus & commonefacit, vt nostras omnes deum contemplando intelligendoque frenemus cupiditates. Nam qui contemplans viderit deum, nequaquam sine animi sui affectus ad inferiora delabi, & terrenis in rebus volutari.

p̃s. cviij. Renes qđ significent in sacris literis.

Et induti lorica iustitiæ. Iustitiam hoc loco vitam dicit, quæ quauis sit virtute ornata, perinde ac si dicat. Obducite vos ęquitate, quæ haud secus eos qui hac pro velamine insternantur tutabitur, quam thorax quemuis innoxium reddet.

Et calciati pedes in præparationem euangelij pacis. Optimas nobis ocreas circunducit. Inquit enim, oportet vos sane ad euangelij munus hoc obeundum paratiores esse & prõptos. Pulchri nanque sunt pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona. Vel quia

A necesse est, ad iter expeditos nos esse qui secundum euangelium degimus vitam. Sunt enim pedes vitę indicium, & ideo superius dixit, videte quemadmodum caute ambuletis. Euangelij autem præparatio, recta opera pręfert, quibus & dominus hæc ipsa intendit. Inquit enim. In pręparatione cordis eorum admoue aures tuas. Recte autem & pacis dixit, quia cum pręlia commemorasset & pugnas, ostendit in dæmones ipsos, non in homines esse belligerandum. Tum quia & pacis est Euangelium, tum etiam quia si dęmones sumus impugnaturi, pace cum deo nos potiemur, cui nequaquam iterato bellum est inferendum, vt pacem cum eo conciliatam soluamus. Qua de re nihil est nobis verendum, nam præsto est euangelium, & iam parta victoria est. Esaię. lij. Psal. vi.

In omnibus sumentes scutum fidei. Quid nam in omnibus cum inquit, prętendit Apostolus? In veritate scilicet & iustitia, & euangelij pręparatione. Nam fide hæc omnia indigent. Neque enim veræ huius religionis cognitionē fidem hoc loco dicit, sed eam quæ nihil hęsitans, facit vt futura tam certa habeamus, quam habemus pręsentia. Quinetiā vt talis sit fides, vt vel signa edat, & tantopere sit illa incensa, vratque adeo vt vel transferat montes. Vt itaque toti corpori obtenditur, quod vtique illud tanquam porta tutatur & circuncludit, sic fides ardentior & indubitata animam vndequaque custodit ac protegit. Fides itaque pro scuto habenda est, non sophismata ipsa & circunuentiones. Hæc nanque munit, tutaturque illa vero impediunt, & longe fallunt. Fides pro scuto. In sophistas.

B *In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Hoc est, absurdas cupiditates, & diffidentię cogitatus, vtrum videlicet futura sit resurrectio, necne, num pręterea dei iudicium. Ignea autem dixit non modo, quia ad fœdiora incendunt facinora flagrantes illę cupiditates, sed quia vel in conscientia ipsa, harum sentimus ardorem. Accedit præterea, quod vel ex ipsius diffidentiæ cogitationibus exurit nos dæmon, cum nobis perfidiam suggerit, quæ omnia tandem fides extīguit. Hęc itaque, & si dęmones ipsos prosternit, longe magis & vitia subiugabit. Siue enim flagret concupiscentia, qui futuris bonis & gaudijs sempiternis fide certiori nihil diffidas, tolles hanc prorsus & plane extingues. Siue tentationes vrgeant, & mala impendeant, ex futuræ tamen beatitudinis meditatione plurimum ipse solabere. Cogita quanto Abraham ille incenderetur ardore cum filium offerebat iamiam immolandum, quod tamen incendium fides sola extinxit. Abrahæ fides.

Et galeam salutis assumite. Hoc est, quæ salutaris est, & tutatur. Nam si fuerimus fidē adepti & cogitationes mox assequemur, quæ afferant nobis salutem. Et caput hoc nostrum, e quo cogitationes prodeunt, tutabuntur & mentem. Ge. xxij. Hebr. ij.

Et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Ex superioribus dictis armauit nos Paulus, & ita vt hostes obesse nobis nil queant. Nunc vero & armis donat, quibus offendere hos magis poterimus. Gladium autem spiritus cum inquit, vel spiritum ipsum circunlocutione quadam & verborum ambage expressit, vel vitæ id genus quę secundum spiritum degitur, qua & serpentis caput præcidimus. Spiritalis autem gladius iste, verbum est dei, hoc est, dei pręceptum. Nam si eius exequemur mandata, serpentem illum (vt Esaias testatur) trucidabimus sinuosum, & varium. Vel dei verbum dixerimus, cuiusmo- Gladius spiritalis

C di illud est. In nomine Iesu surge & ambula, & huiusmodi. Vel simpliciter spiritus gladium dicit, quę in spiritu inest sapientiam. Viuit enim dei hoc verbum, & penetrat, prætenditque, & acuminata acie omnem cultum penetrando excedit. Qui vero spiritalis huius assecutus est gladij gratiam & quę dei sunt loquitur liber est & nulli rei obnoxius, qualis hic Paulus fuit. Heb. iiij.

Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu. Hos itaque ita per se Paulus armis munitos, instructosque ad imperatorem deducit, cuius & ope indigeant, & manum vt porrigat & auxilio sit. Cum enim dixisset, restinguere vobis licebit iniectum incendium, ne id gloriæ ducerent vel supebirent, deo inquit, vobis est opus, quo adiuuante cuncta perficietis. Deinceps orantes, inquit, nec id quidem simpliciter, sed per omnem orandi & precandi intentionem, hoc est, cum gemitu & pectoris tunsione genibus procumbendo, & istiusmodi reliqua factitando. Nec statutis horis & præfinitis, sed quouis tempore, in spiritu, hoc est, spiritalia dispensantes precando nil quod mundi sit. Cum vero orantes, ait, per omnem orationem, demonstrat continenter esse orandum. Nam cum interpellarum quis animum habet, & cogitatum superuacaneis rebus intentum, profecto non orat, sed incassum & fundit ad preces, & animo diuagatur.

Et in ipso uigilantes. Siue de his qui noctes insomnes ducunt orando, siue de animi

vigilantia dicat, vtrinque id potest intelligi. Est enim necesse, vt sit vigilantior qui armis obtegitur & imperatori assistit.

D

In omni instantia, & obsecratione. Quemadmodum Chananæ, & vidua illa orātes summa in patientia perstiterunt. Illa namq; est vera deprecatio, quę perseuerās fit & assidua.

Mat.xv Lu.xviij.

Pro omnibus sanctis & pro me. Nequaquam ergo pro nobismetipsis duntaxat orandum est, quinetiam pro cęteris fide nobis coniunctis precandum. Aduerte autem quā tam prę se ferat humilitatem Apostolus. postremum enim se omnium posuit, exegitque ab eius discipulis, vt pro se deprecentur, tum præcipue cum compedibus, Christi ob gratiam, cōstringeretur Pro Petro etiā catenis detento, enixius p̄cabat̄ Ecclesia.

Apost sūma hūilitas.

Acto.x.

Vt detur mihi sermo in appertione oris mei. Nihil ergo quod esset dicturus præmeditabatur apostolus: sequebatur enim domini dictum. Nolite præmeditari quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid vobis loquendū sit. Haud secus & ipse os suum aperiens, p̄ferebat, quæ a dn̄o suggerebantur. Sic cuncta diuina gratia exequebantur.

Cum fiducia notum facere mysteria euangelij, pro quo legatione fungor in catena ita ut in ipso audeam, prout oportet me loqui. Hoc est, vt quemadmodum oportet respondeam fidentius scilicet viriliter & sapienter admodum. Verum ad quos es ipse nūc delegatus? Ad homines quidem, vt eos deo conciliem. Hi vero me in catenas & vincula coniecere. Tametsi iure gentium caueatur, impunes esse oratores, & nuntios, quippe qui dominorum mandata iam deferant. Catenę vero eo iniectæ sunt mihi, vt meam obstruant loquendi licentiam. Animus tamen os mihi aperiet, vt fidentior sim ea enarrans, quæ mihi sunt per eum iniuncta qui me legauit. Vides vt cultor diuini verbi fiduciam præferat, quam sane Paulus erat oris apertione iam accepturus.

Matth. x Lucę.x.

E

Vt autem & uos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino. Quę dogmatum erant, quęve ad consolandum hos faciebant, per epistolam ipsemet patefecit. Cum vero & vincula meminisset, nihil de his differendo immoratur, sed Tychico permisit sponte narranda, ne superuacaneus eius viri videretur accessus. Qui si a Paulo colebatur, omnium profecto erat nihil ignarus. Si fidus, mendax esse non poterat. Est autem hic minister in domino, hoc est, dei ob gratiam hoc fungitur ministerio, & diuinis in rebus nō terrenis versatur. Vel fratrem appellat in domino, tanquam in spiritu sancto germanum.

Cultor dei fiduciā p̄fert.

Tychic⁹.

Quem misi ad uos in hoc ipsum ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra. Hūc in modum orationis huius cōtextum interpretatur Basilius. Vt cognoscatis quæ circa nos sunt, hoc est, vt renūtiet vobis, quę nobiscum aguntur, nec sinat vos labi, quia ipse grauibus malis afflictet, & iniectas catenas gestē, sed consoletur magis ac roboret, quod dictum sane & suam erga Ephesios charitatem prætendit, illorum in se beneuolentiam patefacit.

Pax fratribus, & charitas cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Et pacē illis precatur, & adiunctam fidei charitatem Quod eo facit ne vel illos colerent qui a suo essent dogmate alieni, vel aliter ipsi sentirent, quam ipse iā prædicasset, sed solum fideles vt colant & foueant Vel etiam quia necesse sit vt fide sint communiti ad futura sperandū. Nam sine fide nihil vel charitas ipsa profuerit. Quin potius neque constare potest sine charitate, vel fides. Aduerte autem quemadmodum inquit, & pax, vt admodū, hoc est, per charitatem edoceat, quo possit hęc cōparari. Item & charitatem dicit per fidē fieri.

F

I.Cor.i. xv.

Gratia cum omnibus qui diligunt dominum Iesum Christum in corruptione, Amen. Hoc loco a gratia pacem seiunxit, seorsum vtrisque constitutis, tametsi alias vbique coniunxerit. In incorruptione autem qui diligunt dominum, hoc est, qui erga dominum charitate afficiuntur, non opum vel gloriæ gratia, sed futurorum bonorū, quæ corrumpi nō possunt. Vel quia qui deum amat virtutis gratia, & pro eius summis in nos beneficijs amare se fateatur. Præfert enim & corruptionē peccatum, & incorruptionē virtus. Nam quemadmodum corrumpi virginem dicimus, ita & animam inquinari. Propterea & paulus ne corrumpantur, inquit cogitationes vestræ. Et alibi. Corrupti mente. Velim itaque & nos in Christum charitatem huiusmodi pręferamus, cum ob vitæ decorem & integritatem seruatam, tum ob incorruptibilia bona, & perpetua cōquirenda. Et ita demum viuamus, vt animam hanc nullis malis artibus vel facinoribus inquinatam, & incorruptam, & inuiolatam seruemus in Christo Iesu, qui incorruptibilis est, & æternus animarum sponsus incorruptarum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

✶Missa fuit e Roma per Tychicum.

A

Argumentum in epistolam AD PHILIPPENSES.

Philippenses sunt Macedones. Hi accepto uerbo ueritatis perstiterunt in fide, nec receperunt falsos Apostolos. Hos collaudat Apostolus, scribens eis ex urbe Roma de carcere, per Epaphroditum.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES. THEOPHYLACTI, PROLOGVS.

B

Philippenses hi, è quadam sunt Macedoniæ urbe oriundi, Philippi dicta à conditore Philippo, sub Theßalonica metropoli constituta. His pleraque de Christo Paulus testificatur. & hanc insuper, scripsit epistolam cum in uinculis esset. Nam post primam defensionem, cuius & meminit ad Timotheum epistola, iteratò est coniectus in uincula. Philippenses uerò per Epaphroditum transmiserant Paulo quæ illi ad uitam neceßaria eßent, simul etiam rescire optabant, quemadmodum cum eo tunc ageretur. Et quoniam par erat illos cum præceptorem uinctum intellexißent, animo haud mediocriter angi ad eos scribens commonefacit, nihil propterea hos uel mœrore affici uel offundi perturbatione debere: quin potius lætari magnopere & gaudere, quandoquidem pro Christo hæc patiatur. Consulit præterea his ut concordiam & humilitatem sectentur. Carpit insuper & Iudæos, qui sub prætextu nominis Christiani, Christi dogmata deuastarēt, et canes hos nuncupat, & prauos operatores. Edisserit & Philippensibus de uitæ honestate & moribus. Prudenter etiam facit de transmissis ad se necessarijs mentionem. Videtur autem & honorifice hos appellare, ut qui & uirtutis plurimum præ se tulissent, & satis eßent ad fidem accommodi. Apud hos nanque & Porphyropolis erat, apud hos (inquam) & synagogæ princeps credidit Christo, apud hos Paulus flagris ictus, cum Sylla fuit coniectus in carcerem. Apud hos præterea & carceris custos cum eius domo & uniuersa familia ad Christi fidem concessit, apud hos demum & milites Paulum ueriti, ut abiret, quo uellet, precati sunt. Et hunc in modū præclara admodum principia habuit Christi præconium. Quæ omnia uel ex apostolorum Actis licebit ediscere. Testatur itaque philippensibus Paulus non modo fidei rectitudinem & subita discrimina, sed facilem etiam ad sua impartienda animi promptitudinem. Horum omnium gratia, & ingēti beneuolentia prosequi, & magni uidetur hos facere.

Philippēses qui.

Iudæos canes nūcupat Paulus.

Act. xvi

CAPVT PRIMVM.

C

PAulus & Timotheus serui Iesu Christi. Hoc loco nullam facit de sui apostolatus dignitate mentionem apostolus, sed seruum se Christi Iesu subscribit, quod sane & si magnum est, commune tamen est multis, ad Timotheum autem & Corinthios scribens, sese apostolorum nominat. Cur illud? Quia cum illis esset ad castigationem iniuncturus multa, apostolatus ad se dignitatem recepit. His vero, cum nihil huiusmodi sit indicturus, quin potius pari omnes vt honore dignetur futurum, nequaquam apostoli appellatione indiguit.

Cur se apostolū
quibusdā vocat Paulus, in quibusdā non.

Omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis. Cum Iudæi sanctitatis sibi id nomen adsciscerent, vt populus inquit sanctus, propterea in Christo Iesu adiecit. Hi nanque vere in Christo dicendi sunt sancti, illi vere prophani.

Cum episcopis & diaconis. Episcopos sacerdotes dicit. Neque enim plures præter vnū erant episcopi, qui singulis ciuitatibus præsiderent. Quippe cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita, sed episcopi tantum diaconi & presbyteri dicebantur, quemadmodum ad Timotheum, qui episcopi munere fungeretur, scribens, sic inquit. Ministe-

Epi sacerdotes.

rium tuum & diaconatum perficito. Et rursum. Quod traditum tibi est cum impositione manus presbyteri, hoc est, espicoporum. Neque enim sacerdotes episcopum consecrabant. Et contra, presbyteri episcopi nomen sortiebantur, vt qui curæ populi inuigilarent, purgarentque & illuminarent, quos fore necesse. Cuius rei gratia, ad clerum nunc scribit, quod alias nunquam egit. Miserant enim illi Epaphroditum, qui necessaria sibi detulerat. D

Epi vocabantur diaconi tātum.

ij. Ti. iiij.

i. Ti. ij.

ij. timo. i.

Presb. epi dicebant.

Gratias uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Consuetam appellationem, & salutandi modum præponit, comprecans illis, vt dei gratiam assequantur, gratiq; inter se sint, & nihil inuicem efferantur, ne forsan ab accepta iam gratia, & inita cōcordia excidant. Nam dona dei huiusmodi superbiam afferunt, minus cauentibus.

Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis. Quotiescunque, inquit, vos memoria repeto, (id enim facio semper) deum laudibus effero, & illi gratias ago quod tantopere sitis virtutibus dediti. Nihilominus etsi adeo diuinis in rebus vos profeceritis, ab orationibus nil conquiesco, & deum pro vobis enixe precor, vt magis ac magis ad ea quæ recta sunt, prouehamini

Cum gaudio deprecationem faciens. Potest nanque & cum mœrore de aliquo memoria fieri, vt alibi dicit Ex multa enim pressura & anxietate cordis scripsi vobis, quo fit vt libens & læta cuiuspiam recordatio virtutis sit argumentum.

ij. cori. ij.

Super communicatione uestra in euangelio Christi à primo die usque nunc. Ingens sane Apostolus his testimonium defert, cum eos laborum participes asserit fuisse effectos, qui in euāgelio insumuntur. Neque ad vnum duosve annos, sed vsque nunc, hoc est eo ex tempore, quo primum Christi fidem hanc excepistis, ad id tempestatis. Verum si quæras, quo pacto sint istiusmodi laborum effecti participes? Quia mihi, inquit, quæ fore ad vitam necessaria videbantur, ipsi suppeditarunt, susceperuntque de me curam. Nam qui boni aliquid operis pertractandi quibusuis modis tulerit opem, eius certe non erit expers. Sic & qui martyribus, vel in eremo diuersantibus prouident, & omnem his ademunt seculi curam. vel eos qui a Christi instruunt fidem, & euangelium prædicant, ab omni animi distractione liberos reddunt, cum his certe & coronarum & præmij fient participes. E

Suppeditans opē bn̄ agenti qui assequatur.

Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet. Gratias, inquit, ago, & gaudeo plurimum, cōfisus opera rectiora, quæ in vobis exorsus est deus, per eum perfectū iri. Coniecto nanque ex præteritis ipsis futura. Aduerte quemadmodum ad humilitatem illos instituat, quandoquidem deo soli rerum omnium tribuat summam, & non eis modo ascribat quę gesserint, ita neque hoc pacto illos laudis fecit expertes. Dicit ei. Qui cœpit in vobis, hoc est, vobis volentibus. Nam nisi & homini insit recte agendi voluntas, nec deus ipse in eo boni aliquid operabitur. Si enim simpliciter ille torpentibus nobis nostris in animis operaretur, nil proculdubio impediret, quo minus gentiles ipsi, & cęteri omnes mortales, diuinam in se operationem exciperant. Fit itaque, vt non mediocriter vel ex hoc illos extollat, vtpote qui in suam opē dei ad se pellexerint gratiam. Et quia tāti sunt ipsorum officia & res bene gesię, vt non humanis virib⁹ fieri potuerint, dei sunt virtute peracta. Porro & eosdem hortatur, ne in segnitiam relabantur. Nam si eorum bona perfecturus est deus, haudquam hi multum laboris insument, qui quę rectiora sunt, agent. F

Deus non operatur, nisi in volente.

Vsque in diem Christi Iesu. Hoc est, quo dominus sit aduenturus. Sic enim inquit. Confido non solum in vobis Christum, sed vestris in posteris vsque ad mundi consummationem operaturum. Vel vniuscuiusque finem Christi Iesu diem intellige.

Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis; eo quod habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij. Confido, inquit, tales vos ad finem vsque futuros, hocq; pro vobis & sentio, quia vos semp habeo in corde, nouique & vestra bn̄ facta, & quēadmodū semper oī gaudio enitimini, vt efficiamini euangelij gratię, & cōpedū mearū participes. Itaque æquū est, & me de vobis ita sentire, contēplarique vel ex ipsis principijs finē. Verū quātę illud est laudis Pauli corde contineri, qui nō temere, sed recto iudicio quos dignos existimasset, amore prosequebatur. Nec tū quidē cum Neroni * responderet interrogandi inqt. Memoria mihi vos excidistis. Confirmationē aūt euangelij & defensionē, vincula dicit & p̄ssuras, qbus ipse affictabatur. Est nāque perspicuū, quod si persuasum Apostolus ac pro re cōperta nō habuisset, remuneratiōes ineffabiles illas & bona cœlestia tanti esse, vt explicari verbis non possint, quod non prorsus vin-

Paulus Neroni.

* respōderē

A cula fuisset perpessus, nec efferato Neroni pertinacius obstitisset, nisi imperatorem aliũ præuidisset, qui firmior esset, & illo incomparabiliter longe potentior. Pressuræ ergo & mala quę patimur euangelium confirmabunt.

Socios gaudij mei omnes uos esse. Ostendit hoc loco, quemadmodũ haud temere in eos sit affectus beneuolentia. Propterea, inquit, vos cordi habeo, quia socij mihi & participes estis huiuscemodi gratiæ, hoc est pressurarum & compedum effecti. Curandum itaque diligentius: ne a nobis vos desciscatis in malis hisce & vinculis cõstitutis: quin potius adhibenda est diligentia, ne immunes tentationum reddamini, quas ob euangelium ipsi subiuimus. Quod autem pro gratia vincula habeantur, liquet ex eo quod dominus ait. Sufficit tibi gratia mea, virtus nanque, hoc est mea virtus, in infirmitate perficitur. Vel illud magis quod est paulopost dicturus, demonstrat, nobis donatum est pro Christo pati. Ad uerte aũt vt non socios dixerit, sed consocios, ꝙ græce habetur. Arguens se alijs esse in euangelio socium, his vero maiori quadam esse coniunctione in bonis cœlestibus participandis deuinctum: vt & alibi dicit. Et consocius euangelij fiam, hoc est vt bona illa nobis seruata communicem, euangelium prędicantibus. ij.co.xij.

Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes uos in uisceribus Iesu Christi. Haudquaquam perinde ac diffidens deum in testem hic vocat, sed cum immensum animi sui a ffectũ nequeat explicare, deo relinquit qui corda scrutatur. Id nanque est argumento, vera Paulũ B profiteri, non enim deum adsciuisset in testem, si illis adularetur, vel simulato animo diceret quæ serio dicit. In visceribus autem CHRISTI Iesu, hoc est non gratia rei alicuius humanæ, nec quia necessaria mihi subministratis sed dei in charitate hęc dixi. Vel quia patet vobis cum sim Christi ob fidẽ effectus ex ipsis visceribus, & ipso ex animo magnum in modum vos colo obseruoque. Omnes autem cupio, inquit, quia omnes pares estis virtute. Cur deũ testem ad uocet Paulus.

Et hoc oro ut charitas uestra magis ac magis abundet. Et si mirum in modum a Philippẽsibus coleretur apostolis, cupit tamen magis ac magis ab his obseruari. Est nãque ingentis amoris indicium, vt aliorum quis promereatur amore explere nũquam. Aduerte autem quam modeste id dixerit, & magis ac magis abundet. Infert autem non solum cupere vt se ament, sed vt & cæteris omnibus bene velint.

In omni scientia & omni sensu. Hoc est non vt temere omnibus beneuolentiam impartiamini, sed cum probatione & cognitione, & certiore iudicio. Sũt enim plerique qui omnes indifferenter colunt, & amant, vnde nec stabiles sunt, quę hoc pacto cõflatæ sint amicitiæ ne forte & hęreticis ipsis afficiamini inquit, vt proximis. Amandũ cũ iudicio.

Vt probetis potiora. Hoc est conducentia. Nam quando vester in alios fuerit cum experimento & certo iudicio collatus amor licebit, vobis & quę vsui sunt periclitari & noscere. Qui sunt ergo amandi? Fideles. Qui odio insectandi? Infideles. Verum cur alibi dicit, cum omnibus hominibus pacem habete? Primum, quia nequaquam id simpliciter dixit, sed illud adiecit, si fieri potest, cum omnibus pacem habete. Deinde aliud est pacifice viuere aliud colere. Illud nanque dissensiones interdicit & bella: hoc animi exigit af- C fectum, & tanquam cõpletionis & morum similitudinem. Quod tamen minus est hęreticis aperiendum. Nam si oculus tuus te scandalizat, inquit, eruito. Amandi fideles, odio digni infideles.

Vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi. Non enim in meam hęc protulerant vtilitatem, sed ne quod a vobis adulterinum sub charitatis obtentu dogma suscipiatur, quin etiam integritatem quoad deum seruetis, & quoad homines sitis sine offensa. Nam si nihil tibi officiat amicitia cum hæretico cœpta, alius tamen ex ea offenditur. Quo ergo pacto in die Christi, hoc est iudicij, integer deprehenderis, & sanctus qui fratrem offendis? Adulterinũ dogma.

Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam dei. Hoc est vt & dogmatũ rectitudine & vita, sitis irreprehensibiles. Iustitiam aũt dicit genus oẽ virtutis, vel eleemosynã duntaxat: quam illi vbertim impartiebantur. Non vt minus perfecte vel virtutem, vel eleemosynam operemini, sed vt sitis repleti. Et quoniã vel gentiles ipsi videbantur sibi quodãmõ vẽdicare virtutẽ hanc & iustitiã eleemosynã adiecit, quę Philippensiũ erat peculiaris & ꝓpria. Per Iesum xp̃m, A gẽtibus nanq; nequaq̃ secundũ xp̃m virtutes, sed ad inanẽ gloriã, & hoĩm gratiam exercebantur. Et in dei gloriã, non in meã, ita vos instruo. Non igitur, vt xp̃i gloriã interpelletis. Cęterũ eosdem facit fidentiores, cum deũ ostendit diuinis operibus in gloriam sui cædentibus, opem & auxilium allaturum. Iustitiæ genus oẽ virtutis.

Scire autem uolo uos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum uenerunt euangelij. Decens erat, vt animo perturbarentur Philippenses, cum Paulum didicissent vinculis

fuisse constrictum, perinde ac intercisum fuisset CHRISTI preconium. Dempturus itaque his conceptam animo suspitionem, sic inquit, neque enim solum nil prorsus mea D hęc vincula euangelium interceperunt, sed illi potius profuere & vt omniũ in ore esset, facere vt mox subdit.

Ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo, in omni prætorio, & in cæteris omnibus. Hoc est, Vel cum essem vinculis prępeditus, licentius prædicaui, & nihil conticui, adeo vt verbi pręconium, vel ad prętonium vsque peruaserit, hoc est ad regiam vsque Neronis, & per omnem sit vrbem vulgatum. Id autem in Christo effectũ, id est non mea virtute, sed xp̃i potentia. Vel vincula mea in Christo, hoc est quæ Christi ob gratiam tolero.

Vt plures è fratribus in domino, confidentes in uinculis meis abundantius auderẽt sine timore uerbũ dei loqui. Enimuero & si antea prędicare sint fidentius ausi, nunc vero eo enixius sunt id ausuri, quia & me vel vinctum & coniectum in carcerem, maiori fiducia verbum dei enunciare conspiciunt. Et fortiores profecto sunt redditi, cum me vidissent in vinculis detineri, & ad me imitandum sunt incitati. Cumque & magnum quiddam dixisse sit visus, quia animos illis fecisse se dixit, in domino addidit. Si itaque qui sunt vinculis meis propinquiores, nihil animo concidunt, sed audent magis, ergo & vos tanto fidentiores esse debetis, quanto a vinculis hisce abestis.

Quidam quidem propter inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam uoluntatem Christum prædicant. Post quam comprehensus est Paulus, plerique fidelium prædicabant, & Christum ea mente, vt Neronem magis ad iram incenderent, vt confestim de medio Paulum tolleret, vt qui vbiq; xp̃i præconium disseminasset. Quod vtiq; p̃tendit apostolus, cum propter inuidiam dicit, & dissensiones. Vel quia & ipsi aucupari honores cũ vellent subtrahere mea de gloria aliquid nitebãtur. Quidam autem, inquit, propter bonam voluntatem, hoc est sine vlla simulatione, & recta animi sententia. E

Nero.

Quidam autem ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelij positus sim. Hoc est, charitate ducti. Quia cum erga Christum, tum erga me quidam afficiuntur, prædicant, nõ ignari dicturum me aliquid pro Christi præconio, eoque & mihi ad id muneris exequendum opitulantur. Nam si plurimi sint, qui in meam prædicationem concesserint, facilis mihi erit defensio. Hęc autem in re illi mihi cooperantur, cum multos instruunt prædicando.

Quidam autem ex contentione Christum anunciant, non syncere. Hoc est non pure & integre neque recti ipsius gratia.

Existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Arbitrantes, inquit, in maius aliquod me discrimen impingere, & ęrumnas ęrumnis adaggerare. Non tamen longius processura est eorum tam fallax & subdola machinatio, quippe clarior multo ex eo euangelij fit prędicatio, ob idque mihi & gaudium augescit. Vides quemadmodum geri rectũ aliquod opus possit mente non recta, vt quod ex eo non modo nil quippiã obuenit pręmij, quin & cruciatur subeantus plerunque.

Bona plerunq; malo aĩo facta suppliciũ a deo & nõ p̃mium merẽtur.

Quid enim. Dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem Christus anuncietur? Quid multa? Aut quid mihi hæc curæ sunt? vtrum sic fiant, vel aliter, siue occasione, hoc est, contentione & astu & simulatione, siue veritate, hoc est animi rectitudine Christus annũcietur? Sunt qui existiment (ĩsulsi tamen & veritatis ignari) occasionem apostolum ad hęreses præbuisse: cum inquit, annunciet modo quispiam Christum nihil intererit, quemadmodum ille annunciet. Aduertant tamen id primum, Neque enim dixit annuncia, perinde ac si sic ille decernere videatur & iubere, sed annuncietur, quod dictum præfert vtiq; quod gestum fuisset. Deĩde & si tanquam id statuens protulisset, neq; hoc pacto ad hæreses ineundas aditum prębuisset. Quomodo? Quia hi de quibus fecerat mentionem, nulla adulterina & falsa dogmata inducebant: Christum annunciando, sed quæ ad veritatem facerent, prędicabant. Non recte autem, nec mente recta, hæretici prędicant, sed peruersa quędam, & a vero penitus aliena: cũ illorum peruersus sit animus, afferunt, neque quicq̃ illorum animis qui prę sidet Satan molitur, quod non aliqua ratione a xp̃o abducat. F

Adulterina & falsa dogmata.

Et in hoc gaudeo: sed & gaudebo. Hæc quidem illi vt me mœrore afficiant. At ipse lætor, quia eo amplius Christi nomen vulgabitur. Et quo id maxime egerint, eo & maxime explebor iucunditate. Vides quemadmodum criminatoris illius artes & doli in sui perniciem reuoluantur.

Scio enim quoniam id mihi proueniet ad salutem. Quod illud? Quod prędicatio scilicet propagetur ex odio & liuore, quo erga me afficiantur nonnulli.

Per uestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi. Attende quantam

A præ se ferat vir hic beatissimus humilitatem. Nam cum ei esset ex rebus innumeris optime gestis, debita salus, nihilominus, inquit, si vestris fuerim precibus ipse dignatus, ob easque mihi spiritus sanctus suppeditetur, ide hauddudie spes est, saluũ me fore. Subministrationem autem dicit, plurimam gratiæ spiritalis additionem.

Secundum expectationem & spem meam. ἀποκαραδοκίαν dicunt Græci, quam expectationen dixit interpres. Ex κάρα quod caput designat, & δοκῶ, quod annuere est. Proinde ac si caput totum nutet, & vergat ad id quod firmiter & certo speratur. Tanquam id inquiat, Spero equidem vt primum illud discrimen euasi, sic præsens hoc me euasurum. Nero nanque crudelitate insignis, & vir efferacior. Paulum hunc ipsum in vincula coniecerat. Commonefacit præterea hoc loco non omnia esse alienis precibus permittenda, quinetiam sperandum per nos erit quod cupimus & votis id deposcendum, vt Paulus infert, & propheta affirmat, cum inquit. Fiat mĩa tua dñe quemadmodum sperauimus in te. Et alibi, Quis sperauit in domino, & confusus est? Et Paulus idem. Spes non confundit. Apocaradocia. Nero paulum in vincula cõiecit. nõ oĩa alienis p̃cib⁹ p̃mittẽda. p̃s. xxiiij.

Quia in nullo confundar. Hoc est, neque quandiu in humanis sum, quia euangeliũ p̃dico, neque cum in hac vita excessero, quia nulli tunc erunt reliqui hostes. Si em̃, inquit, me trucidabunt, tunc maxime mihi inconfusa & solida gloria relinquetur, Quod eis nõ potest contingere, qui mihi nunc aduersantur.

Sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue
B *per mortem.* Illi, inquit, eorum dolis insidijsq; posse me in discrimen impingere existimauerunt, nequaquam tamen illorum id studium progredietur, quando in omni fiducia, hoc est aperte & nemine obsistente, magnificabitur Christus in corpore meo, hoc est me sperante hanc auram & vitam degente, circunferenteq; corpus hoc ipsum. Nõ em̃ nunc mortem sum subiturus. Et ne quis occurrat, inquiens. Nonne vel te moriente, quia Christus magnificabitur, gloriaque & laudibus efferetur? Adiecit, & per mortẽ ille meam magnificabitur, quia & mortem vt superarem effecit. Interea tamen per vitam, qua me postq̃ periclitantem exemit, periculis condonauit: gloriam assequentur. Dicit autem de morte, non q̃ statim sit subiturus, sed hanc si forte obiret, nequaquã animo obturbentur. Nã ingenti apostolum charitate complectebantur Philippenses.

Mihi autem uiuere Christus est, & mori lucrum, Hoc est nouam quandam dego vitam, & mihi pro vniuersis Christus est rebus. Pro spiritu, inquam, vita & luce. Vitæ nanque hoc nomen, & naturalem hanc vitam designat, qua viuimus & mouemur. Præfert & peccati vitam, quamadmodum contra dicimus, qui peccato mortui sumus, quo pacto vltra viuemus in eo? Significat præterea & perpetuam, quæ secundum deum est vitam: vt illud, nostra conuersatio in cælis est. Hoc vero loco, non naturalem negat se vitam victurũ apostolus, sed eam quæ peccatis sit obstricta, & seculi huius sit intenta deceptionibus. Cæterum Christum esse sibi ad vitam fatetur: sicut & alibi dicit. In fide viuo filij dei. Mori vero in lucrum, quia vita defunctus cum Christo aperte futurus sum inquit. Fit itaq; vt lucrum mihi sint allaturi, qui ad me vita exemerint. vita quoq; modis. Infra. iij. Mori Paulo lucrum erat.

C *Quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro.* Ne forte existimes Paulum vitam hanc criminari, perinde ac superuacaneam & plane inutilem. Si in carne, inquit, viuere mihi fructus operis hoc est. Dixi equidem pro lucro me habiturum hanc mortem: veruntamen cum vita hęc mea, nequaquam mihi in carne ĩutilis sit: quippe qui alios instruo, & ad fidem illumino: ignoro quid eligam, mortem ne an vitam. His dictis obstruuntur hæreticorum ora, qui præsentem hanc vitam calumniantur. Neque em̃ hæc improba est & iniqua: siquidem & nobis vsui sit: & fructus afferat illa vberrimos, nõ itaque vita hæc est mali cuiuspiam causa: sed eorum voluntas, qui hac abutũtur. Porro & mysterium nobis quoddam iam retegens: ostendit dominum ipsum vitæ ac necis potestatem habere. Si enim inquit, a domino emori postulassem: largiretur hauddubie mihi hãc gratiam. Quocirca eam ob causam nihil est vobis desperandum. Nam si mortem obierim non maleuolorum id nequitia fiet, sed dei dispensatione. Vita non mala, sed vitæ abusus.

Coartor autem e duobus desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo enim melius. Permanere autem in carne magis necessarium propter uos. Philippenses his dictis apostolus reddit paratiores, vt suum obitum futurum proxime viriliter tollerẽt. Cur em̃ mea de morte dolendum censebitis, quam ipse iampridem summopere concupiui? Idque & mihi sit in melius concessurum, quippe q᷑ mihi licentiam prębeat cum Christo versandi: non itaque dolore affici vllo debetis, cũ mortẽ obiero alioqui in carne hac me permanere, obve strã vtilitatẽ magis est necessariũ, non em̃ quę mea sunt quæro, sed vestra. Quod si optio

detur, vtrum ex humanis abscedere, an vitam hanc ducere malim, coartor equidem, hoc est anticipati sunt subdubius. Et ita vt non facile sciam: quid horum sim electurus. Duxerim tamen præcipue, id necessarium magis vt viuens & spirans, vobis conducam. Est ne igitur quippiam ingens adeo aut excelsum, quod cum hac Pauli mente possit æquari? Quandoquidem aliorum vtilitatem Christi conuersationi sic præferat, vt Christo coniũctior cum sit Christi conuersationem reijciat, vt alijs prosit. D

Excelsa mens Pauli.

Ex hoc confidens, scio, quia manebo, & permanebo omnibus uobis ad profectum uestrum, & gaudium fidei. Cum itaque, inquit, necesse sit, vt in carne permaneam. Sum nanque hauddubie permansurus, hoc est ero quidem superstes & viuam. Nec simpliciter, sed vobiscum. Perinde ac si dicat, adhuc visurus vos sum. At cuius rei ob gratiam victurus es? Nimirum vt vos in fide proficiatis, hoc est confirmemini, & stabiles sitis in dogmate per me prolato ac vita. Qui profectus, vt vestrum, sic meum gaudium præfert. His prę terea incutit hoc loco formidinem, tanquam id explicans. Videte vt vestri de causa Christi sim conuersatione priuatus. Nolite ergo id vitæ reliquum frustra transigere. Dicet aliquis. Num Philippensium gratia duntaxat permanebat in vita apostolus, & luce hac fruebatur? Nequaquam horum solum de causa, sed vt eos consolaretur, hęc intulit, & ad maiorem vigilantiam hortaretur.

Vt gratulatio uestra abundet in Christo Iesu per me, per meum aduentum iterum ad uos. Cum audisset superius sese ob eorum profectum permanere in vita, arguit quemadmodum & sibi in lucrum idipsum concesserit, quod gloriari scilicet quiret in his abundantius, quia proficerent magis, cum esset ipse ad hos profecturus. Quid ergo? Num ad illos concessit apostolus? Id nempe incertum. E

Tantum digne euangelio Christi conuersamini. Id vnum, inquit, a vobis deposco, vt virtuti enixius studeatis, & qui pro euangelij dignitate ille agit, qui sibijpsi renunciat, & cruce sublata Christum sectatur.

Vt siue cum uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis. Neq; enim quod Philippenses adeundi mentem mutarit, neq; q̃ nondum itur⁹ hęc dicit, sed si forsan, inquit, ad vos nequaquam sum profecturus. Licebit tamen vel absenti mihi pro vestra hac vita, quam ex euangelij ducitis instituto, capere iucũditatem. Cauendum ita, vel si non ad vos proficiscar, ne ab optimo hoc viuendi genere excidatis. Nec secus præterea ad vigilandum quam si eorum quę per vos geruntur hoc tempore sim non ignarus.

Quia statis in uno spiritu unanimes. Hoc est in eodem concordiæ dono. Sic enim vnis animis concordes præstabitis, cum fueritis spiritum vnum adepti.

Collaborantes in fide euangelij. Hoc est inuicem pro fide labores, & certamina excipiẽtes.

Et in nullo terreamini ab aduersarijs. Non enim, ne collabamini, dixerim: sed ne terreamini, hoc est nulla in re perturbemini. Nam si vel pericula comminentur, vel inferant mortes, nihil profecto hi egerint, sed territant modo, adeo illi & imbecilles coarguuntur & impotentes.

Contẽnenda pericula & mortes.

Quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Cum enim perspexerint hi, & si multa sint machinati, nequaquam vos esse absterritos, nonne id eis apertius ĩdicabit, sua omnia interitũ abijsse, abolitaq; & disperdita esse? Vestra vero validiora cõsistere, nec posse aliquo pacto comprehendi aut consumi, quippe quę habeant in seipsis salutem. F

Et hoc à deo, quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Cum enim Paulus, donatum est vobis, inquit, & pati pro Christo, duo quædam hic peragit. Alterum ne illi vel verecundia offendãtur, vel animo concidant, si quid fuerint fortasse pro Christo perpessi. Alterum, ne insolescant vel efferantur. Inquit enim Christo cuncta sunt adscribenda. Nam & virtutes dono accepimus, non vt liberum arbitrium tollat, sed vt humiles reddat. Non enim facere sine deo recte aliquid possumus si quidem dei hoc dono forsitã suscitandorum mortuorum gratiam superabit. Nũ si mortuos suscitauerim proculdubio fuerim tanto hoc beneficio maximum in modum obstrictus? Sin vero pro eo pœnas subierim, hunc ipsum habuerim obligatum & debitorem. O rem admirandam, largiter ille & debito mihi obstringitur.

Sine deo nihil rectum fieri posse.

Idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me. Ostendit in paribus hos versari certaminibus, quibus & ipse agitaretur. Quod sane magnam in his testatur virtutem. Habetis enim, inquit, me in exemplum, & decertantem audistis, cum fuerĩ antehac & flagris affectus, & quemadmodum in carcerem coniectus sim: nunc audistis.

CAPVT SECVNDVM.

A SI qua ergo consolatio in Christo, si quid solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua ul scera miserationis, implete gaudium meum, & idem sapiatis. Quod, inquit, tale est. Si vobis animo sedet, me quoquam pacto tẽtationibus agitatum solari, vel solamen afferre, quale solet qualitas parere. Vel si futurũ est aliquando, vt pręvobis feratis spiritalibus in rebus, & his quidem, quę secundum dei sunt voluntatem aliquam mecum habere communionem. Vel si me estis commiserati quod patiar, id omne obsecro obtestorque in id vel vnicum conferatis, vt mutua sitis charitate deuincti. Aduerte autem quemadmodũ illorũ coniunctionẽ, quodvnanimes sint, pro collato ducat in se beneficio, & tanquam ipse misericordia fuerit dignatus, ob istorum vnitatem lætatur. Nec lætitiã mihi dixit afferre, sed implete. Peride ac si dicat, vos quidẽ iucunditatis huiusce, quę in pręsenti afficior, initiũ attulistis paceꝙ; & mihi estis iã impti ti, quam cupio & ad finem iri deductum. At qualis hæc lętitia est? Non equidem vt a periculis eximar, vel vt quippiam a vobis sim accepturus, sed idem vos sapiatis. Advnanimitatem hortatur Philipp.

Eandem charitatem habentes. Id sane præstantius quam vnanimes se pręstare, vt ęque hi omnes adepti sint charitatẽ. Nec quidẽ vt si quis te amore ingenti prosequitur, hunc ipse lentius & frigide ames, sed vt æqua sit amoris proportio, dũ alternis rependitur.

Vnanimes idipsum sentientes. Tanquam vno eodemq; vincti animo sitis, non substantia, sed voluntate coniuncti, quod sane designat, cum ita mox subdit.

B *Nihil per contentionem, neq; per inanẽ gloriam* Nihil, inquit per cõtentionẽ, hoc est ꝑ nisum quendã a liuore ꝑductũ agentis, q̃admodum vulgo dicimus, enitar equidẽ totis viribus & contendã, vt nemo me supet. Neque ꝑ inanẽ gloriã. Hęc naque inuidiã parit. Cũ ẽm homines simus inanis gloriæ cupidi, quidnã pro hac assequendo facere non audebimus? Ianis gloria parit inuidiam.

Sed in humilitate superiori sibi inuicem arbitrantes. Viam nunc nobis demonstrat, qua inanem hanc gloriam possimus defugere. Et præsumptam affert opinionem maximũ in modum nostræ saluti conducere. Si enim, inquit, existimaueris hominem quempiam non solum tibi præstare, sed longo etiam interuallo esse te potiorem, ob idipsumque præ summa humilitate habeas persuasum rem se ita habere, eum quem tibi prætuleris, honore etiam prosequeris Quod si ita te gesseris, cum tibi etiam vicem per alios reddi prospexeris, grauiter feres. Quinetiam vel siquis tibi conuicietur, vel affligat verberibus, es certe animo æquiori laturus, quippe qui omnes ducas superiores, nec cuiquam inuidebis. Nã inuidia inter ęquales oboritur, non inter impares, & longe abinuicẽ alienos. Sic itẽ alius cęteros sibi præcellere existimabit, eritque hoc pacto summa inter oẽs nos tranquillitas. Opinionẽ ꝑsumptã saluti conducere.

Non quæ sua sint singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum. Cum enim tuæ consulam vtilitati, tu contra quod mihi ꝓstet conquires, nec vllus hic erit inani glorię vel contẽtioni, nec demum prauo cuiquam facinori locus, quin vita ducetur angelica quędam & diuina.

Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Vt enim & Christus inquit. Estote misericordes, sicut & pater vester, qui in cælis est. Et rursum, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, sic paulus ad humilitatem nos instruens, Christum Iesum producit in medium qui nostri gratia cum diues esset, sit iops effectus. Nã cum dei filiũ, qui omne exce

C dit fastigiũ ad infima dicat se contulisse quemnã eorum qui alta sapiãt, nõ cogat pudere.

Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Enumera quot ob id dictum hęretici homines collabantur & ruant. Marcion Ponticus asserebat nequam esse hunc mundum & carnem hanc imbibisse nequitiam, eoque neque carnem eiusmodi deprauatam & sordidam, Christum, qui deus sit, assumpsisse. Marcellus Galata, Photinus, Sophroniusque dicebant. Verbum dei energiam esse, non substantiam, & insubsistentẽ, hanc inhabitare, qui ex Dauid semine esset. Et Paulus Samozateus profitebatur id verbum a Maria habuisse, vt constaret principium. Sabellius patrem & filium & spiritum sanctũ noĩa quędã esse simplicia vni personæ addicta. Arrius vero asserebat filiũ esse creatum. Apollinaris Laodicæus, ꝙ animã filius sensibilem non suscepisset. Vide quẽadmodum hi omnes fere conciderint gladio, hoc videlicet Pauli dicto, in forma dei cum esset. At quo pacto tu primum Marcelle, tuique sectatores asseritis energiam esse, hoc est operationem, non substantiam Iesum, cum forma substantia ipsa dicatur quemadmodum & serui forma natura est serui? Quid ipse nunc Samozatee a maria principium habuisse Christum deliras? cum constet ab ęterno hunc in forma dei fuisse, hoc est in diuina substãtia. Aduerte quemadmodum & Sabellius pręceps feratur: ait nanque non rapinam Paulum dicere, CHRISTVM esse deo ęqualem, verum in vna persona non cadit æqualitas, nam qui par est & ęqualis, alterum habeat necesse est, quo cum possit conferri. Marcion hęreticus. Marcell⁹ photinus, Samozateus Sabellius, arri⁹ apollinaris.

Ex ea itaque ęqualitate duæ personæ emergunt. Arrius quidem pluribus confutatur, & cęteri itē. In forma dei, hoc est in dei substantia. Neque factus dixit, sed existens, dictū sane illi p̄simile. Ego sum qui sum. Neq; rapinā est arbitratus esse se deo æqualem. Vides æqualitatem cur ergo patrem dicis maiorem, inferiorem filiū? Sed aduerte īsensatā prorsus istorum impunitatem quorum vnus quidā sic inquit. Exiguus deus cum filius esset, nequaq̄ arripuit, vt esset maiori deo æqualis. Verū quænam literæ edocent maiorē aliq̄ esse, vel paruū deum? Hęc eñ gentium sunt deliramēta. Nā q́ filius magnus sit deus, audi Paulū ita dicentē. Aduentum magni dei & saluatoris domini nostri Iesu Christi. Proinde qui tenuis sit & exilis, quo pacto hanc sibi magnitudinē arrogasset? Cæterum Paulus cum esset ad humilitatē nos instructurus, absurdior videtur, & sibip̄si nil consentaneus, si eiusmodi quę sentiunt illi commonefaceret, videlicet q́ minor deus maiori non insurrexerit. Quid eñ possent humilitatis ex istiusmodi dictis illis perdiscere? Quia inferior deus in eum non insurrexit qui sit dignitate præstantior. Est eñ hoc impotentiæ, non æqualitatis, q̄ filium dicimus cum patre habere. Illud vero plurimū videtur p̄ferre humilitatis, vt is qui parē est cum patre adeptus potentiā, sit homo effectus. Sed de his satis. Aduerte itaq; quid Paulus dicat, non rapinā arbitratus est esse se deo æqualē. Cum enim quis aliquid surripit, ne illud admittat veretur, quia quod alienū est detinet. Cum vero quippiam habeat naturam insitum, facile illud contēnit, certior sane id se ita sortitū, vt deponere nequeat, sitque protinus recepturus, si deposuisse sit visus. Inquit igitur. Nihil est dei filius veritus a propria dignitate descendere, quia hanc non per rapinam sit assecutus. Dico igitur parem hunc esse deo patri, & propriæ dignitatis habuisse cognitionē, eoque vt humilis fieret hęc maluit, tanq̄ in ipsa humilitate, celsitudinem suam seruaret.

Exo. iij. Delira hęretici dicta cuiusdam.

Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Vbinam sunt qui inuitum hunc, vt patris iussa exequeretur, asserunt descendisse? Audiant quemadmodum seipsum vt dominus, & sui iuris non alieni, exinaniuerit. Cum vero formam, inquit, serui accepit. Apollinaris erubescat. Nā qui serui formā siue naturā accepit, animā habet oīno intellectiuā.

Apollinaris hæreticus. Marcionistæ delirātes.

In similitudine hominum factus. Hisce ex verbis delirant Marcionistæ, per phātasiam & p̄stigia quædam, affirmantes xp̄m incarnatum fuisse. Inquit eñ. Vides vt Paulus similitudinē asserat hominū hunc accepisse, & in figuram humanam transformatum, non vera substantia hominem effectum? Quid homines ineptissimi deblateratis? Nonne dominus nostram hanc omnem in se naturam excepit? Et si nōnullis careret quę nobis insunt mortalibus, vt per coitum procreatio, & peccati commissio. Neque id solum q́ exteriori ex facie apparebat inerat illi, sed diuinitas ipsa. Erat nanq; hic deus, non homo simplex & humanitati vnita diuinitas, & ideo in similitudinem hoīm dixit. Nos enim ex anima, corporeque constamus, ille ex anima, corpore, & diuinitate constabat, propterea & similitudine dicit. Nam & alibi in similitudine carnis peccati cum inquit, nequaquam id infert quod carne careret, sed quia caro illa expers omnino peccati esset, at similis erat carni huic nostræ, quæ vtique est peccato obnoxia. Secundum naturam erat, non secundū nequitiam. Vt itaque ibi hoc similitudinis nomine inequalitas quædam præfertur, sic & hoc loco, cum in similitudine dicit, neque ex humano congressu fuisse hunc genitum arguit, neque peccato subesse, quia haudquaquam simplex homo esset.

Christ⁹ ex anima corpore & diuinitate cōstabat.

Et habitu inuentus ut homo. Cum dominum dixisset, seipsum euacuasse, ne forte immutationem aliquā aut relapsum putes interuenisse, sic inquit. Manens quod erat, & q̄d nō erat, accepit. Neque eñ natura est īmutata, sed in figura effect⁹, hoc est in carne. Carnis eñi est transfiguratio. Cū itaq; formā serui accipiens, dixisset apostolus, fidens illud subiecit, in figura hoīs inuentus vt homo: vt ea quæ superius dixerat, confirmaret. Recte autē vt homo dixit, nō eñ erat vnus e multis, sed e pluribus vnus. Nec quidē in hominem recidit deus verbum, sed tanq̄ homo apparuit, & cū sine forma existeret, formam subiuit. Nonnulli aūt id dictum interpretati sic sunt: & forma inuentus vt vere homo. Quemadmodum & Ioannes dicit. Gloria vt vnigeniti, hoc est qualem vnigenitum habere decet.

Christ⁹ nō vn⁹ e multis, sed ex multis vnus

Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Rursum seipsum ad humilitatem affirmat vnigenitum contulisse, ne forte descendisse ad infima existimetur inuitus. Occurrent hoc loco molestiores hæretici illi & insanabiles, dicentque. Ecce subiectus & obediens dicitur vnigenitus. At quid illud, o insensati, quandoquidem & nos amicis obtemperamus, cum nihil nos reddant interea istiusmodi obsequia inferiores. Et dominus patri obsecutus est volens. Sic enim vnitatem perspicuam fecit, quam cum patre haberet. Est enim filij propium venerari parentem.

A Factus est seruus sed mortem subiuit, & quod hanc re longe est maius ignominiosam. Mortē aūt crucis, hoc est detestandi patibuli, quod sontibus duntaxat & maleficis debebatur.

Propter quòd & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Cum de carne aliquid disserit Paulus, quam potest effusius humilia eius eloquitur, perinde ac infima quæque carnis admittat conditio. Carnem vero ita accipies, vt nihil Christum ab eo secernas. Verum quod nomen illi ob humanā naturam contulit deus? Nimirū vt filius ī carne dicatur & deus. Nā & homo dei est filius, sicuti & angelus dixit. Quod factum est sanctum, filius dei vocabitur. Istiusmodi autem appellatio vniuersorum nomen excedit. Lucę. iĳ Matth. i.

Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Hoc est orbis terrarum vniuersus, angeli insuper, & mortales ipsi & dæmones hunc ipsum submissis genibus venerabundi adorent. Vel iusti ipsi & peccatores idem factitent. Nam & dæmones eundem sunt cognituri, & inuiti coercebuntur. Nec veritatem amplius impugnabūt tametsi ante tempus istiusmodi faterentur, nouimus te qui sis. Lucæ. iiĳ.

Et omnis lingua confiteatur, quoniam dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Hoc est, vt omnes asserant Christum Iesum dominum eundem deum. Id nanque patri in gloriam cedit, vt filium habeat, cui omnia subĳciantur & pareant. Vides itaque quēadmodum vnigeniti, exaltatio patris sit gloria, sic contra, & huius immutatio patris ad ignominiam sit concessura. Filĳ exultatio patris in gloria.

B *Itaque charissimi mei sicut semper obedistis.* Cum laude sunt castigationes inserendæ, ne nimis incessant, si facile admittantur. Idcirco hos laudat Paulus, charissimos nuncupans & beneuolos. Sicut semper, inquiens, dicto audientes fuistis. Tanquam id dicat. Dei filius patri obsequentior fuit, hunc immitamini & vos insuper, quibus obtemperare maioribus perfacile fuit.

Non in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea. Si enim me adstante id egissetis: mei forsitan verecundia detenti, paruisse mox videremini. Nunc vero cum me vel absente virtute intenditis, & quę vobis præsens iniunxeram, tam libenti animo exequamini, profecto ostenditis non mei hęc gratia, sed dei vos omnia factitare.

Cum metu & tremore uestram salutem operamini. Non enim vt mihi cōducam vos hortor, præcorque, vt ita viuatis: sed vt ea quæ ad vestram salutem faciunt, operemini: cum timore tamen & tremore. Tremor vero adiecit, vt metus exprimat magnitudinem quo sit operandum. Nam dempta formidine, nil recte peragi potest. Verum quo pacto hic cōparabitur timor? Si Christū intellexerimus vbique adesse, exaudireque omnia, & cuncta prospicere. Nec solum quæ gesta sunt vel geruntur, sed etiam quę mente & cogitatione concepimus. Seruite domino, inquit, in timore, & exultate illi cum tremore. Sit in vestra inquit quod recte agitis, reconditum conscientia. Psal. ĳ.

Deus est enim qui operatur in uobis, & uelle & perficere. Cum dixisset, timore & tremore, nunc inquit, nihil propterea vobis verendum est. Neque em̄ vt desperetis hæc intuli, sed vt sitis cautiores. Si enim caueritis, & solertiores vos præstiteritis, deus oīa peraget. Ipse em̄ qui ad eiusmodi voluntatē & promptiores facit, vt bona velimus, & animi eius-

C modi promptitudinē ad finem deducit. Operatur autem deus in vobis & voluntatē, hoc est suggerit vobis, vt quæ bona sunt cupiatis, & vestrā hanc optimā augebit cupidinem incendetque vt fiat feruentior. Vel aliter, Cum vestra sit deus cœpta terminaturus, vos vero ad ea animum intendatis, quæ finem iam nacta esse perspicimus. Propterea voluntatem dicit apostolus a deo hanc suggeri. Exempli gratia, Induxeras ipse in animum quod cœperas exequi. Si finis opus hoc tuum subsequatur occeptum, eris promptior, vt illud perficias. Sin minus vel ea saltem quæ te incesserat quippiam operandi libido torpebit, denique & abscedet. Cum itaque constet in deo esse hunc finem, qui velle hoc nostrum incendat, merito dicit in dei esse operationē eiusmodi potestate sitam. Vel quia sic cupiat Paulus voluntatē hanc illis a deo dicit suppeditari. Quemadmodū & officia & recta facta dona appellat. Non liberum nobis arbitrium demens, sed volens vt gratiæ deo per nos semper agantur, & illi vniuersa committi. Attende vel hunc dicendi modum in vobis dixit: cum timore & tremore salutem operantibus. Nam in istiusmodi deus hominibus omnia operatur qui voluntate ad bonum ducuntur. Paulus nō tollit liberum arbitrium.

Pro bona uoluntate. Hoc est vt adimpleatur in vobis quæ deo placitum sit. Id enim illi optime placet, vt talem vitam degamus, quæ sibi sit placita. Quocirca vel ex hoc potestis confidere. Est enim deus ad recte viuendum vobis opem laturus, & si nullius rei alterius gratia, ob id saltem, quia sic velit.

Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus. Cum nequeat statim criminator ille quę recta sunt facientem interpellare, vel desperationem suggerit, vel insolentiã. D Sin minus, vel quærulitatem, vel diffidentiã, vel de fide vt ambigat quis suggesturus est. Et quoniam acerrime Philippenses tentationibus vexabantur, & periculis erant cõtinuo agitati, ita vt plerique pręcipites in murmurationis baratrũ, & blasphemiæ agerẽtur. Sine murmurationibus, inquit omnia facite. Qui enim obmurmurat, ingratus esse & male dictus arguetur. Hæsitationes autem diuersarum rerum secretionem dicit, & ambiguitatem, q̃admodum cum iussa proponuntur & pręmia. Exẽpli gratia. Si illud egero, mercedem sum habiturus, expediet ergo vt ea agamus. Non itaque erit in his hæsitãdum, quo minus agantur, sed fidenter exequi omnia oportebit. Siue labor sit impendendus, siue sudores fundendi nihil erit in his peragendis, quoquam pacto per nos hæsitandum.

1. cor. x.

ingrati est murmurare.

Vt sitis sine querela & simplices. Hoc est irreprehensibiles & immaculati. Non ẽm exigua labes hæsitatio. Nec cruciatum dicit, vt apud Corinthios scribit murmurationibus reseruari, quia vt liberos hos, non vt seruos alloquitur. Audi ergo & quæ sequuntur.

Filij dei sine reprehensione. Serui est ingrati obmurmurandi id vitium. Fieri enim qui potest, vt querulus sit, qui paternis & suis rebus insudet, & studeat filius?

In medio generationis prauæ & peruersæ. Noui, inquit, esse plerosque qui vos ĩpugnẽt, & ad querimonias cogant. At illud ingentis est laudis cũ vel percitus quispiã nil conqueritur.

Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo uerbum uitæ continentes Vt enim faces in tenebris splendent, sic ipsi estis inter obliquos & tortuosos, quippe qui & erecti consistitis, & luci studetis. Sermonem autẽ vitæ habentes, hoc est vitæ semen adepti iam estis. Vel quia quemadmodum faces collucent, & quasi sui fulgoris fomento vitam corporibus reddũt, sic vobis omni studio est enitendum, vt virtutis loco hominibus sitis quę vitã de se possit præstare. E

Ad gloriam meam in die Christi. Tanti sit, inquit, vestra hęc virtus, vt non solum vos traducere possit ad vitam, sed & me clariorem efficere in Christi aduentu.

Quia non in uacuum cucurri, neque in uacuũ laboraui. Id enim mihi ad gloriã cedet, ꝙ tales vos & tã breui erudiendo reddiderim, vt haud frustra mihi in vobis insumptꝰ sit labor.

Nam & si immolor, supra sacrificium & obsequiũ fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Et si moriar, inquit (mortem enim immolationem appellat) immolor nanq; supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, hoc est cum antea vos in sacrificium deo, & obsequiũ obtulissem, & fideles effecerim, nequaq̃ vt mortuus mœrore conficior, sed lætor equidẽ & vobiscum vna afficior gaudio. Gaudeo quidẽ quia offeror immolandus, gratulor vero quia fidem vestram non secus ac sacrificium aliquod deo ipse obtulerim.

Mortem Paulus appellat immolationem.

Idipsum autem & uos gaudete. Id scilicet, quia estis per me hunc in modum oblati.

Et congratulamini mihi. Quia cum sim ĩmolandus, incredibili iucunditate afficior.

Spero autem in domino Iesu Timotheũ me cito mittere ad uos: ut & ego bono animo sim cognitis quæ circa uos sunt. Quemadmodum & reliqua solet, sic Timothei apostolatum Christo demandet. Confido enim, inquit, in domino vt q̃admodũ ex meis literis perdidicistis, q̃ mecum gerantur, vtq; prouectũ sit euangeliũ xp̃i, & aduersariorũ facta omnia contra eorũ opinionẽ ꝓcesserint, sic ipse bono animo sim futurus, consolariq; non in posterũ queam cũ certior fuerĩ per Timotheũ ad me redeuntẽ effectus, q̃admodũ & vobiscum agatur. F

Timothei apostolatus.

Neminem enim habeo tam unanimem, qui syncera affectione pro uobis solicitus sit. Poteram, inquit, vel alium quempiã ad vos ipse transmittere, sed nullus erat vt iste mihi vnanimis, hoc est animo meo conformis, qui parem curam vestris in rebus non secus ac ipse ego p̃staret. Qui syncere, hoc est paterno more, vestra curaret. Aduerte quam diligenter hic prospiceret Philippensibus, quandoquidẽ si ei non ad illos concedere licuisset, alios transmittebat, ne vllo tempore vacarent, qui ad fidem erudirentur.

Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Hoc est propriam quietem conquirunt, & ociũ singuli, & in tuto vt sint. Nemo ẽm alius tantum itineris suscepisset. Hęc autem inquit, vt Timotheũ ipsum collaudet, castigetque audientes, ne otia quęrant. Nam qui eiusmodi appetũt, nequaq̃ quę xp̃i sunt quęrunt. Prohdolor q̃ longo a Christo interuallo distamus, qui eius gratia nil nisi quod gratum sit & oblectet, ducimus toleran(dum

Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius mecum seruauit in euangelio. Vtar, inquit, & vobis hac in re testibus, vt ille mihi tanquam parenti operam suam pręstiterit. Nec solum in his quę corporis sunt ministeriũ prębuit, sed etiam in euangelio pręd icando. Is itaque, siue quia vt filius mihi seruiuit, siue quia sit dei

A minister, merito est honore dignandus. Hunc in modum apud philippenses commendatiorem hunc facit. Neque adeo ob Timothei profectum gaudet Paulus quam illis congratulatur, quia ex huius sermone plurimum sint profecturi, si modo paruerint, maiora sint præmia habituri.

Hunc igitur spero me mittere ad uos, mox ut uidero quæ circa me sunt. Vt videro inquit, quē finem sint quæ mecum aguntur denique habitura, statim hunc ad vos mittam.

Confido autem in domino, quoniam & ipse ueniam ad uos. Non enim, inquit, quod me ad vos venturum desperē. Timotheum nunc mitto, sed (vt antea dixi) vt resciscam, quemadmodum vobiscum agatur, & ita iucunditate afficiar Aduerte autem vt suum accessum deo semper permittat, inquit enim, confido in domino, hoc est si dominus volet.

Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum. Laudibus Epaphroditum dimittens prosequitur, sicuti & Timotheum prosecutus est. Ratione (vt dictum est) non absimili, cooperatori præstat commilito. Cooperatur enim & operam aliquis prestat, in rebus tamen nullius discriminis. Commilito vero in admodum periculosis, & in quibus de vita agitur & salute. Epaphroditus.

Vestrum autem apostolum & ministrum necessitatis meæ mittere ad uos. Hoc est eum quem ad me transmisistis, vobis dono & remitto. Per hunc enim Epaphroditum transmiserant Philippenses Paulo necessaria. Vestrum apostolum, instructorem dicit & magistrum.

B *Quoniam quidem omnes uos desiderabat uidere, & mœstus erat, propterea, quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem.* Cum vestram ille in se charitatem pernosceret, quia mœrore estis ob ægritudinem eius affecti, cupiebat vos visere, vt tristitia liberaret, quam eius valetudine conceperatis. Excusat preterea, & causam affert, cur lōgo post temporis interuallo, ad eos dimittat Apostolus, perinde ac si dicat. Non factū negligenter. Nam Timotheum qui compar mihi animo est, ad id temporis apud me ipse detinui. Epaphroditus vero morbo correptꝰ est, & ideo se non ante ad vos contulit. Fuit enim eius longior egritudo, & morti propinquior.

Sed deus misertus est eius. Heus vero tu o manichæe, quidnam ad hæc respondebis? Si enim mundꝰ nequior est, & prauum esse quicquid in eo viuitur, & sentis & asseris, quo nunc pacto apostolus dei miserationem appellat, fuisse Epaphrodito permissum, quatenus adhuc vita hac potiretur? Nihil habent profecto ad hoc quod respōdere possint hæretici Querant præterea & christiani, si bonum est dissolui & esse cum Christo, cum misericordiam dei esse hanc vitam dicat apostolus, num quia Epaphroditus alios edoceret, & multas deo esse animas allaturus si plusculum superfuisset? Quod sane magis est necessarium, quam solui hoc corporis nexu & cum Christo versari, vt dictum est supra. Vel pleraque Paulus ad communem audiētium gratiam loquitur, & non vbique (quod verius est) philosophatur. Erat nempe illi ad homines vite huic deditos sermo, qui mortem adhuc formidarent, alioqui & bona est presens hæc vita. Nam quo alias pacto cruciatus loco mortes reponit immaturas? Inquit enim, propterea infirmi inter vos sunt & dormiunt multi. Neque enim vita futura huic dicitur bonitate præstare, quod nihil in se hec habeat bonitatis, sed bone præfertur, vt potior. Manicheꝰ Paulus attemperat se audientibus

C *Non solum autem eius: sed etiam mei.* Attende quemadmodum vel ob id etiam veneratione dignum reddat Epaphroditum, siquidem hunc ex egritudine conualuisse pro collato in se beneficio dicat, vt tanquam misericordia sit ipse dignatus.

Ne tristitiam super tristitiam haberem. Hoc est ne tristitiam, quam ex Epaphroditi non æqua conceperam valetudine si mortem obiret, & aliam compararam.

Festinantius ergo misi illum, ut uiso eo, iterum gaudeatis. Hoc est, nil distuli, quin hunc destinarem, vt eius conspectu, vobis mœror omnis absccederet, & maiore lætitia cum ex insperato rediret, afficeremini.

Et ego sine tristitia sim. Sic enim & ipse ero mœstitia subleuatus, letaborque maxime, cum vos eritis letiores, neque enim vobis mœrentibus, expers ipse mœroris fuissem, nā quis infirmatur, & ego non infirmor?

Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino. Hoc est, secundum deum admittite, & vt illi est placitum, & quemadmodum sanctos decet. Hec autem Paulus inquit, vt Philippensibus magis conducat, quandoquidem maius sit beneficia conferenti quam accipienti propositum lucrum. ij.cor.xi.

Et eiusmodi cum honore habetote. Ne videatur huic & vni honorem nūc īpartiri, cōmonefacit, vt cū eo & reliquos, q pari fuerīt virtute ornati, & venerēt & ꝓsequētur honoribꝰ.

Epaphroditus.

Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam. Epaphroditū hunc miserant ad Paulū Philippēses, vt illi necessaria deportaret. Is itaque Romę Paulum comperit in discrimine summo reseruari, vnde & periculum sibi impendebat non mediocre Paulum adeunti, vtpote cui esset imperator ī ensus. Is itaque his periculis omnibus paruifactis, Paulum cōueniebat, & illi ad vitæ necessitatem omnia suppeditabat, quod sane nunc dicit. Aduerte autem quemadmodum non mei gratia, sed ob dei opus hunc dicat morti se obijcere. Neque enim per eum stetit, quī morti succumberet, sed dei dispensatione effectum est, ne hac vita defungeretur. D

Vt impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium. Vos (inquit) nequaquam Romæ nunc estis, vt vel corpore ministrandi mihi officium præstetis, tametsi necessaria transmisistis. In hoc itaque, & si vos defuistis, vt vestris manibus mihi transmissa porrigeretis, Epaphroditus vestram vicem ministrādo suppleuit. Aequum est igitur, vt plurimū a me beneuolentiæ vendicet. vt qui mihi per vos destinata & detulerit, & ministrarit. Aduerte autem quemadmodum rem ipsam obsequium nuncupet, vt ostendat qui per quietem & ocium vitam hanc transigunt, opem debere periclitantibus ferre. Et qui minus id egerit priuari hoc officij genere, nec secus quam si publicis deesset muneribus.

CAPVT TERTIVM.

E cætero fratres mei gaudete in domono. Quoniam in mœrore hi erant, quia nondum de Paulo quicquam rescissent, & ignorarent, quemadmodum prędicatio ipsa proueheretur, neque vt se Epaphroditꝰ ex valetudine haberet, auditu quippiam percepissent, soluit hæc Paulus, & eos molestia libera cū euāgelia prouehi dicit, & se venturum affirmat, & Epaphroditū insuper ad se remisisse. Inquit itaque, Gaudete. Nulla nanque offertur occasio, vt vestrum hoc gaudium possit intercipi. Atqui Galatas filios appellat, quia emandatione indigebāt. Hos fratres, quia honorifice ad eos hæc & leniter differit. Recte autem dixit, in domino. Nam in huius seculi rebus nullum est gaudium. Sed pressuræ ac mala quę pro domino toleramus, plurimum letitię afferunt, vel eo vobis est gaudendum, quia dominus factu facilia cunctis iniunxit. E

Eadem uobis scribere, mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium. Postquam laudes plurimas in eo congessit, mox & commonefacit ne a principio grauis & molestus appareat.

Iudęos canes vocat

Videte canes. Erant ex Iudęis nonnulli, qui se christianos mentientes, sub ea simulatione euangelium prædicabant, & iudaica interserebant nonnulla. Et quoniam facile internosci non poterant, propterea, videte, inquit, cauete: ne lateāt istiusmodi. Canes enim gentiles dicebantur, nunc Iudæi vt petulantes & mordaces, & veritatis lucem impudentius oblatrantes.

Videte malos operarios. Hoc loco abstinet filios nūcupare. Canum enim plerique dominorum inhiant mensæ, alij domos custodiunt, hi vero etsi operantur, in prauis tamen & turpibus operam suam īpendunt, auelluntq; & dissipant, quæ diutius sunt bene plātata. F

Sabbatū p circuncisionem soluebat.

Videte concisionem. Hoc est, qui circuncisi sunt. Olim nanque magni apud Iudęos circuncisio ista fiebat, & in honore erat non mediocri, quandoquidem ob hanc vel sabbatum soluebatur. Nūc vero cum frustra sit & inanis iam reddita, nil aliud pręfert quam concisionem hanc ipsam. Non enim legitima est circuncisio, sed caro præciditur tantū. Vel quia ecclesiam canes illi tantabant vt circunciderent.

Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo. Si conquirenda, inquit, est circuncisio, in nobis hanc certe comperietis, qui spiritu, hoc est, qui mente tota & animo deo seruimus, nam qui animam circunciderit, hoc est, vitia ex animo dempserit, hic profecto nobile admodum circuncidendi nactus est genus. Et eo magis, quo animus est corpore potior, neque enim dixit in nobis est circuncisio, sed, nos circūcisio sumus. Circuncisio enī ornata virtutibus, vere hominem pręfert.

Et gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fidutiam habemus. Quid (inquit) vtrum horum est satius in Christo nos gloriari, qui corda nostra hæc circuncidi, & ad filiorū dei ingenuitatem per lauacrum ipsum deducit, an in carne iactari, hoc est quia circuncisi sint superbire?

A *Quanquam & ego habeam confidentiam in carne.* Si essem (inquit) ex gentibus oriundus iure forsitan quispiam diceret circuncisionem hanc me improbare, vt qui iudaica careant. Nunc vero hanc ipse sum nact⁹, quam vel gloriam dicitis, vel in carne fiduciā. Quo fit, vt nequaquam ipse sim vestra hac apparenti nobilitate priuatus. Alioqui ipsius gratia veritatis, circuncisionem huiusmodi & condemno & improbo. Paulus etiam ex circūcisis

Si quis alius uidetur confidere in carne, eo magis. Aduerte autem Pauli prudentiam, vt minus sint quæ dicit molesta, neminem nomine patefacit, sed cum inquit, Si quis videtur alius, ostendit alios se vt diceret, compulisse. Vel quia nequaquam cæteri tātam essent, quantam ipse in carne fiduciam assecuti. Vel quia circuncisionis confidentia nihil in se veri haberet, sed appareret duntaxat.

Circuncisus octaua die. Quod maxime animo inerat, circuncisionem proposuit. Die vero octaua, cum inquit, arguit nequaquam se proselytum fuisse.

Ex genere Israel. Hoc est, neque ex proselytis progenitoribus, sed Israelitis, e quib⁹ originem duco. Proselytum .i. aduenam.

Tribu Beniamin Hoc est, ex tribu, quæ cæteris esset testatior. Quippe, cuius ex sorte sacerdotes constituuntur. Tribus beniamin cæteris testatior.

Hebræus ex Hebræis. Superius dixerat, ex probatioribus Iudæis sum ego. Potest nanque concedi ex Israelito genere quempiam esse nec tamen ex Hebręis Hebręum. Hebręi nanque esse desierunt plerique, qui cum prę frequentiori cum gentilibus habita assuetu
B dine redditi sunt hebraicæ fere linguæ ignari, ita vt nec satis scripturas ipsas callerent, ipse inquit. Hebræus sum, hoc est, & formam seruo & ingenuitatem, vnde sic infert.

Secundum legem pharisæus. Cum inuitus hæc cuncta narraret, vt circuncisus videlicet sit, & genere Israelita, & istiusmodi reliqua, nunc vltro quę optime gesserit, explicat, dicens. Secundum legem pharisæus, hoc est, in legis disciplina. Erat enim apud iudæos pharisæorum secta omnium probatissima. Pharisæorū secta ꝓbatissima.

Secundum æmulationem persequens ecclesiam dei. Cum essent & pharisęi non admodum legis æmulatores, quippe qui ad ostentationem pleraque factitabant, tantopere inquit legis zelo vrgebat, & adeo vehementi, vt Christi ecclesiam insectaret. Pharisęi.

Secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Erat enim plerique qui eiusmodi zelo non pro lege tutanda & maiorum traditionibus obseruandis, sed principat⁹ vel glorię gratia ducerentur. Idcirco Paulus inquit, quia cum culpa vacem, nec sim secundum legis iustitiam incusandus, qui fieri potest, vt humanę potius rei cuiuspiam gratiā, non dei zelo ecclesiam sim persecutus?

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei. Hoc loco prosiliunt, qui legem criminantur hæretici, dicuntque, Ecce & Paulus legem damnosam dicit, quippe quam detrimentum appellat & purgamenta Quo ergo pacto credetur a deo fuisse hæc promulgata? Primum quidem dixerim agendas deo gratias fore, quod spiritus sit dispensatione effectum, vt hi legis verba non secus acciperent ac ad eorum facerent vtilitatem, & propriam sententiam cederent. Quod si ita non esset, obliterassent
C iam illa vt talia pleraque deleuerunt Proinde aduerte, nequaquam simpliciter intulisse detrimentosam esse hanc legem, sed arbitratus sum detrimentum hanc esse. Perinde ac si dicat. Nihil hęc habet in se detrimenti, quippe quę ad Christum sit præuia, si recte sit cognita. Verum & si ante hac ipse legis huiusce non æquiorem fuissem, & veram cognitionem adeptus, mox vt veritatem percipi, ad Christum concessi. Visa deinde mihi lex est, quamdiu hanc praua interpretatione sectabar iacturæ fuisse & damno, quia Christum interea non adierim. Est nanque suapte natura lex ipsa lucrum, si recte hanc fueris interpretatus. Aduerte autem quemadmodum nequaquam dixerit, quam ipse lucrum existimo, sed quæ erat in lucrum. Enimuero plurimum nobis lex ipsa conducit, vtpote qui feritate homines liberet, & ad pietatem instituat, & perinde ac scalę nobis est loco, quæ ad vitam traducat. Vt itaque qui per scalam incendit, non hanc aspernantur, quin potius gratias agit, quod eam ad scandādum sit nactus (Nam si hęc defuisset nequaquam illi quo primum intenderat patuisset ascensus. Ita & lex cum esset lucrosa, nunc ipsi damnosam existimamus, non quod damnum aliquod inferat, sed quia hanc propria gratia superet magnitudine. Vt enim qui argentum inuenerit, si aurum deinceps occurrat, nec retinere vtrunque liceat pro detrimento mox duxerit argentum seruare, quin statim aurum capiet. Sed etiam pro detrimento lex ipsa habetur, si vos

Hęretici pleraque e sacris voluminibus auferunt.

Simile.

Simile.

Christo subtraxerit. Quod si ad christũ deducet, nihil offutura est, quin magis iuuabit. Nec olim inquit, dispendium legem existimaui, sed etiam in presenti idem sentio: Cur D illud? Quia gratia ipsa longe plurimum legem excedit. Vides queadmodum legem cũ gratia comparauerit. Fit autem comparatio in similibus genere, & quod prestiterit, nõ sui absimili præstet. Quo fit, vt lex scientia sit, sed inferior lõge Christi cognitione. Qui etiam & lucerna lucem prebebit, haud tamen eiusmodi solis est splendor, & pro luce tamen habetur.

Gratia legẽ supat.

Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Propter Christum, inquit, detrimentum sum ipse perpessus: hoc est, iacture fore mihi reliqua omnia existimaui, vel quia vniuersa ob Christũ amiserim. Vides quemadmodum nihil natura lex ipsa afferat, nisi Christi ob gratiam, detrimenti. Nondum tamen perspicuum fecit, cuius rei gratia omnium iacturam hic fecerit, ni forte bonorum fortune & seculi huius dixerimus. Quod si de lege hæc illum dixisse intelligimus, neque hoc pacto iniuria legi infertur. Atqui paleæ frumenti sunt purgamenta, quæ & frumentum tutantur, & illi afferunt firmitatem. His demptis nec triticum ipsum constabit. Quo enim modo sine stipula vel calamo illud consisteret? alioqui emergente frumento & lecto, resident ĩutiles paleæ. Sic gratiam lex ipsa & obfirmat & facit testatiorem, verum tamen cum gratia apparebit, nequaquam amplius erit legis huiusce scriptis immanendum.

Lex ĩutilis emergẽte gratia.

Et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex deo est iustitia. Ne habeam, inquit, meam iustitiam, quæ ex legis operibus comparatur, perinde ac ex his fuerim iustitiam hanc ipsam adeptus. Neque enim ex operibus E iustitia vlla proficiscitur, quia neque ex his conflari hæc potest, sed per Christum fidem iustitiam adipiscar, que ex deo est, hoc est, diuinum munus, per gratiam iustos credentes efficiens. Si enim inquit, corde credideris, & ore quod creditum per te est profiteberis, saluus fies. Dona autem illa diuina longo interuallo ceterorum vtilitatem officiorum excedunt, quæ hominum studio cõparãtur, vt triticũ detrimenta illa & paleas superat.

In fide ad cognoscendum illum & uirtutem resurrectionis eius. Ergo per fidem erit & dei cognitio. Qui enim potest mens vlla humana vel cogitatio resurrectionem illam complecti? Profecto nulla. Quin potius fides vel sola hanc contemplabitur. Si resurrectio igitur fide percipitur, quonam pacto, quod maius est natiuitas ipsa poterit cogitatione cõprehendi? Verum si quæras, quomodo hec præstantior sit, sic respondebo. Quia multa extiterant resurrectionis argumenta & signa. Nam vel ante Christi resurrectionem fuere plerique a mortuis excitati, ex virgine vero preter Christum alius nemo progenitus est. Est ergo ex fide dei iustitia, hoc est, illi innititur & pro fundamento hanc habet. Virtutem autem dixit resurrectionis, quia ingens resurrectionis vis est. Quinetiam hec resurrectio magnas nobis vires suppeditat, vt id iter & nos prosequamur.

Natiuitas xpi excellentior eius resurrectione.

Et societatem passionis illius Persecutiones, inquit, tolerando & pressuras malorum que perpessus est Christus, pticipes & ipsi efficimur. Si igitur prorsus diffideremus, haudquaquam vos esse cum Christo cælesti imperio potituros, nunquam profecto tot ac tanta subiremus tormenta. Intelligas autem velim illum præcipue pro indubitato habere Christum resurrexisse, qui eius gratia pœnas tolerat & cruciatus. F

Configuratus morti eius. Hoc est, comparatus. Nam quemadmodum Christus pro vobis mortalibus perpessus est mortem: sic ipse pro Christo vincula & carcerem tulerim. Nam persecutiones & mala quæ patior, mortis huiusce pre se ferũt figuram. Vnde vel eiusmodi passionibus Christianis nos reddimur. Vides quanta sit in pressurarum tolerantia dignitas,

xp̃iani efficimur p passiones.

Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Quid igitur o Paule, si nil pœnarum tulisses nonne tibi resurgendum fuisset? Velim equidem resurrectionem hoc loco eam intelligas, que & cum gloria sit futura, & in aerem subleuet. Sunt namque omnes resurrecturi, aut tamen in nube omnes subleuabuntur, sed in terris iudicis aduentũ opperientur. Sancti vero tollerentur in aera, obuiam domino processuri. Intelligas autem ex rerum consequentia, quod gestum est. Mortuus, inquit, est Christus, & ipse morior. Resurrexit ille summa cum gloria, studeo & ipse & maxime nitor vt resurrectionem hanc consequar gloriosam. Attende viri huius modestiam qui cum tam optime multa gessisset fuissetque supra cœlos sublatus, quasi resurrectione hac indignum se indicat, si quo modo inquit occurram. Nondũ eñ (ait) confido: tanta huic hũilitas inerat, ꝙ & alibi dixit. Qui credit se stare, videat ne cadat: &, Ne forte aliĳ p̄dicãs ipse reprob⁹ efficiar.

i.thes.iiĳ. resurrectiõis modi.

A *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim.* Dixerat: si quo modo occurram: idipsum itaque affirmans, sic inquit. Eo nanque subdubius sum, vtrum sim occursurus, quia non dum acceperim brauium, nec finem adhuc sim optatum adeptus.

Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Adhuc (inquit) in agone sum & decerto, adhuc (inquam) insector, si liceat forsitan mihi & brauium & finem comprehendere. Moxque arguens ex debito se id agere, infert huiusmodi. Qm̄ a Christo comprehensus sum, hoc est, ipsum me, qui olim ex numero perditorū existerem, & eorum quibus fuisset salutis spes omnis sublata, insectatus est Christus, cōprehendique se fugientem, & retraxit. Obstringor itaque & ipse tam diu hunc persequi quoad comprehensum detineam. Significantius autem sequor dixit. Nam qui alium insectatur, vel chariora quęque præteriens, nil aliud studet quam eum præhensare, cuius gratia iter accelerat. Debemus igitur omni nisu, & sine interpellatione vlla ad Christum contendere. Brauiū.

Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Postquam plurimum Philippenses collaudauit, non compressurus quam de se præsumpserant forte opinionem, sic inquit. Ipse equidem, quē tanti facitis & vester instructor sum, nequaq̄ existimo oēm mihi cōparasse virtutem. Quæret aliquis, cur alibi inquiat: cursum cōsummaui? Id sane de eius fine ac morte prætendit. ij.tim.iiij.

B *Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora extendens me ipsum.* Vnum (inquit) nunc molior, & circa vnum illud enitor, vt semper proficiam. Pręteritarum vero virtutū nil reminiscor, nec memoria repeto benefacta, retrorsumque & post tergum illa relinquo, ita vt nullam de cætero habeam recte factorum recordationē. Sic enim persequor quę ante me sunt, vt semper existimē hęc mihi ad perfectionē deesse. Et quousque tādem cœpta peregero, a cursu nunquam desistam. Extendēs autem, hoc est, prius quam ipse comprehendam, manibus tenere quod cupio, studeo. Solent nanque & qui cursu contendunt, eos qui multa pernicitate mox prouehuntur: a medio curriculo sic intercipere, vt proni & manibus protentis retrahant: quos cursu nequeunt præterire. Quod vtique ex summa quadam fit progrediendi cupiditate. Paul⁹ sen per procedēs in virtute, nec retro aspiciens.

Ad destinatum prosequor ad brauium superne uocationis dei in Christo Iesu. Haudquaquam (inquit) temere curro, sed ad metam cursum inrēdo. Verum quā metā vel brauium dicit? Vocationis certe supernæ palmam, incoruptibilis. s. & cęlestis. Est nanque in terris certamen propositum, cuius in p̄mium cęlestis corona seruatur. Solent nanque & seculi huius imperatores certatores huiusmodi maioribus quibusdam honorib⁹ prosequi. Quippe quos de loco superiori voce p̄conis adscitos coronant. Vt autē Christi ope fieri vniuersa demonstret, sine qua nec perfici cursus queat in Christo Iesu inquit, id est, eius opitulatione & adiumento. Certamen Pauli.

Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Quid illud? Vt præterita scilicet obliuioni mandemus. Decet nanque qui sit perfectionem adeptus, imperfectum seducere. Hæc enim est vera illa perfectio quæ sibi minus confidit.

C *Et si quid aliud sapietis & hoc uobis deus reuelabit.* Hoc loco certiores hos reddit deum cū ctis opitulari. Perinde ac si dicat, etsi putabitis recte omnia peregisse, vobis tamen vel nescīis patefaciet deus quod fieri oporeat. Hęc autem de vitæ perfectione sunt dicta, ac ne arbitremur perfectos nos esse.

Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Interea (inquit) quod ipsi perfecimus, teneamus. Concordiam scilicet vel pacem, vel istiusmodi aliquid. Et in eadem regula permaneamus, hoc est, fide eadem & isdem terminis ambulemus. Et quēadmodū nec adijcit quippiā nec adimit, ita & vos spiritus iussa nil īmutetis.

Imitatores mei estote fratres & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Dixerat supra, videte canes, abegitque Philippenses ab eis, nunc vero recta incedentib⁹ copulat. Id enim designat, cum inquit: Obseruate, hoc est vobis prospicite, & veluti exemplar aliquod vetus & formam hos ipsos, qui recte incedūt: attendite, & eorum ductu formamini. Vtque & me pro forma habetis, ita & illos vos obseruate. Neque enim verbis duntaxat hos instruebat: sed vitæ melioris prouectum seipsum formam Paulus exhibebat. Est quippe perfecta doctrina factis exequi quod doceamus. Ro.xvi.

Multi enim ambulant quos sæpe dicebant uobis, nunc aūt & flens dico. Horum nullū nomine patefacit, ne eos incessat, sed ita iam indicat, vt possint facile internosci, cum ait, quos sæpe dicebā. Nunc vero quia p̄pagatū est malū & passim diffusum, neque hoc sine lachry

mis possim commemorare. Vides quanta sit erga proximum huius affectio. Non enim is sua facinora deplorabat, quippe qui nihil commiserat, sed illos deflebat: qui per luxũ & lasciuiam degerent vitam. D

Inimicos crucis Christi. Erant nonnulli qui christianos se simularent, per ociumque & quietem & luxũ ducerent vitã, nihil euangelio insudãtes. Hos itaque Paulus crucis inimicos appellat. Quippe quæ animam quærat, quæ sit ad mortem intentior, & ad obeunda pericula sitibunda. Hi vero solutiores cum essent, vitã agebant a sua longe alienam. Si eñ crucis desiderio tenerentur, studerent quidẽ & ipsi vitã ducere, cruci hęrentẽ, tormentiq; & amaritudinis plenã. Nil itaq; affici admiratione debemus, si hi q dediti delitiis sint, & vitæ præsentis otio quietiori addicti, crucis sint hostes & Christo infensi.

Crucis inimici qui.

Quorum deus uenter est. Hunc enim vt deum colunt, huic pͅpetuo obsequũtur, & faciunt satis, affatin ingerunt quod ille exposcit. Hoc ingurgitato, prorumpunt in venerem. De ventris ob cultu, facit & alibi Apostolus mentionem, cum inquit. Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Cultus ventris i.Cor.xv.

Et gloria in confusione eorum. Nonnulli de circuncisione dixisse hęc Paulum asserunt, quam Iudæi gloriæ ducerent, cũ ignominiosa res esset. Sed longe secus se habet. Nã istorum in delinquẽdo arguit pertinaciam, quos supra memorauit, esset enim inquit necesse, vt confusione & verecundia afficerentur, qui prauis adstricti sunt facinoribus, hi vero contra glorię ducunt peccata.

Qui terrena sapiũt. Hi qdẽ ꝓ deo vẽtrẽ sũt nacti, q spiritale nihil aut cęleste meditant. E

Nostra autem conuersatio in cælis est, unde etiam saluatorẽ expectamus dominũ nostrũ Iesum Christũ. Debemus itaq; quę cælestia sunt sentire, & sapere, ad nostrã superiorẽ patriam illã contendere, vbi nobis est versari & viuere constitutũ. Ibi nãque & dñs noster & imperator iam residet, vnde eundẽ ad nos descensurum paterna gloria & sanctis angelis comitantibus expectamus. Debet itaque vobis & cœlum esse formidini, & Christi persona.

Venter q bꝰ deꝰ sit.

Qui reformabit corpus humilitatis nostræ. Multa nunc patitur corpus, constringitur namque & vapulat & infinitis est malis obnoxium, & ideo humilitatis corpus hoc dicit. Nã & corruptioni subiectum est, & doloribus, Hoc tamẽ transfigurabitur, hoc est, idipsum permanens in corruptionem obducet.

Configuratum corporis claritatis suæ. Cum igitur corpus humanum persimile sit Christi corpori redditum (nam & ęque patitur mala, & tolerat cruciatus) futurum est certe, vt illi & gloria fiat, & claritate conforme. Inquit illius corporis fore corpus hoc nostrum assimile, quem angeli venerentur, adorentque ad patris dexteram assidentẽ, cuius & corpus gloria & claritate effulgeat: & adeo fore terreum hoc corpusculum glorificãdum, vt diuinũ illud splendore & maiestate exæquet. Ergo si orbis terrarũ vniuersus vna deflerent eos, qui tanta ex gloria dilabuntur, & excidunt, aut dubie merito deploraret.

Corpus id ipsum pmanens, transfigurabitur. Futura glorificatio corporis nostri.

Secundum operationem qua poßit etiam subijcere sibi omnia. Quoniam res sane magnã hic protulit: & multis pene incredibilẽ, sic inquit. Nihil diffidas, habet nanque deus virtutem, qua oĩa operatur, & angelos sibi subiecit & dęmones. Cũ itaq; maiora hęc fecerit, longe magis & id ꝙ minoris est, faciet. Multi deũ hic dicũt & patrẽ, sibi, id est, xp̃o omnia subdidisse, quod tamen consequẽs minus videtur, cum nullã superius de patre fecerit mẽtionem. Rectius itaq; erit vt de xp̃o dictũ intelligamus, vt qui pro diuinitatis potẽtia sibi subiecit, hoc est corpori suo vniuersa. Neque enim verendũ est, vt Christũ ex vno multiplicem faciamus, quẽ & si in naturæ diuersitate, vnum tamen nouimus & tenemus. F

CAPVT QVARTVM.

I*taquæ fratres mei charißimi & desideratißimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi.* Itaq; & si hos debacchari perspicitis, luxuique & gloriæ esse addictos, vobis tamen præstandum est, vt stetis spe certiores habituros nos tandem hanc corporum gloriam, neque idcirco vllam in partem declinandum. Vide quam variis laudibus hos prosequatur, nam & fratres appellat, & charissimos dicit, desideratissimosque, hoc est aliquando per me conquisitos, inuẽtos demum & visos. Nec gaudio solum esse hoc sibi, sed coronę affirmat, qua nihil est gloriosius decertanti. Non enim inquit, possum non iucunditate expleri, cum fidem contemplor: & palmam prospicio, quam vestri gratia sum consecutus. Nos itaque priusquam commonefaceret, laudauit, & commonefactis laudes in-

A gessit,& alias. Tanti hos Paulus faciebat.

Erodiam rogo,& Syntichen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te Germane compar adiuua illos. Apparent hæ mihi fœminę, tanquam primates Philippensium ecclesia extitisse. Commendat autem has mirę virtutis viro, qui harum alteri vel vir erat, vel frater. Forsitan etiam carceris erat hic custos: quasi id inquiat. Nunc vere Germanus es frater, nunc virum te proprium & coniunctissimum geres, si in opere domini & iugum pariter traxeris, mulieribus hisce opem ferens. Nonnulli vero errore ducti, vxorem dicunt Paulum adhortari, quod tamen longe est secus. Quippe quem neque vxorem legimus habuisse. Et Germana coniunx dicere debuisset, si vxor illa fuisset. Errare eos q pau lo vxorē tribuunt.

Quæ mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. Non enim (inquit) minores euangelij partes tutandas hæc desumpsere tametsi essent multi qui se adiuuarent: eoque infert & mecum laborant. Neque enim parum hi opis ecclesiæ tunc temporis tulerant, honores inter se deferendo, & subleuādo labores: nunc vero heu, quā nos longe aliter gerimus, qui ad inuicem quod honoris est, quod famæ subtrahim⁹, eoque & a pristina illa & optima sumus ecclesia alieni. Longe a prima ecclesia degeneram⁹.

Quorum nomina sunt in libro uitæ. Vides quantum mulieribus hisce inesse virtutis testificetur, vt vel cœlo inscribi dignatę sint, idipsum & Christus in euangelio dixit. Nomina vestra in cœlis sunt scripta, hoc est scientia dei & iudicio sunt in cœlo addicta. Cōtra vero, qui minus crediderint, in libro mortis inscripti sunt. Scripti in libro vitę qui. Lucæ.x.

B *Gaudete in domino semper.* Cur ergo dominus inquit, beati qui lugent? Quia idipsum istiusmodi gaudium præfert quod luctus. Nec gaudete simpliciter dixit, sed in domino. Qui enim in domino manet, vel si torqueatur & laceretur, iocunditate semper afficitur. Reuertebantur enim inquit gaudentes a concilio, quia digni sunt habiti pro Christo contumeliam pati. Gaudete in dño.

Iterum dico, gaudete, Quia rerum ipsarum natura, id est pressurarum & tentationum grauior est, iteratione hac vt omnino gaudeant, exhortatur.

Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Tanquam id inquiat, non solum erga hos quos crucis dixeram inimicos, acerbiores vos nequaquam pręstabitis, sed benigne his velim vt cæteris & modeste vtamini, vel si infensos vos habeant & aduersentur.

Dominus prope est, nihil soliciti sitis. Quin potius commiserari vos illos oportet, quod per delicias viuant & luxum. Nec curę habere illatas pressuras, sed æquo & patienti animo ferre. Est nanque proximo dominus, hoc est, iam iudicium imminet, quo quisque sit mercedem promeritam accepturus, & illi sunt rationem mox reddituri, & pœnas luēt. Vos vero in ocio eritis & quiete perpetua.

Sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deū. Accedit pręterea, quod ad consolationem plurimum valeāt, fusæ ad deum precationes, & gratię actę. Nam quo iure in futurum quispiam beneficia postulabit, qui pro olim acceptis nihil prę se gratitudinis tulerit? Sunt itaque pro vniuersis quæ nobis obtigerint, siue prospera siue aduersa sint illa, grates deo agendæ. Nam orationes huiusmodi, quæ C ex grato anima prodeunt, notiora faciunt deo quę petim⁹. Sunt nanque incognita, quę aliter postulamus. Oratiōes ad deum quid conferant.

Et pax dei quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda uestra: & intelligētias uestras in Christo Iesu. Pax, id est reconciliatio ipsa, quā cū humano genere fecit, omnem profecto excedit mentem non solum humanam, sed angelicam insuper, perinde ac si dicat. Ita nos a malis exemit deus, vt neque comprehendi sensu id aliquo possit, neque cogitatu complecti. Quis enim vnquam futurum sperasset, vt nobis aduenirent tot bona? Vt essemus cum deo, nostris flagitijs exasperato, in gratiam redituri, foreque vt nos ille ita seruaret, vt quæ praua sunt, ne cognitione quidem attingeremus. Vel pacem dicit, quam dominus dixerat se nobis relinquere. Ea enim istiusmodi pax, mentem omnem excedit & cogitatum, quanto magis dei substantia comprehendi non poterit? in Christo autem Iesu custodiat, inquit, hoc est, in Christo seruabit, & ita tutabitur, vt nequeant ab eo excidere, qui a pace hac seruabuntur. Ioā. xiiij. Pax mentem oēm excedens.

De cætero, Fratres quæcunque sunt uera. Hoc est, quæ sunt virtute imbuta. Mendax enī deprehenditur cum sua voluptate nequitia.

Quæcunque pudica. Hæc quidem contra hos faciunt, qui terrena hæc sapiunt. Supra. cap. iij.

Quæcunque iusta. Contra eos, quorum deus est venter.

Quæcunque amabilia. Hoc est, quæ deo sunt & hominibus grata. Id autem eos con-

monefacit, vt neminem plane offendant.

Quæcunque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ. Vides quemadmodum hos velit vt vel coram hominibus bona prospiciant. Neque illud simpliciter sed cū virtute. D

Prouidenda bona coram hominibus.

Hæc cogitate. Cum per cogitationem praua facinora committantur, hæc (inquit) quæ dicta sunt, mente vos agitate.

Quæ & dedicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me. Quia longum fuisset repetere omnia breuiter nunc & summatim, sic inquiens vniuersa concludit. Quæcunque vel didicistis, vel audistis, vel ex me prædicante accepistis, in me hauddubie re ipsa conspexistis & factis. Id enim dictum a multis est vsurpatum, optima quidem est institutio & doctrina, vt seipsum quispiam in exemplum proponat spectandum.

Hæc facite. Non solum inquit (vt dictum est) cogitatione & dictis nitamini, sed opere & actionibus.

Et deus pacis erit uobiscum. Hoc est tranquillo futuri estis. Nam si per virtutem videlicet pacifice cum deo & hominibus nosipsi gesserimus. Eram enim, inquit, cum his, qui me oderunt pacificus. Aderit hic vobis profecto. Nam si se fugiētes insequitur, quo pacto non erit petentibus se affecturus.

p̄s.cxix.

Gauisus sum autem in domino uehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire. Nequaquam sum (inquit) gaudio ipse tali affectus, quale vel mundus, vel præsens hæc vita solet afferre, sed ea quę in domino constat iocunditate. Neque quia ipse conquieuisse, sed quia vos profecisse intelligebam, magnopere sum lætatus. Vehementer vero eo subiecit, quia in eorum id omne fiebat vtilitatem. Tacite autem & hos arguit præteriti temporis negligentiæ, perinde ac si ad continuam largitionem comonefaciat. Id tamen adumbrans reticet, nec apertius explicat. Tandem vero aliquando cum dicit, temporis diuturnitatem prætendit, quasi longo post tempore resipuissent. Refloruistis autem, ex arborum metaphora traxit, quæ & si plerunque exaruisse sint visę pullulant tamen & reflorescunt. Tanquam id inquiat. Vos quidem florentes cum essetis vestra egētibus largiendo, & quæ recta sunt operando, aridiores estis tandem effecti, quia eleemosynas impartiri desides eratis. Refloruistis tamē nunc demum, quia pristinam & optimā illam donandi repetistis consuetudinem. Fit itaque, vt sicut in eorum vituperationem id cedat, ita & laudem. Neque enim parui debet existimari refloruisse tandem, qui semel aruerit. Sed ne quis forsitan hos arbitretur vel cæteris item in rebus imprudentius se gessisse, adiecit. Pro me sentire, hoc est, in mei cura suscipienda, & necessitatibus meis satisfaciendo. Quętendum vero cur qui ita inquit, beatius est dare quam accipere. Et ad Corinthios. Bonum est mihi potius mori, quam vt gloriam meam quis euacuet, nunc oblata accepisse deprehenditur? Non temere id factitabat apostolus. Nam a corinthijs quicquam accipere abstinebat, ne infensos haberet falsos apostolos. Qui & si clam ab his multa exigerent gratis se Christi euangelium apud hos prędicare dissimulabant, vt in quo, inquit, gloriam habent deprehendantur vt ego, neque enim frustra dixit euacuabitur gloria mea, sed in regione Achaiæ. Quandoquidem, inquit, & alias ecclesias expoliaui. Ex quadam itaque dispensatione tunc temporis ne quid acciperet, cauebat apostolus, vt cęteris scilicet esset exemplo, & pręcipue falsis apostolis. Hic vero erat amabiles nactus & desideratissimos largitores, quos proculdubio ostendisset, si eorum dona repudiasset, alioqui istiusmodi donorum susceptio, largientibus conferebat, quippe, qui ex largitionibus hisce plus ipsi vtilitatis assequebantur, quam qui illas exciperent. Dicere autem, beatus esse alijs contulisse, quam accepisse, non munerationem interdicit pro præstita opera, sed comparatione quadam quid e duobus sit potius patefacit, nec prętere a quia cęteris metallis aurum præstantius sit, eo prohibemur argento potiri. Cęterum de exercitatione ibidem & prętanda opera differit, & ita vt sic fieri necesse sit. Nam si vel vinculis præpedito, vel ęgritudine affecto, operandi intercipiatur occasio, quid illi agendum? num ab his quę offeruntur tunc abstinendum vt famæ sit pereundum? Minime. E F

Apostol⁹ ab alĳs accipere nolēs cur ab ĳs nunc expectat.

i.Cor.ix.

Ibidem.

Merces debita repudianda non est.

Sicut & sentiebatis. Hoc est, vt cordi quidem me habebatis, ita suscepistis & curā & menti erat necessitatibus meis prospicere. Id nanque vobis est non insuetum, vt mei curam geratis.

Occupati autem eratis. Neque enim vestrę id negligentię, sed necessitati est adscribēdum quod intermissio aliqua vestri in me & in cæteris beneficĳs facta sit.

Non quasi propter penuriam dico. Non enim eo vos culpo, quia in rerum sim penuria

A constitutus, & vti quæ mea sunt cogitem.

Ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Ex longa, inquit, exercitatione & consuetudine didici paucis vti & minimis rebus esse contentus. Vides quemadmodū factu difficile sit, vt ea quæ satis esse videntur, afferant cuiquam iucunditatē, nisi qui sciat & inopiam pati, & in huiusmodi patientia sit diu exercitatus.

Scio & humiliari & abundare. Hoc est & paucis vti noui, & inediam tolerare, & rursum affluere. Dicet aliquis. Quænam ista est virtus, vt abundare quis sciat: & famem perpeti? Ingens nimirum. Nam longe plures rerum luxuries agit præcipites, quam ipsa egestas, & ad multiplices animum intendit cupiditates, & multo absurdiores. Verū quo pacto hanc copiam callebat apostolus? Quia quod ille susceperat, impartiendo aliis consumebat. Neque in nimia rerum abundantia gestiebat lætitia, sed æque se vt satietate, & in egestate habebat. Neque ex hac soluebatur in luxum, aut ex illa opprimebatur. Luxuries multos pcipitat.

Vbique & in omnibus institutus sum. Vbique hoc est quouis loco & tempore. Et in omnibus, hoc est in quibusuis rebus: quę accidere solent, experientiam cœpi.

Et saturari, & esurire, & penuriam pati. Israelitæ neq; famem tolerare didicerant, quippe qui eiusmodi in deum iactauerint, non potest deus mensam nobis parare, neque cibo explere. Comederunt nanq; & ingurgitati, & calcitrabāt. Paulus vero & cæteri qui Christum viuendo imitabantur, haud ita se gerunt. Ostendit itaque ex his, neque mœrore se ps. lxxvij

B fuisse affectum cum nihil sibi Philippenses conferrent, neque illis nunc conferentibus (vt fert mortalium animus) gaudere, sed ex eorum profectu lætari magnopere.

Omnia possum in eo, qui me confortat Christo. Postquam animaduertit magna quædam de se prædicasse, haudquaquam, inquit, mea hæc virtute effeci, sed Christi: qui tantum mihi robur suppeditat.

Veruntamen bene fecistis communi tribulationi meæ. Dixerat se satis habere. Verū ne Philippenses ab se offendantur, perinde ac si animo non libenti ab his oblata exciperet, vel vt minus necessaria duceret quæ illi contulerant. (Solent enim offendi, qui beneficia conferunt, cum aliquid asserentibus se non egere contulerint) dicta hæc sic inquiens moderabatur castigatque. Veruntamen bene fecistis, hoc est vel si nil ipse indigeam, fuere tamen per vos quæ mihi dono transmissa sunt grata. Aduerte prudenter rem ipsam vt extollat, cum inquit. Tribulationi meæ communicantes. Nam & pares sibi hos facit, tanquā inquiat. Ipse equidem patior. Verum cum mei sit per vos cura suscepta, nequaquā vos impares mihi in meo certamine deputaturus est deus. Ex superioribus autem dictis: illorum in se pellexit beneuolentiam. Ex eis vero præsentibus, eorundem incendit in largiēdo volūtatem, & roborat promptitudinem. Pauli prudentia

Scitis autem & uos Philipppenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli. Quia visus est hoc superius, aliquantulum incessisse, cum diceret. Iam aliquando tandem refloruistis, nunc se prudenter excusat. Quod autem visus sum inquiens, vos offendisse, non vt a vobis quippiam accipere vellem id egi, sed quia admodum sum vobis confisus, & occasionem vos

C ipsi obtuleratis, vt qui omnium primi cœpistis necessaria mihi suppeditare. Vnde & ipse accepta fiducia obiurgasse vos video, qui a vestra & pristina consuetudine ne desciueratis. Ingens sane hęc laus. Et quia in euangelij ipsius primordijs, & cum non modo apud vos permanenti necessaria mihi subministratis, sed etiam ex Macedonia abeunti, hoc est vbi vestræ regionis excessi confinia, non enim vlla ecclesia mihi dedit, inquit, sed nulla communicauit. Ea ratione vt pro carnalibus spiritalia capiens commutaret.

Quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. In magnā hoc illis vel laudem cedit, quod in metropoli residens Paulus, & vrbe maiori a minori, & tanto studio aleretur. In vsum autem necessarias dicit impensas, non enim delitias deposcebat & luxum.

Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Cum humile quiddam & tenue dicere videatur, vbi quę in visum sunt, dixit ne hi ex istiusmodi dictis forsitan superbirent, sic inquit. Haudquaquam hæc dixerim, quia vestra dona deposcam, sed vestri commodi gratia, vt fructum vos referatis, qui in vestra sit ratione, hoc est, qui vobis conducat. Vides quemadmodum & hi tribuendo, emolumenta non mediocria vendicabant.

Habeo autem omnia & abundo. Quoniā dixerat, nihil quæro, ne hos rursum ad id offi-

cij faciat segniores. (Nā qui beneficia conferunt quanto magis sapientiæ student, tanto etiam acrius ab his & gratias exigunt, qui illa acceperint.) Habeo, inquit, & abundo, hoc D est ex his vestris in me recentibus beneficijs non modo quæ per vos antea desita sunt suppleuistis, sed abunde nimis largiti iam estis. Porro cum habeo dicit, quasi debitum esse id aliquod arguit, quod habere se asserit, ne illi gloriȩ ducerent, quia se beneficio affecissent. Contra vero & hos consolatur: & lætitiā affert, cum adstruit longe hos plura q̄ tenerentur, dedisse. Quippe qui ad abundantiā munera, non ad necessitatē sibi transmiserit.

Extollit data sibi munera Paulus.

Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis hostiam acceptam placentem deo. Vah quo celsitudinis istorum munus euexit. Non em̄ ipse (inquit) per vos transmissa suscepi, sed pro me deus. Quocirca & si his ipse minus indigeam, haudquaquā vobis sit curæ. His nanque & deus nil prorsus indiguit, accepit tamen & seruat. Suauitatis odorem cum inquit, illud est in sacris literis imitatus, odoratus est dominus odorem suauitatis. Vel eo dixit, vt eleemosynam arguat deo suauissimam.

Ge. viij.

Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum, secundum diuitias suas in Christo Iesu. Cum dixisset superius. Et si occupati eratis, hoc est & si vobis res familiaris esset angustior, opto tamen & precor, vt quæ satis sint habeatis. Si enim hi philosophorum vitā vixissent, haudquaquam his corporea precaretur, sed cum homines essent, præsenti huic vitȩ adducti, tenerenturque & prȩsentium rerum cupiditate, desiderat his non abundantiam & nimium luxum, sed necessarium copiam rerum. Impleat inquiens, omnem necessitatem vestram, hoc est vt nulla re egeatis, quam vita hæc exigit. Deinde ne videatur hos nimium E ad rerum angustias cogere, secundum diuitias suas, subiecit, hoc est qui æque & vobis & abunde potest necessaria impartiri, vt eius ad gloriam vti his bonis alliciat. In Christo autem Iesu potest sic intelligi, videlicet hæc in Christo Iesu facturus est, id est illius intercessu. Vel etiam eam ad gloriam, quȩ Christo defertur adduci.

Terrena quoq; paulus discipulis cōprecant.

Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, amen. Quia Christi gloriam dixit, arguit hoc loco eandem & patri communem esse.

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Haudquaquam exiguum est beneuolentiæ argumentum, per literas impartisse salutem.

Salutant uos qui mecum sunt fratres. Aderant enim & Paulo ex vrbe oriundi plerique nil tamen idonei, vt apostolatus munus susciperent. Solus tamen Timotheus aderat ad rem tantam accommodus, quem vnanimem superius dixerat. Neque hos quidem qui se cum essent fratres dicere dedignatur.

Timotheus Paulo vnanimis Cap. xi.

Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Hos etiam in fide obfirmat, ostendens vel imperatoris familiam, prædicationem hanc attigisse, vtque si hi qui in regia diuersantur: cæteris rebus contemptis, Christum dominū sectarentur: quāto magis & hos, qui his essent longe inferiores, id facere obstringi & cogi significaret. Indicat prȩterea se apud hos Philippensium commemorasse virtutes. Nā alias nec salutē his impartirent, qui in regia essent: nisi Paulum audissent istorū benefacta laudibus extulisse.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen. Pro sua consuetudine Paulus in comprecatione concludit epistolam, commonefacitque Philippenses quicquid in sese F inesset virtutis, Christi gratia assecutos se fuisse existiment, neue ob id inani gloria efferantur, futurumque vt perpetuo Christi cum eis maneat gratia, si minus superbiant. Velim itaque omne virtutum genus in vobis succrescere. Et ea præcipue virtus, quam vestra impartiendo exerceris, magis ac magis vt Christi munere augescat: sitque largitio vestra hæc vobis profectui, & nobis egentibus vel potius Christi gratia mala tolerantibus, suæ bonitatis liceat diuitijs frui, cui gloria sit & potestas nunc, & in perpetuum, & in seculorum secula Amen.

Missa fuit ex vrbe Roma per Epaphroditum.

A Argumentum in epistolam AD COLOSSENSES.

Colossenses, non Rhodij (ut quidam existimant) sed Asiani, sicut & Laodicenses. Et ipsi præuenti fuerant à pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim uerbum dei ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso per Tychicum diaconum, & Onisimum acolytum.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES THEOPHYLACTI PROLOGVS.

ET SI OMNES PAVLI EPISTOLAE SANCTIMOnia pollent, *illæ tamen præcipuè, quas ex carcere & uinculis transmittebat. Nec secus quam uictor aliquis inter stragē ac cædes statuēs trophæa, literas conscribit. Non enim nescius erat permagni id esse, & ad gloriam*
B *sibi ualere quàm plurimum, qui in istiusmodi pressuris & malis mirum in modum gloriabatur. Nam & ad Philemonem scribens, genuisse se hunc in uinculis refert. Quod eò dixit, ne & ipsi dura & grauia ne formidemus, sed ut in his tolerandis laudem conquiramus. Pleræq; autem istiusmodi ab eo in carcere sunt conscriptæ epistolæ, cuiusmodi ad Ephesios sunt, & ad Philemonem Timotheumq́ue, ac Colossenses. Præterea hanc uinctus cōscripsit. Vt enim ad Romanos, Hebræosq; non antè conspectos scribebat, sic ad hos scribit, quos nondum uidisset. Enimuerò apud hos erat Archippus, cuius curæ (ut mihi uidetur) fuerat ecclesia quædam demandata. Illud autem, ad Colossenses ut scriberet, eum induxit. Ab his nanque prauum aliquod dogma erat nuper susceptum. Putabant nanque nequaquam per filium, sed per angelos ad deum & patrem uiam patere, absurdum existimantes dei filium credere ultimis seculis aduenturum, quandoquidem in ueteri testamento angelorum cuncta ministerio gererentur. Seruabant præterea & Iudaica pleraque instituta, & gentium mores, dies cauendo horas, & escas, quæ oia cum corrigenda essent, apostolum ut hanc epistolam scriberet, impulere.*

Epistolæ Pauli in vinculis scriptæ maxime pollēt sanctimonia. Cap. vnico.

Dogmata quibus īplicabantur Colossenses.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS *apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei.* Initio statim & tacite Colossensium sustulit dogma, cum Christi se dicit, non angelorum apostolum. Idq; dei arbitrio fieri, quod eius sit, non angelorum apostolꝰ, si itaque pro dei voluntate apo-
C stolatus hoc munere fungor, perspicuum sane vera me prædicare. At qualia hæc sunt quæ prædicas Paule? Nimirum istiusmodi dixerim, quia per filium sumus ad patrem deducti, Gentiliumque & Iudæis traditionibus liberati.

Et Timotheus frater. Ergo & Timotheus ipse cum esset apostolus, merito erat istorum cognitioni insinuandus.

His qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Phrygiæ ciuitas Colossæ, quæ nunc Conæ dicuntur, quod vtique potest, quia Conas has dicimus internosci, & Laodicæam habent propinquiorem. Verum vnde hanc estis vos sanctitatem adepti? nōne ex baptismo in Christi morte, iam instituto? Vnde fideles effecti? nonne quia in Christum creditis, & per CHRISTVM tanta sunt vobis mysteria credita? Fideles itaque non solum sumus ex fide Christi, sed quia à deo nobis sunt mysteria demandata, quæ nec angeli ipsi cognorant. Vnde & fratres nos redditi. Num ex operibus & nostris officijs? Minime. Sed in CHRISTO. Cur ergo angelis, quod ad patrem deducant, ipsi adscribitis?

Colossę Phrygiæ ciuitas iuxta Laodicæam.

Gratia uobis, & pax à deo patre nostro. Christi hoc loco nomen, & si illi sit non insuetū, nullum adiecit, ne si confestim aperte illos impugnet, respuere cogat eius sermonem. Dicturi sunt nanque qui spiritum paruifaciunt, vnde pater est vester deus? nonne

per spiritum patrem vobis esse hunc constat? Porro magna illa,& quæ omnem excedūt sensum,quis est elargitus?nonne spiritus?Cur ergo hunc ipse immunis. D

Gratias agimus deo,& patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes. Christus noster et dominus, non qui seruiunt angeli. Eius autem nos beneuolentiā non solū gratias deo agendo,& pro his assidue deprecando apostolus patefacit, sed etiam quia nos antea nunquam vidisset, menti haberet & cordi.

ps. xliiij. Matth. i.

Audientes fidem uestram in Christo Iesu. Gratias,inquit, nos agimus, quia per Epaphrā nobis renunciata fides est vestra,non quæ in angelis consiet,sed quę in Christo. Christi autem nominibus illos anticipat,quę profecto in nos benefica sunt, Christus quia pro nobis est vnctus:& Iesus est dictus,quia & populum a peccatis saluauit.

i.cor.ix.

Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Non eam dixerim,quia in hunc illūve estis affecti beneuolentia,sed qua in omnes,& nosipsos. Quo fit,vt æquo me & libenti animo sitis audituri. Sunt tamen hæc captantis beneuolentia verba. Videtur autem mihi,quē admodum alibi dilectionem hoc loco pro eleemosyna, & bonorum communicatione præsentium posuisse.

Propter spem quæ reposita est uobis in cælis. Colite,inquit, fratres non humanarum spe rerum,sed futurorum bonorū expectatione. Vel eo gratias agimus,quia hęreditatē estis immortalitatis vos habituri. Neq; bona huiusmodi seruantur in terris, vt corrumpantur,sed in cęlis conduntur. Ibi nanque certa sunt & stabilia hęc bona futura. Nihil ergo de spe hac ambigendum,quæ in tuto seruatur. Hęc autem ad eos intendit, qui tentationibus afflictantur:nec vllum in hac vita ocium quærant,neue cum tentantur,succūbant. E Sunt enim viriliter obsistendo ingentem habituri mercedem.

Euāgelic⁹ sermo veritatis

Epaphras

Quam audistis in uerbo ueritatis euangelij. Non enim prædicationis dixit,sed euangelij,vt his dei commemoret beneficia. Euangelium nāque de rebus optimis disserit. Quod cum sermo sit veritatis, nil in eo inest mendacij. Cur igitur vos quasi mendacij illud arguitis, quia minus creditis vt estis ab eo īstructi, per CHRISTVM videlicet dati ad salutem ingressum? Epaphras autem erat (vt ex sequentibus liquet) qui Colossensibus euangelium prædicabat.

Quod peruenit ad uos,sicut & in uniuerso mundo est. Non secus ac animatam rem aliquā ad vos dixit euangelium peruenisse. Et quoniam plerique tunc maxime confirmantur,cū alios habent qui secum sentiant,& vniuerso mundo adiecit. Est nanque euangelium id, quaque diffusum,& perstat vbique & firmum est.

Et fructificat, & crescit. Fructificat quidem operibus, crescit ex credentium continua multitudine ad fidem admissa. Non enim fructum deferret,nisi robore accepto & viribus quotidie inualesceret. Et arbores cum altioribus radicibus obfirmantur fructus producunt vberrimos.

Sicuti & in uobis. Anticipat (vt superius fecit) hoc laudibus, perinde ac suis erroribus obduratos,tanquam id inquiat. Si vt omnibus, ita & vobis prædicatum est euangelium: cur aliter,quam acceperint inter vos sentiunt multi?

Ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in ueritate. Fructificat, inquit, in vobis F euangelium & augetur vel ex ea die,qua gratia vobis innotuit. Quomodo? Non per fallacias & commentitia verba,sed in veritate,hoc est signis & operibus admirandis.

Sicut didicistis ab Epaphra. Sic,inquit,gratiam re ipsa nouistis, vt vos Epaphras edocuit. Neque enim aliter hic quam gestæ res sunt prędicauit.

Charissimo conseruo nostro. Viri huius integerrimam fidem ex his patefacit, perinde ac si dicat. Neque enim hunc ipse amore prosequerer, nec conseruum quidem appellarē, nisi vera prædicando instrueret.

Qui est fidelis. Hoc est veridicus.

Minister pro uobis Christi Iesu. Nostri vicem supplendo,quę Christi sunt ille ministrat. Nam quod ad Paulum se hic contulisset,& eundē esset in vinculis consolatus, & significasset quæ apud Colossenses tunc gererentur,Christi hauddubie ministerium pręferebat. Si itaque Christi minister est Epaphras,& recte omnia prædicauit, quo pacto ipsi asseritis per angelos ad patrem traduci mortales.

amor stabilis qui ex spiritu constat.

Qui & manifestauit uobis dilectionem uestram in spiritu. Hoc est spiritalē,qua estis erga me affecti beneuolentiā. Hic nanque firmior est & stabilis amor,qui spiritu constat. Reliquū vero beneuolentiæ genus,siue natura sit illud, vt patris in liberos,siue ex amicitia & animorum coniunctione,quale esse inter amicos solet,instabile est & infirmum.

Ideo & nos ex qua die audiuimus fidem uestram & charitatem, non cessamus pro uobis orantes.
A Quid illud? Id sane quia ab ea vsque die qua vestram cum fidem tum charitatem agnouimus, & de fide futuris vt optima vobis spes esset, pro vobis oramus, nec ad vnum duosve dies vsque hæc audiuimus. Aperit præterea suam erga illos beneuolentiam, ac tacite arguit, vel se pro his deprecante, nondum tamen hos ipsos prorsus a prauis erroribus vendicasse. Attende autem vt multum sit & assiduis precibus innitendũ, quando & Paulus orans, & si nihil proficeret, haud tamen orando desistat. Orandũ assidue.

Et postulantes ut impleamini agnitione uoluntatis eius. Neque imperfectos ex his, neque perfectos omnino hos arguit. Non enim vt accipiatis, inquit, sed vt impleamini: tanquã id inquiat. Dixerim equidem vos aliquid iam assecutos, sed non omne quod necessarium est. Illud nanque quod sitis ad deum deducti, nil ignoratis: quod vero filij id sit intercessu effectum, vobis cum desit lateatque, precor suppleri. Id nanque vult deus, idque illi bene placitum fuit, vt filium pro vobis, non angelos traderet. Agnitionem autem scientiæ additionem intellige.

In omni sapientia & intellectu spiritali. Cum a philosophis circunuenti, grauiter hi fallerentur, velim vos, inquit, in spiritus sapiẽtia, non hominum doctrina, verum dogma perdiscere, quorum nunc erroribus irretiti, scire vos aliquid existimatis. Quod si vel dei volũtas spiritalẽ hanc exigit sapientiam: quid de his inquiet aliquis, qui diuinam substantiam exteriori hac & humana sapientia tenere se iactant. Philosophi fallaces.

B *Vt ambuletis digne.* Precor, inquit, vt perdiscatis per vnigenitum vobis fuisse salutẽ paratam, vt vos ambuletis, hoc est vt officiose & cum virtute, vitæ huius pericula transigatis. Nam qui dei didicerit benignitatem, & quod filium pro nobis tradiderit: quo pacto non debet omni studio niti, vt virtuti insudet, suamque & ipse crucem attollat? Ambulatio enim (vt dictum est supra) vitam & conuersationem prætendit. Vbique Paulus cum fide & vitam coniungit. Vel igitur: neque id duntaxat precibus ipse deposcam, vt spiritus imbuamini disciplina, sed vt opere hanc, & optimis actionibus præferatis. Nam qui recte habuerit notionem, si recta minus exequitur, pœnas luet. Aduerte autem, quemadmodum, vt per ambulationem vitam semper hic exprimat: arguens, vt nobis necessarius est ipse incessus, quod pedibus scilicet eatur, sic & optimum viuendi modum maxime profuturum.

Deo per omnia placentes in omni opere bono. Velim, inquit, ita viuatis, vt deo placeant semper quæ geritis: quod fieri haudquaquam aliter poterit, nisi ea quæ bona sunt, operemini. Vbi enim inerunt benefacta, ibidem quod deo & gratum sit inuenitur. Aduerte autem quemadmodum in omni sapientia, rectisque operibus: & deo placentibus, & in omni animi magnitudine, omnium summam deponat, arguens aliquid eos iam adeptos esse virtutis, nondum tamen ad perfectionem venisse: foreq; necessarium, vt quod perfectum sit assequantur.

Fructificantes & crescentes in scientia dei. Quemadmodum, inquit, maiorem estis quã vestri progenitores dei notionem adepti: sic etiam viuendo debetis pro vestri sensus & C cognitionis mensura succrescere, & in dei scientia fructum afferre. Nam vt dei quis cognitione dignetur, & hunc in modum filius dei efficiatur, quanta virtute est opus? Vel quia necesse est: vt in bonis operibus fructificetis, & deus erit per vos cognoscendus. Nõ ea cognitione qua modo hunc cognouistis. Quid enim benefacta proderit vita, si deum hunc ignoratis? Attende præterea, vt superius diuinam scientiam dixerit fore admodũ necessariam, vt secundum deum incedendi dignitas seruaretur, nunc rursus eandem bonis operibus auctam exigat, vt simul & dei quis habeat rectiore cum vita cognitionem. Alterutrum enim se inuicem roborant. Quo pacto quis dei filius efficiatur.

In omni uirtute confortati. Precamur, inquit, vt impleamini, & omni sitis stabiliti virtute Verum quamobrem? Vt aduersus tentationes persecutionesque ipsas sitis validiores, ne in his vel animus hebetior sit, vel desperet.

Secundum potentiam claritatis eius. Vt tales vobis, inquit, vires sufficiant, quales vt conferat par est: inexplicabiles scilicet & infinitas: alioqui vt a mortali excipi queãt. His autem dictis hos admodum consolatur. Neque enim vires dixit, sed quę longe præster, potentiã haud secus ac si diceret. Vbique illius gloria dominatur. Nequaq̃ igitur vos duris & asperis in rebus remolescite, fortitudinem enĩ accepistis & robur, vt æquum est his vires suppeditare, qui deo inseruiunt, cuius tanta sit potestas & gloria.

In omni patientia & longanimitate. Fortiores quidem in omni patientia, vt alienis & extẽ

ris obsista tis effecti longanimes, vt vos inuicem toleretis. Vtitur enim tunc animi quis D
magnitudine, cum eos tulerit, in quos licuisset vlcisci. Sustinet autem quos nequeat vin
Longanimitas. dicare, eoque & in deū nulla cadit penit⁹ tolerantia, sed longanimitas quadam, vt qui cū perdere queat, patitur tamen & sustinet, quia longanimis in omni, hoc est perseuerāti & perpetua. Vt itaque breui id dictum concludam, id sentit apostolus. Orādo id ipsi expo scimus, vt perfectiorem possitis dogmatum percipere cognitionem. Neque in humana aliqua sapientia, sed spiritali, & vitam virtute præditam assequamini, vt tentationibus constantius occurratis, robore accepto, quale vt ęquum est, a deo conceditur, alienos vt patientius, toleretis & in fratres longanimitate vtamini.

Cum gaudio gratias agentes deo patri. Cum esset eos obiurgaturus, vt qui dogma aliquod induxissent a recto admodum alienum: mitiori vtitur oratione, ne prę odio hos videatur arguere. Orditur itaq; inquiens. Et si varia vobis sum comprecatus, vt semper antea consueui, nil certe id vel maleuolentiam præfert vel odium. Subdit itaque. Et libēter gratias ago, pro collatis a deo pręteritis in vos beneficiis. Quo fit, vt non ex odio vos ipse incusem, sed ex beneuolentia & charitate. Vellem tamen perpetuis mihi liceret efferre
i. Cor. xi. vos laudibus, sed necessario ad increpationes descendo. Hunc ipsum & ad Corinthios seruat dicendi modum. Tacite autem de vnigenito sermonem aggreditur. Libens itaq; mearum hæc gratiarum actio, bonorum magnitudinem præfert, quam olim vobis peperatis. Hæc autem vobis, non angeli, qui subditi sunt, sed id filius dominus contulit. Verū E
In tristitia agi debent gratiæ. cur dixit, gratias ago vel gaudens? Quia possunt & gratiæ in tristitia agi, quales & Iob illius fuere, qui dolens gratias egit, dicens. Dominus dedit, dominus abstulit. Si enim ab
Iob. i. eo dolorem quis auferat, & laudem tollat necesse est, si ex tanta iactura, vt stupens & insensibilis nullo mœrore affectus tulisset prę se patientiam, quin potius moderabatur hic quidem doloribus, nil tamen feriebatur.

Qui dignos nos facit. Tanti, inquit, illius sunt munera, vt non modo opulentos reddiderit, sed & vires suffecerit, vt nihil immerito videamur ab eo opes has accepisse. Exēpli gratia. Imperator aliquis tenui cuidam, & fortunæ sordidioris, prouinciam credidit procurandam. Contulit quidem huic dignitatem, nil tamen tanto magistratui dignum effecit, promerito vt dignitatem hanc gubernaret, quo fit vt tantus illi delatus honos ridiculum sæpe pręstiterit. Deus vero & nos honore prouexit eosdemque ad promerendū idoneos fecit. Geminatur itaque honor cum ad munus accedat collata sufficientia.

Sors quō *In partem sortis sanctorum.* Hoc est, vt inter sanctos diuersaremur constituit. Nec simpliciter adeo, sed hisdem frueremur nos bonis concessit, quod cum sortem dicit, ostendit. Potest enim & quispiam eadem in vrbe ciuis institui, haud tamen cum cæteris partem sortiri: & contra, eadem in sorte constare, non tamen æquam habere cum cæteris
Lu. xvij. portionem. Tanquam id dicat. In eadem sumus omnes ecclesiæ sorte, sed partibus diuersis potimur. Hic vero nos & sortis eiusdem, & portionis dignos effecit. Sortem autem vbique appellat, vt ostendat quemadmodum sors nulla obueniat humana solertia, sed casu quodam, & fortuna potius terminetur. Ita & nos nullo nostro vel officio, vel virtut cælesti dignamur imperio, sed dei munere quodcunque est boni, ad nos F
defertur. Propterea dominus īquit. Dicite quoniam inutiles serui sumus, fecimus quod facere debeamus.

In lumine. Pręsenti scilicet & futuro, hoc est scientia. Nā reuelatis nobis mysteriis & lumen viuentibus præbuit, vt futuro in seculo fulgentiorem lucem elargiretur.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum Neque enim solum magni id est faciendū, quod
Roma. i. cœlesti nos donauit imperio, sed etiam quia in tenebris antea diuersantibus, claritatem ingessit. Non enim æquum id beneficium fuerit, quod indifferenter indignos pariter & dignos confertur, vt idem ad Romanos in epistola differit, inquiens. Vix enim pro iusto quis mortem subierit. Itaque qui sub tenebrarum sunt potestate, hoc est qui diabolicircunuentionibus & tyrannide subiiciuntur. Nec tenebras simpliciter dixit, sed tenebrarum sub potestate, quippe cum dæmon vobis dominaretur, & sui iuris fecisset. Est enim graue existimandum illi subesse, nedum eius potestati addici, quod sane grauius est. Nec præterea eduxit intulit, sed eripuit: ostendens seruorum in morem, in erumnis nos antea & calamitate fuisse.

Et transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Præstans sane id fuit, quod nos exemit e tenebris. Illud tn̄ præstantius, quod in regnū induxit. Nec frustra inuexit, sed vt cū filio suę dilectionis, hoc est cū suo dilecto, cælesti īperio potiremur, qui sibi antea essemus infensi & in

A tenebris versamur: quod item & alibi dicit. Si sustinemus, & simul regnabimus. Nec transposuit, inquit, sed transtulit, vt non id omne transferri id adscribat, sed arguat nos etiam ad eam rem contulisse. Ostendit præterea cum transtulit inquit, diuinæ potentiæ ad omne opus facilitatem: quę ita transferat, quemadmodum solent milites suos prȩfecti de loco ad locum ductare. Ro.viij. i.cor.i

In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius & remissionem peccatorum. Si enim nec redēpti essemus, nec remissa nobis praua fuissent facinora, haudquaquam translati ad cœleste imperium fuissemus. Christus ergo prȩuius fuit, vt tanto hoc munere a patre nos donaremur. Nec quidem solutionem dixit, sed redemptionē, hoc est perfecte nos ipse redemit, ita vt nec relapsuri amplius simus, nec mortem tanquam delicto obnoxij subituri. Cum itaque vos filius ipse redemerit, & ad patrem deduxerit, cur āgelos ipsos astruitis id muneris fungi? non autem eum, in quo dicit, de filio dicere? Redēptio plus q̄ solutio.

Qui est imago dei inuisibilis. Et naturȩ ipsius reuerentiam & dignitatis quæ filio insit, magnitudinem exponit hoc loco, imago inquiens dei est. Si dei imago, ergo a patre nil immutatus est filius, vel imagine ipsa alienus effectus. Neque enim paternȩ habes ꝓceritatis mensuram, vt afferre queas quanto sit interuallo filius patre minor effectus. Nā si esset dei imago humanæ mensuræ, quam pro corporum angustia vel amplitudine ipsa metimur, liceret forsitan tibi dicere, formatam effectamque imaginem ad priorem aliquam formam nil attingere. Sed cum imago hȩc vt deus sit, & dei vt filius, persimilis erit
B ei quæ in deo est & patre effigies. Et inuisibilis, ideo scilicet, quia videri nō potest. Apud nos autem quia hominum arte (quȩ fallitur) sæpe effingantur imagines habere nequeunt conformitatem, vt similes sint. In deum vero nihil istiusmodi cadit, eoque certior est filio, & vera cum patre similitudo. Quod si nequaquam esset patri persimilis filius, quod īpedit, quo minus nec angeli ipsi veram dei imaginem præferant? Sunt nanque & hi inuisibiles, haud tamen dei esse imagines astruuntur: quinetiam sacrarum literarum subtilis & perspicax contemplatio, Hominem quidem imaginem dei appellat & filium dicit, angelos vero nequaquam. Quia angelicȩ naturæ celsitudo, celerrime ad impietatem audito res impelleret, existimantes cum deo parem angelum dignitate. In homine vero vilitas ipsa & huīlitatis præsumpta opinio, certiores nos facit, vt nihil huiusmodi suspicemur. Intellige igitur ex his filium dei esse imaginem & inuisibilem. Cū itaque constet & imaginem esse, ab angelis ipsis secernitur, qui etsi inuisibiles, non tamen imagines esse dicuntur. Quod autem inuisibilis, a mortalibus ipsis seiungitur, qui & si imagines sint, non tamen videri non possunt. Restat ergo, vt solus filius imago sit dei, & illi persimilis. Quod si adhuc institerint Arriani, afferant minus esse imaginem priori formæ substantia parem, audiant scripturam dicentem. Seth Adæ præfert imaginem, si Adæ imago Seth, ergo & illi consubstantialis habebitur. Perspicuum itaque, quæ hominum sunt artificio confictȩ imagines, absimiles esse substantia. Quæ vero natura, omnino esse conformes substantia & æquales. Hoīem imaginem dei appellat. Gene.v. Seth adæ p̄fert imaginem.

C *Primogenitus omnis creaturæ* Cum filium dixisset inuisibilis prȩferre imaginem, mox omnis & creaturȩ subiecit. Huc prodeunt Arrianorum molitiones. Cū eīm, inquit, anteq̄ cætera crearentur, filius dicitur generatus. Prmus ergo creatorū oīm filius. Nō eīm qui prior est cōditus, sed primogenitus dixit, nisi forte huic vel germanos attuleris, vt ranas, & lapides, & hmōi alia, feceriscꝫ hunc eadē cum cȩteris vel abiectioribus constare substātia. Nam qui primo est genitus, ȩquā erat cū his sortitus substantiā, quos genitura præcesserit, quȩ blasphemia in vestra velim recidat capita. Est plane impium istiusmodi aliquid de imcomparabili illa creatoris maiestate cogitare, ne dicā asserere. Vel aliter. Nō eīm in sacris literis primogenitus dicitur, qui alios habeat post se generatos, sed simpliciter qui prior est ortus. Sic enim & dei parens Maria virgo secundum carnem hunc pepērit primū, qui nullos haberet post se germanos, ex vtero virginali productos, & hunc in modū primogenitus est appellatus. Sic etiam & ex patre primogenitus non aliorum respectu q̄ condita sunt, vt hæretici sentiunt, sed absolute scdm supernā illā creationē, patris est primogenitus. Quid igitur sibi vult Paulus? Nimirum vt Colossensium cōfutet & refellat opinionē, vt nō existiment vnigenitū angelis esse recētius procreatū. Tāetsi maiores illi & veteres patres, ꝑ hos ad deū deducerentur, cū in p̄senti filio sit id officij demādatum. Vult autem illud Paulus demonstrare, anteq̄ aliquid crearetur, filiū esse. Esse aūt, quia genitus. Ergo & angelis prior, & ita vt eos creauerit. Fit itacꝫ vt quod antea āgelorum fuerat in veteri testamento ministeriū, nunc filij sit. Aduerte apostoli prudentiam, Impigūt hic Arriani. Primogenit⁹ quis dicitur.

ne filium audiens quispiam ante omnia creata constare, existimet eundem careri principio edocet & patrem habere, & ab eo esse progenitum. Quandoquidem cum ipse, tum D reliqua constet a deo prodisse. Alioqui hunc patefacit a cęteris longe differre, siquidem a patre hic ortum ducat, vt filius. Illa vero tāquam creata per eundem sint filium condita, quod clarius in sequentibus aperit

Quoniam in ipso condita sunt uniuersa, in cælis & in terra. In ipso, hoc est per ipsum, vt idem deinceps monstrabit. Atqui quod ambiguum erat, ꝙ cęlestia scilicet, condidisset, plus expressit. Si itaque angeli per ipsum sunt conditi, quo ergo pacto priores hi erunt?

Visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omissa accuratiori devisibilibus disputatione, vtpote de quibus nil fit ambigendum, de inuisibilibus ipsis, de quibus dubitatio potest animum plerunque subire; particulatim nunc disserit. Neque enim & alia cælorum ornamenta sigillatim exposuit, quando a præstantioribus minora protendant. Inuisibilia siquidē dici & angeli ipsi, & archangeli possunt, & immortales hominum animi. Quo fit, vt per angelos & reliquos cæli ornatus designet.

Verba Ioānis Euāgelistę cap. i.

Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Ecce quod superius in ipso dixerat, nunc dicit per ipsum. Quemadmodum & Ioannes euangelista (Omnia per ipsum facta sunt) dixit. Omnia vero cum inquit, nequaquam est spiritum sanctum complexus Neque enim ex omnibus vnus, sed absolute vnus est spiritus, sicuti & vnus est deus, & dominus vn⁹. Quæcunque igitur facta sunt, per ipsum sunt condita. Proinde ne hunc ministrum forte aliquem putes, & in ipsum inquit, hoc est in eum pendent vniuersa: Nec solum hæc ipse creauit, sed eadem hæc continet, & ita vt si ab eius hæc prouidentia abducantur, pereant protinus, necesse sit. E

Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Eadem sæpe versat & repetit verborū frequentia, tanquam crebris adactis vulneribus, radicitus exitiale dogma, illud extirpet.

Paul⁹ Samosateus

Aduerte vt non ante omnia factus est dixerit, sed est ante omnia. Quod deo præcipue cōuenit. Vbinam gētium est Paulus ille Samozateus, qui asserit a Maria Christum duxisse principium, & in se tamen ipso, & tanquam in aliquo fundamento constare, esseque hoc pacto creatis cæteris primogenitum? Cum apostolus nequaquam primogenitum hūc cōsubstantialē creatis esse affirmet, sed vniuersa in eo deferri versarique.

Ecclesia quid.

Et ipse est caput corporis ecclesiæ. Cum de dei filij dignitate dixisset, de eius benignitate & charitate nunc meminit. Quandoquidem cum adeo cunctis præstaret, qui creauit & cōdidit vniuersa terrenis tamen se & humilibus hisce coniunxit. Neque ecclesię complemētum dixit, sed corpus, vt summam eius quam nobiscum habeat coniunctionem, demonstret, vtque & carnem eiusdē, qua & nostra constat substantiæ ceperit, non e cęlo. Ecclesiā autem pro vniuerso fidelium conuentu hic capit, perinde ac si dicat. Vel in ipso secundum carnem ortum, ante omnes, tanquam caput est genitus.

Qui est principium primogenitus ex mortuis. Principium, inquit, resurrectionis est ille, quia primus omnium resurrexit. Et quia dolores mortis dissoluit, merito primogenitus dicitur. Habet nanque quia primitias pręfert, qui se subsequantur. Est enim necesse eum qui primitias pręferat, nonnullorum habere primatum. Vtq; pro vno manipulo aliquo F pro primitijs debito messi vel reliquæ benedicentur: sic ipsi per eum ad vnū omnes sanctitatem sumus adepti, & corpore vno domini resurgente, natura omnis humana vt a mortuis excitaretur dignata est.

Christ⁹ ante omnia genitus.

Vt sit in omnibus ipse primatum tenens. In omnibus quæ circa eum nos contemplamur. Nam ante omnia a patre est genitus, & primus est omnium, vt ecclesiæ caput, surrexitque quam cęteri prior, quia tanquam his qui primitiæ sint, īmortalitatem donauit. Nā & si nonnullos dixeris ante hunc a mortuis excitatos quos ipsemet excitabat: iterato tamen mortui sunt Hic vero ita ab inferis resurrexit, vt nil vltra sit mortem perpessus. Attende autem quemadmodum hoc loco dictus est primogenitus, tanꝗ mortuorum primitię fuerit. Nam regeneratio eadem est, ibi nanq; nō præfert creationis primitias, & si primogenitus sit. Non est essentiæ modus, is quippe genitus est, illa vero creata.

Qui in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Plenitudinem diuinitatis videlicet, quam filius scilicet præferebat. Et verbū placuit ibi inhabitare, non operatione & actu, sed substantia. Nec vllā habet aliam quam afferat rei huiusce rationē & causam, pręter dei beneplacitum & voluntatem.

Et per eum reconciliari omnia in ipso. Per eū, hoc est ipse suapte opera hāc nobis peperit salutē. Verū ne forte existimes ministrū hunc cepisse conditionē, in ipso, inquit, hoc est,

A ipsemet homines sibi cõciliauit. & alibi idipm cõmeminit, cũ diceret. Erũt ergo hoc pacto q̃ patris sunt cõmunia filio. Neq; cõciliari dixit, sed recõciliari, hoc est debitũ reddere qđ antea debebatur. Vel q̃a adeo esset eiusmodi absoluta recõciliatio, vt nullę essent in posterum humano generi cũ eo inimicitię. Nec quidẽ solũ recõciliatio est persoluta, quin & reconciliationis modus est redditus, hoc est, ad id filij occisio maxime valuit. ij. Cor. v. Ephe. ij.

Pacificans per sanguinem crucis eius, Per reconciliationẽ quidẽ inimicitias p̄fert, per pacem autem bellũ. Nos enĩ deo & hostes eramus, & prçliũ aduersum se per nos gerebatur. Magna quidem reconciliationis est vis, maius tamen per ipsum & eius sanguinem. Per crucem insuper fide mortis cum patre in gratiam homines rediisse. Neque enim oratorum more in nobis conciliandis verbis est vsus, quin ipsum se tradidit. Neque crucem duntaxat dixit, sed eius adiecit, ne patibulum quoduis existimes aliquid per se virium nactum. Non enĩ id salutẽ parauit, sed eius patibulũ, id est mors, in quo ipse pependerit.

Siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Quæ in terris sunt, merito possint dici conciliata, quandoquidẽ singuli secũ ipsi homines dissentirẽt, & alios ĩpugnarent, & vitæ ipsi ãgelicę aduersarẽtur. Cœlestia vero quo pacto? Erat nimirũ ingẽs inter terrã & cœlũ dissidiũ, & angeli aduersus homines depugnabant, quippe q eorũ dñm spectassent iniurijs, & cõtumelijs affectum, & morte demũ. Eo q̧ ad inferendos hominibus cruciatus dimittebãtur, vt Sodomitis cõstat hos cõtulisse, & Dauid in gemit⁹ valle Iudçis. Filius itaque, homine in cœlũ sublato, q se vt hostis antea oppugnasset, ãgelos iussit in terris apparere, fidelibus singulis ĩcinẽtes, vt se seq̃rentur. Videtur aũt & Paulũ in cçlũ eo fuisse arreptũ, vt perspicuũ esset, & homines in cœlo versari, quo & fili⁹ fuerat assumpt⁹. Bifariã itaq; sunt res istæ terrestres pacatæ: & q̃a cũ cælestibus pace vtantur, & quia secũmetipse in gratiam rediere. In cœlis vero simplex q̃dam est pacatio facta, angelis recta suadentibus pro tantorũ hoĩm cõparata salute, mira iucũditate affectis. Quo ergo pacto asseritis per angelos ad patrẽ traduci mortales qui tm̃ ab hoc officio abfuere, vt nobis sint aduersati? Et ni oppugnarint, & ni Iesus nobis sibi conciliasset, nil pace hac frueremur. Quæ conciliata dicantur. Ge. xviij. & xix. ij. Regum xxiiij. i. par. xxi. Paulus in cœlũ arreptus.

B

Et uos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis. Dixerat supra sub tenebrarũ nos potestate fuisse, nunc vero sensu asserit inimicos. Nõ tamen id vt itidẽ exprimat, sed ne putes necesse sic fore, vt qui in tenebris versabamur, vel deo esse ĩfensos. & sensu adiunxit: vt arguat, plane, & si immeritos, reconciliatione tamen nos hac fuisse dignatos. Qui enim nõ vltro malis afficitur, misericordiã promeretur. Qui vero spõte in medijs se malis ingesserit, odio erit & maleuolentia dignus. Nos itaque, inquit, nequaquam ille inuitos aut compulsos, sed voluntarios & vltro ab se abeuntes habet, arguens inimicitiã huiusmodi omnem, non a cœlestibus, sed a nobisipsis sumpsisse ĩitium. Erat nanque vel nobis nolentibus ad id quidem procliuior dei & angelorum voluntas. Propterea non infensos simpliciter dixit, sed alienatos. hoc est, neque ad pœnitentiam reditum operientes: quippe qui hostes sensu, hoc est, volũtate eratis. Neque huc vsque prouectum est malum, quin in operibus malis id est re ipsa & factis, inimicitias exercebatis. Ex his itaque omnibus arguit, nec angelos quidem quiuisse quę recta sunt nobis persua
C dere, neque a diaboli eximere potestate. Tum quia & hostes eramus: & quia nos cõprehensos tenebat, nondum esset reuinctus. Sed Christus prçualidum aduersarium illum cõstrinxit, & ab eo vt deficeremus enixius persuasit.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem. Rursum reconciliationis modũ inducit, q̃ eius in corpore sit effecta. Quomodo? Nũ quia flagellatus dũtaxat sit, aut manú & alapa faciem ictus? Minime. Sed quia morte affectus turpissima sit.

Exhibete uos sanctos & humiliatos & irreprehensibiles coram se. Aliud rursum beneficij genus exponit, cuius & superius meminit cũ dixit. Qui sufficientes vos fecit, idipsum nũc reperit inquiens. Non enim vos solũ a peccatis exemit, quin & sanctitate donauit. Nec mediocri, sed quę astare coram se possit, effecitque vt sine labe sitis, & culpa vacetis. Et ita, vt quod geri iam per vos queat, nil sit reliquum.

Si tum permanetis in fide. Cum omne quod filij est officium explicasset, vtpote qui per mortem hęc omnia confecisset, ne forte sic inquiant. Ergo nil nobis erit elaborandum. Quinimo, inquit, necesse est, vt in fide sitis constantiores, nec redamini segniores, & in priora facinora relabamini.

Fundati & stabiles & immobiles à spe euangelij. Quoniam potest & in fide persisti, labãdo tamẽ plerũque, nec moderati quicq̃ nec pensi haberi, fundati adiecit & stabiles, hoc est, haudquaquã nutãtes. Nec id modo, quin & ĩmobiles. Nihil ait. qđ graue sit a vobis de

Christus solus conciliator hominũ.

posco,nisi vt nemo vos a Christo seiungat.In eo nanque spes omnis euãgelij sita est,& cunctis erit in ipso sperandũ,qui euangelium excepere,vt qui vniuersa pacauerit.Quo fit,vt qui angelis ipsis conciliationem hanc forte adscripserit, a Christo dimotus sit necesse est.Enimuero fieri non potest,quin a virtute vel paululum desciscatur : in fide autẽ potest aliquis non immutari.Itaque neque quod graue toleratu sit exigit. D

Quod audistis,quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Hos ipsos in testes producit,deinceps orbẽ terrarum vniuersum. Neque quod prædicatur dixit:sed,quod prędicatum est,hoc,quod creditum est & acceptum.Ignominia itaque cum & vosipsos, tum & alios homines mox affeceritis,si aliter quam prędicatum sit,creditis.

Cuius factus sum ego Paulus minister. Vel id plurimum cõfert,vt digna euangelio fides adhibeatur,cuius præconium susceperat Paulus. Erat nanque eius adeo nomẽ quoque diffusum & celebre,vt fama orbem peruaderet.Ministrum autem cum se euangelij vocat,magis eos vt pareãt cogit. Neque enim quæ mea sunt,prædico inquit,sed altari sub ministro,deo scilicet.Quocirca & vos dictis meis fidem prębete.

Paulus euangelij minister.

Qui nunc gaudeo in passionibus meis pro uobis. Videtur id dictum minus superiorib' respondere,cum maxime congruat.Cum enim dixisset euãgelij se ministrum effectũ,a quo ne ille exciderent precaretur: ostendit verax adeo illud esse & certius , vt pro eo pati se fateatur,sic inquiens. Non solum patior,sed etiam lętor perpetiendo . Quæ autẽ patior vestri etiam causa tolero,vt per tolerantiam vobis huiusmodi queam prodesse.

Et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi,in carne mea. Insolentis videntur & desperantis hæc dicta,alioqui ingenti sunt in Christum charitate referta. Vult enim Colossensibus persuadere, adhuc pro ipsis filium pati:tanquam id inquiat.Non enim per nos ipsos apostolos,sed per filium ad deum vos ducemini , tametsi nostro videatur fieri hoc interuentu.Quocirca quodnã facinus per vos atrox admittitur, vt ab eo deficiatis,qui vel eius post obitum,idem vestri ob gratiam patiamur?Quod autẽ dicit tale est.Si enim esset pro vobis Christus pœnas luere obligatus,abiretque non debitum redditurus, ipse ego id omne persoluerem.Nec secus se hic habet apostolus, quam faceret miles quispiam prędefecti loco relictus,longius & peregre proficiscentis.Qui instantib' inimicis,vicem absentis gerens creditam sibi phalangem pugnando acrius & tuendo, & principis locum seruet,& vulnera principi debita,ipse vltro excipiat. Ideo autem quæ desunt,dixit,vt arguat tantam Christi fuisse in nos charitatem, vt nec debitum omne persoluisse se credat Et tanquam nec satis sint quæ antea tulerit,sed post mortem etiã nostri gratia patiatur.Et in meo corpore,hoc est,in meis corporis passione Neque enim morte duntaxat sua cõtentus,quin & infinitis nititur modis,vt facere satis nobis pro eius desiderio queat.Nequaq̃ igitur hæc,se vt efferat Paulus dicit,sed Christũ vt arguat adhuc Colossensibus ipsis prospicere , & cæteris simul, qui eius fidem exceperint. E

Christi in nos charitas.

Pro corpore eius quod est ecclesia. Cum diceret,& si ipse patior, Christi tamen huiusmodi,non meę sunt passiones,suis dictis auget fidem,aitque pro corpore eius hęc fiunt.Nõ itaque iactantis esse sermonem hunc ducite,sed eius qui nihil adsciscere sibi,& copulare ecclesiam dedignetur.Credite igitur adhuc illũ in mea hac carne pro ecclesia pati.Quod si Christi corpus ecclesia præ se fert,& illi est proculdubio iuncta , cur angelos in mediũ ipsi producitis,& vnitatem huiusmodi interdicitis. F

Cuius sum factus ego minister. Ostendit hic se,& si huiusmodi ministerio fungitur,nil tamen ex sę confecisse.Quod si ipse inquit,minister sum, cur angelos inducitis.

Secundum dispensationem dei,quæ data est mihi in uobis, ut impleam uerbum dei. Dispensationẽ dei vel ideo dicit:quia post eius assumptionem nos ad euangelium prędicandũ reliquit, ne vos abs se derelicti:in dispensationem aliquam veniretis. Vel illud infert , videlicet. Propterea ille omnium maxime vt ecclesiam antehac insectarer permisit : vt postmodũ fides prędicanti mihi maior adhiberetur. Vel quia nõ opera ipse aut virtutes quęsiuit, sed fidem duntaxat & baptismum , quod sane summa quędam est dispensatio . Nam quis vnquam fuisset salutem adeptus:si opera ipsa deposcerentur? Vel dei dispensationem dicit simpliciter(quæ in eos fuerit sibi,qui ex gentibus essent)gratiam dei & sufficientiam,quibus donasset se deus vt gentes illuminaret.Nam obtenebratis vel insensatis:vel pertinacibus ipsis,suadere vt verum dogma admitterent, haud sane Pauli virium erat,sed dispensationis diuinæ.Quemadmodum enim in se passiones Christi esse ostẽdit, sic dei affirmat officium esse,vt in his impleat quod per se pdicatur . Cum vero implere dicit,arguit aliquid illis deesse.Intelliges autem hoc loco per dei dispensationem,mini-

Act.ix. Gala.i.

A sterium ipsum significari, cuius scilicet, inquit, capaces estis effecti. Deus nanque cũ vniuersa dispensatione quadam efficiat, vel id præcipue per dispensationem efficit, vt in præsenti potius ministerium panderetur, cum futurum esset, vt illud exciperent homines. Nugaces itaque hi deprehenduntur & vani, qui ideo videntur offendi, quia in postremis temporibus * Christus filius asseratur nos oblaturus.

Per dei dispensationẽ ministeriũ significari.

* *Christus dei filius ad struamur nos redempturus.*

Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus. Differens quibus sumus ipsi bonis dignati, aliud quiddam maius ostendit, quod neque ex priori seculo quispiam, qui nos ętate multa præcedat, hęc ipsa didicerit. Et mysterium dicit quod nulli esset, nisi deo præcognitum. Nec simpliciter occultatum, sed absconditum dixit, vt quod in dei arcanis reconderetur. A seculis autem, hoc est, abusque initio.

Nunc autem manifestatum est sanctis eius. Hæc sane diuina est dispensatio, quia recẽs sit illud manifestatum. Neque factum est dixit, sed manifestatum. Alioqui neque in pręsentia cunctis est palam id factum, sed eius sanctis. Quo fit, vt illud adhuc aliis pręd icetur. Cauendum itaque ne vos illi seducant, qui mysterij huius sunt & dispensationis ignari.

Quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus. Ne forsan id roges cur solis hoc sanctis, ne cęteris patefactum mysteriũ sit, quibus voluit, statim subiecit. Illius autem velle nec temere fit, nec ratione caret. Poterat tamen dignis, non sanctis dicere. Quod eo fecit vt cum gratiæ se obnoxios scirent, humiles potius pręstent, quam

B si merito id se assecutos viderent, gloriæ ducerent. Et vt magis rei ipsius exprimat magnitudinem, nequaq̃ simpliciter dixit mysterij gloriam significasse, sed gloriæ opulentiam, quod mysterium pręcipue gentibus cognitum est. Sicuti & alibi dicit: gentes autẽ in misericordia. Videtur autẽ & in aliis deus extolli, sed in his maxime, qui lapides insensibilitate excedunt, cum lapides ipsos adorant, & reptantia colunt, quos vtique pro sua clementia ad fidem vocauit. Nec secus cum gentibus agit: quam faceret quispiam, qui cane arrepto rabie efferato, scabieque & plagis pene immobili, eundẽ mox hominẽ reddat, & ĩ humanã traducat effigiẽ, statuatq; in regio throno. Plus sane esset ea ex re gloriæ vendicaturus, quã si in homine modicis facultatibus, & non penitus ærũnoso, mirũ id facinus ederet. Recte autem huius mysterij dixit. Sunt nanque & mysteria alia pleraque, hoc tamen & pręcipuum & verius est, quod nulli est cognitum, & præter hominum opinionem videtur, vt gentes scilicet ad se Christus adsciuerit.

Ro.xv.

Magnum & præcipuũ mysterium.

Quod est Christus in uobis spes gloriæ. Interpretando quod illud mysterium sit, Christũ dicit hoc esse, vel Christi cognitionem, quę vobis inest. Quod sane cum horum vel laude explicat, vt magis eos alliciat: perinde ac si dicat. Si Christus inesse vobis iam cõstat, cur ipsi angelos beneficos dicitis. Est autem & glorię spes, quia per ipsum speramus gloriã consequi sempiternam. Vel quia spes nostra sit Christus, quia gloria præstans sit & cuius nil pudere nos possit. *Quem nos annunciamus.* Nos inquit non angeli, hũc pręd icamus. Quo ergo pacto vos angelos habetis ministros?

Corripientes omnẽ hominem & docentes. Non enim ipsi aut iubendo aut cogẽdo quemq̃ instruimus, id nanque diuinę est bonitatis & rectitudinis, ne quem inuitũ & violenter ad

C fidem ducamus: sed monitis & doctrina. Aduerte quemadmodum castigare & commonefacere, factis sit & operibus alios admonere, docere vero, diuinis dũtaxat decretis eniti.

Commonefacere quomõ.

In omni sapientia. Quis enim valeat alios tanta hęc edocere, quanta opus est sapiẽtia? Est autem sapientia quædam quæ in sacris literis constet, quædam quæ meditãdo etiam comparetur, quædam quæ a gentibus ipsis petatur, quemadmodum apud Athenienses apostolus de Ara incognito deo dicata, disseruit.

Act.i. Ara dei ignoti.

Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Quid illud, hominem omnem? Ita quidem id nitor vniuersos mortales reddere perfectiores. Quod si minus succedat, nihil mihi offecerit. Perfectum autem non in lege dicit, seu in angelis, sed in Christo Iesu hoc est, in Christi cognitione, non enim lex ipsa perfecta est.

In quo & laboro certando. Laboro dixisse haud contentus, & certando adiunxit, vt & vigilantiã p̃ferat, & abstinentiã quãdã acerrimã & reliqua se seruasse ostendat, quibus solent certaturi studere. Si itaq; ipse vt bona vobis cõtingãt, operã & laborẽ ĩpendo, quãto magis & ipsi tantũdẽ debetis & laboris insumere, vt certando victoriam referatis?

Secundũ operationẽ eius, quã operatur in me in uirtute. Cũ laborẽ cepisse se diceret, arguit vtique hunc ip̃m esse diuinũ. Nam illi inquit, qui id laboris ad tolerandũ mihi sufficiũt vires, sic placitũ ẽ. Queadmodũ & in prĩcipio dixit, p volũtatẽ dei. Ostẽdit p̃terea multis se impugnari. Nunc nanque dei virtus patebit, cum plurimi fuerint qui mihi obsistant.

CAPVT SECVNDVM.

Volo enim uos scire qualem solicitudinem habeam pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne. Cum sit de dogmate iā dissertururus, plurimā eius in Colossenses aperit beneuolentiā, vt apud hos gratiā ineat, & acceptior sit. Nā eo inquit decerto, vt & vos tuear, & ne eos obturbet, perīde ac vt imbecilli, & aliena indigeat ope. Et Laodicenses adiecit, & alios qui eius nō viderūt faciē in carne, arguēs illos frequēter ī spiritu sese spectasse diuinitus, quē ī carne, hoc est, corporaliter nunq̄ vidissent. D

Vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate. Iam tandē dogma aggreditur & ita, vt neque illud prorsus incuset, neque omnino calūnia liberet. Eo nanque, inquit, decerto, vt corda vestra admodum consolentur, & in charitate conueniatis, hoc est, vt vnam ad fidem concordes sitis & iuncti, & vnū omnes vt sentiatis non necessitate vt vi, sed charitate vltro. Id vero hęresum gratia ꝓtulit, quę dissidia pariūt.

Hęreses dissidia pariunt.

Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus. Hoc est, vt nulla in re, vestra hæsitent corda, & vt in omnibus intellectus, hoc est, mysterij ipsius cognitio abunde certior sit. Neque enim ad diuitias simpliciter dixit, sed ad omnes. Nec me inqt, id latet perceptū esse sed vos sensu & mente mysterium, sed illud duntaxat nunc quæro, vt de hac vestra cognitione & sensu vbertim certior fiā. Vel q̄a sapienter veliī vt mysteriū id teneatis, non insensate & temere.

In agnitione mysterij dei & patris Christi Iesu. Quod illud est dei mysteriū? Nimirum vt filij ductu, non angelorum patrem nos adeamus. E

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hic solus certā habet rerū omniū cognitionem. Si itaque solus hic sapiens, quia omnium ignarus, ergo ad sapientiam debet illi adscribi, quia postremis non primis temporibus venerit. Cum autem thesauros dicit, sapientię magnitudinem exprimit. Quum vero omnis nil asserit illi esse incognitū Absconditi demum cum intulit, eundum prætendit, & solum cunctorum habere cognitionem. Est itaque, inquit, ab eo sapientia & scientia efflagitanda.

Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonis. Idcirco enī id dixerim, quia vniuersa soli Christo & notiora sunt & aperta vt nemo vos decipiat verborū lenocinio & sublimitate, ornatu s. & comitate, & elegantia quadā dicendi. Quid enim si afferat quispiam quę ad persuadendū plurimū valeant, ipse vero sit oīm prorsus. i. veritatis, ignarus? Id sane nihil est aliud, nisi captiunculis quibusdam & sophismatibus niti.

Nam & si in corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum. Vt autem orationis contextum hic sectaretur, dicendum ita fuisset. Et si carne absum vel corpore, spiritu tamen deceptores hosce conspicio. Sed in laudem diuertit sermonem, sic inquiens.

Ornatus comitas, elegantia, instrumēta sunt deceptorū hęreticorum.

Gaudens & uidens ordinem uestrum & firmamentum eius, quæ in Christo est fidei uestræ. Hoc est, optimam fore institutionē hanc vestrā, nihil diffido. Quippe qui non modo ab instituto suscepto non excidistis, sed nec vestrum quispiā ordinē hūc perturbauit & confudit. Fi dei vestrę firmamentum, hoc est, obfirmatā vestrā, & immobilē fidē tanq̄ instructa acies aliqua sit, qui ab his seruaretur ordo & institutio, charitate mutua oīa obfirmante, nec vlla inter hos essent dissidia. Quinetiā fides ipsa per se velut firmamentum aliquod est, quæ prauos prohibeat cogitatus subire, qui dissentiones pariant nutabundis & varijs. F

Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum. Nihil, inquit, alienū ingerimus, quod cunque enim accepistis, illud exigimus Christum scilicet Iesum & dominum, non angelos quos non prædicauimus. *In ipso ambulate.* Ipse nanque est via quę ducat ad patrem. Nolite angelorum acceptum id iter incedere, hoc enim non eo traducit.

Radicati. Hoc est, constanti gradu persistetis. Neque enim nunc Christo fuerit, nūc angelis inhęrendum. Nam quod semel validis & altioribus fundatū fuerit radicibus, transferri non poterit. *Et superædificati in ipso.* Ostendit eos quidem fuisse collapsos, eosq; fore super Christi fundamento instaurandos.

Et confirmati in fide. Hoc est, firmiter deū per fidē cōplexi, non captionibus vel suasibili vlla oratione. Aedificium nanq; & structura, si sint fundamentis imposita, quæ oneri sustinendo minus sint firma, fallunt quidem & collabuntur.

Sicut & dedicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Iterato hoc sicut apponit, vt et si aliud nihil effecerit, pudere tamen aut cogat, vt vel fuimet eos saltem verecūdia teneat, qui & didicissent, quod sequi deberent. Cum aūt sicut & didicistis inquit tanq̄ pro funda

A mento disciplinam subiecit. Abundantes vero pro iniecta fundamentis & mole. Non itaque eorum transcendēdus est dogmatū limes, quorū ipsi acceperitis formam, sed pro ficiendum in his potius erit & gloriandum. Affatim præterea & gratias esse fidelibus nobis deo agendas ostendit, quod tantę nos gratię dignos effecerit. Nec nostro id esse profectui adscribendum, quod eo scimus dignati.

Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam. Hoc est, cauete per philosophię nomen vos quispiam fallat, quod quia celebre est & vulgatius, & apud homines huius summa sit authoritas, facile decipit: tanquam id dicat. Hi enim qui vos circunueniunt, philosophia nituntur. Quæ cum honestatis plurimum prę se ferre videtur, & inanē fallaciam adiecit. Est præterea aliud quoddam decipiendi genus rectius, tamen nec fraudulentum, de quo Hieremias meminit. Decepisti me domine, & deceptus sum, cuiusmodi etiam vel illud fuit cum visus est Iacob Isaac decepisse, quę deceptio nequaquam dicenda erit fallacia, sed dispensatio quædam.

Per philosophiā fallunt hæretici.
Hiere. xxv. iij.
Gene. xxvij.

Secundum traditionem hominum. Vides quemadmodum per varia humana quædam hominum sensa & cogitatus, captiones cuiusmodi emanarit. Eoque & hæreses dicūtur, ꝙ hominū sint varię sententiū opiniōes. Sed Christianorū hæc fides, nequaq̄ humano aliquo sensuve iudicio cōstat, & ideo nec nomē aliꝙ sortita est eiusmodi, vt hęresis diceretur.

Hæreses quæ.

Secundū elementa mundi, & non secundū Christum. Orditur tadē dierū & temporum obseruationes refellere, mundi elementa. Solem & lunā appellans, quibus dies vide
B tur & tempora varia cōditione cōstare. Nec dierū dixit obseruationem, sed mūdi elemēta. Sic enī & orbē vniuersum cōplectitur, & recordatur: vt dierū hanc obseruantiā magis ac magis inanem esse coarguat. Quod si mūdus ipse omnis nihil fuerit, longe minoris erunt & elementa hęc facienda & dies. Non secundum Christū, id est, nequaquam pro Christi sunt voluntate, quin potius vel si Christo partim esset inseruiendū, partī his elementis, neque hoc quidē pacto his esset obtēperandū, quę vos in pręsenti ōnino a Christo se iunxerint. Istiusmodi autem obseruationes non gentilium modo: sed Iudæorum etiam ritibus cauebantur. Fit itaque, vt ex philosophia illa, hęc a lege defluxerint.

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc est, quodcunque deus est verbum in ipso habitat. Sed ne forte inhabitasse hunc audiens existimes habitando & operatum esse, quemadmodum & prophetæ solebant, in quibus deus inhabitabat, secūdum quod scriptum est, Et inhabitabo in eis, & inambulabo, corporaliter. s. adiūxit hoc est, non operatione aliqua sed substantia, & tanquā corporatus, & substantia vna existens, cum carne assumpta. Vel potest hoc modo intelligi. Videlicet tanquā in corpore cum inhabitat anima, corpore quidē hæc viuit substantialiter & inseparabiliter, hac sine vlla admixtione. Anima tamen ipsa corpore excedit, corpꝰ dum moritur: Deus autē verbum nunquā a carne assumpta seiunctus est, quin & in sepulchro aderat illi, eandemque ipse & incorruptam seruabat, ad inferosque descendens, cum carne hac erat, Siue igitur prædicans, siue cum inclusos inferni claustris & detentos iā solueret, iunctus erat diuinus cum corpore animus, vel tum etiam cum voluntaria morte decessit.

Leuiti. xxvi.

ij. Cor. vi.
Deꝰ a carne assumpta nunq̄ separatꝰ.

C *Et estis in illo completi.* Nil inquit, minus vos estis adepti, quā ille haberet, quin & diuinitate vos estis oppleti. In illo, hoc est, per eius carnem assumptā Nam cum esset nostra natura deo coniuncta, & nos sumus diuinæ illius effecti participes: vbique Paulꝰ nititur Christo nos facere propinquiores: sicut & alibi. Cum resuscitauit nos, inquit, & in consessum recepit, in cœlis in Christo Et aliam item. Si sustinebimus, inquit, & simul sumus regnaturi. Cohæredes pręterea & alijs in locis appellat.

Ephe. ij.
ij. Tim. ij.
Ro. viij.
Ephe. iij.
Heb. xi.

Qui est caput omnis principatus & potestatis. Haudquaquam perinde ac substantialē hunc ponit sed tanq̄ superiorē & causantē. Cur ergo, inquit, hoc ipso omisso, ad angelos confugistis tanq̄ ad patrem adeundū duces, quorum iste sit caput? His nanque apostolus dictis intersecat, dissoluitque quam ceperant colossenses de angelis opinionem.

In quo & circuncisi estis, circuncisione nō manufacta. Beneficium sane admirandum inducit, cum estis, inquit, in Christo vos circuncisi. Neque enim mortali manu, sed spiritu sancto talis fit circuncisio, nec partem aliquā, sed vniuersum hominem circuncidit.

In expoliatione corporis peccatorum carn. in circuncisione Christi. Ibi quidem pudēdum illud vtile circuncisione retegitur, carneo illo velamine dempto: hic vero corpus hoc nostrū omne expoliatur, nudaturque, quia peccata demuntur, quæ per carnem committimus. Circuncisionem itaque huiusmodi non lex ipsa prætendit, sed Christus, cum nos in baptismo, veteri vita & peccato obnoxia, & carni pœnitus dedita, denudet, & spoliet.

Circuncisio p spiritū sanctū facta.

Consepulti ei in baptismo. Quod circuncisionem hic dixerat, id nūc sepulchrū appellat, tanquam maius longe quam circuncisio sit assecuturus. Neque enim illud abijciebat iā circuncisum, sed corruptum deperdebatur. Qui igitur baptismo abluitur, Christo contumulatur, quia tertio mergitur, (quod vtique & dominum præfigurat triduo sepultū fuisse, emoriturque, quoad veterem hominem & peccatorem. D

Qui bapti zať xp̄o contume latur.

In quo & resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum à mortuis. Non solum inquit, Christi sepulchrum, quin & resurrectio ipsa per baptismū prętereditur. Quomodo? Per fidē nimirum. Nam cum fide certiori tenebimus suscitandi deū habere hāc facultatem nobisque eā ad rē argumento fuerit quod Christū a mortuis excitarit: profecto, bifariam iam resurreximus. Tum quia resurrectionem speramus, quam spe videmus, & si futura sit illa quam hac ipsa adepti sumus, tum quia procul a nobis per spiritū mortē eijcimus, quæ ex peccati operibus imminebat, quod clarius in sequentibus explicabit.

Et uos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis uestræ conuiuificauit cum illo. Christus siquidem inquit, cum corporalem mortem subijsset a patre vitā recepit, non quia mortē hanc ipse sibi suppeditandi facultate careret, sed quia ad patrē omnia referuntur. Quod autem seipsum suscitasse perspicuum sit in triduū p̄dixit templū hoc suscitabo. Et alibi, iterū, inquit, prębuit se virum post passionem suam. Vos vero qui scelerum mortē subijstis, et in præputio estis, hoc est, magnum in modum quæ carnis sunt sapitis, quod sane vobis attulit mortem, ad vitam estis, cum Christo redacti. Nam vt ille surrexit, sic ipsi qui spiritu estis morte iā excitati, & corpore resurgetis. Basilius autem mortē hanc ita interpretatur. Ob praua enī, inqt, facinora mortui estis, & condēnationi adiudicati. E

Ioan.ij. Act.i. Basilius.

Donans uobis omnia delicta. Quę scilicet morem afferebant. Tanquam id inquiat. Aduerti te quibus vos malis Christus exemerit, quæ vobis merito debebantur.

Delens quod aduersus nos erat chyrographum decreti, quod erat contrariū nobis. Cum illū dixisset nobis peccata donasse, ne forsan existimes illa & permanere & patere adhuc permisisse: non ita, inquit, se habet, sed hoc delictorū chyrographū ille obliterauit. Chyrographum vero vel confessionem ipsam intelligamus, vel eiusmodi aliquid male illud fuit, quod apud Moysen cōscripserat populus asserens se quæcunque deus mandasset, facturū, futurumque dicto audientē, Vel pactū dicit, quod deus cū Adā hunc in modum pepigerat. Quacunq; die ex eo cōederis, morte morieris. Hāc quidē diabol⁹ pactionē chyrographi loco obseruabat, quæ a deo nobis aduersata, vt respirare nihil fuerit. Id itaq; Christus decreto abrasit, id est, fide. Neq; enī id omne operib⁹ vllis, sed fidei dogmate sublatū est

Christus chyrographū peccati sua morte deleuit. Exodi xxiiij. Gene.i.

Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Nec solum, inquit deleuit, sed e medio sustulit, hoc est ne vspiam appareret chyrographū illud effecit. Nec nobis contulit, sed illud cruci affigens dilacerauit. Quod proculdubio est libenti animo dimittentis indicium. Omnes nanque eramus peccato & pœnis obnoxij, cum ipse qui nil commisisset, tormentis & cruciatibus pro nobis affectus, in cruce nostra peccata dissoluit & pœnas, in eaque & chyrographum scidit.

Expolians principatus & potestates. Potestates dæmoniacas, inquit, vel quia his esset humana natura circumualata, vel quia Christus ipse homo effectus, humanitatem hanc tanquam occasionē habebat, qua posset comprehendi. Hac occasione vbi se spoliauit incōprehensibilis hisce inuentus est potestatibus. Nam & naturam acceperat peccatis obnoxiam. hanc tamē sine peccato seruauit. Cæterum id omne sic potes perdiscere. Enimuero diabolus ex duobus hisce, voluptate scilicet & tristitia humanā naturā suę ditioni subegerat. Vnde & dn̄s eandē hanc naturam suscepit, vt pro nobis ipse aduersus principatus huiusmodi, & potestates obluctaretur. Omitto quēadmodum initio statim post eius sanctissimam carnē assumptā, illas contriuerit, quandoquidē & sine voluptate cōceptus sit, & sine mœstitia genitus. At vbi & natus est, & ad virilē euasit ętatē, voluptatis illecebris pertētatus, & in monte a gulę vitio, mox & diuitiarū appetentia, & gloriæ cupiditate, cū dęmō hunc p̄sens suadendo hęc esset aggressus, sic Christus pro nobis victoriam retulit. Deinceps tristitiæ morbo tētatus cū artibus studeret tentator ille eundē inducere, vt p̄ximo quoque aduersaretur, cū ille p̄ scribas & pharisęos insidiaretur, vel p̄ hos ipsos, quos beneficijs affecisset. Qđ quidē exequi cum nequisset, cruci tandē maiores artes molitus afficit. Christus vero nil adeo ad ea deflexit animū quę aduersarius cuperet, vt etiam pro se patibulo suffigentibus, sit patrem precatus. Sic igitur in cruce demū & principatus ab se procul abegit, & potestates: vnde nos in libertatem, qui ab his eram aduersarijs circunuenti, tanquā naturæ eiusdem participantes denique vendicauit. F

Natura pc̄tis obnoxia. Mat.iiij. Marc.i. Lucæ.iij. Lucæ. xxiij.

A *Traduxit confidenter palã.* Hoc est dæmone ipsum confudit. Neque enĩ a deo vnquã ille confusus est. Quippe cum Christũ habere in sua potestate ⁎ operiretur, vel alios quos habebat: amisit confidenter & publice, hoc est, spectantibus vniuersis. Enimuero totis viribus si liceret: conaretur diabolus Christum hominibus suadere morẽ non obiisse. Id enim maxime hunc ipsum peruicit: ac perdidit, quod homo qui innocens esset: & nil deliquisset, vltro subiisset mortem. Eoque & hęreses innumeras, sectasque hominum rectioribus decretis praue sentiẽtiũ, in posterũ excitauit, qui Christum per imaginationẽ, & præstigia quędam asseuerarent vita hac excessisse. Cui tã prauę opinioni vt occurreret, dñs perpeti mortẽ propalam voluit. Resurgere vero nullis visentibus, quia resurrectioni testimoniũ esset tempus posterum allaturum. Mortem vero testari, nisi pręsentes, deinceps poterat nemo.

⁎ opinaretur.

Christus non ab re palã mori, occulte resurgere voluit.

Triumphans illos in seipso. Hoc est, in cruce dæmones deuictos ostendit. Triũphus nanq; ei decernitur, qui deuictis hostibus cũ victoria remeans, pompam publice ducit, ostentãs catenis constrictos quos vicerit. In cruce itaque trophęũ statuens dñs, tanquam in publico aliquo theatro, quo maximus sit cũ Romanorũ, tum gentilium & Iudæorũ cõcursus, de dæmonibus triũphauit. Si igitur non angeli pro nobis, sed Christus ipse mortuus est, quo illud astruitis per angelos vosipsos ad patrem deduci?

Nemo ergo uos iudicet in cibo, & in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum. Ad B hunc vsque locum subobscure, & in ænigmatis modũ id dixit. Nemo vos furtim seducat. Nunc vero apertius, quandoquidẽ & beneficia explicauit. Quod si huiusmodi iam estis beneficia nacti, cur vos minoribus, & tam paruis obstringitis? Nolite ergo hoc ferre, vt quisquã in vos sententiã ferat, tanquã Iudaicę obseruationis præuaricatores in cibis & potibus. Vel ex eo quidẽ hos laudat, quia Iudaicas illas & superuacaneas cautiones dissoluerint. In parte aũt diei festi dixit, quia non oĩa obseruare hi auderent. Nã & si sabbata custodiebant, negligentius tñ vtpote qui Christianos ritus præcipue sectarent. Ostendit aũt & inanẽ fore obseruationem, quę non integre custoditur, ex eoq; & obseruationis ipsius summã dissolui. Nã si factu optimũ videretur, perfecte oĩa seruarentur.

Quæ sunt umbra futurorum. Noui testamenti dicit futura. Erant enim quo ad vetus illud & nunc temporis instans, futura, cuius veteris & tempus adesset.

Corpus autem Christi, nemo uos seducat. Nonnulli corpus hoc autem Christi dicunt in eo que & contextũ terminant orationis: perinde ac sic Paul⁹ sentiat. Vetera quidem omnia pro vmbra sunt, corpus autem Christi, Christi veritas est. Quid ergo erit necesse, vmbrã corpore ipso præsente tenere? Aliĳ vero in vnum contextũ hæc nectunt, vt ita intelligamus, Corpus autem Christi, hoc est, nos qui Christi corpus sumus, nemo seducat hoc est palma emerita fraudet, quod gręci καταβραβευέιν dicunt, cum penes alium victoria fuerit alius tamen surripiat brauium. Nos itaque inquit, diabolum deuicistis, & illi estis superiores effecti, cur ergo rursus vosipsi peccato subiicistis, legem obseruando, quæ iustificare vos nequeat, & alioqui quę cõprehensos vos teneat? Cũ Christus ipse (non lex) victoriam tulerit, apud eunq; & palma sit necesse est, qui victor euasit, & apud vos qui C Christi corpus pfertis. Cur igitur hanc palmã Christo & vobis iam debitã legi defertis? Liquet enim, si Iudaicos ritus seruamus, & legem in dominã nos habituros, per eamque & saluos fore ducamus necesse erit. Sed cum ea quæ legis sunt, pro vmbra habẽtur, quæ vero Christi pro corpore capiuntur (erat quidem prius vmbrę insuescendum) iure ergo postremis temporibus carnem ille assumpsit, vt nos ad patrem traduceret.

Iudaici ritus non obseruãdi

Volens in humilitate & religione angelorum, quæ non uidit inambulans. Cum Colossensium animos perculisset, vt qui & fraudari hos & tentari dixisset, mox illud infert hæreticum dogma, inquitque. Volunt quidem vmbratili quadam & apparenti humilitate vos & fraudẽdo & tentando aggredi, seductores enim huiusmodi indignum esse dicebant vnigeniti maiestate, vt eius vos ductu ad patrem consederetis, & maius quiddã id esse, quã humana paruitas ferat. Vnde & inquiunt. Rationi magis consentaneum, angelos dicere hoc deducendi ministerio fungi, sic & angelorum hauddubie & cultum inducebant, & religionem profitebantur, suadebantque minus peritis, vt illis intenderent, & ad patrẽ adeũdum ducibus vterentur, qui nobis attulissent salutem. Cunque & angelos ignorarent, & quousque illorum proderetur officium, haud secus certiora de his adstruebant, ac illorum habuissent cognitionem.

Dogma hæreticũ, quo implicabantur.

Frustra inflatus sensu carnis suæ. Frustra quisquam in dogmate & carnali magis quã spiritali mẽte effertur. Quo enim pacto non carnosi cuiusdã & crassi fuerit ingenĳ Christi

Epist. R iiij

dicta enixe adeo improbare? Vt illud, Sic enī deus mundum dilexit, vt filiū suum tra- D
diderit pro hominibus. Et rursum. Et pro eis ego meipsum deuoueo. Et animam meam
Ioan.iij. Ioan.x. pono pro ouibus meis, & alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & alia huiusmo
di multa. In apparenti autē superius dixit humilitate, quia vt dogmatum authores su-
perbiunt hi occursantes & pertinaces, nec vera ediscere patiantur. Confirmant prætere a
ipsorum decreta, non humilitate, qua carent: sed quia esse supra hominem iactant fuisse
vnigenitum nostri gratia mortem perpessum.

Et nō tenēs caput, ex quo totū corpus per nexus & cōiunctiones subministratū crescit in argumētū dei. Nequaquam inquit, qui decernit huiusmodi cōtinet caput, hoc est, filiū. Ipse nanq; ange
Christus ecclesiæ caput. lorum est caput, vt qui cūcta cōdiderit. Est p̄terea vel totius ecclesiæ caput, & si ratione
eadē, tū p̄cipue, q̄a illius corpus nos sumus, & ille nostrorū mēbrorū fact⁹ est particeps.
Tum etiam, quia ex eo corpus vniuersum ecclesię cōstat, & simpliciter esse hoc habet &
bene esse. Et si ab eo exciderit quispiā, perijt ilico. Vt eī vitalis spiritus a cerebro in re-
liquū corpus q̄ neruos diffunditur, & a capite ipso sensibilitas oīs & mot⁹ deriuatur, sic
& ecclesiæ corp⁹ a Christo subministratur, hoc est ab eo & vitā accipit, & sp̄us incremē
tū. Quod vtique oē tūc hauddubie ecclesia hęc adipiscitur, cū sp̄us illi nexus est & impa
ctus. Is nanque p̄ nexū quēdā & iuncturas, incremēta suppeditat. Itaque si nō vinciretur
corpus cū capite, nec illi quidē cōgruere, hoc est, correspondere valebit, nec spiritus ipse
suppeditabitur, nec dei incrementū, hoc est, optimę vitæ profectus vllus accedet.

Si mortui estis cum Christo, ab elementis huius mundi, quid adhuc tāquam uiuentes in mūdo decernitis. E
Per baptismum xp̄o commorimur. Per baptismum, inquit, Christo cōmorientes vitæ omni superiori demortui estis, ita vt
nil amplius vobis sit elementis (quorum olim ditione suberatis) inseruiendum. Cur er-
go hoc tempore haud secus quā priorem vitam degentes his estis subiecti? Quippe qui
satis sitis edocti, quæ prospera, quæve sinistra sit dies, & huiusmodi reliqua, quę vtique
a gentibus & cauentur & obseruantur. Aduerte autem, quam eos stultitiæ arguat vitu-
peretque, cum decernitis inquit, perinde ac si dicat. Nec secus ac pueri per lusum solent
dicationes vos agitis qui pridie nati & nuper instructi sint. In concessum enim venistis,
vt sententias de dogmate proferatis sanciatisque quid factu sit necessarium.

Ne tetigeritis, neque gustaueritis, nec contrectaueritis quæ sunt omnia in interitū ipso usu. Vel aliā
quandam istorum producit superuacaneam obseruationem, quod ab escis nonnullis, Iu
dęorū more abstineāt, & caueant gētiū ritu, dies ac tēpora. Verum vt quorūdam depri
mat insolentiā, qui noua quędā decernunt decreta, sic inquit. Neque enim magni hæc
fieri debent, q̄ ad corruptionē vtentib⁹ redigūtur. Comesa nanque & in aluo corrupta,
per secessum defluūt & dilabūtur. Quo fit, vtque p̄sint hęc suapte natura, neq; officiāt.

Secundum præcepta & doctrinas hominum. Nequaquam hæc diuina sunt instituta, sed ho-
minum iussa. Quid ergo? nonne & dei doctrina est lex? Fuit quidem, sed olim quoad tē-
pus est nacta, nunc vero minime, vtpote quę nullū vltra habeat tēpus. Vel q̄a lege seni-
ores illi apud Iudæos abutebantur, cū pręter legē multa iniungerēt, quēadmodū in euā
Mat.xv gelio meminit dominus. Vel hominem doctrinā, gentium disciplinam interpretatur.

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & nō ad parcendum cor F
pori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Rationem sunt hi sapientiæ consecuti, nil
tamen vel virium habent, vel veritatis. Videtur autem decreti huius inductor, pie-
tatem quandam præ se, & moderantiam ferre, & corpus cum ab escis abstineat, par
uifacere, tāetsi deus honorem & corpori detulit, & cibos concessit & alimenta, vt his ca
ro exatiata perstaret, & volens vitijs imperaret. Hi vero haudquaquam honorifice cor-
pore ipso vtuntur quippe quod potestate priuant, & arbitrium demunt, nec sinunt vt
sponte suijpsius imperium teneat.

CAPVT TERTIVM.

Baptism⁹ mergēdo mortē denunciat emertiōe vero resurrectiōnē figurat. IGitur si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite ubi Christus est in dextera dei sedens, non quæ super terram.* Cum per baptismum dixisset Christo estis cōmortui, tacite dedit intelligi, quia & simul essent cum Christo resurre-
cturi. Baptismus nāque quemadmodum mergendo mortem denuntiat,
sic emersione ipsa resurrectionem figurat. Nunc vero illud comple-
ctitur. Si resurrectionis cum CHRISTO, necesse est, vt in cœlo &
vos vbi ille assidet patri ad dexteram diuersemini. Quo in cœlo, nulla est vel di-

A erum vel temporũ obseruatio. Sunt pterea vobis & cœlestia sapienda, non terrestria. Hę escarum nanque & temporũ cautiones, terrenis constant pręceptis. Nec satis habuit Paulus quæ in cælo sunt dicere, & vbi Christus consisteret, sed in dextera dei sedet, adiecit, vt magis ac magis animum nobis a terrenis hisce disiungat.

Mortui enim estis uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Vtrinque hos vrget, per vitam. s. & mortem, & præparat, ne conquirant præsentia. Estis enim mortui, inquit, inferioribus hisce rebus eoque nec terrena vobis hęc sunt deposcenda. Contra vero & vobis, subdit, in supernis est vita, itaque cælestia sapite. Contendit em̃ id patefacere, vt qui cælestibus in bonis confideant, aliam quandam degere vitam oporteat, quę & in deo sit sita, & nunquam appareat. Vtque nec Christus ipse nunc vtitur, sic nec vestra inquit, vita patebit. Cur ergo quæ sub aspectum veniunt, quæritis? His autem Paulus sic confirmatis, præludit, vt de mortalitate mox differturus. Consueuit nanque cum adortus alia sit, alia transilire, quemadmodum ad Corinthios, cum de pręuenientibus in cœnis, & comessationibus haberet sermonem, simul & in myst eriorum traditionem incidit. i. cor. xj.

Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. In secundo aduentu appariturus est Christus, & vniuersis offeret se deus, cum gloria & angelorum comitatu aduentans, tunc demum & ipsi patebitis. Nec quidem simpliciter, sed eadem in gloria, illum igitur quærite, non præsentem hunc diem. In eo inquam, assequi vi-
B tam omni studio adnitamini, tunc enim vestra quæ vera est vita, palam fiet. Præsens nanque mors est, quia effusus refluxusque constat corruptione. Nolite hoc in seculo vel gloriam, vel honores efflagitare, cum in cælo nostra omnis futura sit gloria. Latet enim & margarita quandiu cochlea occultatur, illa refracta, proprium virtutis emittit fulgorẽ. Et nos item, quandiu corruptibili hoc corpore est immorandum, debemus vt latitantes nil gloriæ quærere. At vbi incorruptibile hoc dissoluetur tunc & gloria ipsa, si pro rebus gestis digni hac fuerimus consequetur. Præsens vita est mors.

Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram. Non enim reficite, dixit, vt nusq̃ resurrectura sed mortificate membra quæ super terram sunt. Forte vel eo & corporis membra hęc dicit, quę dum minus quam cęlo digna sunt factitent, nequaquam vltra in terris constare asseuerentur, videlicet cum animo non iniquo quę mundi sunt intuemur, nec & turpia audimus, non amplius esse in terra tunc dicimur, & quæ corpore his membris geruntur interris, flagitia sunt, quę terrę insidunt, & hic consumuntur. Nam & corporis membra, & si a terra sint oriunda, haud tamen in ea sunt permansura, vt corrumpantur, sed incorrupta futura sunt, cum resurgent. Verum quo pacto, cum superius diceret, consepulti cum Christo estis, exuistis peccatorum carnis & corpus, nunc rursum mẽbra inquit mortificate. Quia prior illa mortificatio baptismi beneficium erat, quæ peccato attulisset perniciem, quod nobis antea esset admissum. Hęc autem, quæ in pręsenti nobis suggeritur mortificatio, nostra fit voluntate, quæ & post baptismum delet peccata. Quin potius nec germinare hęc sinit, vel reuiuiscere, quia carnis enecet sapientiam. Nec secus agit quam faceret quispiam, qui statuam apud quempiã nactus rubiginosam & si
C tu obsitam, retractans tergit, expolitque, choruscamque & conspicuam reddit. Deinceps eam habenti demandet curandam, iniungatque vt rubiginem, nec prorsus abstersam, nõ solum demat, sed vel inhæsuram abradat in posterum.

Fornicationem. Ecce interpretatur quę illa sint mẽbra, & fornicationis eo prius cõmeminit, quia passim in vitium & maxime dominetur.

Immunditiam, libidinem. Omittit proprie explicare quę dici honeste non poterant, sed per immunditiam quidem & libidinem, omnem fœdi concubitus speciem pręfert. Est em̃ turpis libido, rabies corporis quædam. Ne secus se habet, quam vulnus in corpore aut febris, vel alius quiuis istiusmodi morbus.

Concupiscentiam malam. Rursum generaliter rem omnem expressit. Cupiditas nanq; semper est mala, præter eam qua concupiscitur deus. Et quæ dei sunt exoptantur, cuiusmodi cupiditatis & Daniel desideriorum vir erat. Daniel. ix. Daniel vir desideriorum.

Et auaritiam quæ est in simulacrorum seruitus. Primogenitus prauæ concupiscentiæ filius habendi cupiditas est, quam auaritiam nuncupat, quæ aurum, argentumve colat, cũ sola hęc concupiscit.

Propter quæ uenit ira dei super filios incredulitatis. Et futuri iudicij ira, & præsentis seculi indignatio, istiusmodi homines prehensat, qui se argento & auro addixerunt. Incredulitatis autem filios dicit, quos & venia priuet arguatque nõ ignorantia vitijs es-

se immersos, sed peruicatia quadam atque perfidia. Quam ita exercuere, vt ab incredulitate ipsa adoptari in filios promeriti sint, ex eaque formam acceperint, & signum, ita dignosci facile possint. D

In quibus & uos ambulastis aliquando cum uiueretis in illis Eorum in laudē verba hęc facitvr qui haudquaq̄ in his vitam nunc ducant, sed olim duxissent, quippe qui gētiles fuissent.

Nunc autem deponite & uos omnia. Quo pacto, cum superius dixerit, cum viueretis: ostenderitque non amplius eos in præsenti his viuere, rursum deponite, infert omnia? Quo enim modo sunt, quibus iam carent, depositurí? Dicendum itaque quod dixit, cū viueretis, ad præsentia dicta hæc plurimum facere: perinde ac si dicat. Vobis olim dominabatur peccatum, vitamque vestram nondum baptismo ablutam, constrinxerat & violentius ditinebat, vnde difficilis erat a vitiis abdicatio. Nunc vero, quod insederat vobis peccatum, per baptismum morte confectum est. Quo fit, vt facile possint vestis in modū vitia ipsa deponi. Nec vltra id excusabitis, sed vitiorum tyrannide vitam vos ducere, estis nanque & his ipsi demortui.

Iram, indignationem, malitiam. Indignationem odium dicit, quam plerique animi dixere amaritudinem, cum quis apud se: & si iram asseruat irenatque, secum tamen furit indignabundus, vt hanc in posterum euomat.

Blasphemiam. Contentiones & conuitia blasphemiam dicit.

Turpem sermonem de ore uestro. Aperte vestro ex ore dixit, id est quod ex dominici corporis communicatione sanctificatum est. Absurdum itaque, vt os illud sermonis fœditate coinquinetur, quod Christum suscipit. E

Ioā. xiiij. *Nolite mentiri inuicem.* Quippe qui dicentem indueritis Christum, ego sum veritas. Cur ergo aliqua quadam mentiendi forma estis obducti? liquet ergo vos pristinum illū characterem exuisse, qui vobis veritatem impresserat.

Vetus hō, *Expoliantes uos ueterem hominem cum operibus suis.* Cur Paulus corruptum viuendi modum, membra & corpus & hominem nuncupat, nec secus & quod cum viuitur, isdem nominibus exprimit? Nimirum vt voluntatem ostendat, substantia potiorem, & ab ea voluntate nos nos potius denominationem esse quam a substantia ipsa & corpore assecutos. Quinetiam & sacræ literæ equos & canes & vulpes eos appellant, qui animos sint animantium horum persimiles. Et nos item siue in gehennam, siue in regnum cœleste, voluntas hæc nostra & animus, non corruptior substantia ista inducit. Per veterem itaque hominem, corruptam voluntatem expressit: eoque & cum operibus, hoc est factis & velle adiecit. Et veterem dixit, vt voluntatis huiusce turpitudinem deformitatemque & impotentiam patefaceret. Aduerte autem, quemadmodum veteris hominis membra commemorauerit. Per mendacium nanque mentem expressit: cor autem per furorem, & per mendacium rursus os designauit, per blasphemiam: oculos per fornicationem, membra recondita & pudenda: manus per auaritiam: iecur per turpem concupiscentiam.

Et induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitionem. Nouus homo secundum deum voluntas est, qui nihil inueterascit, sed semper recentior ad dei cognitionem floret & augescit, continueque magis ac magis iunior esse arguitur, & quo cognitionis huiusce plus cœperit, maioribus dignatur, eo potentior est. F

Secundum imaginem eius qui creauit eum. Hoc est CHRISTI. Neque enim is ad senectutem vsque prouectus est, quin decore adeo & pulchritudine excellebat, vt verbis nequeat explicari. Decorus quippe vt inquit, supra filios hominum. Nullum enim cōmiserat scelus, quod sane putredinem præfert & vetustatem. Nos vero qui ab eo conditi sumus, abstergere a nobis debemus, omnem quæ a peccatis inhęserit, vel corruptionē vel senectutem. Creauit autem ille nos per baptismum, & meliores vitæ actiones.

ps. xliiij.

Vbi non est Gentilis & Iudæus. Hoc est, proselyta, & Iudæus a maioribus scilicet oriundus.

Circuncisio & præputium. Barbarus & Schyta, seruus & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ecce vel alia quædam secundum Christum noui hominis laus, cum nulla in eo nec gentis nec dignitatis, nec progenitorum conspici differentia possit, sed Christum duntaxat huius & formam esse. Quippe cum omnibus, qui ad optimam sunt vitā formari, omnia Christus sit, hoc est, & genus sit illis Christus, & dignitas. Vel aliter, hoc est: Vos omnes Christus vnus efficiamini, cuius estis & corpus.

Christ⁹ est oīa in omnibus & oēs vnum sumus in ipso.

Induite uos ergo sicut electi dei sancti & dilecti. Ad virtutem semper ostendit facilē

A aditum, quam haud secus ac amiculum aliquod accipere & induere possumus. Est tamē necesse vt perpetuo virtutem hanc apud nos habeamus, vtamurque ad ornamentum & decoris insigne. Quo fit, vt qui ea caruerit, deformis & minus ornatus appareat necesse sit. Maximis præterea laudibus hos ipsos commonefacit, qui & si essent iam sancti effecti, nondum tamen erant electi, vel dei charitate dignati. Vos igitur, inquit estis hæc omnia assecuti.

Viscera misericordiæ. Non enim misericordiam dixit induite, sed misericordię viscera. Cum ne eos videatur contemnere, qui sunt misericordia digni, tum vt ostendat ex animi affectione esse his indulgendum. Nec fratrum more, sed vt parentes solent in filios esse propensiores. Neque hunc illumve dixeris scelera commisisse, eoque nec delinquenti parcendum cum misericordiæ viscera idipsum efflagitant. Debemus his qui digni sunt more parentum indulgere.

Benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Qui secum misericordiæ viscera tulerit, necessario & hæc consequūtur. Quis enim pater non se ab liberos præstat benigniorem, non humilem, non indulgentem, nihil his obsistendo, non cuncta permittat, indulgeatque? Quis inquam parens non ferat hos tolerantius? Vide quam hæc ex ordine posuit. Benignitas nanque humilitatem parit. Qui enim benignior fuerit, & optimis moribus instructus, & humilis sit necessario sequitur. Ab humilitate habet & modestia ortum. Nam contra, qui superbus & insolens fuerit, & iracundus sit, erit necesse. A modestia oritur patientia, hoc est animi magnitudo.

B *Supportantes inuicem, & donantes uosmetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam.* Hoc est mutua vos patientia tolerate tu illum tuleris ille te feret. Ea lege vt non acerbius vestra inuicem inquirantur commissa: quin pro paruis hæc ducite, nec magni illa quæ in vos admittuntur, existimetis aduerte quemadmodum hęc ipsa & Paulus paruifaceret, vtpote quæ sub querelæ nomine ita expresserit.

Sicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Quod semper agit, Christi exemplo illos hortatur, idem argumentum inducens. Superius tamen, quæ in se inuicem ijdem delinquerent, vt praua viderentur, effecit cum hęc sub quęstionis nominis expressisset, cū vero xp̄m producit, suadet, & si grauia sint, quę in nos admittuntur, vel in eos ipsi beneficı simus, qui nobis officiant. Si demum vero ipsi excellimus, & pręstantiori fortuna sumus, tenues vero sint illi & forte inferiores, ferendos tamen hos esse, & missa omnia facienda. Neque id modo agendum, sed mors etiam pro his obeunda, quin vel post mortem erit si liceat, de his ipsis bene merendum, quemadmodum & post obitum de vobis est bene meritus dominus.

Super omnia autem hæc, charitatem habete. Cum fieri possit, vt munera quis largiatur, nec tamen id ex vero officio agat, sed sub prætextu quodam beneuolentiæ & simulatione quid tribuat, viā Paulus patefacit, quia vera possimus munera elargiri. Potest īterea quispiam benignus videri & humilis, cum nihil habeat in se charitatis, idcirco ait. Super omnia autem charitatem habete. Bn̄faciendū his qui nos oderūt & hoc charitate.

C *Quod est uinculum perfectionis* Charitas, inquit, cum aderit, hęc omnia continebit. Sivero deerit dissoluentur, arguenturque, & cōmentitia extitisse, & nullius momenti, quęcūque in proximum ītulerimus. Quemadmodum & in domo cōstructa si compages desint & nexus, qui eam contineant, ocius collabetur. Itemque & in corpore, si iuncturę aberit & nerui, pereat necesse est: & dissoluatur. Si charitas cum vniuersa vel sola constringat quæ pariunt perfectionem: si fuerit sublata, nil prorsus sunt benefacta cętera profutura. Qua charitate qui careat, nunquam est ad perfectionem aliquam euasurus, vel si ad eam nil sibi videatur deesse, imperfectior tamen hic deprehendetur. Quod iuncturę & nerui in corpore hoc charitas in bono opere.

Et pax Christi exultet in cordibus uestris. Nos quidem plerunque contumelijs per aliq̄ vnum effectos vario certamine mox subeunt cogitatus, quorum alij ad vindictam nos concitant, ad tolerantiam alij. Si dei pax nobis tunc aderit: perinde ac æquissimus iudex aliquis & certaminis præses: victoriæ palmam his deferendam censebimus, qui statim suaserint æquo vt animo iniurias toleremus, his ipsis & concessuræ sunt postmodum: quæ antea aduersabantur cogitationes & animi motus & illatas iniurias vna tolerabunt. Pax itaque istiusmodi iudicis in nobis fungatur officio: non iravel altercatio, vel humana pax aliqua, quę obstando & vindicando perficitur, cū dei & Christi firmior sit & insolubilis, quam nullum mortale bonum efficiat. Sicuti & dei nobiscū conciliatio re alia nulla fuerit inita, nisi quia ille sola eius clementia, & charitate inimicitias soluit, quas olim in nos exercuerat, Quęret aliquis: Cur Paulus cum charitatis faceret

mentionē, rursus de pace disserit? superuacaneum eñ videtur de pace commonefacere: quam charitas ipsa cuius & meminit, cōplectatur. Idcirco sic īfert. Cū sæpe inter amicos oriatur contentio,& ex summa quadā plerunq; beneuolentia altercationes,iniuriæ & dissidia excitantur,id solum velim,vt amore inuicem; vel studio quodam & concertatione vosmet prosequamini. Nec minus & illud exegerim,vt ad vestram hanc mutuam animi coniunctionem Christi pax ipsa accedat,quę vestra omnia & disponat & iudicet. D

In qua & uocati estis in uno corpore. Hoc est,ad pacem euocans CHRISTVS,vos vnum corpus effecit, cuius & ipse sit caput effectus. Cur autem cum vno & corpore ipsi constemus multi, vnum corpus efficimur? Quia cum membra simus, ad inuicem hanc pacem seruamus, nihil dissentientes. Vel quia estis ad pacem vocati, hoc est innumerabilibus estis iam bonis per pacem dignati. Nam haudquaquam aliter nobis cum deo in gratiam reditus patuisset,nec nos ille vel in eius seruitutem vocasset, vel suorum bonorum fecisset participes.

Et grati estote. Id nanque gratitudinem præfert, cum haud secus ipsi nos gerimus erga conseruos ac deus se erga nos habet. Nam qui deo gratias profitetur, qui ab eo sit veniam consecutus,nequaquam in eum vlciscitur,qui se afficit iniuria,tanquam si de eo qui iniuriam intulit,pœnas susceperit nequaquam postmodum videatur dei in se beneficia meminisse, eius in morem,cui cum essent mille talenta dimissa, ipse tamen nec mille nummos conseruo dimiserit. Agendæ itaque per nos gratię erunt, cum pro malis quæ ipsi perpetimur,tum etiam cum iniuriam a quouis illatam,non toleramus. Sic enim vel martyrū assequemur coronam. E

Sacrarū literarū studiū ad quid vtile. Psal.liij. Non ad scripturarū studiū Paul⁹ cūctos mittit. Homines deū psalmis efferunt,āgeli hymnis

Verbum Christi habitet in uobis abundanter. Viam nobis ostendit, quam & gratitudinē præferre possimus. Si enim,inquit,dei in vobis verbum inhabitarit, hoc est doctrina vel diuina decreta & monita quibus nos ille instruxit,præsentem hanc vitam habere contemptui,& terrena bona hęc paruifacere,nullis profecto vel grauioribus rebus succubuerimus,sed omnia fortiter tolerando, gratias deo sumus occursantibus malis acturi. Neque enim simpliciter in vobis sit dei verbum, sed inhabitet dixit, & affluenter. Nam si sacrarum literarum abundabimus cognitione,facile & erumnas & calamitates,& quoduis mali genus tulerimus. Nec secus,quam vir quispiam opulentus iacturam aliquam tenuem pateretur,& nihili duceret.

In omni sapientia. Hoc est in omni virtute,quam sapientiam nuncupat. Quemadmodum Dauid peccatum īsipientiam dicit: vt illud. Dixit insipiens in corde suo. Et putruerunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.

Docentes & commonentes uosmetipsos in psalmis,hymnis,& canticis spiritalibus. Cum habeat scripturarum lectio laboris non parum,nequaquam hos ad perlegendas sacras historias cohortatur,sed ad psalmos decantandos impellit,vt simul inquit, & animum canens oblectes, & laborem canendo fallas. Post psalmos autem & hymnos posuit, tanquam rem aliquam perfectiorem. Psallere nanq; hominum est,hymnis vero deum efferre angelorū.

In gratia cantantes. Hoc est cum gratia & spiritali quadam animi iucunditate. Nam quemadmodum & hominum cantiones,gratiam aliquam,& si nullam habeāt,videntur præferre,sic cantus diuini spiritalem afferunt voluptatem. Vel quia ex gratia erant decantandi id muneris assecuti. F

In cordibus uestris deo domino. Non,inquit, solum ore est decantandum, sed & cordibus, hoc est cum attentione & diligentia. Id enim proprium est deo canere. Alias vero hominum voces duntaxat in aerem fundere. Vel aliter: in cordibus, id est non ad iactantiam & ostentationem. Nam si vel in foro versaberis, poteris tecum ipse tacitus,audiente nemine,domino decantare.

Omnia quæcunque facitis in uerbo aut in opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi. Si cibum,inquit,vel potum desumis,si peregre aliquo proficiscaris,cuncta in dei nomine facito,hoc est illum vt adsit īuoca,& opem ferat,& prius illum precatus,mox opus quodcunque aggredere,nam dei nomen dæmones abigit, facitque vt facile tibi cuncta, & ad votum succedant. Vel illud apostolus hoc loco commonefacit, vt angelis omissis, quos esse ad patrem crederent duces, Iesum inuocent.

Gratias agentes deo & patri per ipsum. Si filium inuocas,per eum inuocabis, & patrē. Si filio gratias egeris,per ipsum & patri gratias dices. Vel quia quēadmodum nos ipsos filius ad patrem traduxit,sic & quas ipsi agimus gratias patri is offerret,quippe cuius intercessu,bona nobis vniuersa contingant.

A *Mulieres subditæ estote viris, ut oportet in domino* Cur Paulus in aliis nusquam epistolis, nisi in hac duntaxat, & ea quam ad Ephesios scribit, & alia quam ad Timotheum transmisit & Titum, huiusmodi imperat? Quia his in vrbibus nonnulla erant dissidia, viros inter vxoresque. Vel quia obfirmata iam in his erat ecclesia, & recte erant in ea omnia instituta, id præter, quod castigandum superat. In domino autem, hoc est propter dominum vos ipsas subiicite. Non enim naturalem modo subiectionem illam exegerim. (Id nanque prætendit, cum vt oportet, inquit) sed dei maxime gratia, vt vos iure obsequentiores præstetis. Obsequium mulieris erga virū quale.

Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Vide quemadmodum quæ horum cuique competunt, consulat. Fœminis quidem subiectionem, viris in vxores beneuolentiam. Neque enim adeo subditorum requiritur in principes amor, vt principum in subditos charitas poscitur. Mulier nanque cum adamatur, & ipsa reciprocam refert amoris vicissitudinem. obsequio vir mansuescit, & benignum se præbet. Et quia plerunque euenit, vt exasperetur, qui sit vel amore affectus, cum constet vel inter summa charitate coniunctos, bella & dissidia oboriri acerbius, propterea inquit. Nolite amari esse. Fit enim cum ingenti quadam animi amaritudine, vt cum eius membro quisquam dissideat.

Filii obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Rursum in domino dicit. Neque enim naturæ duntaxat ratione vult id vt agamus, sed quia sic deo sit placitū, Parentib⁹ in quibus non est obediendū
B vt & mercedem promereamur, vt qui dei id gratia facimus, fidelium liberis intulit, vt parentibus cunctis in rebus obsequerentur. Nam infidelibus & impiis genitoribus nequaquam erit omnibus in rebus obtemperandum, neque enim audiendi sunt illi, cum ad impietatem filios & falsas religiones compulerint.

Patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros ut non pusillo animo fiant Hoc est nequaquam sunt sigillatim & acriter inquirenda, quæ per eos geruntur. Quin potius nonnulla sunt horum facta prætereunda ne contentiosi & rebelles reddantur, & in desperationem aliquam inducantur. Aduerte quam prudentes parentum in liberos iram fregerit. Flexit nanque illorum viscera, cum dixit. Ne animo fiant pusillo, hoc est ne desperent, nituntur enim præcipue genitores, ne animo concidant liberi.

Serui obedite per omnia dominis carnalibus. Vt seruituris admonuit, parendi mox prætulit æquitatem. Verum ne suam mancipia doleant sortem, carnalibus addidit. Anima nāque cuius de salute nunc agitur potior est, & liberior sane effecta. Et quia temporaria est, & ad breue hæc seruitus permansura, animum ait subde, vt volens ac libens deseruias, & dominis ipsis obsequere, & a deo mercedem habeas obsequendo.

Non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes. Facite, inquit, vt quæ lege obuenerit seruitus, Christi timore exhibeatur. Cum enim herus haudquaq̄ aduerterit, si quemadmodum oportet operam tuam aliquid agendo minus præstiteris, perspicuum erit ob dei te oculum inspectantem id agere. At si astante domino, & iubente, ea feceris, quæ vt fiant necesse est, absente non item peregeris nunc hominibus ipsis, non deo gesseris
C mortem. Quod si talem te ipse obtuleris, ibi officias necesse est. Deus nanque ossa hominum dissipat, qui hominibus placent. Seruitutē qua lege obuenerit, xp̄i timore libēter exhibere, liberi hoīs est potius q̄ serui.

Sed in simplicitate cordis timentes deum. Hoc sane præfert, quod timeas deum, cum nemine inspectante, nil praui commiseris. Illud vero cordis simplicitatem, cum hominum respectu nil egeris. Est ergo qui ad gratiam seruitutem impendit, vt pane impurior, ita & deo nil gratus.

Quodcunque facitis, ex animo operemini, sicut domino & non hominibus. Non solum hos quauis simulatione vult vacare Paulus, sed cuiusque etiam negligentiæ expertes esse. Quinetiam liberos ex seruis hos reddit, cum nihil indigeāt dominorum imperio ad rem peragendam, sed mira cum charitate non seruili necessitatem, & libero ac volenti animo, quia facturi sunt, faciant.

Scientes quod à domino recipietis mercedem hæreditatis. Raro domini seruos non relinquūt vel si ab his optime sit inseruitum, sed cœlestis dominus ille vobis de terrenis his dominis benemerentibus, mercedis loco cęlorum hæreditatem daturus est.

Domino Christo seruitote. Qui scilicet rerum seriem, & seruitutem disposuit. Quod autem CHRISTO sitis operam præstaturi, liquet ex eo, quia ipse sit vobis dependsurus mercedem.

Qui enim iniuriam facit, recepit id quod iniquè gessit, & non est personarum acceptio apud deum. Seruus enim qui dominum, vel negligentius seruiendo vel herilia vēditado fraudauerit

Acceptio ꝑsonarũ nulla apud deũ quõ.

bonam mercedem a deo recipiet? Non enim is cuiusquam personam discernit, vt seruũ cõmiseratus, tanquam imbecilliorem corporis partem, missum faciat, & inultum relinquat: qui lege cauit, nullam esse in iudicio habendam pauperis rationem. Vel aliter, Christianus aliqs qui sit seruituti obnoxius, si gẽtili domino, cuius sub ditiõe sit, iniuriam fecerit, nequaquam existimet iudiciũ & damnationem se euasurum. Neque eñ vllius habet personæ respectum Christus, vt ei qui sui sectator sit parcat, quod in gentilem herũ deliquerit. Hęc aũt quæ de personarum acceptione sunt dicta, erunt sane & si ad seruos sunt habita vel per dominos admittenda, tanquam & ipsis congruere posse videantur. D

CAPVT QVARTVM.

D*omini quod iustum est & æquum seruis præstate.* Quænam illa est æquitas laborum, scilicet vt seruis remuneratio tribuatur, & his abunde omnia ad necessitatem suppeditentur nec permittatur, vt aliena ope indigeant. Nec enim etsi a deo sunt habituri mercedem, debitis erant pro pterea fraudandi officijs.

Scientes quoniam & uos dominum habetis in cælo. Quemadmodũ vos illi in terris in dominos habent, ita & vos deum habetis, cuius est imperio obsequendum. Quo fit, vt eadem mensura, qua fueritis seruis emensi, a domino sit vobis remetiendum. E Vel quia & vos post mortales hos heros: cęlestem dominum sortiti iam estis, itaque vt conseruis operam & ipsi præstate. Quandoquidem estis his similes: quippe qui sub vnius sitis imperio cælestis scilicet domini constituti. Fecit nanq; is communem esse hanc omnibus seruitutem.

Diabolus nos ab oratione conatur abducere

Orationi instate, uigilantes in ea, in gratiarum actione. Callet vtique dæmon quantum in se habeant boni orationes, eoque & ab his desistere suggerit. Cuius rei Paulus non ignarus orationi, inquit, instate. Cunque & qui perseuerantiam orando præstiterit, in negligentiam sæpe resoluitur & languescit, vigilantes dixit, hoc est experrecti & exciti, recentiores vos semper ad orationis id opus præbete. Sed in gratiarum actione, hoc est gratias agendo, deum precemini. Hę nanque verę sunt preces, quas gratiæ subsequuntur, deo pro omnibus dictæ, quorum nobis vel conscij sumus, vel nescij, proque acceptis per nos beneficijs vel malis etiam toleratis, hac pro his demum, quæ in vniuersum hominum genus collata sunt bonis.

Orantes simul & pro nobis Attende humilitatẽ. Num Paulus horũ egebat precibus? *Vt dominus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi propter quod & uinctus sum ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui.* Hoc est vt fidentiorem me faciat. Non vt vinculis eximar, sed vt Christi sic mysterium eloquar, vt me loqui oportet. Non remisse & timide, sed summa cum audentia & fide. Verum cur in vincula coniectus apostolus, alios orat deposcitque vt ab his liberetur, quibus erat constrictus compedibus? Id sane non modo humilitatis gratia deprecatur, sed vt & vim patefaceret orationis, quæ cum charitate & attentione a fratribus funderetur. Opus enim habebat cælesti ope, q̃ sibi vbertim erat fratrum oratio comparatura, simul etiam vt eos ad orandum induceret. Nam si essent pro Paulo precaturi, quanto magis pro seipsis deberent precibus & votis insistere. F

ex his perpenditur quãtũ valeat dep̃catio iusti assidua & ea pręcipue q̃ sit cum gratiarum actione.

In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Idipsum & dominus dixit. Ecce mitto vos vt oues in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Quod & Paulus hoc loco repetit cautiores dicens estote, & sapienter vos gerite, vt nullam occasionem his detis, vt vel efficere possint vel offendantur, qui foris sunt; id est, vel nobis minus familiares, vel qui extra nostræ fidei aulam diuagantur, & infideles sunt. Hi nanque & si in eodem hoc mundo versantur, quia ab ecclesia & cœlesti imperio longius absunt, foris esse dicuntur. Propterea & sapienter erit cum his diuersandum. Sapientiam autem prudentiam dicit hoc loco. Nec tamen sic erit ab his qui nobiscum vixere cauendum. Consolatur autem hos, cum gentiles forenses & exteriores appellat.

Matth. x. Lucæ. x.

Tempus redimentes. Non enim quia varios vos & versutos esse aut hypocritas velim hęc dixerim, sed vt arguam vestrum esse, quodcunque est temporis. Quod vtiq; estis optime redempturi si prudẽter inceditis, si nullas superuacaneas susceperitis cõtẽtiones,

act. xxvi

A si debitum decentemque his honorem impartieritis, citra tamen animæ vestrę iacturam, ac demum reliqua officia abieritis, quæ sanctos decent. Audi & hunc ipsum ad Agrippam dicentem. Beatum meipsum existimo pro te responsurum. Sic & qui foris sunt, de his & intus sunt, effecerimus, cum per benignitatem hos & mansuetudinem ad prædicationem inducimus.

Sermo uester semper in gratia sale sit conditus. Habeat, inquit, velim sermo vester leporem, sit sale conditus, hoc est, Vel quæ dei sunt eloquatur, & sapienter, vel lętior sit, & iucundior, vt oblectet, & audientibus conferat plurimum, sic tamen vt non in scurrilitatem vel lasciuiam recidat, sed dignitatem etiam seruet. Vel id quidem prætendit, cum inquit, sit sale conditus, id est vt non supra modũ in lætitiã sit, & iocum effusior, nec prorsus seuerus & asper. Quemadmodum esca, si sale careat, insuauior erit: nimis salita, a gustu repudiatur: ita fit, vt his vtrisque vesci nequeant homines. Nonne aduertis quemadmodum Daniel hominem impium mulceat & soletur? Nonne & pueros illos tres conspicaris, nil graue aut molestum fuisse loquutos? sed veritatem præ se & confidentiam tulerint, cum in foueam detruduntur? Efferri itaque & vltra quam deceat audere, nequaquam fiduciæ est, sed insolentię argumentum. Sermo sa le cõditus non scurrilis. Danie. iiij

Vt sciatis, quomodo oporteat unicuique respondere. Aliter nanque opulento est respondendum, aliter inopi, Nam diuiti est prę animi imbecillitate indulgendum, inops vero quia B firmior sit mente, sustinetque, si acrius te illi ingesseris, magis vrgendus est. Quod si nulla cogat necessitas, nequaquam gentilem fœtidum dixeris & inquinatum, nec illi conuitia beris. Quin potius si principem ipse adieris, decentes illi honore deferto. Si fueris de alienis institutis rogatus, inquinatiora hæc & impia dixeris, quippe quę a vero longius absunt. Neque enim est tolerandum vt impium quis dogma inducat. Apud Athenienses & Paulus vel eorum cum laude, multa disseruit, Elyman vero conuitiatus est, erat nanque conuitio dignus. Aliter huic aliter illi respondendum. actu. xvij Actu. xiij

Quæ circa me sunt oĩa uobis nota faciet Tychicus. Vel id est prudentiæ adscribẽdum, cum non omnia epistolæ demandantur, nisi necessaria quædã, & quę vrgere magis videntur. Quod eo fit, ne si longiores epistolæ fuerint, plurima complectendo fastidium pariant, & vt aliqui abeunti reliquum sit, quod, possit pręsens referre, & ei authoritatem parent. Vel his dictis suã Paulus in Tychicũ beneuolentiã patefacit, cũ pleraque illi crediderit, quæ epistolę minime credenda duxisset. Et erant nonnulla q̃ literis explicari nõ poterãt.

Charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in domino. Si Paulo charus, omnia nouit. Si fidelis, nil mentitur. Si conseruus, & tentationum factus est particeps.

Quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat, quæ circa uos sunt, & consoletur corda uestra. Hoc loco & suam erga illos aperit charitatem, siquidem hunc ea de causa mittat, vt quemadmodum cum illis agatur intelligat. Neq; vt sua eis renũtiet, sed ut soletur. Vnde hos arguit tunc temporis tentationibus affligtari, quia consolatione indigeant.

Cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex uobis est. Erat Onesimus iste Philemonis seruus Vah quam est ille ex seruitute ad dignitatem prouectus, vt Pauli efficeretur C & frater, nec Paulum serui pudeat esse germanum? Id vero omne in Colossensium ciuitatis laudem cedit, cum qui ex vobis est, inquit, Vel vt huius prouectum sibi ornamento ducant commonefacit. Onesim⁹ seru⁹ Philemonis.

Qui omnia quæ hic aguntur, nota faciet uobis. Hoc est & vincula mea, & mala reliqua, quę me detinent. Si enim ista abessent, ad vos me proculdubio contulissem.

Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus. Id sane ex Hierosolymis secum Romam concesserat. Maius quiddam videtur hoc loco (quam prophetę ipsi) apostolus protulisse. Illi nanque aduenas se & peregrinos dicebant, is vero captiuum se nominat. Et iure quidem. Nam & captiui in morem alio atque alio distrahebatur. Quin potius vel longe seruili cõditione huius sors erat inferior. Nam seruos domini aut secus quam certam aliquam, & propinquam possessionem procurant, hunc vero vniuersi vt hostem agerent & transuectarent. Videtur itaque ex hisce dictis Colossenses ad ferendas tentationes hortari, cũ pręceptor ipse tot malis affligtaretur. Psal. xxxviij.

Et Marcus consobrinus Barnabæ. Et hunc quidem qui sanguine Marcum contingeret laudat. Pręstabat enim & Barnabas fidei magnitudine.

De quo accepistis mandata, si uenerit ad uos, suscipite illum. A Barnaba forsitan hi bene viuendi præcepta acceperant. Vnde & eos hortatur, vt & hunc ad se aliquando venturum cum honore suscipiant.

Et Iesus, qui dicitur iustus. Corinthius forte hic erat genere.

Qui sunt ex circuncisione, hi sunt adiutores mei in regno dei. Cũ proprias cuiusque laudes explicasset, communes nunc narrat. Videbatur enim permagnũ vt qui ex Iudæis fuissent, operam in fide vulganda nauarent. Sed quoniam fecerat & captiuitatis iam mentionẽ, ne terrorem incutiat auditoribus, sed subleuet potius & consoletur: hi inquit qui ex circuncisione sunt fideles effecti, hoc est ex Iudæis redditi christiani, in his me iuuant, quæ ad cœleste ducunt imperium. Ita fiet, vt qui huius mecum sunt seruitutis participes, & regni cælorum partem sint habituri. D

Qui mihi fuerunt solatio. Arguit hoc loco, & se plurimũ affligtari, & hosipsos eo excellere, quia sibi attulissent solamen. Aduerte autem quemadmodum & cæteros qui malis vexarentur solatus, participes secum regni cælestis futuros prædicet. Idipsumq; sibi hoc vendicare, qui mala pro Christo perpetiantur.

Salutant uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi. Et in principio epistolæ virum hunc & hoc loco commendat, hortaturque Colossenses, vt huic amoris rependant vicissitudinem, audiantque periucunde docentem. Confert enim discipulis plurimum authoritate præceptoris, vt cui & facile pareant, & fidẽ præstent. Summa autem huius est laus, cum CHRISTI dicitur seruus, & Colossensibus cedit ad gloriam, cum tanti sit, qui ex eis sit oriundus.

Semper solicitus pro uobis in orationibus. Non solũ, inquit, pro vobis orat, sed vestri gratia & anxius est & trepidat. Neque solum hoc tempore, sed continue curis his angitur. E

Vt stetis perfecti. Tacite illos mordet, & imperfectionis perinde arguit, qui adhuc in eo de angelis, quod diximus dogmate, claudicarent. Et quia concedi potest, vt etsi perfectionem sit quispiam assecutus, perstare tamẽ in ea diutius nequeat. Sicuti cum quis omnium teneat rerum cognitionem, nec tamen firmus & stabilis maneat. Idcirco vt stetis, inquit perfecti, in dogmate scilicet & vita.

Et pleni in omni uoluntate dei. Hoc est, vt dei duntaxat, non hominum exequamini voluntatem. Id nanque prætendit, cum perfecti inquit estote & pleni, arguitq; Colossenses partim hisce in rebus abundare, partim egere.

Testimonium enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodicæ, & qui Hiropoli. Rem vtrinque amplificat, & cum Epaphrę exprimit desiderĳ magnitudinem, & Laodicensibus & Hieropolitanis commendatiorem hunc facit. Erant enim, perlecta epistola, omnia cogDituri, quæ de Epaphra illo scripsisset apostolus.

Lucas. *Salutat uos Lucas medicus charißimus.* Lucas hic ille (vt arbitror) est, qui græce euangelium scripsit. Et magnam quidem ex eo vẽdicat laudem, quod a Paulo in numero sit amicorum, & charissimus nuncupetur. Non enim etsi postremo & hoc faciat mentionẽ eius imminuit laudem. Sed eo id egit vt Epaphram apud conciues suos extollat. Vel forte erat & alius quispiam idipsum nomen sortitus.

Et Demas. Demas hic nondum, vt apparet, reliquerat præceptorem.

Salutate fratres qui sunt Laodicæ. Aduerte quemadmodum hos fraterno hoc nomine charitate connectat.

Et Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Egregius sane vir iste erat, qui & domesticos omnes fideles haberet, & ita vt ecclesia eius domus appellaretur. Et ideo Paulus huic prçipue salutem impartit, glorificaturque, cum eius familiam ecclesiam nuncupat. Quod eo facit, vt & alios ad hunc imitandum inducat: perinde & si ipsi honoris sint cupidi. Nympham hunc imitentur. F

Cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est uobis legatur. Videre videor fuisse nonnulla Colossensibus a Paulo scripta, quæ vt Laodicensibus innotescerent, necessarium erat. Et contra: Colossensibus ipsis paterent, quæ Laodicæ ciuibus fuissent per literas significata. Vtrique nanque apostoli scriptis castigabantur, in quibus eo plurimum inerat vtilitatis, quia horum singuli propria erant vitia recogDituri. Quæret aliquis. Quænam illa fuit ad Laodicenses epistola? Ea nimirum, quæ ad Timotheum prior conscripta est. Hanc nanque ex Laodicæa transmisit apostolos. Tametsi dicant nonnulli, ad Paulum priores scripsisse epistolam. Vtrũvero res ita se habeat, aut secus mihi nil constat. Qui enim poterat fieri, vt proprĳs literis Laodicenses proficerent.

Epistola Laodicensium prima est ad timotheũ

Et dicite Archippo. Cur enim huic nullas dederat literas, sed per nuntios mandata significabat? Forte quia minus erat huic literis opus, qui vel paucis & exilibus monitis

A indigebat.

Vide mysterium quod accepisti in domino, ut illud ampleas. Vbique, cum vide, inquit aposto-
lus, terrorem icutit quendam: vt alibi. Videte ne quis vos seducat, & sæpe alias in ean- Ephe. v.
dem hoc verbo sententiam vtitur. Sic & hoc loco, vide (inquit) vt op⁹ impleas, quod in supra ij.
domino accepisti, hoc est, per dominum. Ille nanque id tibi negocij demãdauit, non ego. Vide &
Verum quod nã illud erat mysterium? Vt colossensibus ipsis prospiceret. Duo autem videte a
quędam hoc loco molitur, cum dicit in domino. Nam & archippum facit solertiorẽ ad pud Pau-
opus domini exequendum, & colossenses reddit archippo morigeros, vt qui illi a domi lum quõ
no sint in curam iam traditi. Cęterum idcirco illis iniungit, vt pręceptori Archippo de Archipp⁹
nuncient, vt cum ab Archippo fuerint acerbe increpati, ne illum queant acrimoniæ hu-
ius insimulare, cum minus ignorent Pauli iussu se castigari, & ipsemet Pauli mandata
detulerint.

Salutatio mea, manu Pauli. Vt impartitam salutem faciat firmiorem, & vt eius manda-
ta corroboret, propria manu scripsisse hæc se confitetur.

Memores estote uinculorum meorum. Hoc est, mei sit apud vos recordatio, qui & vinculis
hisce astringor, & condemnatus sum. Ingens sane illis cum affliꝺantur est consolatio
Pauli reminisci, vincti & condemnati. Iniuria ce

Gratia domini Iesu Christi uobiscum, Amen. Si vobis, inquit, præsto hæc gratia fuerit siue dit in gra
B pressuræ affligent, siue prępediant compedes, & carcer coerceat, nil poterunt hęc vobis tiam.
obesse. Nam & vobis per gratiam concessa sunt vincula. Reuertebantur enim, inquit, a Act. v.
concilio gaudentes discipuli, quoniam digni habiti sunt pro Christi nomine iniuriã pa-
ti. Vides quemadmodum in gratiam cõcedat iniuria, ita quidem, in dignitatem hæc po-
tius transfertur & gratiam. Vellem equidem & nobis, quanuis indignis, eiusmodi gra-
tiam posse contingere, & nunc maxime, cum aduersis affligimur, vt per eam nostra fra-
gilitate firmata, quæ minus prospera offeruntur cum ingentem delictorum nostrorum
molem calcauerint, ad commodum cedant. Qua ex re tam pater ipse, quam filius, quam
spiritussanctus perpetuam gloriam assequantur, Amen.

Argumentum in epistolam ad THESSALONICENSES.

Thessalonicenses sunt macedones. Hi in Christo Iesu accepto uerbo ueritatis persliterunt in fide, etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ à falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus, scribens eis ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytum.

IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM THEOPHYLACTI, PROLOGVS.

C *Thessalonica Macedoniæ ciuitas est, & eius regionis Metropolis ẽ qua & Thessalonicenses sunt dicti. Hi igitur ubi Christi fidem exceperant, in ea stabiles permanebant. Et ita, ut nec ullis præssuris, nec pseudo apostolorum suasu, à christiana religione, & ueriorібus possent decretis auerti. Tametsi essent inter hos & curiosiores quidam & ociosi, qui de resurrectione haud satis essent instructi, & de charorum amissione nimio dolore afficerentur. Nõnulli preterea, & fornicationibus dediti Hos itaque castigat apostolus. Perfectiores uero cõmonefacit, nec cedant aduersis, & falsis apostolis nil fidei præstent, & alios corrigãt.*

CAPVT PRIMVM.

Paulus & Siluanus & Timotheus. Ad Thessalonicenses scribẽs Apostolus Timotheum sibi & parem facit, & comitem parat. Sec⁹ tamen cum ad Ephesios scribit, tametsi his erat Timothe⁹ notior. Mihi vero videatur, quia propediem erat Timotheũ ad hos dimissurus, eo & superuacaneum visum, vt & illum diceret secum vna epistolæ authorem, qui ad hos esset paulopost concessurus. Hic vero aliter agit, nam & nuper ad se ex Thessalonica ille redierat, vnde & merito hunc sibi in scribenda epistola & socium profitetur, quia Thessalonicensibus primum profuisset, apud quos authoritate valeat non mediocri. Prępo

nit autem Timotheo huic Siluanum, vel id forsitan Timotheo hoc flagitante, vt qui D præceptoris vestigia sequeretur, qui & sibi pares discipulos faciat. Nec præterea hoc loco vel se pro eius consuetudine Apostolum profitetur, vel Christi seruum, quia recens erant Thessalonicenses ad fidem instructi, necdum fuerant apostolum satis periclitati. Vnde superuacaneum erat, vt sue dignitatis faceret mentionem.

Cur se apostolum nō profitatur Paulus ad Thessalo. scribens.

Ecclesiæ Theßalonicensium. Et si perpauci erant ex his qui fidem exceperant, in ea non dum admodū obfirmati, tamen & hos ecclesiam dicit, vt saltem hoc nomine cōsoletur.

In deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Cum enim & iudæorum & Gentilium ecclesię, vt hanc a Iudaicis segregaret, in deo patre dixit. Ecce nanque in deo summa est dignitas. Quicunque enim peccati est seruus in deo non permanet.

Gratia uobis & pax. Gratiam his comprecatur & pacem, vt diuinis in donis magis ac magis proficiant, pacemque assequantur nil inuicem superbientes.

Gratias agimus deo semper pro uobis omnibus. Ab eorum mox laude principium sumit. Cum enim deo pro his gratias agit, ostendit a se ea iam esse peracta, quibus & deo pos sint gratiæ agi, & laudibus idem ille efferri, cuius munere hi rectiora peregerint. Simul & ad humilitatem hos instruit, cum arguat cuncta deo esse, non nobis mortalibus ascribenda.

Memoriam uestri facientes in orationibus nostris. Gratiæ deo ex bonis operibus referuntur: inter precandum nanque cuiuspiam reminisci, charitatis est argumentum.

Sine intermissione. Non modo (inquit) cum preces ad deum fundimus, repetimus nos E uestri memoriam, sed & alias semper. Quod vtique demonstrat summam in hos Apostoli beneuolentiam.

Memores operis fidei uestræ. Hoc est, constantiæ vestræ in fide suscepta. Illud nanque verius est fidei opus, cum stabiles in fide perstamus, non verbis duntaxat fidem iacta re vel gloriæ ducere.

Et laboris & charitatis. Quid enī habet in se amor laboris, qui lentior ē & frigidior? Nihil. At qui verus & ardens, hauddubie plurimum. Nam cum eius quem colimus gratia, omnia toleramus, quo pacto non summus erit hic labor? Thessalonicenses vero, quam multa sunt in eorum in Paulum charitate perpessi, sicuti ex apostolorum gestis poteris certior fieri.

Nō psuasionibus sed diuina virtute ad fidē traducimur.

Et sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi. Diutius, inquit, ac multum tentationibus afflictati, toleranter omnia pertulistis. Quod est eo effectum, quia certior vobis de futuris & præmijs asseruatis spes erat. Vos vero deus initio tentari permisit, ne quisquam assereret adulationibus & verborum lenocinijs, euangelij prędicationem constare: & perspicuum fiat, non humanis persuasionibus vllis, sed diuina virtute animas esse ad fidem & salutem traductas.

Ante deum & patrem nostrum. Duplici potest id sensu comprehendi. Vel quia (perinde ac si inquiat) in die conspectu & patris nostri vosipsi commemoramus, vel quia operū fidei reminiscimur, quæ deo coram sunt constituta. Tanquam id dicat: nolite existimare frustra, & sine vlla mercede vos hęc factitare, quin potius omnia sunt diuinę maiestatis illius exposita oculis, quę & vobis pro hac tolerantia & vestris optimis actionibus mercedem dependet. F

Scientes fratres dilecti, à deo electionem uestram. Eo (inquit) vestri memoriam facimus, quia certo scimus, a deo vos esse electos. Estis nanque supra multos ad fidem sepositi. Verū vnde id liquet, si dixeris, audi quę subsequuntur.

vt signa & inspiratio confirmant fideles, sic qui pdicantibus inserūtur āgores fidē adstruunt.

Quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum. Ex eo vobis, inquit, perspicuum est fuisse electos, quia deus meam ad vos prędicationē est vel gloria prosecutus. Nō enim simpliciter euangelium prędicauimus, sed & signa sunt & miracula edita cum deo esset id optime placitū, vt fidem ipsi exciperetis, tanq̃ electi ab eo & ad fidē prędestinati.

Sed & in uirtute. Hoc est, in signis quę ad grati animi sunt beneficium facta, & ad ingrati tormenta

Et in spiritu sancto. Vel quia in spiritali, non exteriori & humana sapientia: Vel quia spiritus sanctus fuerat credentibus datus.

Et in plenitudine multa. Hoc est, quę per malorum & pręssurarum tollerantiā affertur. Nam quēadmodum signa & spiritu sancti subministratio, ad fideliū animos confirmādos fiebant: sic & prædicantibus qui inferuntur angores, prædicatiōis asserēde certiora sunt argumenta.

A *Sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos.* Vos(inquit) ea in re testes deposco, quemadmodum me ergo vos gesserim, vtque multa animi promptitudine prædicandi simus defuncti hoc munere, vel id sane & vestri est gratia factum. Nam cum electos vos sciremus, eo in vobis ad fidem formandis, studium omne contulimus. Quis enim pro his qui dei sunt charitate dignati non labores subierit & tormenta? Hic præterea vel suas laudes: & si adumbrate attingit, cum hos tamen velit prius laudando efferre.

Et uos imitatores nostri facti estis & domini. Hos quidem & laudando & monendo corroborat, inquiens eos nequaquam, sibi esse pericula subeũdo inferiores. Vah qualis illa & quanta est laus, confestim imitatores esse effectos, Nec huius modo, qui & dñi Iesu. At quonam pacto hi sunt dei iã redditi sectatores? Quia & ille mala pluria tolerans gaudebat & his vltro se offerebat, & enixe adeo vt hmõi patrẽ alloqretur. Glorifica me pater. Ioan.xvij

Excipientes uerbũ in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti. Non enĩ solum cum pressura & malorum tolerantia hi verbũ exceperant, sed cum molestiarũ diuexationũque etiam magnitudine, hoc est, summo discrimine. Quod vtique poteris vel ex ipsis apostolorum actis ediscere. Has vero pressuras siue pericula lęti excipiebant. Interpretatur præterea quid sit in tribulationibus & angustijs ipsis lętari & gaudere, aitque. Cum spiritus sancti iocunditate. Neque enim spiritus dolere vos sinit. Nã etsi corpora dolor excruciaret, per spiritum tamen animo gaudiũ & suauitas indebatur. Nam quemadmodum cõstat per spiritũ in me dijs flammis tres pueros illos rore fuisse afflatos & intactos ab igne mansisse: sic spiritus idẽ in vitę discrimine, cũ caro excruciatur, lętiores nos reddit, & gaudio explet, cũ bona illa nobis in mercedẽ futura, visenda ꝑponit. Aduerte aũt tũc fieri quẽpiam dñi sectatorẽ, cũ discrimina & mala tolerat, cũ spirit⁹ & animi hilaritate. Act.xvij B Dani.iiij.

Ita ut facti sitis forma omnibus credẽtibus, in Macedonia & in Achaia. Atqui postremo ad hos Paulus venit. Inquit itaq;, adeo vos claruistis ex virtute, vt eos qui me ꝓuenerũt, vos instruxeritis. Paulũ vero in hoc illi sunt imitati, qa cũ cæteris posterior fuisset apostolis, hos tñ lõgo ĩteruallo excessit. Vide vt nõ formã dixerit crediturís hos fieri sed credẽtibus iã formã exhibuisse quẽadmodũ.s. credendũ sit. Et quia cũ animi quodam ardore, & periculo adeundo summa cum promptitudine. Achaiam autem Gręciam dicit.

Qui cum animi hilaritate mala tolerat dñm sectatur.

A uobis enĩ diffamatus est sermo domini Hoc est, de vestra virtute fama plata effecit, vt euãgelij prędicatio essęt oĩbus audita celebris: Vt vosipsi tanq̃ cunctorũ eruditores argueremini, Dissonuit aũt, ad turbę metaphorã dixit quę sonorũ clangore auditũ excitauit.

Nõ solũ in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides uestra, quæ est ad deum, perfecta est. Macedonia quidem (inquit) & gratię sermone per vos, & doctrinæ vestræ exemplo repleta est. Et quod miraculi est loco habẽdum tam breui per omnia loca tantum fidei disseminastis. Nec secus de horum profectu, & fide disseruit quã de animata re aliqua disseruisset, cum eam adstruit, & perfectam fuisse, peragrasseque, & esse iam diuagatam.

Ita ut non nobis necesse sit quicquam loqui. Adeo, inquit, & vehemens est, & tã celeberrima fidei vestræ iam fama, vt nec me laudes vestras prædicaturum fideles expectant. Quin quotiescunque dicere de vobis aliquid cœperim, vt & illos vos laudando ad fidei ardo-
C rem traducam, me ipsi præueniant, vt vestras virtutes priores enarrent.

Ipsi enim de uobis ãnũciant, qualẽ introitũ habuerimus ad uos. Cum mea ad vos profectio mortes vobis vel infinitas cõminaretur, nil tñ ob id vos estis offensi. Quin potius cũ nostri gratia in vita discrimen concideretis, nec nos sicquidem auersi sed ita estis tutati, vt ob vestrum id in me studium, innumeris sitis bonis cælestibus fruituri. Secundo nanque ad hos diuertit apostolus, cũ in Iberiã ꝓfectus repulsusque Thessalonicã iterato venisset: & a Thessalonicensibus ita susceptus, vt sui gratia, eorum vitam mortẽ obtulerint. Act.xvij.

Et quomodo conuersi estis ad deũ, à simulachris seruire deo uiuo & uero. Hoc est, facilis admodum & vehemens hæc vestra fuit ad Christum defectio. Monitis deinceps & minus molestis eos commonefacit, a quibus, & ad quem ipsi desciuerint, & demigrarint, & vitam vt ducant hortatur, quæ deo sit digna.

Et expectate filium eius de cælis, quẽ suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura. Vel id quidem eadem breuitate exequitur. Edocet nanque sub specie quadam narrationis, vt dei filium opperiantur. Id nanque vel eos maxime consolatur, qui opprimuntur. Eripuit autem nos ab ira ventura, hoc est, a cruciatu & pœnis, vt qui illi per fidẽ morẽ gesserimus, & optimis vitę labe carentis actionibus, nec illis qdẽ hic daturus est veniã, qui nos oppressere. Et quoniam mala in manibus sunt, bona vero seposita maxima, illis fidẽ testificatur. Siquidem tolerando, pro certis sperant & indubitatis futura.

CAPVT SECVNDVM.

Magnum fidei stabilimētū q̄ ab infidelibus inferuntur in[omn]ia non timere.

Nam & ipsi sitis fratres introitū nostrū ad uos, quia non inanis fuit. Et nostra inquit, per magna sunt, tāetsi nos nec verbis sim⁹ humanis vsi, nec noster introit⁹ superuacaneus fuerit, hoc est, nō expers discriminis, nec molestiarū imunis, aut non multum habēs firmitatis. Nā (vt sæpe dictum est supra) edita pericula sunt, quæ fidem obfirmant. His enim sublatis, īanis illa & superuacanea conuinceretur. D

Sed ante passi multa, & contumelijs affecti (sicut scitis) in Philippis fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad uos euangelium dei in multa solicitudine. Et si pericula, inquit, in Philippis euasimus, alijs rursum nosipsos obiecimus. Vides vt semper gestorum omniū deo summā adscribat. Fiduciā enim, inquit, habentes in deo, hoc est, ab eo & vires, & robur accepimus.

Exhortatio enim nostra non de errore. Hoc est, nostra doctrina non a fallendi arte aliquo proficiscitur. Qui enim fallacijs alios circunueniunt, plane constat nunquam se periculis obtulisse, sed in delicijs versari & luxu. Ipse vero in discrimen me contuli. Quo fit vt clare pateat, neminem me docendo circunuenisse, nec pro rebus huiusce humanis sed pro cælestibus illis & certioribus periclitari voluisse.

Neque de immunditia. Hoc est, nihil edoceo, quid sit impurū, vt magi faciūt, venefici.

Neque in dolo. Neque rerum nitor innouatione & sectis, vt hi qui circa Dathan sunt. E

Sed sicut probati sumus à deo, ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur. Neque enim nos elegisset deus, nisi & dignos nouisset. Tales igitur & in ea probatione perstamus qua & sumus ab eo ad tam ingens præconium segregati.

Nu.xvi. Deute.i.

Non quasi hominibus placētes, sed deo qui probat corda nostra. Hoc est, Nō vobis placendi hęc gratia facimus, sed vt deo morem geramus, qui scrutatur recondita, disquiritque. Id nāque prętendit, cum probat, inquit. Vel quia cordium sensa ille admittit, coronatq́. Quo fit vt nemo qui dolis nitatur & impurior sit, huic possit gratificari.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis. Cū horū & laudes anticipasset, ne illas reddat suspectiores, perinde assentandi gratia has ingessisset, neque ante hac alias inqt, adulationis sum vsus sermone, quod deceptorū est, & fallentiū, neq̧ nūc vtar.

Neque occasione auaritiæ, deus testis est. Neq̧ pecuniarū cupiditate apud vos prædicandi hoc munere sumus defuncti. Quod autem nihil prætulerimus assentando, vestrū sat est testimoniū, quod vero nulla mihi insit habēdi libido, testis est deus, sed vobis incertum.

Solus deus iterna dijudicat.

Nec quærentes ab hominibus gloriā, neque à uobis, neque ab alijs. Neque enim, quia sum⁹ ignominijs dixit affecti, vel honoribus minus nos freti, ne exprobrare hoc his videatur, sed nullos, inquit, ab hominibus honores exigimus, vel gloriam, tametsi gloriam videatur & honorem prædicandi hoc munus deposcere, nam & si maximis īperatoribus legatos cuius gerunt personam, dignamur honoribus, longe magis sunt & hi p̄sequendi, q̄ ad nos a deo legātur. Quo igitur pacto glorię vendicādæ facere quicq̄ videbimur, qui nec a vobis velim⁹, nec ab alijs, sub doctrinę & instructiōis p̄textu, honore aliquo honestari. F

Cum possemus uobis oneri esse, ut Christi apostoli. Vel quia & nobis licet apud vos gloriam adipisci, vel quia a vobis accipere possumus alimenta, & graues esse, cum nostra id dignitas deposcat, vt a vobis ad vitam necessaria exigamus.

Sed facti sumus paruuli in medio uestrum. Id est, benigni, nil graues. Vel paruuli, id est immunes nequitiæ, nec gloriæ cupidi. Qui enī tantula sunt ætate, nil huiusmodi meditantur. In medio vestrum, hoc est, tanquam ex vobis vnus effectus, nondum superna accepta hæreditate.

Tanquam si nutrix foueat filios suos. Eius nunc exprimit in hos beneuolentiæ magnitudinem, inquies. Nū nutrix aliqua pueris minutiorib⁹ eo blāditur, vt ab his pecunias exigat? Decet ergo & p̄ceptorē benignū his & beneuolū se p̄stare, quos vel contumaces sit nactus, vt nutrix solet in alumnum se gerere, vel ab eo si vapulet, laceretur que,

Ita desiderantes uos cupide, nos ualebamus tradere uobis non solū euangelium dei sed etiā nostras aias. ἱμειρόμενοι dixit, quid græce rectius ὁμειρόμενοι habetur, quāuis nonnulli sic sentiant, nec recte ὁμειρόμενοι nanque ex ὁμοῦ compositum est & εἴρω quod est necto: ὁμειρόμενοι itaque, hoc est, vobis connexi & inhærentes, non solum igitur, inquit, nihil ipsi a vobis accipimus, sed si fieri possit εὐδοκοῦμεν hoc est: valde volumus vel animas nostras in vobis euacuare, effundereque. Tradere autem euangelium hoc honoratius: anima vero la

A giri difficilius,& feruentius est amoris indicium, quod & Paulus ita subiungit.

Quoniam chariβimi nobis facti estis. Ne videatur hęc omnia eo exigere, quia pro his suscepisset labores, apparetque tanquam debitos sibi honores reposcere, sic inquit, Nullius rei causa, nisi vt vobis tantum prodessent id egi. Neque vt mercedem efflagitem, sed vt quod bonum est prosequar.

Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus, prædicauimus in uobis euangelium dei. Non enim reminiscamini dixit beneficiorum quę vobis contulerim, sed laborum memores estis effecti. Neque horum duntaxat, quin & defatigationes & lassitudines recordemini, quibus non interdiu solū, sed & noctu insudēdo affectus sum. O quanta inerat Paulo ne quem offenderet solicitudo. Arguit pręterea Thessalonicenses non multum bonis externis abundasse, cum inquit, ne quem vestrum grauaremus.

Vos testes estis & deus. Et si fides deo est adhibenda, tamen cum nequaquam hominib⁹ pateat, vtrum hæc dei testimonio comprobentur, & ipsos ad quos sermo habetur, testes vocat.

Quam sancte. Hoc est, omnia factu necessaria seruatis, modo erga deum pietate & cultu adimplentes.

Et iuste. Hoc est, nemini pecunias flagitando, inferentes iniuriam.

B *Et sine querela.* Absque cuiusquam offensione.

Vobis qui credidistis adfuimus Ab infidelibus Paulus, & irreligiosus appellabatur & impius, & iners quidam deliramentorum proseminator, & tanq̄ qui nihil sani profiteretur.

Sicut scitis. Rursum hos in testes producit, quod sane est humilitatis indicium, & nil eum per insolentiam loqui.

Qualiter unumquenque uestrum, sicut pater filios suos deprecantes uos & consolantes O quanti res erat neminem consolationis expertem præterire, sed singulos accommodatius appellare, hortarique & precari. Deprecantes vero viriliter omnia tolerarent. Non ergo gloriam quęrebat Apostolus, quippe qui superius nutrici se comparasset, nunc patris charitatem pręferat & curam, humilitate susceptam. Quis enim parens aliqanndo in filios insoleuit? Magna doctoris cōmendatio qui [p]ut cuique opus est sermonē accōmodat.

Testificati sumus. Est quidem testificari vlterioris doctrinæ argumentū. Nil ergo Paulus adulabatur cum abu[n]de instrueret. Cum vero vt pater prędixit, mox & testificati adiecit, perīde acsi dicat, nequaq̄ acrius vos commonefeci, sed leniter, & vt solēt parentes.

Vt ambularetis digne deo, qui uocauit uos in suum regnum & gloriam. Attēde quemadmodū sub specie quadam narrationis edocet simul & cōsolatur, sic inquiens, Sic enim vos ad suum imperium euocat deus, sunt hauddubie vobis eius gratia omnia toleranda.

Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis uerbum auditus dei, accepistis illud non ut uerbum hominum, sed sicut est uere, uerbum dei. Hoc loco & ipsos collaudat inquiens. Neque enim vel ipsi cuncta sine querela exequimur, vel vos meæ conuersationis & disciplinę indignum argumentum aliquod edestis & signum. Non enim tāquam

C hominem audiretis loquentem, sed attentos vos præbuistis, tanqu[a]m deo monēte. Verbum autem auditus dei prędicationem dicit, vtpote quæ audiendo creditur. Nam quo pacto sunt credituri, nisi & auditu percipiant. Rom.xi

Qui operatur in uobis, qui credidistis. Quæret aliquis, Vnde id liquet, hos hominis uerbum excepisse? Vt qui operatur (inquit) in vobis, hoc est, ex ipsis operibus patet, nam si non eadem attentione audissetis me prędicantem, qua & deum, si in pręsenti id muneris fungeretur, nequaquam constanter adeo & viriliter tulissetis tentationes & mala illata. Vt enim se neque assentatorem esse, neque fallacem ex discriminum tolerantia patefecit, sic horum & fidem, quia pressuras fortiter & angustias tulerint, demonstrauit.

Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarū dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu. Vt ne quis Ecclesias hasce iudæorum existimet synagogas: sed in Christo Iesu adiunxit, vt fideliū ecclesias designaret. Ecclesia. Sinagoga

Quia eadem passi estis, & uos à contri[bu]libus uestris, sicut & ipsi à iudæis. Plurimum sane ad hos consolandum hoc facit. Si enim iudæi qui tantopere paternarum traditionum zelo detinerentur, quia semel crediderint, sunt tanta perpessi, quāta & vos magis omnia ferre pro Christo, suscepta iam fide debetis? Proinde nec quidem exile id est vel tenue argumentum vera a nobis prędicari, non falsa, cum & iudæi prædicationis huius ce gratia, quā antea īpugnassent, tot malis affecti, æquo tamen animo omnia tolerarint.

Quin & dominum occiderunt Iesum. Quid ergo mirum debet videri, si eos qui secum vna essent ex tribu hi afflixere, cum & Iesum dominum morte affecerint? Vide quam ingens sit consolatio Christi passionum fieri participes. Et ideo Paulus vel in omnibus suis tentationibus Christi profert exemplum. D

Iudæi nō quasi ignorantes, sed vesania moti sæuierunt in dñm.

Et proprios prophetas. Dixerint forte nonnulli. Ideo & illos Christum dominum occidisse, quia hunc ignorassent. Nonne & suos norant prophetas, quorum ipsi vel scripta producūt, cur ergo & hos ne cauere? Est itaq; plane perspicuum, nil hos facere veritatis ardore: sed tanquam rabidos in feritatem hanc deferri præcipites.

Et nos persecuti sunt. Nos scilicet qui apostolatus hoc munere fungimur, & vos ad fidem instruimur. Quorum exemplo & vos discipulos decet intentos, ferre oīa patienter.

Et deo non placent. Nam quo pacto deo sunt morem gesturi, cuius & filium morte mulctarint, & phrophetas occiderint longe priusquam in terris hic aduenisset.

Et omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut saluæ fiant. Si terrarū orbi sunt salutaria quęque nuncianda, & hi quo minus hæc fiant impediunt: cunctis ergo hominibus obsistere, & communes omnium hostes coarguuntur. Est nanque summa quædam peruersitas communem interpellare salutem.

Vt impleant peccata sua semper. Ea nunc dicit peccata, quæ olī in prophetas, & in Christum deinceps, & in nos demum hi commisere, tanquam id inquiat. Vt ostendat sese maximum in modum deliquisse, attigisseque iam refertam nequitiæ mensuram & scelerum apicem. E

Sicut ira defuit a principio iudæis ꝑphetarū vaticiniis intētata, ita nec finē sit habitura necesse.

Peruenit enim ira dei in illos usque in finem. Non datur, inquit, vt quondam ex captiuitate reditus, & ad terram promissionis peruentus: sed in finem vsque, dei in nos ira peruenit, id est, semper in nos permansura est dei ira. Ostendit præterea, cum vsque in finē inquit, diuinam hanc iram a principio fuisse his debitam, & prophetarum vaticinio cōminationibus intentatam. Cęterum solatus antea Thessalonicenses cum diceret tentationum se multos habere participes. Sic & hos nunc consolatur, cum eos arguit, qui in pręsenti hos vrgerent pœnas daturos.

Nos autem fratres desolati à uobis à tempus horæ. De charitate hoc disserit loco. Superius enim patris more & nutricis cuiuspiam, filios appellauit. Nunc vero desolatos affirmat & orbos, quod sane liberorum est cōquerentium genitorem. Vnde perdiscere licet quāto illos desiderio prosequeretur Apostolus, & mœrorem in quo esset, prætendit, quem ex illorum seiunctione cepisset. Neque sat illud habebat, vt diceret sese ab his desolatos, sed ad horæ tempus subiecerit, hoc est, breui admodum tempore, & quod vnius possit horæ, vel momenti potius spatio computari.

Aspectu non corde. Pręsertim cum haudquaquam sumus corde seiuncti, sed aspectu duntaxat & persona, ita & si cordi vos semper habentes, angimur tamen, quia nequaq̄ liceat nobis vestra pręsentia frui, notandum autem ad charitatis ardorem accendat, necesse est, rei concupitæ aspectus, ex quo & amor magis incenditur.

Abundantius festinamus faciem uestram uidere cum multo desiderio. Abundantius, scilicet sumus celeritate vsi quam eos decet, qui ad horam sint rei optatæ conspectu freti. Attende quam vehemens sit Pauli charitas, nullam ob rem aliam inquit, adire vos cupio, nisi visendi gratia. F

Ro.i.xvi. Act.xvi. i.Co.vi.

Quoniam uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos satanas. Quid ais, num satan te intercepit? Ita sane, neque enim id dei opera effectum est, nam & alibi ad romanos sic scribit, deus prohibuit. Et Lucas inquit, Spiritus vetuit eos. Et ad Corinthios. Spiritus dixit esse id opus. Hoc autem loco, Satanæ esse hanc operam dixit, tentationes quasdam ex insperato, & dei permissu allatas. Vide quam huiusmodi charitate oblectetur apostolus. Ostendit nanque suam in hos beneuolentiam se cęteris prętulisse, cum inquit. Ego Paulus id est & si plerique alij qui mecum sunt ad vos iter accelerarent, ipse tamen illud aggressus sum.

Quæ est enim nostra spes, aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne igitur eiusmodi verba matrum sunt viscerum immenso quodam ardore & amoris flagrantia, pueros munitiores lepide appellantium? nonne satis fuisset: vt eius ardentissimam cupiditatem exprimeret, coronam dixisse: nisi & gloriam adiecisset? In vobis: inquit spes mea sita est omnis. Plurimum enim apud deum confidentiæ, vestri gratia habiturus, eoque & lętitia efferor, quia coronæ mihi futuri estis & gloriæ, hoc est excellenti & clare. Tametsi in præsenti hanc mihi gloriam peperistis, & in futurum sitis mox parituri.

A *Nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius?* Dicet aliquis, Nun spes tua omnis o Paule ex profectu Thessalonicensium nititur? nequaquam inquit. Neque enim his solum fidendum, quod plane ostẽdit, cum dicit, Et vos sed alios esse quam multos, de quibus sit ipsi quam optime sperandum.

Vos enim estis gloria nostra & gaudium. Quantæ enim illud est gloriæ, tam amplã deo obtulisse ecclesiam, & tam probatam & placitam?

CAPVT TERTIVM.

PRopter quòd nõ sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis. Hoc est, satius duximus & iudicauimus.

Et misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum dei in euangelio Christi. Tanta enim huic sanctissimo viro inerat cura discipulorum vt cum esset ipse angustijs nonnullis etiam grauibus intercept⁹, alios dimitteret discipulos profecturos. Quod sane tunc egit, cum ad hos Timotheum transmisit: cuius in laudem pleraque differit. Non adeo vt eum collaudet, sed vt illos potius honoribus prosequatur, cum hominem sibi tam maxime necessarium, & operam prædicando euange-
B lio nauantem, istorum gratia suscepti honeris ministerio interpellauerit.

Ad confirmandos uos & exhortandos pro fide uestra. Cum enim ob pręceptoris diuexationes, laborent nonnunquam: tamen & confirmandi erant & exhortandi, ne a fide exciderent, non enim parum obturbantur discipuli, & quasi diffidunt, præceptore ęrumnis a malis tãtopere afflictato. Vt milites solent, cum ducem spectant affectum vulneribus.

Vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Explicat nunc quid illis sit profutura Timothei exhortatio, id scilicet vt nemo moueatur, hoc est, perturbatione nulla horum quispiam offendatur, cum ipse afflictor, ne quo pacto deflacceat vel a fide desciscat. Diabol⁹ nanque cum ipsis angustijs tempus est aliquod nactus, blanditur infirmioribus quietem ociumque suggerendo, vt a rebus tristitiam inferentibus prorsus abscedant, nõnulli vero σαίνεσαι promoueri positum dixere, a canum metaphora, qui caudam mouent cum alludunt & blandiuntur.

Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Audiamus ergo quemadmodum qui Christi fidem exceperint tentationibus esse oporteat & pressuris expositos, neque enim de apostolis hęc solum sunt dicta. Si itaque ad id sum⁹ nos instituti, quid mirum si premimur? Quo fit, vt non modo præteritis malis, sed ne futuris quidem & imminentibus obturbari nos deceat, id enim nobis maxime congruit.

Qui in xp̃o viuere volũt, persecutionem patiũtur. Ioan. xiiij.

Nam & cum apud uos essemus, prædicabamus uobis nos passuros tribulationes, sicut & factum est & scitis. Magnopere discipulos consolatur, cum a præceptore longe mala futura denunciantur, nequaquam igitur hos obturbari par est, tanquam ex rebus ex insperato occursantibus, eoque Christus discipulos ita alloquitur. Dixi vobis antequam fiant, vt
C cum facta fuerint credatis, nec solum hoc Paulus illis prędixit, sed alia pleraque vti prę nunciauerat, & finem sunt nacta.

Propterea & ego amplius non sustinens misi. Si futura illis o Paule mala præscieras, monuerasque nil necessarium fore in pressuris eiusmodi tolerandis hos cõmoneri: quid vltro ad eos alios destinaras monituros vt consolentur? Licet nanque ex hoc aperte admodum conspicari, te minus illis confidere. Ex charitatis id (inquit) confidentia facio. Solent nanque qui plurimũ amant, vel certa & firma, habere suspectiora & dubia. Occurrebant præterea tentationes multæ & varię, ita vt malorum me magnitudo & moles perterrefacerent. Propterea neque illud intulit, quia cum de vobis iam desperassem, ad vos Titum transmisi, sed quia moram ferre amplius nequeo: quod erat ingentis beneuolentiæ argumentum.

vis amoris etiam q̃ certa sunt & firma, suspecta reddit & dubia.

Ad cognoscendam fidem uestram. Hoc loco quærunt nonnulli, quo pacto Paulũ q̃ ad tertium vsque conscenderat cœlum audissetque verba quę dici haudquaquam fas esset, Thessalonicensium facta latebant, sed Timotheum dimittit, vt illorum fidem resciscat. Dicendum igitur, nequaquam omnes qui sanctitate pollerent, siue Christi præcesserint tempora, siue post Christum sunt subsecuti, istiusmodi esse rerũ incognitarum notionẽ adeptos. Elisæus nanque quamadmodũ cũ Sunamite ageretur minus intelligebat, & Elias solum se relictum arbitrabatur, tametsi septem milia superfuissẽt. Et Samuel admo-

ij. co. xij. Actu. ix. iiij. re. iiij. iij. re. xv. iij. xix. i. re xvi.

netur, ne dauid fratris qui esset natu prior, vultum intueretur. Haud secus & aposto- D
li ipsi multarum rerum tenebantur inscitia, quod sane eo effectum est, ne vel hi superbi-rent vel de his cęteri magnam præsumerent opinionem. Neve vt illud excusare possimus supra quam humana conditio patitur, fuisse hos gratia donatos: vt tãtum possent de se virtutis promittere, & sic vobis in diligentia quadam desperantibus, & torpedo oboriatur. Sed compertum nobis id potius sit neque illos statim fuisse ope diuina fretos, sed suo labore vitæ rectitudinem peperisse.

Ne forte tentauerit uos is qui tentat. Nec mihi quidem suspitio subest, motos vos esse sed tentatos duntaxat extitisse. Aduerte autem, cum malis vrgemur animo obturbari dæmonicum esse, & præsertim cum nonnulli adeo offenduntur, vt alios lædant, quẽadmodum contra Iob illum se iessit diabolus, qui huius vxorem ita tentauit, vt Iob etiam offenderetur. Tentat pręterea diabolus, nescius tamen vtrum victor sit euasurus, necne. Alioqui cum impudentissimus sit, confestim aggreditur, si imbecillum sit nactus, instat, vrgetque. Si validum & constantem, desinit insultare.

Et inanis fiat labor uester. Vel si a fide desciuerint Thessalonicenses o Paule dixerit quispiam qui tua id interest? Habet nanque, quod impendisti laboris, iam satis apud deum mercedis. Vel si ita, inquit, futurum crediderim: ex mea tamẽ maxima in hos charitate, inanes duxerim meos labores & nullius momenti.

Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram. E
Verebar equidem, inquit, superuacaneos fore labores meos, sed contrarium habuit res ipsa euentum. Vides quantum prę se ferat lętitiæ Paulus. Non enim annunciante dixit, sed euangelizante, vt & illorum fidei & charitatis exprimat magnitudinem, in qua obfirmati iã essent & stabiliti, Gręce quidem euangelizante habetur, nõ annunciante.

Et quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos uidere, sicut & nos quoque uos. Hoc est, quod mei reminiscamini laudibus me prosequentes & benedictis. Audite discipuli & præceptorum memoriam discite animo semper iocundiori repetere. Estis enim hoc pacto vobis, non illis maxime profuturi. Quinetiam Thessalonicensibus ipsis ingẽti illud est gaudio, & hos pręcipue consolatur, quod certiores nũc fiunt Paulum esse nõ nescium, ab se & coli non mediocriter & obseruari. Quo fit, vt ex opinione huiusmodi, istorum magis ac magis in Paulum charitas augescat.

Ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate, & tribulatione nostra. Tanquam gratias istis agebat, quod a fide nihil cecesserant. Neque enim inquit videmur tristia quoq̃ pacto sentire, & mala in quibus versamur: sed consolati nos sumus & respiramus non vnis ex malis, sed ex omni pressura. Nam tantum est id gaudium quod vestra ex fide accepi & charitate, vt cunctis præponderet necessitatibus meis & malis.

Per fidem uestram, Vos (inquit) me confirmastis, cum longe, aliter se res haberet. Nam ipse cum tentationibus nihil succumberet, illos potius corroborabat, alioqui suã in hos laudem confert, perīde ac si inquiat, Per fidem hanc vestram haudquaquam siuistis vt tentationes sentirem.

Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Neque enim nobis cõsolationis fuere hęc, F
dixit, sed vitæ arguens illorum offensionem pro morte seducere, & profectum pro vita, & consistere eos existimare, qui in Christo sunt roborati.

Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro uobis omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante deum nostrum. Tanta me, inquit, vestri de causa incessit lętitia, vt neque gratias deo pro merito agere liceat. Existimamus nanque has vestras virtutes a munere quodam dei, & singulari profectas. Non enim vel humanę solertiæ, vel animi mortalis hominis esse id tantum sapientiæ duxerim. Cum itaque ob id vobis collatum sapientiæ donum gratias deo plurimas debeamus, nequaquam, tamen suppetunt nobis, quę illi possint pro beneficij dignitate haberi.

Nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram. Orabat horum vt liceret conspectu frui. Nec sane minori cupiditate, quam solet agricola quispiam, cum audit quem optime coluerit agrum, fructus vberrimos protulisse, & reuisere eundem & oculis perlustrare mox cupiat.

Simulitudo ab agricola.

Et compleamus ea quæ desunt fidei uestræ. Cum esset superius illis & statũ fidei robur testificatus, cur fidei nunc infert quæ desunt, se complecturum? Quia nondum omnem exceperant disciplinam. Deerat nãque illis de resurrectione traditio, vel istiusmodi alia. Vel quia erant plerique qui falsa docerent. Propterea, quę desunt, dixit. Nam cum ne a fide

A desciscerent, vereretur, ad confirmandos inquit vos misi. Nunc vero vt complaceamus quæ desunt, & quæ ad doctrinam attinent, potius quam ad fidem. Compleri enim illud dicimus, cui vt absolutum sit, parum aliquid deest.

Ipse autem deus, & pater noster, & dominus Iesus Christus, dirigat uiam nostram ad uos. Ostendit quemadmodū hos visere cupiebat, & in epistola hanc suam expressit cupiditatem. Simul etiam excusat, non ex negligentia se ab his fuisse tandiu. Tanquam id dicat. Deus ipse tẽtationes præcidat, quæ nos trahunt diuersos, vt recta ad vos proficiscamur.

Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem uestram in inuicem & in omnes. Vide effrenatas amoris furias, cum illos & abundare & affluere cupiat, preceturque charitatem, nec eam duntaxat quæ inter hos mutua sit, & in omnes diffusa. Id enim amoris est proprium qui deum profiteatur, vt omnes circumplectatur & capiat. Nam si hūc fuerit complexus, illum vero minime, haud sane huiusmodi erit secundum deū beneuolentia: sed humana potius quædam, quæ se non æque in omnes effundat.

Quemadmodum & nos in uobis. Quod nostram (inquit) interfuit, iam ipsi peregimus: quod vestra, vt fiat oramus, nos enim in charitatis mensuram habetis exemplum.

Ad confirmanda corda uestra sine querela, in sanctitate ante deum, & patrem nostrum, in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius, Amen. Arguit quemadmodū sibi sit charitas, non his profutura, quos fuerint charitate complexi. Abundare enim vos (inquit) faciat

B deus in charitate, vt corda vestra stabiliantur. Dominum autem spiritum sanctum intellige, sicuti & magnus Basilius sentit. Quis enim alius fuerit præter hunc ipsum spiritum in dei conspectu & Christi aduentu sine querela hoc est immaculatos & puros confirmaturus? Neque enim ad confirmandum vos dixit, sed corda vestra. Ex corde nanque prodeunt cogitationes prauæ. Concedi enim potest, vel eum qui sit prauorum facinorum expers, & nequam esse & impurum fallacem insuper & dolos nectentem, odiosum, maleuolum, & decreta astruentẽ peruersa. Sine querela itaque & labe, tunc quispiam erit, cū cor repurgauerit, & sic sanctitatem adipiscetur. Sanctitas nanque & continentia dicitur, quẽadmodum immunditia, fornicatio appellatur & adulteriū. Quorum vnum quodcunque sordidum est & immundum, & omnis denique virtus sanctitas nuncupabitur. Sine querela autem eos vult esse, deo coram & patre, & in præsenti. Virtutis enim integritas omnis in dei conspectu patebit, non hominum. Fallitur nanque mortale iudicium. Et in domino, inquit aduētu, quippe in quo sumus, & in patris conspectu nos iudicandi. Optauerim igitur & sordibus vos carere, & tales reddi, quales sunt sancti.

Basilius. Math.xv. Immūditia quid.

CAPVT QVARTVM.

C *DE cætero ergo fratres rogamus uos, & obsecramus in domino Iesu, ut quẽadmodū accepistis à nobis quomodo oporteat uos ambulare & placere deo, ita ambuletis ut abundetis magis.* Cum itaque inquit: de his quæ vos decent, iam disseruerim, audite iā quæ audiri necessario debent. De cætero vero cum inquit, illud prætendit id est assidue & perpetuo, & in reliquum tempus. Attẽde humilitatẽ. Non enim neq; hortando aut precando dignum se dicit, cui fides possit præstari, sed Christum sibi pro deprecatore assumit, tanquam id inquit. Christus ipse nostro vos interuentu precatur. Quod autem accepistis non verbis modo, sed rebus constat. Operando nanque apostolus, agendoque alios edocebat. Quid igitur vos ipsi precamur? Certe vt abundetis magis, hoc est vt superare etiam mea præcepta bonis actionibus studeatis, vltra quam vobis iniunxerim eniti. Nam quemadmodum terra non modo quæ huic demandantur, producit, sic & anima ipsa nequaquam esse debet præceptis fecisse iam satis contenta nisi & factis illa excesserit.

Similitudo a terra fertili.

Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Præcipiuntur sane quæ sint euitanda, & quæ si fiant, inferant pœnas. Si minus, nil laudis sint allatura. Sunt etiam nonnulla quæ præcipienda non sunt, hoc est comminationibus frenanda, sed auditorum iudicio permittenda & voluntati. Quemadmodum est pecuniam aspernari, & permanere in cælibatu, & huiusmodi alia. Inquit enim. Qui potest capere, capiat. Est enim non abs re. Paulum cum hos acrius nonnullorum facinorum arguisset noluisse

Concilia & pcepta inscripta. Mat. xix.

ea ex nomine explicare, sed iterato eos commonefacit, rursumque & Christum producit in medium. Neque enim, inquiens, hæc mea sunt iussa, sed Christi præ se ferunt imperiū. D
Hæc itaque vel seruanda per vos erunt, vel improbanda.

Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra. Hoc est, continentia. Hanc enim vbique & meminit, & tutandam iniungit, cum ad Timotheum scribit, & ad corinthios, hebrœosq́. Est quippe violentum incontinentiæ vitium: eoque & curandum enixius, medelis quibusdam & frequentioribus quidem & varijs.

i. Tim. v. ij. cor. xi. Heb. xiij.

Vt abstineatis uos ab omni fornicatione. Quam multæ fornicationis sunt species, & perplexę, quas tamen haudquaquam exprimere tulit, sed ab omni dixit cauendum.

Continentia q̄ facit vnūquēque vas suum ī sctīficatione possidere, exercitatione & cōsuetudine comparatur.

Vt sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione et honore. Vas corpus hoc dicit mortale. Continentes enim cum sumus, corpusque nostrum hoc & tersius & mundum seruamus, in sanctificatione dicimur possidere. Sin vero immundum & sordidatū, a peccato idipsum comprehenditur. Quod vero fuerit a peccato comprehensum, in peccati seruitutem deducitur. Tunc vero id corpus in honore habetur, cum continens se & purum præstiterit. Notandum autem, cum sciant inquit, continentiam huiusmodi per exercitationem & consuetudinem comparari posse, prętendi.

Non in passione desiderij. Hoc est, non in cupiditate, quę vitijs sit obnoxia. Est nanq; & desiderium aliquod sine cōcupiscentia quod vitio careat, cuiusmodi est rerū diuinarū affectatio. Vel forte cuncta desiderium exprimit, quę passioni concupiscentiæ adscribūtur. Oportet itaque si vita nobis per continentiam erit degenda, vt nullum huiusmodi E
vitiorum desiderium id incendentium admittamus.

Sicut & gentes quæ ignorant deum. Qui enim nullam habent dei cognitionem, neque retributionem bonorum prauorumve facinorum sperent, necesse est: vnde voluptati se totos addicunt, & illi vniuersa ascribunt.

De⁹ vnā vni⁹ esse vxorē instituit. Cū soluta vel etiā prostituta velle cōgredi, dānabile est. Momentaneū est q̄ delectat, æternū quod cruciat.

Et ne quis supergrediatur, neque circunueniat in negocio fratrem suum. Superius quidem de omni fornicatione dixerat, nunc vero de adulterio dicit, quod & auaritiā et trāsgressionem appellat. Decenter enim suam cuique vxorem distribuit deus: & naturæ limites pręfiniuit, vt cum vna esset muliere congressus. Fit itaque vt circunuentio quędam sit in negotio, hoc est, in ipso concubitu, pręsertim cum in fratrem delinquitur. Vel simpliciter circunueniri fratrem & falli his prohibet.

Quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Nec me solum (inquit) existimes, ne in fratres id facinus admittatur interdixisse: sed ne in cęterorum quidem vxores esse peccandum. Nec solutæ modo pręterea ipsę, vel viris orbatę, vel communes & prostitutę per luxum sunt & intemperantiam abutandę. Pro his nanque sumit supplicium deus, & istiusmodi vindicat. Non enim impune sumus hęc cōmissuri; quin longe maioris pro his sceleribus pœnas subibimus, quam recens fuerit accepta voluptas. Vide vt prius precibus egerit, moxque id sit negotij detestatus, cum dixit. Sicut & gentes. Demum & rei absurditatem aperuit, cum circunuentionem esse hāc dixit, & hunc in modum a tanto scelere Thessalonicenses deterret. Commonefacit prætera hoc idipsum, se prædicante vel alias sępe audisse.

Non enim uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. F
Cum dixisset superius fratri inferri iniuriam, cuius rei ad deū subiecerit vindicem affuturam: amplificat nunc idipsum, dilatatque arguens. Vel si id mali infidelis quispiam patiatur, daturum haud dubie pœnas, qui mala ingesserit. Neque te enī, inquit, cruciatu afficiet deus, vt eum qui male perpessus sit: vlciscatur, sed seipsum vt vindicet. Nā cum ad munditiam te & puritatem vocasset, cum inquinatior fueris, illatæ in se argueris iniuriæ, qui spiritum sanctum tibi contulerit. Quo fit, vt siue ancillam, siue reginam corruperis, æque peccatū sit, quandoquidem deo hæc infertur iniuria, nec secus si fornicādo deliqueris, deus erit huius flagitij vltor: cuius & spiritum inquinasti. Vel aliter. Cum enim prospiciat deus se nobis contemptui esse, contemptus huius de causa potius quam hominis affecti iniuria, ipsum se vlcisceetur. Verum quo sumus prouecti dementiæ, vt cum hominum defugiamus conspectum, quos ipsi offendimus, deum qui omnia conspicetur & videat, tantopere contemnamus.

Deus ob sui contēptū poti⁹ q̄ vt eū q̄ male perpessus est vlciscat̄, pœnas irrogat.

De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis. Ipsi enim uos à deo dedicistis, ut diligamus inuicem. Nihil interea ea de charitate edisserit, quę sit in omnes seruanda, sed ea duntaxat, quæ sit in fratres habenda. Et mox illos commonefacit duo præ-

A Nam primum ait, rem ita esse in promptu, vt neque instructione indigeat. Nam quæ magnitudine præstant (vti charitas est) patent quidem & clara sunt. Deinde pudere hos facit, cum vrget & excitat, vt ita se gerant ne eius præsumpta opinione conuincantur inferiores: tametsi hos rediisse iam arbitretur in viam.

Etenim illud factis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Quod autem, inquit, a deo vos acceperitis disciplinam, ex his mihi perspicuum est, quę per vos in fratres gerūtur. Macedonię autem ideo meminit, quia metropolis esset Macedoniæ Thessalonica.

Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris sicut præcipimus uobis. Et si nequaquam sim nescius, ait, per vos in fratrem charitatem seruari: rogamus tamen vt abundetis magis, hoc est vestram erga fratres augeatis magis ac magis beneuolētiam ad eamque & omni studio enitamini. Potest & ita intelligi, vt statim illud sequatur: date operaque vt vos quietius habeatis, & vestrum quisque propria negocia peragat. Ex his autem eos arguit, qui ocio vacant, & quieti se totos addicunt, curiosiusque aliena disquirunt, omnia perturbare. Quin vero cum manibus, inquit, propriis operamini. Illos vituperat, qui corporis tollunt exercitationem, & spiritalia tantum deposcunt, & longe falluntur. Non enim ieiunium vel humi cubationem manibus quis operatur, sed spiritu. Vnde intelligi datur, non spiritali exercitatione hoc loco dixisse apostolum, sed de corporali. Est nanque spiB ritus sancti officium, ex manuum opera victum aliis impartiri. Spiritus inquam id certius quoddam est opus. Nam ea tempestate Christiani cum CHRISTI ob fidem susceptam infidelibus prædæ essent re omni familiari, & fortunæ bonis exhausti, in summa rerum penuria vitam degebant. Eoque vt operentur edocet, quatinus quirent, cum sibi, tū aliis pręsidio esse. Si itaq; his iniungit apostolus operi manuum insudare, nil tamen eos excludit, quibus adhuc res integra maneat.

Exercitatio corporis vtilis & operatio manuum.

Et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Hoc est quid impudentius apud illos agatis, qui extra fidei aulam diuagantur stipem efflagitando. Quod tamen modestius dixit, ne illos offenderet, perinde ac si dicat. Si fideles ipsi cum fidelē q̄piam conspicatur optima corporis valetudine, mendacem maxime offenduntur, & istiusmodi hominem sub Christi pretextu mercimonia factitare incusant, quanto magis sunt infideles ipsi id mendicandi genus obtrectaturi?

Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus. Hoc loco de resurrectione iam meminit. Nam de hac etsi antea ad eos disseruisset: nunc tamen iisdem mysterium quoddam reuelaturus est. Qui & si ea quæ ad resurrectionem attinent, non ignorarent: dolebant tamen deesse aliquid sibi ad veram cognitionem. Dolorem itaque hunc lenit apostolus, inquiens. Et si pleraque cum vobis incognita sint mœstitiam afferunt, cognita vero hanc tollunt: propterea (ait) nolumus vos ignorare de dormientibus, id est mortuis. Expressit itaque futuram resurrectionem, cum dormire dicit iam vita functos. Qui enim dormit, & excitetur necesse est.

Vt contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Cuius rei spem dicit? resurrectionis C videlicet. His nanque, qui se minime sperant resurrecturos, proculdubio lugendum erit. Arrigēdæ itaque his dictis aures sunt, & contremiscendum. Quid igitur aliquis inquiet, num eos vult nō hos ignorare, ne afficiātur mœrore? Non em̄, inquit, subeant cruciatus: sed ne contristentur? Ita quidem nam eiusmodi tristitia, & pœnas est allatura.

Apostol' vita functos eo q̄ aliquādo suscitādi sint, dormientib' conferr.

Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quemadmodum (inquit) filium suscitauit mortem corporis obeuntem: sic & nos suscitabit. Aduerte vt Iesum fidentius eo mortuum dixerit, quia facta iam subsecuta sit resurrectio, nos vero quia suscitandi sumus, dormientes hic dixerit, futurum arguens, vt ab eiusmodi dormitione & somno excitemur nos aliquando, non enim qui nil dormierit, excitabitur. Dormientes vero per Iesum deducet, duplici potest modo intelligi. Vel quia per Iesum deducturus nos sit, id est filius erit resurrectionis hisce mediator, qui & præuius fuit, & in patris conspectu adstitit. Vel dormientes per Iesum, hoc est fideles: vt qui CHRISTVM in se habentes per Iesum dormiunt. De præcipua autem resurrectione nunc disserit, hoc est de gloriosa illa fidelium a mortuis excitatione, quæ futura cum domino est. Deducet em̄ secum, hoc est & in nubes vndequaque nos ille corripiet, tollet. Erant quidem Thessalonicenses de vniuersali illa futura resurrectione certiores iam redditi, sed quam essent in gloriam habituri, nil his satis cōstabat. Eoque & angi aliquantulū videbantur. Vnde eosdē nunc cōsolatur apostolus,

cum gloriam hanc dicit futuram & honorabilem. Ne si fortasse aliter ijdem sentirent ex alia quauis præsumpta opinione, mœrore afficerentur. Quippe cum sint omnes resurrecturi, nõ tamen in gloria, nisi soli fideles, id est qui rectiora sunt instituta cum bonis operibus assecuti. Aduerte quę subsequuntur. D

Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini. Mirandum aliquid erat dicturus, eoque ex domini verbo rei huic & fidem facit: tanquã id inquiat, nihil profecto a meipso, sed a Christo edoctus protulerim, nam illud. Dare quidem longe est satius quam accipere, ex pręceptoris (hoc est Christi) verbis acceperat, & huiusmodi reliqua ex spiritu loquebatur.

i. cor. xv. *Quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt.* Quod ad Corinthios dixit, in momento & oculi ictu, nunc repetit. Et quoniam difficultatis plurimum habere videtur, putrefacta iam & tabentia corpora mortuis excitare, idcirco qui viuimus, inquit, non vt de seipso nũc dicat (neq; em̃ erat ad resurrectionem vsque victurus) sed fideles dicit. Vnde & qui residui sumus adiecit, in aduẽtu domini. Sub eius nanque persona eos complectitur, qui in humanis tunc temporis egerint. Vel eos viuere dicit qui in Christo assequentur salutem.

Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cælo. Nil his, inquit, diffidas quæ sumus dicturi. Nam domini hæc futura sunt iussu. Verum quomodo hæc ille est iniuncturus? In archangeli voce: cæteris angelis præsidentis, & identidem inclamantis, prompti parati estote omnes, adest enim iam iudex. Vt em̃ patet in Syna Arabiæ monte, tubis est vsus, & angelis ministrantibus: sic & filius tanquam imperator his ipsis vtetur. Vel quia dei terra hæc iussu cogetur, quæ exceperat corpora, restituere, ad incorruptionem mox transformata. Quod autem vnum in locum vndiq; sunt conuentura, voce archangelus operabitur vnus, tamen aliorum ministerio angelorum. E

Exo. xix. & xx.

Soli fideles iudicio sunt ĩ aera subleuandi & ita priores resurrecturi.

Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. In Christo mortui, hoc est fideles, vt qui in nubes sint subleuandi, vt priores resurrecturi, cæteri vero postremi, id est dãnandi, quippe qui neque attollendi sint: nec Christo in aera obuiam processuri.

Deinde nos qui uiuimus, qui delinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Et si mortui, inquit, sunt priores resurrecturi: nihilo minus & nos qui in hac vita erimus, rapiemur, digni videlicet vt subuehamur in nubes: sicuti & dominum nubes suscepit. Cur vero cum sit descensurus, fideles ille arripiet? Id vtique honoris gratia facturus est. Nam quemadmodum imperatori cuiquam vrbẽ aliquam inituro, honoribus quique & dignitate præstantes, obuiam prodeunt, noxij vero & capitis damnati in carcerem interiorem coniecti, iudicem hunc ipsum opperiuntur. Sic eo iudicij tempore peccatores quidem & prauis facinoribus obstricti, in terris iudicaturum illum expectant, vel si christianum sortiti sunt nomen, iusti vero in sublime tollentur. Sic demum & Christo eodem sunt fruituri, qui & bonorum omnium caput & perpetuo sunt apud hunc permansuri.

actu. i.

Itaque consolamini in vicẽ in uerbis istis. Hoc est nullius vos teneat mœror, vt cęteros qui se nil sperant resurrecturos.

CAPVT QVINTVM.

F

DE *temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis.* Est enim, inquit, superuacaneum: & plane inutile resurrectionis huiusce & rerum finis velle tempora & momenta cognoscere, quæ nec apostolis ipsis retexerit dominus, cũ illum identidem rogitantes adissent. Paulo forsitan vel soli ex archanis illis quæ dici non possunt innotuit.

Nõ est nostrũ imo nec ipsorum postolorum resurrectionis tempus cognoscere.

Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Domini diem & communẽ omnibus finem & priuatum cuiusque intellige. Hic nanque incertus incũbit, singulis cuius finis & ignoratio, pluribus modis nobis cõducit, nam si præsciret homo vltimum vitæ diem, omni studio adnitteretur, reliquis diebus, quibus se nil dubitaret superfuturũ, commissa omnia & peccata pœnitendo, vt aboleret. Deinde cum se morti propinquiorem spectaret baptismi lauacro postremo se tandem, perlueret, vt huius virtute delicta abolerentur. Nec minus & multi, qui nec moderati quippiam, nec pensi haberent, si certo scirent (vt ita dixerim) in crastinum se morituros: maximis quos haberent infensos tormentis afficerent, vt animũ odio plenũ explerẽt, tanquã

A cui nil esset ad se vlciscendum spei reliquum. Quod tamen exequi interea hęrent, cũ hinc mortis formido coerceat, hinc vitæ suauitudo. Angeret prętera eorum animũ assiduus ille mortis metus, qui longioris vitę tenentur cupiditate, si mortis terminus innotesceret nec tantũ iusti mercedis assequerẽtur. Possent enim videri tanquam vitæ huius affecti tędio (vt præscriptas sibi ad mortem longiores metas multo ante prospicerent) lucẽ spreuisse, eoque & intrepidi odisse discrimina quasi desperantes, non quia cũ Christo versari percuperent. Nunc vero cum cuique minus compertum sit, ob vitę finem incertiorem, vtrum sperare queat, quibus offertur discrimina, perspicua vtique erit singulorum quota sit virtus. Cuiusmodi & tres illi pueri fuere, qui eo magis sunt cęteris admirationi, quia cum nihil essent, vtrum euincere flammas & incendia quirent certiores effecti, idola tamen adoraturos se constanter respuerint. Cum itaque illud minus vos lateat, domini diem, hoc est iudicij tempus, in futuris morẽ & clam subiturum intẽdite his animum, & vobis cauete, nescitis enim qua hora fur ille venturus sit. Daniel. iij

Cum enim dixerint; pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis & non effugient. Cum essent qui hoc diuexabant, passionibus vacui & prospere agerent, fideles hunc in modum solatur. Nequaquam existimate euasuros hos aliquando, quos propediem inuasura est repentina & insperata pernicies, quæ varias his amaritudines est allatura, nec secus excruciabunt, quam solent intestini dolores parturientem vexare. ij. Pe. iij. Apoca. iij. xvi. Lucę. xij.

B Aduerte autem quemadmodum ad id plurimum faciat parturientis similitudo. Nouit enim & mulier sese parituram omnino, pariendi vero tempus ignorat. Quo fit, vt pleræque septimo mense præter naturæ institutum & via media, nil pręsciæ partus ediderint. Vtque & hæ per lusum plerunque & iocum, derepente ineffabilibus simul doloribus crucientur: sic & illorum animæ, qui præsenti hoc seculo per delitias ducunt & luxum hanc vitam cum dies aduenerit, nequaquam mortem sunt & interitum euasuræ. Parturiẽtis similitudo.

Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Hoc est non tenebrosam & impuram ducitis vitam. Dicet aliquis. Quid ergo? Nonne & hos & si nulla sint labe affecti, vel incertus inuasurus est finis? Inuadet quidem, sed nullo eos obducet mœrore. Vigilantibus nanque & in luce versantibus, si prędo aliquis aditum nactus de improuiso incumbat, nil poterit quod horum sit deuastare. At si in tenebris dormitantes deprehendat relatis spolijs abscedet impunis.

Omnes enim uos filij lucis estis & filij dei. Quemadmodum gehennę filij asseruntur, qui gehenna condigna patrarint, & diffidentiæ filij, qui apostolorum dictis diffidunt, sic & filij dei hi erunt, qui ea quę lucis sunt fecerint.

Non sumus noctis neque tenebrarum. Hoc est peccati.

Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Hoc est nequaquam in bonis operibus negligentiores nosipsos præstemus, sed sobrij simus. Auget nanque vigilantiam ipsa & abstinentia, perinde ac si dicat. Per continentiam quæ bona sunt, diligenter & caute peragamus.

C *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij sumus.* Dormientes eos hic dicit, qui somno quodam nequitię capiuntur, tanquam ad virtutes inertes & torpidi, & semper aliquid quasi per somnum imaginantes. Talis est enim præsens hæc vita a sapore nil aliena. Ebrietatem autem dicit, nõ modo vinaticam illam & a Baccho progenitam, sed quæ a quibusuis vitijs oritur temulẽtia, tanquam quæ ipsius naturę limites & metas excedat, & mentem ipsam obtenebret. Haudquaquam itaque ait istiusmodi vosipsi præstetis. Non enim constatis ex nocte & tenebris, sed ex die ac luce baptismi & diuinarum traditionum gratia orti.

Induti loricam fidei & charitatis. Neque enim sat habet, vt vigilantiam & sobrietatẽ seruemus, nisi & armis circunducamur. Nam si vigilantior quispiam & excitus fuerit, armis autẽ careat, quibus tutari se queat, celerrime a prędonibus & capietur & trucidabitur. Fidei vero & charitatis cum inquit loricam, rectiora quis decreta, & optimas vitę actiones pretendit. Sic enim vere homines abstinebunt, cum bonis operibus abundabunt. Hæc quidem sunt non modo seruanda, sed pro thorace habenda. Hunc nanque nil facile vel prehendere poterit vel transilire, sed pectus ipsum haud secus ac paries inhærens tutabitur, & adeo vt nulla nobis succensa diaboli iacula vel obesse possint vel capere.

Et galeam spem salutis. Quemadmodum enim, quod principale est nobis caput, galea ipsa obtegens, securius reddit & tutũ. Sic & spes ipsa mentẽ cõseruat & salutaris illi esse arguitur, cũ nihil externum in hanc sinat delabi. Aduerte aũt quod & alibi dixit fidem,

ſpem,charitatem,tria hæc,vel in præſenti ex his vt comparentur,iniungit.

Quoniam non poſuit nos deus in iram,ſed in acquiſitionem ſalutis, per dominum noſtrum Ieſum Chri- D
ſtum,qui mortuus eſt pro nobis:ut ſiue uigilemus ſiue dormiamus,ſimul cum illo uiuamus. Propte
Ro. viij. rea,inquit,hęc arma ſunt comparanda,quia non poſuit,hoc eſt non ſegregauit nos deus, vt eius iram experiamur,ſed vt vendicet ſibi & ſaluos reddat,tradito, vt morte afficeretur noſtri gratia vnigenito. Nobis ergo vel in diſcrimine conſtitutis ſperanda ſunt bona & maxima quęque a domino expectanda. Nam ſi crederemus,hunc ipſum nec filio pepercìſſe , vt ſaluos nos faceret , ſpes eſſet vel certior,fore,vt ex periculis & medijs malis nos ille eriperet,& rei experimento ita futurum mox ſpectaremus,deumq; ipſum charitate proſequeremur & proximos. Nam ea,inquit,de cauſa mortem obijt Chriſtus,vt ſiue vigilamus,id eſt viuimus, ſiue dormimus,hoc eſt morimur,cum illo vt vitam ducamus.

Cœleſtis dormitio

Quandoquidem cœleſtis illa dormitio,a terrena hac longe eſt aliena. Ait igitur. Nolite corporum & vitæ huius diſcrimina,ſiue mortes reformidare. Si enim morimur, victuri ſumus , nam & is qui tantopere eſt in nos charitate affectus , vt noſtri ob gratiam mortem ſubiret,viuit quidem,& perpetuo viuet.

Propter quod conſolamini inuicem & ædificate alterutrum,ſicut & facitis. Vides quid demum excuſat:perinde ac ſi dicat,non ſolum ipſe præceptor,ſed voſipſos inuicem velim ædificetis. Quando haudquaquam ſunt ſatis,qui inſtruendi fungantur hoc munere,vt queam vniuerſos commonefacere.

Rogamus autem uos fratres,ut noueritis;eos qui laborant inter uos. Cum dixiſſet voſipſos al- E

Laborantes in eccleſia honorandi ſunt.

terutrum ædificate,ne forſan arbitrentur ſeſe his verbis vt præceptores inſtitui,eoque & in ſuos inſtructores ſuperbiant,ſic inquit. Et ſi mutuam vobis ædificationem permiſeri, obſecro tamen,vt qui vos edocent atque inſtituunt,in honore habeatis . Coguntur enim grauia multa ſubire doctores,quæ delati his honores toleratu faciunt leuiora.

Et præſunt uobis in domino,& monent uos. Si enim honorem his detuleritis,qui per hominem vos præficiuntur;quanto magis qui a deo pręfecti ſunt , debetis & gratias agere & honorare. Id enim deſignat,cum in domino dicit,id eſt humanis hiſce in rebus temporarijs vobis homines præſident. In his vero quæ domini ſunt qui fuerit p̃fectus, pro vobis non ſolum orabit,ſed curabit attentius,vt per baptiſmi lauacrum iterato naſcamini,caſtigabitque & medebitur. Et ſi nocte hunc intẽpeſta vos excitaueritis,præſto mox erit. Vides qualis ſit in domino præfectura.

Vt habeatis illos abundantius in charitate , propter opus illorum. Non enim ſimplici quadã hos velim beneuolentia proſequamini , ſed abundanti vti & liberi in parentes afficiuntur. Nam qui Chriſtum dilexerit & eius miniſterium,vt cunque ſe geſſerit,diligat neceſſe eſt,quia per eum ſit veneranda myſteria conſecutus. Si vxorem duxeris decore p̃ſtantẽ,nonne & his honorem vel maximum impartieris,qui ad te illam traduxerint? Cælorũ regnũ cepiſti:& eum contemnes , qui illud ſubminiſtrarit? Honorandi ſunt itaq; per vos pręceptores:quorum ductu & miniſterio bona ineffabilia aſſequamini.

Pacem habete cum eis. Hoc eſt cum præceptoribus , nouerat enim odia eſſe in hos quædam oborta. Parit quippe veritas odium,& odio ſæpe habentur:qui alios arguũt,& malefacta nil probant. Habere igitur,inquit, cũ his pacẽ,hoc eſt pacifice cũ iſtis vos gerite. F

Rogamus autem uos fratres corripite inquietos. Hoc loco ad præceptores diuertit ſermonem,neque enim inquit,per licentiã & arrogantiã alios inceſſeritis, ſed leniter caſtigate. Nam qui peruerſis imbutus eſt moribus:pertinacior fiet in malo, ſi acerbius forte corripiatur,nam eos contra bene compoſitos dicimus, qui dei ſtatuta & mãdata obſeruãt. Is nanque ſingulis rebus ordinem præfiniuit & limites,quos qui tranſcenderit , incompoſitus eſſe & diſſolutus arguetur. Cuiuſmodi ſunt,temulenti, contentioſi, auari,& iſtiuſmodi cęteri qui delinquendo conſtitutas a deo metas excedunt.

Conſolamini puſillanimes. Puſillo hi animo ſunt qui ferre nil queũt tentationes. Iſti ſunt enim proſeminati,qui in lapides cõciderunt, qui tñ omnino ſunt ſubleuãdi & cõſolãdi.

Suſcipite infirmos Hoc eſt,validiores reddite,qui fuerint in fide infirmiores , vt & alibi dicit. Fide infirmos ſuſcipite.

Patientes eſtote ad omnes. Hoc eſt,diſſolutos,puſillanimes,& infirmos ſuſtinete. Id nãq; maximum in modũ congruit p̃ceptorib9,vt vel efferatiſſimos tolerãdo ad bonũ cõuer-

Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Si mala nequaquam malis ſunt (tane compenſanda,quanto minus pro accepto beneficio,non ſunt mala reddẽda,vel malo afficere qui nil effecerint.

A *Sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes.* Neque enim sat est nil mali pro malis illatis rependere, quin & bonis erit qui mala ingesserit, afficiendus. Id eñ sentit, cum inquit. Sectemini quod bonũ est, hoc est enixe nitamini omnibus benefacere: Et in inuicem, hoc est erga fideles. Et in omnes, id est erga omnes estote benefici.

Magna merces illi manet qui nullas vlciscitur iniurias, sed bñficiũ potius vel his q se læserit exhibere sese consueuerit

Semper gaudete. Semper, hoc est vel in medijs, & vrgentibus malis gaudio afficiamini. Tanquam id dicat. Æquo animo pro Christo omnia tolerate. Aduerte autem quemadmodum postquam malum minus esse pro malo reddendum dixisset: mox & gaudendum his esse iniunxerit. Qui enim edoctus, nullas vlcisci iniurias, sed conferendis beneficijs potius insueuit, & his benefacere, qui mala tulerint, vnde hic poterit aculeos mœroris excipere.

Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. Viam nunc aperit ad perpetem quandam iucunditatem, vt assiduo scilicet orandum sit, & gratiæ deo agendæ. Nam qui versari cum deo diutius consueuit, eidemque pro oblatis siue prosperis siue aduersis eo gratias agit, perspicuum est perpetuam quandam animi suauitudinem hunc esse adeptum, & continens gaudium.

Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu, in omnibus uobis. Qui enim poterunt semper per te gratiæ dici? Nimirum si noueris deum sic velle, vt illi te non ingratum pro acceptis exhibeas beneficijs. In Christo Iesu, hoc est Christi domini adiumento & ope. Nam ille nobis vel gratijs hisce agendis opitulatur, sicuti (vt idipsum agamus) & multis in locis in euangelio edocet.

mat.xxvi
Mar.viij.
Lu. xxij.
Ioan.vi.

B

Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Cum noctis loco sit hæc vita habenda, & facem nobis detulit deus, spiritum sanctum, quam sane splendidiorem reddidere plerique, quemadmodum sancti: nonnulli vero extingui sunt passi, quemadmodum virgines illæ quæ lucernam oleo carere permiserant. Nec secus & qui Corinthi fornicaretur, eandem hanc facem luto effudit. Dicit itaque. Spiritum nolite restinguere, hoc est spiritus gratiam. Obstruite ergo fenestras siue sensus hos corporales, nequitiæ spiritus ille inuadat, & si fax illa extingui non poterit. Non puluerem inspergas, vel curas terrenas: sic enim inextinguibilis permanebit. Vel ita. Erant apud hos & veri prophetæ, & fallaces quidam & subdoli. Et quia minus compertum his erat, vtinam horum ex deo essent veridici, simul omnes aduersabantur, & improbabant. Subdit igitur. Spiritum nolite extinguere, hoc est spiritus donum, quod veris inest prophetis, cum hoc nec secus defugitis, quam alios, qui se mentiuntur prophetas. Neque prophetias contemnite quę ex sancto spiritu prodeunt.

Mat.xxv
i.cor.v.
Spũs non extinguẽdus.

Omnia autem probate, quod bonum est, tenete. Quid ergo? Excepturi ne sumus qui falsos se prophetas astruxerint? Nequaquam inquit, sed omnia probate, hoc est & vera & falsa periclitando decernite. Deinceps, quod bonum est tenete, hoc est quas rectas esse compertum habetis admittite prophetias. Prophetias venerationi habetote & curæ.

Ab omni specie mala abstinete uos. Neq; eñ hoc illo ve abstinendum indicit, sed omni re prorsus siue propheta quouis falso & commentitio, siue prauis quibusuis facinoribus.

C *Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia.* Post monita, & vota inducit, vt vtrinq; sint tutiores. Per omnia vero, vt corpore & animo sanctitatem adipiscantur, sicut ex subsequentibus ipsis perdisces.

Vt integer spiritus uester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Spiritus id est donum quod per baptismum iam accepistis. Nam si huius collucentem facem seruabimus, nec restingui hanc patiemur, & nuptias ipsas adibimus. Tũc sane corpus & anima querela vacabunt, hoc est coargui criminis nequaquam poterunt. Quid ni? Si in nobis illuxerit spiritus. Gregorius autem Nysseus sic inquit. Cum enim homo ex omni sit animarum specie admixtus, ea scilicet quę plantis inest, mox sensibili & intellectiua, cum spiritum dicit apostolus, profecto ĩtellectiuam expressit: cum animã sensibilitatem ipsam: cum corpus, vitam inesse nobis ostendit, quæ & in plantis esse cõperitur. Precatur itaque & optat hos omnes per omnia sine querela seruari, & in cunctis deo vt obsequantur.

Hoĩs natura ex Gregorio Nysseo.

Fidelis est qui uocauit uos qui & faciet. Vide apostoli ingentem humilitatem. Cum eñ esset hæc oĩa hic comprecatus, nolite inquit, existimare meis ex precibus vos saluos fore, sed dei, qui vos pro sua vocauit benignitate. Nam si ad salutem vos ille exciuit, fidelis est sane, id est verax. Et ita est pro eius voluntate facturus, vt & saluos vos reddat.

Fratres orate pro nobis. Aduerte quam humilem se & abiectum pręstet, cum dicat se

horum precibus indigere.

Salutate fratres omnes in osculo sancto. Cum eñ absens ipse requireret salutẽ ore,& p̃sens his impartiri,per alios saluere hos iubet.Et quoniam inest nonnunquam in osculo dolus quale illud Iudæ,Christum prodentis fuit,in osculo sancto subiecit. D

Adiuro uos per dominum,ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Neque adeo perlegi epistolam hanc doctrinæ gratia cupiebat, quam vt illos etiam per epistolã allequeretur.Quod plane ardentis est desiderij argumentum.Adiurat autem eos, vt si id paruifacerent, postulantem obtestatione saltem eiusmodi,quod eis iniungitur,exequantur.Tanti erat & tam formidolosa apud Christianos veteres obtestatio.

Obtestatio apud veteres christianos formidolosa

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum,Amen. Cunctis nos ille,inquit, bonis donauit. Incumbite ergo vt ampliorem gratiam, pro tantorum bonorum ac munerum dignitate & vitam agendo ea mox vendicetis, quæ vel diuina eadem nobis sunt gratia comparata . Caueteque iter quodcunque prauum ac deuium ,vt vitam hanc ipsam ad patris & filij & sancti spiritus gloriam transigatis. Quem omnis gloria & honor decet , in seculorum secula, Amen.

Scripta fuit ex Athenis.

Argumentum in epistolam SECVNDAM AD THESSALONICENSES. E

Ad Theßalonicenses secundam scribit epistolã Apostolus. & notũ facit eis de temporibus nouißimis,& de aduersarij deiectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytum.

IN SECVNDAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM THEOPHYLACTI PROLOGVS.

SECVNDO AD THESSALONICENSES IDCIRCO *Paulus scribit,quia his iam antea per literas significaßet,sese ut eos reuiseret summo studio a nisum. Et quoniam minus esset uoti compos effectus, ferreq; diutius has moras nequiret, Timotheum misisse affirmat, qui eius desiderium Thessalonicam remigrandi aperiret ac nunciaret. Cumque haudquaquã ad id temporis ullam eßet ad hos proficiscendi nactus adhuc facultatem,ut quæ illis ad fidei summam deeßent , absolueret , secundam hanc primæ adiecit epistolam,& per literas supplet,quod eius profectione facere libuisset . Quod autem sese ad eos nondum contulerit,liquet ex eo.Nam in priori epistola cum domini aduentum nil præfinißet , perinde ac scitu id minime necessarium foret in secunda ac de domini aduentu perscribit. De quo nil sane in præsenti scripsisset, si ad eos sciret se profecturum. Per literas itaque de aduentu huiusmodi, cuius esset apud hos orta iam quæstio meminit. Præsertim cum eßent nõnulli fidei uastatores,asserentes adueniße iam dominum. Quodque & grauius erat,uel dicta quædam ex composito,tanquam à Paulo prodita producebant,proferebantque & epistolas,ut ab eodem conscriptas . Quæ omnia commentus est dæmon, ut christianos disiungeret,cum unum illud Christi cultores præcipuè consolaretur,fore ut aliquando resurgerẽt, sperantes uirtutis mercedem se recepturos,& qui se oppreßissent daturos pœnas. Submisit itaque eius ministros diabolus, qui palam docerent adesse iudicium.& Christum secundo iam aduentasse,ut illud maximè suaderet,nec ulla esse uirtuti merita,nec fore ut quispiam iudicetur , nec malos pro eorum commissis luituros supplicia . Quæ omnia ideo suggerebat hic dæmon,ut sanctorum spem omnium infringeret:& euangelio aduersantibus audaciam auderet Arguatque & christum mendacẽ,qui sui aduentus signa quædã prædixerit:quæ minus sint uisa,cum adesse tã resurrectionis finem falso assererent,unde apertè dominus ut mendax arguebatur. Quocirca epistolam hanc scribit Apostolus , edisseritque de CHRISTI aduentu, cui cum nullum intereà præfiniat tempus . Antichristum tamen futurum,indicio patefacit . Theßalonicenses præterea malis magnum in modum iam mercatos enixus consolatur . Demum & signa quædam illis demonstrat,quibus proprias eius internoscant epistolas.* F

ad Thessalonicẽses cur iterũ Paulꝰ scribat.

Resurrectio futura.

CAPVT PRRIMVM.

A P*Aulus, & Siluanus, & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium, in deo patre noſtro, domino Ieſu Christo.* Et in priori item epiſtola ita exorſus eſt. Quo fit, vt eadem in hoc primordio ſit æque in illius principio ſequenda interpretatio.

Gratia uobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Christo. Cum enim ſuam deus, cuique gratiam impartitur nil erit quod moleſte hic ferat. Quãdoquidem facile diſſoluuntur, quæ illi obijciuntur aduerſa. Paulus itaque nihil ignarus quam gratia cunctis pręſtaret, vel hanc ipſam his comprecatur. Quæ vtique vt primum his aderit, nullas ſentiant quæ inferuntur tentationes, ſed pace ſimul diuina accepta, in tranquillo agent, & immobiles permanebũt. Commonefacit pręterea eos diuinę gratiæ, vt cum primum preſſuræ inuaſerint, huiuſce gratiæ recordati, quia ſalui ſunt facti, maxime conſolentur. Et ex præteritis, & maioribus beneficijs certiorem ſpem nacti nihil in minoribus malis deſperent.

Gratias agere debemus ſemper deo pro uobis fratres, ita ut dignum eſt. Tria hic docet. Primũ vt ſi quid per nos optime geritur, gratias deo agamus, nec noſtræ virtuti id aſcribam⁹, & illi accenſeamus rerum omnium ſummam, nec quoquam pacto ob rem bene geſtam inſoleſcamus. Secundo quemadmodum nequaquam ſint luctu & lachrymis digna quæ ipſi perpetiuntur, ſed eiuſmodi, vt agi deo pro his gratiæ poſſint. Quocirca debere eos
B gaudio affici, non mœrore conficere animum, vel penitus deſperare. Tertio, quod alienis virtutibus nequaquam ſit inuidendum, ſed congratulandum potius & pro fratrum proſpectu deo dicendæ ſunt gratiæ. Quo fit vt qui aliorum virtute afficiuntur deo pro culdubio maledicant. Ita vt dignum eſt eo intulit, ne cum gratias agimus tanquam nouum aliquid nos inducamus, & cæteris inſuetum, ſuperbiamus. Faciamus nanque, quo fieri merito debet. Vnde & rem ipſam debitũ appellauit, cum dignum, dixit. Vel quia & verbis ſunt & operibus gratiæ ipſæ agendę, ſic pro meritis agi iudicabuntur.

Quoniam ſupercreſcit fides ueſtra. Cum enim vos inuaſerit tentationum diluuium, nec aliquo vos intercluſerit, nec illis ſuccumbitis: nil certe aliud ꝓferunt, quã veſtra maxima incrementa, & fidei veſtræ ſublimitatem. Supercreſcit autem dixit, ex quadam veteris cataclyſmi illi⁹ ſimilitudine, qui nequaquam facile ſumma quæque faſtigia incluſit, & ſi illa operuit vt primum cœpit decreſcere, hęc emerſere. Arguit etiam iſtorum fidei magnitudinem cum ſupercreſcit, intulit.

Et abundat charitas uniuſcuiuſque ueſtrum in inuicem. Aduerte qualem ſe hæc habeat charitas. Neque enim hunc complexa, alium reſpuit, ſed æque in omnes diffunditur. Id enim deſignat, cum inquit. Vniuſcuiuſque veſtrum & in inuicem. Nam ſi cæteris reiectus in vnum aliquem charitatem omnem, hanc contulerimus, haudquaquam charitas, ſed diſſidium diceretur. Nam ſi dei ob gratiam vniuerſi ſunt beneuolentia proſequendi, omnes pariter obſerua & cole. Si vero priuatim aliquem ipſe fueris charitate complexus, humana profecto erit, non diuina hęc charitas. Aduerte autem animo-
C rum coniũctionem, & mutuum beneuolentię nexum, ad propulſandas tentationes valere plurimum.

Qui vnũ reiectis cęteris amore ꝓſequiquit ſpreta charitate diſſidiũ ſectatur.

Ita ut & noſipſi in uobis gloriemur in eccleſijs dei. In priori epiſtola dixerat, ita omnes callere quę apud voſipſos gerantur, vt nequaquam neceſſe ſit de vobis aliquid loqui. Cur ergo nunc dicit pro his ſe in eccleſijs gloriari? Id ſane ex electis ipſis liquide patet, Non enim dixit, illos de vobis loquendo inſtruimus, ſed gloriamur in vobis, & veſtrum profectum glorię ducimus. Si nos itaque deo pro vobis gratias agimus, & apud homines tantopere gloriamur, longe magis vos oportebit aduerſis in rebus identidem factitare, & tentationibus nil ſuccumbere.

Pro patientia ueſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus ueſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis. Oſtendit hos quidem diu, ac multum tentatiõibus fuiſſe afflictatos. Neque enim biduo triduove patientia demonſtratur, ſed diuturna malorum toleranda. Illis etiam ineſſe patientia iſta videtur qui cum bona illa, & promiſſa cœleſtia nondum acceperint, ſuſtinent tamen opperiendo & patiuntur. Nunc vero maiorem illam deſignat, quæ in perſecutionibus & preſſuris arguitur. Et his quippe, quibus cum hoſtibus res erat implacabilibus, neceſſaria erat firmior tolerantia, & in ipſis pręcipue prædicationis primordijs. Pudeat ergo calamitoſos hos homines eorum inconſtantię: qui hominum iuſſu & perſuaſionibus, ad decreta quædam obliqua, & peruerſa ſe transferunt.

Nõ ꝓbat modica patientia, ſed diuturna malorũ tolerantia.

Epiſt. T

In exemplum iusti iudicij dei, ut digni habeamini in regno dei. Vel ex his quæ dicta superius sunt, consolatus est eos, & ex eo præcipue quod dixit gratias agimus, & gloriamur in vobis. Nunc vero id infert, quod dolens quisque & mœrore affectus, conquirit: vt pressuras scilicet, & ipse euadat, & illorum deposcat, qui se oppresserint pœnas. Quod autem, inquit, tale est. Æquo animo tolerate, qui vobis inferuntur angores, vt post modū dei iudicium pateat, quod sane vos ob vestram hanc tolerantiam cælesti imperio dignos efficiet. Vos enim, qui oppressi estis, & conculcati corona donabit, & cruciabit qui vos oppressere, aut vim inferunt. Sic deus suam præ se iustitiam feret. Hos itaque admodum consolatur, cum dicit, nos per gratiam eos coronam hanc promereri, sed iure: quia viriliter tentationibus ipsis obsistunt, accepturosque in laborum & sudoris mercedem, cœlesti imperium.

Corona ex pressuris.

Pro quo & patimini. Neque enim, inquit, qui vos angunt, eo & dominantur, quia vobis præualeant, sed quia per tolerātiam dei regnum paratur, & necesse sit vt hunc in modum istiusmodi commutatio fiat. Per multas enim, dominus īquit, regnum cęlorum aditur angustias, & arcta est via quæ ducit ad cęlum.

Luc. xiij. Act. xiiij. Mat. vij

Si tamen iustum est apud deum, retribuere retributionem his, qui uos tribulant, & uobis qui tribulamini requiem. Si tamen conditionalis particula hæc nil affert ambiguum, sed roborat potius & affirmat, hoc est quia iustum sit apud deum. Nam si apud mortales haud parū valet iustitia, longe magis apud deum est valitura, qui vt seruaretur instituit. Est autem hic dicendi modus in sacris literis sæpius vsurpatus: vt illud, Si odit deus peccatores, si curat deus mundana, quod perinde est dicere. Non odit deus qui peccant, & curę non habet terrena. Nec secus debet & hoc loco intelligi, si tamē iustum est apud deum, consentaneum est, vt iustum esse & ęquum id asseratur. Neque enim vt temporalia hæc & breuia, quæ hic vobis ingerunt mala, sic illis contra ad breue qui inferētur a deo, futuri sunt cruciatus, quin potius nec fine carebunt, & vobis erit quies perpetua.

Si conditionali interdum affirmat.

E

Nobiscum in reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis uirtutis eius. Ecce & alio quodam modo horum animos lenit. Siquidem tantarum sint hi palmarū futuri participes, quas Paulus tanta virtute & rebus optime gestis promeritus sit. Reuelationem autem de eius dicit aduentu, per hunc item eos consolans: perinde ac si inquit. Et si interea aduentus iste vos lateat, nil tamen propterea vobis verendum, quin venturus sit aliquando. Reuelabitur enim dominus Iesus de cælo, hoc est ex dei sede, & angelis comitantibus virtutis eius id est potentibus quidem & validis. Cur ergo debetis diuexantibus vosipsi succumbere, cum talem dominum habeamus, cuius ministri, virtutis sint & potētiæ angeli, & a quibus daturi sunt qui vos opprimunt pœnas, nec vsquam sunt euasuri.

Optima cōsolatio

In flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi Superius dixit vos opprimentibus nunc vero cunctis communiter qui deum ignorant, prudenter illud affirmans, futurum omnino, vt hos vindicet deus. Nam etsi id haud nostri de causa faceret, sui tamen ipsius ob gratiam, sumpturus de hostibus supplicium est. Primum autem illud eo dixit, vt certiores hos faceret istiusmodi omnes quos toleranter adeo ferrent, pœnis esse & tormentis afficiendos. Quod vero subsequitur, qui euangelio minus obediunt, idcirco subiecit, vt hi maxime gaudeant quia in eorum honore supplicia his allaturus sit deus, qui se oppresserint. Nam si eos qui euangelio nil obsequuntur punit & cruciat, longe magis qui alios interpellant, ne euangelio pareant, quales hi sunt qui vos in præsentiarum diuexant. Vel in flamma ignis, vno contextu erit cum dantis vindictam, id est in gehenna contumaces excruciantis. Vel reuelationi quod dixit CHRISTI subsequitur. Vel ea sit reuelatio, id est aduentus in flama ignis futura: quemadmodum & Dauid sic profiteur. Ignis ante eum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius, & Daniel. Fluuiꝰ ignis trahebatur, in flamma autem ignis non illuminantis: sed vrentis. Nam peccatoribus vredinem est allaturus, non splendorem hic ignis. Iustis vero fulgorem & lucem: non ardorem aut incendium.

F

ps. lxvi Dani. vij.

Qui pœnas dabunt in interitu æternas. Vbinam gentium Origenistæ nunc sunt qui istiusmodi cruciatibus, & finem fore fabulantur & fingunt, quos Paulus perpetuos asserit. Cur ergo ad tempus futuros cruciatus huiusmodi delirando iactitatis.

A facie domini, & à gloria uirtutis eius. Hoc loco quam deo facile sit cruciatus inferre: exponit. Neque enim illi aliqua erit in inferendis his difficultas: quippe cuius vel solo aspectu rebelles & contumaces cruciabūtur. Quandoquidem cum diuina prudentia, his

A quidē splendorē est allatura illis supplicia. Non eñ simpliciter ille, sed cũ gloria & virtute est aduenturus, ita vt neque hui⁹ gloria potentia careat, nec potentia sit glorię exps, sed tanquam potentissimus imperator aliquis veniet.

Cum uenerit glorificari in sanctis suis. Cum enim qui dum in humanis agerent, nihil se deo morigeros pręstitere, sed tumidi extitere & elati, eos conspicabuntur, quos flagris afflixerant infinita gloria iam esse potitos, id sane dei gloriam cedet, quippe cum cõmunis sit his cum deo futura hæc gloria. Quocirca, cum sanctos ille honoribus auget, seipsum extollit. Nam vt fideles hic pro diuitijs habet, sic illud in eius gloriam est concessurum, cum extent qui suis bonis sint fruituri.

Et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt. Hoc est, per omnes credentes. Nam cum, miseros, quosq; & diuexatos, & ab oĩbus affectos ĩiurijs, tan ta claritate, & splendore dignabitur deus, tunc sane ei⁹ vis omnis diuina patebit. Vel aliter. Cum enim in medium hi producuntur, & malis afficiuntur innumeris, vt a fide desciscant, nec tamẽ vel excruciati desciscunt, tunc proculdubio cum dei, tum vel horum gloria innotescit. Alias *ma*

Quia creditũ est testimonium nostrũ super uos in die illo. Manifice enim deus illo die, hoc est eius aduẽtus, quód testimonium nostrum hoc est, sermo, & prędicatio nostra, super vos creditũ sit. i. ꝙ vos credidistis, & bonis illis dignos vos effeceritis, quæ tunc fidelib⁹ donabuntur, recte autem dixit, in illo die tunc enim patebunt, qui verã fuerint, Christi fidẽ *gnifaciet.*

B adepti. Nam interea hãc fidem quã minime tenẽt dissimulant multi. Vnde & illud optime dictum. Dicique beatus Ante obitum nemo supremaque debet. Ouidius.

In quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua deus noster. Quicquid ergo aliquis dicet, nõne & hi erant vocati? Ita quidem. Haud tamen de hac vocatione nũc disserit. Secundum hanc enim sunt multi acciti, quinetiã & qui sordidiori erat veste ob tectus & nuptijs nihil cõgruente, vocatus est, & virgines quĩque, nec tamẽ admissę sunt. Vocationem autẽ, hoc loco dicit, quę fit operibus confirmata, quę vera haud dubie vocatio est, sicuti & vera fides, quæ re & actionibus nititur. Mat. xx. Matth. xxv. Sola illa vera fides dicenda, quæ et actionibus nititur.

Et impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ. Eam (inquit) dico vocationem, vt omnis dei voluntas, hoc est, quodcunque illi placitum est, impleatur in vobis, & omne bonũ perficiatis, & vosipsi pro dei voluntate præstetis, ita vt nihil quippiam desit. His pręterea dictis, & illorum frena (si qua forte in his resedisset) superbiam, ne plurimum collaudati efferantur. Arguit namque, nundum perfectionem hos attigisse.

Et opus fidei in uirtute. Persecutionũ, inquit, tolerãtia, perfectiorẽ in vobis efficiet fidẽ. Quo pacto? In virtute quidẽ, hoc est, fortiores vos reddẽs: & in fide cõstãtiores. Patiẽtia nanq; opus est fidei. Quo fit, vt qui patiẽtia careat, nanq; fidei opus aliquod pręse ferat.

Vt clarificetur nomẽ domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo. Si hęc (inqt) quæ diximus per vos pagẽtur, vel in hac vita, dñi nomẽ in vobis gloriã assequetur. Cũ eñ vos pspexerint homines ꝓ vestra in dñm charitate, tentationes æquo animo ferre, quo pacto, nõ deo sunt id ad gloriã ascripturi? Qui adeo bonitate & mansuetudine præster, vt sui gratia vel serui oppetẽt mortẽ. Et tãtę virtutis sit, vt vos ad patiẽtiã roboret, & vos in ip- Non esse apud illũ op⁹ fidei, q̃ patiẽtia careat.

C so sitis videlicet validiores. Quandoquidẽ tantopere est in se fideles inuenti, ut oĩa cõstanter tuleritis. Cedit nãq; id seruis ad laudẽ cũ dño fidẽ seruarint. Vel aliter. Glorię futurum est nobis, cũ pro Christo maxime angimur, & malis plurimis afflictamur. Hęc nãque nõ faciũt clariores, qui cũ quotidie morti offerimur, mortẽ tamẽ supasse arguimur.

Secundum gratiam dei, & domini nostri Iesu Christi. Vel ipsum deo, inquit, debet, non nobis ascribi. Et illius gratia fit, cum ipse, vel gloriam in nobis assequitur, quippe qui ei nil anteponimus, cum omnium fit ille dulcissimus. Et nos in illo laudem vendicem⁹, a quo virtutem ad omnia toleranda accepimus.

CAPVT SECVNDVM.

R*Ogamus autem uos fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ cõgregationis in ipsum, ut non cito moueamini à uestro sensu.* Quo tempore futura sit resurrectio nil explicat. Edocet tamen nequaquam hanc in pręsenti constare. Erant enim deceptores nõnulli, qui plane assererent, instare iam rerum omnium finem, adesseque & Christi aduentum, vnde nec mediocriter hoc consolatur, cum inquit, ad ipsum conuenturos esse fideles, futurosque cum eodem perpetuo, sicuti & in priori epistola dixerat. Si Deceptores dicentes finẽ rerũ ĩstare.

mul nanque vt resurrexerint, ad dominum subleuabũtur, qui digni sunt. Quid ergo nos D
1. Thes. iiij ipsi rogamus? id scilicet vt stabiles sitis, & in fide constantes, nihilque a sensu dimoti, quo ad id temporis rectiori vos statu & tenore vno seruastis.

Neque terreamini: neque per spiritum. Hoc est per prophetiam & vaticiniũ. Nonnulli nanque prophetas se mentientes, populum illudebant, cum dominum adesse assererent.

Neque per sermonem. Hoc est per doctrinam viua voce depromptam.

ꝑ quorum. *Neque per epistolam tanquam per nos mißam.* Per epistolam videlicet falso compositam, quam a Paulo dicerent destinatam, ꝑ eorum dicta hi astruebant.

Quasi instet dies domini. Hoc est Christi aduentus.

Ne quis uos seducat ullo modo. Neque sub prophetæ prętextu, neque sub disciplinę & instructionis occasione, neque meis vilis cõmentitijs literis vos circunueniat quispiam.

Antichristũ ipsum & discessioné peccati hominẽ filiũ perditionis apte nuncupari. *Quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Haudquaquam inquit, adueniet dominus, nisi & discessio prodeat. hoc est, antichristus. Quem eo discessionem appellat, quia re ipsa ita futurum sit, vt multos faciat a Christo desciscere, vel electos ipsos, si fieri potest. Insuper & peccati hominem eundem hunc dicit, perinde ac si futurus sit, scelerum omnium patrator, seducturusque & alios ad peccãdum. Et perditionis filium nuncupat, vt qui & perdendus sit tandem. Quis igitur iste? nũ satan erit? Minime, sed homo aliquis ab eo vim omnem ad mala peragenda desumens.

Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Neque enim idolatriam inducturus est ille, quin potius deos ipsos, eorumque cultus sublaturus est omnes, & idola subuersurus, asserturusque deum se solum esse. E

antichristus idola euertet. *Ita ut in templo dei sedeat.* Non in Hierosolymorum duntaxat templo: sed in omnibus passim ecclesijs, & dei templis consessurus est ille.

Ostendens se tanquam sit deus. Non enim dicens se deum dixit, se ostendens hoc est, sed tentaturum sese deum asserere, nam & opera ille ingentia & signa edet, vt oẽs fallat.

Non retinetis quod cum adhuc eßem apud uos, hæc dicebam uobis? Hinc sane perspicuum est magna quædam his Paulum verbis duntaxat protulisse mysteria. Aduerte autem quemadmodum necessarium erat, vt sæpius eadem illa repeterentur, & quasi verbis ipsis exhauriri, vt eorum animis inhęrerent. Ecce enim & si toties apostolos audissent, confirmãdi tamen adhuc & stabiliendi erant, nihil enim (inquit) affero peregrinum vel nouum, sed quod semper ꝑdixeram. Modestius tamen hos ipsos affatur, & quasi ad pudorem ĩducit, cum inquit, nonne retinetis: perinde ac si dicat. Tam breui vobis memoria, quæ paulo ante prædixeram, excidere.

Et nunc quid detineat, scitis ut reueletur in suo tempore. Quid detineat, hoc est quid prohibeat, & impedimento sit. Quid autem illud fuerit, nonnulli spiritus gratiam dicũt: quę prohiberet, nonnulli Romanum imperium. Cui sententiæ beatus Ioannes Chrysostomus assentitur, nam nisi Romanum illud imperium euertatur, nullã Antichristus habiturus est viam, vt queat pro eius cupiditate quę velit perficere. Eoque & Paulus rem hanc adumbare dixit, nec palã expressit. Non enim temere volebat Romanorum sibi inimicitias vẽdicare: vel sese periculis frustra obijcere, nam si dixisset paulopost sublatum iri Romanum imperium, mox eum vt suæ reipublicæ interitum minãtem: viuum suffodissent in terram, perdidissentque & alios qui se sectarẽtur fideles, vt quibus tanti dãnatus euersio lętitiam peperisset. Quod autem hoc loco de spiritus sancti gratia faciat mentionẽ, plane liquet. Primum enim, si de spiritus gratia disseruisset, apertius cũcta, nil clam & opertum dixisset. Deinde si spiritus dona vidisset his defuisse, ita vt res ipsa videretur exigere, vt sese ad illos conferret. Oportuit vtique vt ante id tempus ad eos se contulisset, vt quibus spiritus dona hæc defuissent. Aduerte autem quemadmodum nequaquam dicat id breui futurũ, sed suo tp̃e reueletur, & tempus sursum incertius & implicatũ relinquit.

Chrysostomus. Non debet qs se periculis frustra obijcere. F

Nam mysteria iam operatur iniquitatis. Per iniquitatis mysteriũ Neronem designat, qui Antichristi figurã pręferret: qñquidem & impurior esset & deus dicit, & haberi q̃rebat. Recte autem mysterium dixit, non enim Antichristus hic inquit, Neronẽ ea in re imitabitur, sed omnem deum aperte & imprudenter impugnaturus est. Quod autẽ dicit tale est. Antequam antichristi tempus illud immineat, inuentus est alter haud sane multo malignitate illo inferior. Quid ergo mirum, si iam prodijt antichristus? cum vero sic antichristum videtur exprimere, occulte tamen Neronem carpit: nec quia hunc reformidet, sed nos vt erudiat, vt nimia odia refugiamus nisi fidei ratio vrgeat.

Tantum ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus. Hoc est

A cum Romanum imperium tolletur e medio, tunc affuturus est ille. Quandiu vero huius formido tenuerit homines, nemo se facile alteri cuiquam subiugabit. At vbi illud fuerit euersum, inuasurus hic alterum dominatum, & tanquam rerum potitus, humana simul ac diuina peruertet. Quemadmodum enim ante Romanorum summam oīm monarchiā fuere aliena sublata imperia sicuti Mœdorum constat a Babylonijs, Babyloniorū a Persis, Persarum a Macedonibus, Macedonum a Romanis fuisse deleta. Sic & Romanū hoc regnum ab Antichristo tolletur, & id quidem ita futurum Daniel ipse testificatur. Nōnulli illud, qui tenet idololatriam. s. teneat intellexere, perinde ac si dicat. Cum enim error omnis qui nunc tenet & dominatur, est desiturus, & deorum cultus fuerit extinctus, tunc fides Antichristo habebitur, quemadmodum & dominus dicit. Prædicabitur euangelium in testimonium illis, & tunc sane mundi futura est consummatio. Alij vero interpretati sunt. qui tenet scilicet Antichristi aduentum, Dicunt enim præfinitum tēpus instabit, tunc reuelabitur & palam fiet. Dictum est autem supra, fuisse nonnullos, eū qui teneat sanctum scilicet spiritum interpretatos in hanc sentētiam, perinde ac si dicat. Cū enim spiritus iste ob nequitiam hominum tolletur e medio abscesseritque, tunc iniquior ille secedet, & habiturus est locum, se visendum vt præbeat. Imperiū autem eo dicūt accipisse iniquitatis mysterium, quia Symon ille & Nicolaus hęresum principes, Antichristi opera factitarent, & cæteri omnes hos subsequuti, vt Marcion ille montanus qui se & paracletum appellauit, & Magnes ille, & istiusmodi reliqua. Tu vero cum beato Io- B anne, vt diximus, sentias velim; qui veriora sectatus est.

Monarchiarū vicissitudo.

Matth. xxiiij.

Nicolaus hæresiarcha.

Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Tanquam id dicat in proximo est vestra consolatio, deleturus est enim hunc dominus. Nam quemadmodum ignis suo flagore parua quædam & minuta animantia torpere cogit & contrahit, consumitque vel ante quam ea pertingat, sic & Christus vel solo iussu & eius afflatu, spiritus sancti virtute oppleto, perditurus est illum, vel sola præsentia, & solo eius conspectu sedabit errorem.

Chrysostomus sniam pfert.

Simile.

Eum cuius est aduentus secundum operationem satanæ. Quis ille sit nos edocet, Ait nanque hominem esse hunc quendā qui in se Satanam habeat cuius ministerio mala hęc operetur.

In omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus. Hoc est, omnibus ille viribus adnisurus est; nil tamē quod verum sit operabitur, sed ad deceptionem omnia molietur. Prodigijs autē mendacibus, hoc est, falsis, vel ad mendacia inducentibus, qui illis intenderint animum. Hoc autem Paulus longe ante prædixit, ne fallantur qui tunc tēporis sunt futuri.

Et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. Erit hic sane vndequaquam per licentiam simul & credulitatem horribilis, contendetque omnibus viribus, vt homines fallat, & iniuriam inferat, cunctorum salutem demessurus. Sed ne quis ambigat, inquiens. Cur ergo hunc deus aduentare permisit, cū tantū ex eius sint homines nocumenti accepturi aduētu? Respondet itaque dicens, nullus timor incessat. Habet nanque ille in perditos potestatem, qui vel si nec esset ille venturus, essent tamen in eorum peruicacia permansuri.

Eo quod charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Charitatem veritatis Christum C appellat, quippe qui vtrunque prę se tulit, & venit in mundum, tum quia homines charitate prosequeretur, tum vt veritatem mortalibus aperiret. Ostendit autem quēadmodum apud Iudæos sit maxime inualiturus hic error. Hi nanque Christum nec receperūt, neque fidem illi exhibuere. Vnde & ipse apud hos ita edisserit. Ego veni in nomine patris mei, nec me recepistis. Si alius venerit in proprio nomine, illum recipietis.

Charitatē veritatis Christum (vt qui vtrūq̃ p se tulit) non iniuria dici.

Ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credāt mendacio. Mittet id est sinet hunc aduentare. Aduerte autem quemadmodum Iudæos, quia primum veritatem repudiassent, deseruit deus, ita mox illis subsequutum imperauit mendacium, Operationem autem erroris opera asserit Antichristi, quæ moliturus est, vt alios circumueniat, & seipsum tādem vt fallat. His enim verbis expressit, quod per Satanam agitur, vt multos seducat.

Ioan. v.

Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Non enim dicit ne crucientur. Nam si vel nunq̃ esset hic antichristus in mediū proditurus, daturi tñ sunt pœnas qui euangelio minus obtēperant, sed vt iudicētur (inqt) vt excusari nō possint. Quid enim essent causæ allaturi? Nū illud dicent, quod eo Christo nil credidimus, quia deum hunc esse discipuli pręedicabant? Nos vero accepimus deum vnicū esse, a quo cūcta sunt condita. Cur ergo fidem antichristo exhibuistis, qui & deum se fecerit? Atqui Christus patri cuncta remittit, ille vero longe contra vniuersa sibi ascribit. Dicturi sunt forsitan, qui & signa perspeximus, quinetiam a Christo multa & miranda sunt gesta.

Christus præterea saluator est prophetarum vaticinio prędicatus, is vero iniquitatis filius & perditionis dictus. Eo igitur condemnabuntur, quia vt veritatē omitterent consensere, & vltro nequitiæ adhęserunt, hoc est desolatori, qui omnem congerat in hominū animas iniquitatem: & innatam habeat in se nequitiam. D

Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo. Cum horribilia quędā explicasset, & quę possent auditoris aīm confirmare, nunc horū lenit & corda, ita cōmonefaciens. Sint quidē aliis ista horrori, his inquā qui perditi sunt, ī quos & plurimū habent dęmones ditionis: nobis vero gratiæ sunt deo pro vobis agendę, quandoquidem vos ipse elegerit & charitate complexus sit. Si verò ipsi pro vobis deo habemus gratias, longe magis idipsum factitare debetis, & in proprium commodum deo grates referre.

Quod elegerit uos deum primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide ueritatis. Propterea, inquit, gratias agimus, quia vos deus elegit, & ad salutē p̄destinauit, quippe quos dignos præsciret. Verum quo pacto fieri hoc potest? dixerit aliquis. Fit quidē & in spiritu sancto, hoc est saluos vos fecit per spiritū sanctificando. Deīde ne quis forte id dicat. Quid ergo, num & ipsi nil quidpiam ad nostram salutem contulimus. Eo in fide veritatis adiecit, hoc est rerum quas veras esse constiterit. Neque enim commentitiis quibusdā & falsis, sed veritati credidimus. Quinetiam & secundariæ cuiusdam meminit fidei, quippe quę nobis sit sanctitatem adeptis plurimum necessaria, ne seducamur.

Fides est donum.

In quam & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitione gloriæ domini nostri Iesu Christi. Ne forte fidei cum mentio fit, efferantur, vtpote quam & ipsi vt inducerent, admodū insudarūt, nequaq̄ dictū id simpliciter sinit, sed diuinum esse id asserit munus. Quippe qui nos ad id euocauerit, hoc est vt salutē per sanctificationē assequremur & fidem. Quo fit, vt illius sit dono effectum: qui & adsciuerit, vt eius per nos fides admitteretur. Nam nisi & vos per prædicantes vocasset, quo pacto vobis illi & parere & obsequi licuisset? Non itaque Christus pro parua gloria ducit vos saluos fuisse effectos. Cedit nanque ei qui bonitate pręcellit in laudem, cum plurimi fuerint, qui salutem sint consecuti. Quis ergo nō dominum colat, quis inquam illius non gloriam suspsius salutem concupiscat? E

Itaque fratres state & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostrā. Hic sane perspicuum est pleraque Paulū sine scriptis, sermone duntaxat, hoc est viua voce, non epistolis solum his tradidisse. Non enim secus illa atque hęc fide sunt digna. Itaq; & ecclesiæ traditionē dignā existimemus, cui pręstanda sit fides, vt si quid ab ea sit traditū, nil vltra p̄quiras. Ostēdit p̄terea ex his dictis p̄multos esse inter eos, q in fide laborēt

Quę sunt nobis ecclesiæ traditione seu viua voce tradita, non secus atq; illa q̄ scripsit apostolus sunt fide digna.

Ipse autē dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni tempore & sermone bono. Postquam hos commonefecit, & bona, vt assolet comprecatur, id nanque est vera ac certiora subsidia pręstare, perinde ac si dicat. Ipse equidem verba feci, quod reliquum est, in dei situm est potestate. Sed vbinam sunt qui filium patri dicunt eo inferiorem, qui in sacrosanctis baptismi dictis, post patrem filius nominetur? Ecce cōtra in hoc orationis contextu, patri filius anteponitur, qui & dedit, inquit, consolationem perpetuam. Quam illam si quęres, futurorum certe spem dicit. Hęc nāque est, quę corda vestra sustentat si forsan illa tentationibus succubuere. Spem enim hanc nobis gratis contulit deus, nullo nostro labore partam. Hæc autem eo intulit, vt horum frenet animi timorem, si quis forsan illis inesset. Aduerte aūt quemadmodū sub specie quadā precandi illorum excitet mentem, dei certiori quidem prouidentia & cura, in argumentum & pignoris loco productis. Ait nanque. Vel nobis nil laborantibus, pro sola fide daturus est ille æterna bona, vnde & spem optimā habeatis, necesse est. Inquit præterea. Exhortetur vestrum corda vestra deus & confirmet in omni opere & sermone bono, hoc est per omne opus, & verbi rectitudinem. Id enim maxime christianum hominem consolatur, vt & bona peragat, & deo gratificetur. Vel forsan id videlicet sentit, vt vos in rectioribus decretis confirmet, & vitę optimis actionibus, ita vt in his quæ vobis obtigerint, siue prospera fuerint, siue aduersa neque modum excedatis, neque animo sitis abiectiori. Id enim p̄tendit, cum exhortetur, inquit, & confirmet. Nam qui optime fuerit a deo corroboratus, feret sane mira animi magnitudine quę toleranda sunt, & firmior & stabilis. Ex recta autē dogmatis obseruatione eorum bonorū firmiorē spem quisq; assequitur, q̄ in p̄miū nobis sunt obuentura. Ex vitę vero laudatissimis moribus, aī quadā suauitate afficit. Et cū offerūtur aduersa, nō vt maleficus mali aliqd patitur, sed tanq̄ dei minister & seruus. F

Spes futurorum.

CAPVT TERTIVM.

A De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo dei currat, & clarificetur, sicut & apud uos. Cum pro his vt stabilirentur, orasset, obsecrat tandem, vt deum pro se & ipsi precentur, non vt periculis eximatur, in quibus iam versaretur, sed vt prædicatio ipsa decurrat, fluatque & gloriam assequatur. Nec illorum quidem laude vacat istiusmodi postulatio, cum inquit. Sicut & apud vos, hoc est, vt omnes se mihi morigeros præbeant, sicuti & vos faciles ad obtemperandum fuistis. Nil itaque hoc modo, quod ad se attineret, orabat Apostolus, sed omnia quæ dei essent, deprecabatur.

Et ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. De contradicentibus prædicationi nunc disserit, & vera dogmata ĩpugnantibus. Qualis Alexãder ille Calceus fuit. Id nanque designat, cum dicit. Non omnium est fides, hoc est, non omnes credunt, sed qui vt crederent, digni sunt. Vt si quis diceret, non omnibus est in ✝ regnis expeditionibus militandi potestas, sed his duntaxat, qui ad rem idonei sunt & accommodi. Collaudat enim Thessalonicenses, cum tantum sint apud deum fiduciæ consecuti, vt præceptori possint prædicationem conciliare, eaque vt in melius proueh atur efficere. Tacite etiam ostendit, omne sibi ab his discrimen inferri, qui prædicationi obsisterẽt. Id præterea illis satis esse ad consolationem videtur, cum & Paulus ipse qui tanti sit, cum periculis & aduersantibus malis colluctetur. non oĩm est fides sed eorũ dũtaxat, q vt crederent digni sunt *Aliàs, regi uel regni regijs.

B *Fidelis autem dominus est, qui confirmabit uos, & custodiet à malo.* Dixit superius, elegit vos in salutem deus, nunc vero fidelis est ille, hoc est non mendax, & perfecturus omnino est, quæcunque accepit. Vos insuper vt optamus ita est confirmaturus, vt amplius nec moueri a quouis, nec seduci possitis. Custodiat autem, hoc est, tuetur, & seruet, vt nullam habeat deinceps satan in vos potestatem.

Confidimus autem de uobis fratres in domino, quoniam quæ præcepimus, & facitis, & facietis. Cum esset hęc omnia comprecatus, dixissetque deum fidelem esse, foreque vt omnia exequatur, quibus dedisset initium, ne forte existiment illi hæc omnia a deo suppeditari, & frustra esse quos ipsi labores impẽderent, essetque haud mediocriter verendum ne in segnitiem, hi & ignauiam relaberentur, idcirco & nunc ab his vt operibus se iuuent, deposcit. Tanquam id dicat. Deus quidem fidelis est, & quæ ad se spectat, peracturus est omnia. At si vestra vos aliquid industria profeceritis, confidimus & in deo quidem, hoc est, in illius clementia quod vires se vobis & robur ad profectum & tolerantiam sit præbiturus. Vt illis ostendat cuncta esse a deo haurienda. Nec in deo duntaxat dixit, confidimus, sed in vobis, quia & in præsentia scilicet estis & in futurum, quam multa ✝ operaturi. Quod eo dixit, ne forte hi a deo prorsus fiducia quadam multa pendentes, segniores ad bona exequenda reddantur. Omnia inquit, sunt in deum reijcienda, sed a vobis etiam aliquid factitandum, nec satis habuit, facere eos dixisse, sed facturos adiecit, arguens ad vltimum vsque spiritum, necessariam his fore virtutem. Licet oĩa sint a deo hauriẽda non tñ iõ frustra sunt labores quos ĩpẽdimus ✝Aliàs operitur.

Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei, & patientia Christi. Rursum his bene precatur, vt suam præferat, quam de his ceperat, curam. Et quoniam futurum est, vt ex his
C nonnullos reprehendat, eorundem prius animos lenit, vt videatur prę magnitudine charitatis arguere. Ait igitur. Dominus dirigat corda vestra, hoc est, ad veri intelligentiã peruenire uos faciat, neque in deuia declinare. Sunt enim plurima, quæ a recto itinere, quod ducit ad charitatem, nos retrahunt. Pecuniæ scilicet inanis gloria pressuræ insuper & tentationes. Hæc itaque & alia istiusmodi pleraque nequaquam nos sinunt recta ad dei charitatem contendere, nec illum vt decenti amore prosequamur, permittunt. In Christi autem patientia dicit, vel vt omnia toleremus aduersa vt ille tulit, velut patiendo Christi aduentum opperiamur. Nec solum speremus, sed etiam fide certiori credamus, eundem, quę pollicitus sit completurum. Patientiam autem inquiẽs, & pressuras demonstrat, quæ credentes inuaserant, hanc ipsam dei charitati annectit, nam illud nos arguit deum in charitate colere, cum eius gratia sine vlla animi perturbatione, toleranter omnia sustinemus. Dominus autem spiritum ipse intellige, sicuti & Basilius ille vir summus interpretatus est. Pecuniarũ & inanis glorię desideriũ a charitatis tramite nos retrahunt.

Denunciamus autem uobis fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi Sæpe alias diximus denuntiationem, austeram quandam præferre doctrinam, nunc igitur tremendam magis hanc faciens, inquit nõ enim nos idipsum iniũgimus, sed Christus ipse. Hic nanque profatur ✝quę ipse vos alloquor, neque enim otiose & segniter viuendum ille præcepit. Aliàs quibus

Vt subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. Hoc est, secedite a quouis hominũ q

Epist. T iiij

inordinate.i. per ignauiam & segnitiem, vitã degerit,siue opulẽtus,siue inops,siue san D
ctus sit ille. Inordinatum hunc dixerim,quo pacto? Certe vel ipsa inertia. Nam & ab optimis facinoribus abstinebit,& ad sales,vel deliramenta quædam & nugas, se conferet. Istiusmodi autem eorum sunt,qui vitæ modum nil teneant,vel quia iniunctum prætenbit hic ordinem quem ei præceptor aliquis præfiniuit. Vnde & ita subsequitur.

Cauenda summopere segnities et ĩertia ꝑ qua etiã a sancto secedẽdum sit

Et non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Eam videlicet, quã ipse vobis opere & factis tradiderim forma vobis bene viuendi effectus. Hæc vtique vera est institutio.

Traditiones apostolorũ. Acto.xx. Matt.x. Lucæ.x. i·timo.v.

Ipsi enim scitis quẽadmodum oporteat imitari nos,quoniam non inquieti fuimus inter uos,neque gratis panem manducauimus ab aliquo. Nihil vobis fuimus inquieti, hoc est,nequaquam fuimus vobis molesti,sed his manibus laboraui,vt alibi dicit,vt mihi & aliјs victum & necessaria suppeditarem nec gratis panem manducauimus,hoc est, non otiosi & pigri a vobis escam accepimus. Est enim sua mercede mercenarius dignus.

Sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes. Vide quantum operæ sibi iniunxerit Paulus vt interdiu ac noctu a laboribus nunquam cessaret,instruẽdo & castigãdo. Nos vero (si deo placet) nisi per hos quos aliquando aliquid vel tenue edocemus, laudib⁹ ad astra feramur,iniquissimo animo toleramus,& ducimus pro summa iniuria.

Ne quem uestrum grauaremus. Proprie quidem grauare est,ab inuitis aliquid capere,ne quem vestrum grauaremus eo dixit,quia inopia tunc laborarent fideles.

Non quasi non habuerimus potestatem,sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. E
Habebat enim hic aliorum laborum vacationem,vt qui ingenti operi esset,& prædicationi intentus,& a discipulis alimenta sumere nequaquam prohibebatur,ex eius tamen liberalitate propriјs manib⁹ operabatur,seque & suos alebat,vt discipulos,id est Christi fideles,identidem facere erudiret.

Nam cum essemus apud uos,hoc denunciabamus uobis,quoniam si quis non uult operari, nec manducet. In priore quidem epistola mitius de hisce disseruit rebus, nunc vero acrius, nam si his diebus & noctibus operabatur, quanto magis id facere,& alios decuisset.

Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquiete, & nihil operantes,sed curiose agentes.

Vtile nihil oprãs ad inutilia pertractanda vt trahatur necesse est Nota.

Cum enim nostra hęc mens in motu sit semper,necesse est sane, vt cum nihil quod vtile sit operatur,vt superuacanea & inutilia tractet (vt dictum est supra) disquiratque & aliorum vitam. Deinde ad detractiones & verba inania & scurrilia quædam præceps feratur. Operandum est itaque,& manibus semper aliquid factitandum; neque ei parcendũ, qui cum viribus valeat,negotјs vacet, & in otio sit. Dicet aliquis, atqui orationi intẽdo,& ieiunјs. Bene habet. Hæc tamẽ non manuum labore conficiuntur. Potest namque post ieiunia & orationes manibus aliquis operari. Cum vero id facere respueris,pro segni proculdubio & otio multa torpente,conuictus damnabere. Quid ergo, inquit aliquis,nonne & qui alios instruit,ad opus huiusmodi cogendus erit? nequaquã. Quia maius opus aliud pertractat, & plus habens difficultatis,quod & nunc impedit ne laborẽ manib⁹ exequatur. Tibi vero seorsum, & in otio agenti,nihil huiusmodi erit impedimento. Quocirca laborent hi qui apud vos negligẽter viuunt & otiose, & manibus op⁹ F
aliquod exerceant velim.

His autem qui huiusmodi sunt,denuntiamus, & obsecramus in domino nostro Iesu Christo. Formidolosa simul hæc obsecratio,& quasi terrorem inferens,& dignior fide, quandoquidem in Christo domino sit.

Vt cum silentio operantes,suum panem manducent. Vtrunque deposcit, vt quiescant & sileãt, qui inordinati fuerint, vel inquieti & pigri, & inertes,vt operentur, & suo non alieno, pane vescantur,neque oporteat vt ab aliorum hi manibus pendeant & victum sperent.

Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Vide vt confestim diffracta paterna sint viscera,nam statim illos commiseratus est, perinde ac si dicat. Concesserim equidem fore ab his discedendum,aut tamen ita vt permittatis fame hos & inedia deperire. Quid ergo si confisus aliquis se a me ali, & indies necessaria habiturum, in sua semper inertia mãserit,desesque & piger nil operans prorsus? Satis equidem tibi fore existimes, si ab eo distractus & seorsum victitans,nullam illi te adeundi feceris potestatem, nam si illi te simulaueris succensere, in viam forsan redibit, & aliquid operabitur, nolite igitur, inquit,desinere his benefacere.

Quod si quis non obedit uerbo nostro per epistolam, hunc notate. Quod si quis videlicet verbis nostris minus paruerit, qui per epistolam loquimur,hunc ipsum notate,habeto

A teq; a vestro cõmercio segregatum. Basilius vero legendũ ducit, & ita intelligendũ, videlicet. Si quis aliquid indicantibus vobis quæ per hanc meam epistolam facienda perdidicistis, se minus morigerum & obseq̃ntem præstiterit, huius consortium statim defugite. Basilius.

Et non commisceamini cum illo, ut confundatur. Vides quæ ex illius reiectione sequatur vtilitas vt confundatur tandem necesse sit. Nam si per se vel simplex mendicatio pudenda est, & ignominiam affert, quanto magis si ab aliorum cœtu sepositus aliquis & abgregatus, capere aliquid ab sese refugientibus cogitur, erubescat necesse est. Acerrimum sane olim supplicium videbatur, ab hominum conuersatione seiungi. Si enim erat ab eo qui per inertiam & segnitiem vitam duceret abscedendum, quanto magis ab alijs procul est abeundum, qui maioribus fuerint delictis obnoxij. Nota.

Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Quemadmodum superius cũ dixisset. Qui non operatur, non manducet, veritus ne fame interirent istiusmodi homines, illud adiecit. Nil tamen vos defeceritis his benefacere. Sic etiam nunc cum diceret, nolite cum his versari timens ne ob id aliquis a fraternitate desperans pręscinderetur, & nolite addidit quasi inimicum existimare, quin potius vt fratrẽ, hoc est beneuola & fraterna charitate corripite & castigate. Sed ita tamen interea castigandum iniungit, vt illi necessaria impartiantur, non vt inertia cũ conuitio exprobretur. Id q̃rens p̃cipue, vt qui fratrẽ cõmonefaciẽdo castigat in huius cum animũ, tum corpus beneficus sit. Non cõtu

B melijs hũc & acerbioribus verbis incessat, sed seorsum & benigne admoneat. Dicet aliquis. Atqui dolemus, non quia otianti tribuimus, sed quia dei id legẽ trãsgreditur, ac tanquã sup ægrotante lugemus. Sed audiant qui non solũ nihil indigentibus largiuntur, sed lapidibus abactos acriter insectantur & feriunt, rem sane christiano indignam. Tui enim ob gratiam mendicant hi, & inopia macerantur, vt ex tua qua sueris in eos vsus clementia, & tuis vulneribus mederi queas. Tu vero qui te propter, & tuum incommodũ subire inopiam, lacessis & reijcis. Proh quantæ illud dementiæ iudicabitur. Nonnullos idcirco premit inopia vt ea quã fuerimus in eos vsi clemẽtia nostris vulnerib⁹ medeamur.

Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Vbi commonefecit, & comprecatur, vt assolet, tanquã signacula quędam, & indicia comparatis thesauris, & p̃ces superinducit. Hic autẽ cum res ipsa exigeret, vt contentiones & dissidia istiusmodi de causis orirẽtur, cum hi qui a fratrum essent consortio ablegati, acrius exacerbarentur, & qui bonis potirentur fortunæ, haud vltra his sua libenti animo condonarent, merito pacem illis precatur, nõ ad breue sed perpetuã. Id enim pręcipue concupiscitur, vt pace ac perpetuo & quouis loco fruamur, hoc est vt nulla ex parte offeratur altercationis occasio, ita vt nec verbo quidẽ nec factis dissentiant. Sic enim meliores illos & emendatiores reddetis, Nam nihil a deo ad rem aliquam pro voluntate conficiendã conducit, q̃ pace hac frui, & animi perturbatione vacare, nec increpare quempiam videri pro odio. Nil pace desiderabilius.

Dominus sit cum omnibus uobis. Idipsum & dñs pollicebatur, cum diceret. Ecce ipse vobiscum sum omnibus diebus. Sic itaq; vobiscum hunc in modum futurus est ille, hoc est & qui in otio diuersantur, & qui operi intẽdunt, & bonis impartiet. Nam & pigros & inertes sanabit & operantibus firmitatem & robur daturus est.

C *Salutatio mea manu Pauli.* Salutem appellat preces & vota arguens, vel cum salus ipsa alicui impartitur, non solum amicitiam ipsam prætẽdere, sed cum lucro spirituali quodam hanc ipsam & commodo impartiri.

Quod signum est in omni epistola ita scribo. Perinde ac si dicat. Ne forsan a nonnullis falsarijs meæ immutentur epistolæ. Id nanque (vt principio diximus) factitabant plerique has ipse mea manu obsigno. In omni epistola quam scilicet ad vos in posterum sum trãsmissurus, vel ad quoscunque alios fuerit olim transmissa.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen. Et a gratia initium sumpserat, & in gratia concludit epistolam. Vtrinque tanquã quibusdam parietum molibus, eius dicta cõmuniens, vt velut iactis firmioribus fundamẽtis finem tutiorẽ imponit. Nam si vobis aderit gratia q̃ vel a principio salutẽ peperit, vel nostras omnes infirmitates haud sane magni factura est. Id enim est gratię propriũ. Insessura præterea est, & si nihil ipsi hanc insectamini placidioribus animis, qui & simplicitatem in se quandam sint nacti, & in fratres beneuolentiam. Velim itaque & nos esse sic animatos, vt & in fratres charitate seruata, & ijsdem fraternum in morẽ iam castigatis, & pacifice ad bonum reductis, & dñm nostrum Iesum Christum pie colamus. Qui nos, & si delinquentes excepit, & patri in spũ sancto admouit, quem omnis cum gloria decet, tum honor, Amen.

Missa fuit ex Athenis.

Argumentum in Primam epi= STOLAM AD TIMOTHEVM.

Timotheum instruit & docet de ordinatione episcopatus & diaconij, & omnis ecclesiasticæ disciplinæ scribens ei à Laodicæa per Tychicum diaconum.

IN PRIMAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM THEOPHYLACTI PROLOGVS.

act.xxvi. Gala.ij.

ERat Timotheus hic ex Pauli discipulis, unus probitate tam præstans & apostolo unanimis adeò & coniunctißimus, ut ab eo per dispensationem circuncidi maluerit, tametsi Paulus idem circuncisionem hanc prædicans abrogaret, & Petro ipsi de hac longe aliter sentienti obsisteret. Huic uiro Apostolus uirtutis plurimum tribuit, & testificatur. Scribit autem illi de rebus multis & neceßarijs, quas inter uti instituere episcopum & diaconum debeat, & de ecclesiastica disserit disciplina. Quæret aliquis, Cur Paulus nec Sylæ nec Clementi ipsi mea Lucæ, nec eorum alteri cuiquam, qui apud se uersarentur (quos sane constat fuisse multos) epistolam scripsit, nisi Timotheo duntaxat & Tito: Potest hunc in modum ad hæc responderi. Quod illos secum circunduceret Paulus. Timotheo uero & Tito curandas, demandasset ecclesias. Vnde & neceßarium erat, ut per literas denunciaret, ac sæpe, quæ agi per hos oporteret. Verum si quæras, cur istos non prius in omni diuina sapientia perfectiores effecerat, quas postea bene imbutos ad alios instruendos dimitteret, sed post commissam his ad fidem instituendi prouinciam, & traditam potestatem, rursum per literas commonefacit, expolit, & demum absoluit, quod deesse his forsitan uidebatur. Atqui primum illud te minus prætereat, qui hæc à me quæris, perfectionem ipsam adhuc neminem attigisse. Vel & si ad alios instruendos constitutus sit quispiam, erit profecto necesse, ut uel hic ab ijs deducatur, excolaturque, qui perfectiores in fide & profecisse plurimum uidebuntur. Cæterum cum recens eßet ecclesia instituta, haudquaquam facile erat, ut solus Paulus omnia curæ haberet, & ad fidem formaret. Denique uniuersam scrutatus epistolam, aduerte hunc, non in eum modum Timotheum commonefacere, quo & discipulos reliquos, sed ita instituere ut eos decet, qui docēdi munere, non audiendi funguntur officio. E

CAPVT PRIMVM.

Maxima dignitas apostolatus.

PAulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri. Cum legem sit Timotheo daturus seipsum Apostolum nuncupat, vt eius dictis faciat fidem, perinde ac si dicat. Neque enim quæ mea sunt loquor, sed eius prosequor dicta qui me vt apostolus sim, destinauit. Cauendum itaque, ne mea hæc iussa prętereas. Et quoniam maxima erat apostolatus hæc dignitas, ne videatur ex ea efferri, secundum imperium saluatoris, adiecit. Neque enim hanc ipse mihi arripui dignitatem, sed domini, inquit, defugere mādata nil queo, quo minus hęc exequar, qui sane apertius hęc mihi iniunxit quam vocarit. F

act.xxij. xxv. xxxiij.

Atqui nec pater ipse & deus, sed Christus & vnigenitus hæc Paulo imperasse arguitur, qui est ita profatus. Ad gentes longinquas te ipse transmittam. Et rursum. Oportet vt te Cæsari offeras. Et spiritus quidem ipse Segregate mihi Paulum, alioqui qui filij sunt spiritus esse & patris affirmat, audi iam quę subsequuntur.

ps.lxiiij. Infra. iiij.

Et Christi Iesu spei nostræ Aduerte & commune sit trinitati ipsi imperium, vt Dauid de patri huiusmodi disserat. Spes omnium finium terræ. Et Paulus idem, sperauimus inquit, in deo viuo. Nunc vero filius spes nostra dicitur, tam cuncta sunt filio & patri communia. Oportune autem saluatorem dixit & spem. Quia doceti & pręedicanti, quādoquidem multis difficultatibus & periculis colluctatur, vt in quem omne bellum infertur, speranda est salus. Et quo cadente, & simul qui sub se militant, facilius cadant necesse est. Vt illud. Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Non itaque cadendum est, quando saluatorem habemus, non hominem quendam simpliciter, sed deum ipsum & patrem, qui non celerrime a quouis discrimine eximet. Quod si a periculis haudquaq̄ mox eruamur, nobis tamen speranda sunt potiora. Quippe quorum spes Christus, cuius pudere nil possumus. His itaque duabus de causis discrimē omne ferendum est, vel quia celerrime sumus per Christum saluandi, vel quia spe bona fouendi.

zach.xiij.

A *Timotheo dilecto filio in fide.* Vt quem per fidem genuerat, vt & alibi dicit per euangelium,ego vos genui. Vt autem Timotheum collaudet,non solum filium,sed dilectũ appellat,Quod eo facit,cum quia Timotheus patrem in se charitatis vicissitudinem supra omnes seruaret, tum quia & hunc ipse ex animo coleret. Prudenter vero in fide dixit, vt ad hanc tutandam,acrius illum pelliciat.& quia Pauli filius sit & dilectus pronunciatus,longe magis sit in fide armandus,ne labi idem hic possit aut turbari.Hoc enim fidei est pręcipuum argumentum,cum de futuris fuerit spes certior.

i.cor.xiiij.

Gratia & misericordia & pax. Nusquam alibi in ipsis epistolę primordijs misericordiã est comprecatus,nisi hoc loco.Quod sane ex charitatis vehemẽtia quadam,cum Timotheo filio,bona quam plurima vt eueniant,concupiscit,effecit.Quippe,quoniam formido cœpisset,quæ solet parentes inuadere,dum ne quid filio aduersi contingat,verentur, quemadmodum fecit,cum illi consuleret vt stomachi prospiceret valitudini.Simul etiam vt ostendat,qui alios instruunt,clementiores vt sint oportere.

Infra.v.

A deo & patre Christo Iesu domino nostro. Rursum hoc loco hũc consolatur, sic inquiens. Si enim deus pater hic noster,nos haud secus ac liberos curat, vnde & tui hic miserebitur,& gratiarum largiatur necesse est. Vt & omnium erga te concilies charitatẽ,& vel cum hostibus ipsis pace vtaris.

Sicut rogaui te, ut remaneres Ephesi,cum irem in macedoniam. Vide quanta sit huius benignitas.Non enim magistri,sed serui vtitur voce.Neque enim id tibi iniunxi,inquit, sed rogaui & precibus depoposci.Tales & ipsi nos gerere erga obsequentes discipulos debemus,& longe aliter in eos,qui corruptis sunt moribus,& contumaces,nec nobis accepti.Orat autem hunc,vt Ephesi maneat.Neque enim profecisse aliquid epistola videbatur,quam ad eos misisset.Solent enim plærunque homines absentium literas paruifacere.Quæritur autem.Vtrum Ephesi Timotheum Paul⁹ destinasset, vt ibidem maneret? Ita quidem.Quod vtique ex sequentibus patet.

B Benignos esse oportet pceptores erga discipulos obsequentes cõtra &c.

Vt denunciares quibusdam ne aliter docerent. Neque enim dixit,vt horteris,vt obsecres, sed vt denuncies,quod sane austerius est.Neque nomine illos expressit,quibus denunciaretur,ne obiurgando peruicatiores efficeret. Docere autem aliter est, alias quasdam disciplinas inducere,& decreta a veris aliena.Erant nanque ex Iudæis plerique,qui cum se apostolos mentirentur,& glorię cupiditate dici se pręceptores optarent,ad legis veteris obseruationem inducebant discipulos.

Neque intenderent fabulis. Fabulas non legem dicit,sed obseruationes nonnullas,& conmentitia dogmata.

Et genealogijs interminatis. Auos nãque & proauos commemorabant,vt gloriam ex historia vendicarent.Interminatis autem dixit genealogijs vel quia altius illi genealogias repeterent,vt quia nullam demum attulissent vtilitatẽ aliquẽ & compendiosum essent euentum sortiti.Sed ea differrẽt,quę & difficulter repeti memoria possent, & ad modũ essent perplexam.Potest etiam his dictis vel gẽtes ipsas prætendere.Quippe quarum & fabulæ sunt,& generationes retexunt,cum eorum deos commemorant.

Interminatis genealogijs nõ esse insistendũ.

C *Quæ quæstiones præstant magis quã ædificanionem dei quæ est in fide.* Hoc est,deus quidem vt per fidem acciperentur, hoc dispensauit. Hi vero quęstiunculis nonnullis inductis, dei dispensationẽ dissoluũt.Vel quia cũ maximis vellet nos deus bonis donare, ineffabilẽ quandã erga nos dispensationẽ ostendit.Hãc igitur suę benignitatis dispensationẽ per fidẽ accepimus,nõ genealogijs & maiorũ recordatione.Quęstiones eñ hi ĩduxere cũ admirationẽ inuestigãtes,dicẽtesq;,quo fieri id pacto põt, vel quõ credituri nos sumus futura? Hæcsane quæstio abrogat fidẽ.Cur præterea(dicit aliquis)dñs dicit.Quęrite,& inuenietis.Et rursum,Scrutamini scripturas.Quęrite quidẽ cũ inquit, quod quęsitũ ĩuestigatũque sit,pręfert,& maxime cõcupitũ.Scrutamini vero.i.vt veritatẽ perdiscatis,&sacrorum scriptorũ rationem adepti,conquirere istiusmodi & ambigere desinatis.

Mat.vij. Ioan.v.

Finis autem præcepti est charitas ex corde puro. Si iniunxeris, inquit, nequaquã debere doctrinam a nostra diuersam afferri ,charitatem eiusmodi assequeris.Quam si plantaueris & dogma quodcunq; tortuosum & prauum sustuleris. Superioribus nanque temporibus,cũ charitas ipsa abesset,ĩuasit ĩuidia,æqua dominandi ĩcessit libido. Vnde & alios instruendi cupido animũ subijt,& dici magistros.Deinceps & hęreses sunt subsecutæ,& hominũ inter se dissidentiũ pertinacissimæ voluntates.In fide vero lõge secus habetur. In ea nãque & charitatẽ deposcit, quæ sit integerrima.Nec verbis constet,sed ex corde proficiscatur.Et cor ipsum vt purius sit, & ita effectum & bene compositum, vt aliorũ

Finis præcepti charitas.

Integerrima charitas.

a recto errantium doleat vicem, non simulatione aliqua adumbratum.

Et conscientia bona, & fide non ficta. Quod prędo aliquis p̄donis beneuolentia vinciatur, D haudquaquam amor huiusmodi ex recta conscientia videtur constare, sed praua. Neq; ex fide non simulata. Nā qui integro animo in deū crediderit, nequaquam tulerit avera charitate disiungi, quæ omnes consueuit eundem in modum cōplecti. Prædo vero, prætereuntibus vniuersis, indifferenter & sine delectu perniciem affert. Vnde intelligi datur, eum qui charitatis sit expers, & fide carere.

Qui charitate caret nec fidē habet.

A quibus quidem aberrantes conuersi sunt in uaniloquium. ἀστοχήσαντες, quod aberrantes dixit latinus interpres, illi dicuntur, qui minus ex arte sagittas ad destinatū intenderint. Erat autem, inquit, hoc loco, vel arte opus & sagittandi peritia, neque de signo pręfixo quippiam demigrandū. Nonnulli itaque cum a charitate aberassent & fide, ad vaniloquia se contulere. Quid autem sit vaniloquium, ex subsequentibus patebit apertius.

Volentes esse legis doctores. Perinde dominationis cupidi & principatus, & inanis glorię apparentes, legis doctrinam sibimet arrogabant. Nec sane sese tales præstarent, si charitem iam essent & fidem adepti.

Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Hoc loco hos sane arguit, tanquam ignaros quid ipsa lex sentiat. Nec temporum interualla intelligant, nec quādiu lex ipsa imperio sit potita. Dicet aliquis, Si ergo per ignorantiam hi deliquerunt, cōdemnandi non sunt. Nequaquam id equidē asseuerauerim, cū constet ex imperandi cupiditate & charitatis carentia ✝ ignaritatem hanc emanasse. Nam cum vellent, inquit, de lege differendi sibi munus asciscere, ad ignorantiam reciderunt, eoque & ipsius inscitiæ causam præbuere. Neque de quibus affirmant, hoc est, de purgationibus & obseruationibus differentes, & alijs quibusdam ad corpus hoc pertinentibus quicquam intelligūt. E

✝ ignorantiam.

Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. Hoc est, si non modo hanc quispiam verbis interpretetur, sed & factis adimpleat. Nam qui ea quę legis sunt edocet, opere tamen nil exequatur, legis epers & illegitimus, vel a lege ipsa decernitur. Vel aliter Legitime ille vtitur lege, qui per legem ad Christum deducitur. Lex nanque quę iustificandi careat potestate, ad Christum remittit, idque lex ipsa exigit, vt quis se vtatur legitime, hoc est quemadmodum ipsa lex iubet, quæ sibi Christum præponit.

Sciens hoc quia lex iusto non est posita. Id scilicet quia nequaquā per eū stat qui iustior sit, quo minus perdiscat quę sunt peragenda. Est enim rei huiusce non ignarus, eoque nec pœnas veretur. Iustum autem hoc loco intellige, qui virtutē est assecutus qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiam odit, & virtuem complectitur. Et in eo superat legē quia haudquaquam dignatur pro instructrice hanc ipsam habere, quæ & flagra sibi intēdat si labitur & supplitia comminetur. Sed magno animo perstat, vt qui in virum euaserit, & quæ viri sunt sapiat, & iam ex ephebis excesserit. Sicuti & medicus vulneribus affecto, & tanti ad medelā paratus est, non ei qui prospera vtitur corporis valetudine. Et frena equo lasciuienti & effrenato, non ductu facili imponuntur.

Iust⁹ cui nō est lex posita q̄s sit.

Simile.

Sceleratis autem & contaminatis patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuris. Per species peccata edisserit, vt eos qui legi obtemperent, pudere cogat legis huiusmodi præfecturæ. Hæc autem cuncta scelerum genera Iudæis erant iam notiora, quippe qui & idola frequentius adorarent, & liberos persępe immolarent dęmonibus, & mosen ipsum fuerint lapidibus insectati, & quorum manus sanguinum plenę. Nonne patricidas hos esse & cæteris pessimis facinoribus obstrictos conuiceris, si de his omnē percurras historiam? Eo igitur his lex tradita est, vt eiusmodi eorum flagitia coerceret, quod & alibi dicit. Lex pręuaricationum gratia tradita est, iustificatis vero et sanctis nihil erit hęc lex necessaria, vt qui nequaquam ad præuarcationem vllam inclinentur. F

Psal. cv
Esa. lix
Gala. v.

Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Etsi satis esse q̄ dicta sunt videbantur nihilominus vt summatim cuncta resumeret, & si quid alium, tanquam vniuersale adiecit, vt perspicuum faciat, a corruptis quibusdam dogmatibus huiusmodi vita sumpsisse initium. Hęc nanque sanæ doctrinæ obsistunt.

Quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei. Nunc orationi, contextum ita construito. Sanæ doctrinæ quæ secundum euangelium constet. Gloriæ autem eorum gratias dicit, quos & persecutionum & Christi crucis puderet, ostendens in gloriam cadere, quęcunq; perpessus est Christus, & nos item cum acrius afflictamur, tum maxime laudē ꝓmereri. Vel quia ex ipsis tentationib⁹ gloria cōparatur, perinde ac si dicat. Et si hæc mala pr

A sentia ignominiosa & turpia videantur bona tamẽ futura gloriã habent. Et hanc quidẽ ipsam denunciat euangeliũ. Quippe quod de futuris, non de pręsentibus bonis edisserat. Vel gloriam dei cultum dicit, quem nobis explicat euangelium.

Quod creditum est mihi. Mihi, inquit, non apostolis hisce fallacibus, & commentitijs, quorum euangelium ignominiam affert, non gloriam.

Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro. Cũ creditũ sibi euãgeliũ fuisse dixisset, ne gloriari ꝓpterea videat, deo id oẽ ascribit, sic inquiens: Ei q̃dẽ habendę sunt gratię, q & vires suffecit, vt suscipere tm̃ oneris possem. Cum em̃ quotidie esset apostol⁹ morti exposit⁹, haud sane id humanarũ viriũ erat, & cũ tãto discrimine euangeliũ p̃dicaret. Ex his p̃terea certã p̃fert humilitatẽ, nõ nostrã hãc, quę simulata dici poti⁹ põt, q̃ ve (ra.

Quia fidelẽ existimauit ponens in ministerio. Ne quis dixerit infideliũ. Si rerum oĩm summa deo ascribitur, & nihil a nobisipsis confertur, cur Paulum tanti effecit, non Iudam prouexit? Hanc itaque nunc tollit obiectionẽ cũ ait. Nequaq̃ temere mihi vires ille suppeditauit, sed quia sum fidelis inuentus. Quod tamen præssius dixit, quia fidelem existimauit. Rursumq; vt suã occultet virtutẽ. Non enim, inquit, dixerim me fidelẽ, sed talem me ille duxit. Verum vnde id liquet? Ex eo certe, quia ministerium mihi iniunxit. Quo enĩ pacto id mihi dñs demandasset, nisi idoneũ me ad eã rẽ prȩuidisset? Sic & in patris familias domo dispensatores, dño gratias agũt, quod pleraq; sibi crediderint dispẽ-

Cur deus Paulũ, & non iudam prouexit.

Deus operatur ĩ nobis & velle & posse

B sanda, quã rẽ argumẽto ducũt, eorũ fidẽ præ cæteris magnifieri. Atq & dñs inquit, Vas mihi electionis est iste, vt portet nomẽ meum in gentibus. Hic vero & si ad nomen erat id deportandum accõmodus, vires tamen a deo accepit, vt demandatũ opus exequeretur. Deferre nanque Christi maximũ nomẽ, & hominum animis illud ingerere prædicã do, ingenti erat vi opus & facultate. Quod nomẽ vere hic defert, qui digne mũdana oĩa dictis factisque contempserit. Quo fit, vt qui istiusmodi se non exhibuerit asportare id Christi nequeat nomen perinde qui nil prorsus in se sit Christum adeptus. Erat itaque id Paulus, & si in alijs fidior, in eo tamen fidissimus, cũ nihil sibi ascisceret, quæ domini forent, quin potius vel sua illi ascriberet bona, quemadmodum & alibi inquit, Laboraui cæteris abundantius, non mea virtute, sed gratia dei, & huiusmodi multa.

Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Aduerte quam dei extollat misericordiã, cum pristinam suam virtutem enarrat. At vbi de iudęis hic disputat, dãnatione quauis dignissimis nihil huiusmodi obijcit, in se vero has omnes calũnias congerit. Non enim solum, inquit, Christum antea destinabam, vel hanc in me ipso nequitiam terminabam, sed eos etiam persequebar qui pietatem colerent. Neque id modo, sed contumeliosius insultando, & re ipsa abutebar & modo.

Sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Arguit se supplicio dignum, tametsi horum pręcipue dñs miseretur, qui per ignorantiã deliquerũt. Quęret aliquis. Cur ergo non sunt & Iudęi cæteri omnes veniam consecuti? Quia non nescij, sed scientes & vltro commiserunt. Atqui ex pharisæis credidere plerique haud tamẽ se credere fatebantur quippe qui hoĩm gloriã potius quã dei longe plurimũ adamarẽt. Vnde &

Ioã.v.xij.

Mat.ix.
Luc.vij.

C Christus sic ait. Quo enĩ modo credere potestis, qui ab hominib⁹ gloriã accipitis? Quin & Iudæi ipsi dicebant, videte, quia nihil proficitis. ecce mũdus totus post eũ pergit. Hos nanque vbique principatus cupiditas obturbabat. Et alibi rursum, si inquiũt. Nemo potest peccata dimittere, nisi solus deus. Edidit postmodũ Christus, quę se deũ esse arguerẽt signa, cur tã mira factitanti non crediderẽ? Constat ergo non per ignorantiam hos deliquisse. Dicet aliquis. Vbinam gentiũ Paul⁹ erat, dum hæc agerentur? Nimirũ ad Gamalielis pedes astabat. Neq; enĩ turbis admiscebatur. Gamaliel vero vir erat, qui suis, non alienis rebus vacaret. Verũ quo pacto in posterũ Paulus, qui Christi nomen ꝓfiterẽtur, in carcerẽ inijciebat? Quia videbat Christi præconiũ propagatũ iam & auctum esse, cum legis zelo ipse arderet. Iudæi vero non legis, sed primatũ gratia vendicandi, & assequendæ glorię, Christo retinebantur. Cur igitur cũ optime Paulus legem calleret, Christũ nesciuit? Atqui eo seipsum condemnat, quia ignorantiæ morbo antea laborasset, quam incredulitas ipsa pepererat. Eoque se fuisse misericordiam consecutum affirmat.

actu.xxij.

Christum alia ratione iudæi, alia saul⁹ ĩfestabat.

Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide, in dilectione quæ est in Christo Iesu. Cum multa & præclara de dei misericordia disseruisset, vtique pro ei⁹ pristina pertinacia, vltima quęq; esset tormẽta ꝓmeritus, deus tamen in se sit vsus clementia, nunc vero ita subiũgit. Non modo mei ille est cõmisertus, quin & germanũ, & filiũ & amicũ, & cohæredem effecit, adeo illius effusę accreuit clementiæ gratia. Veruntamen nequis id inquiat, cum

ob seruatio mādatorū prodit ex charitate

consfet tantopere abundare hanc gratiam, tollitur ergo nostra omnis voluntas & studium, quod ipsi ad bonum impendim⁹ perinde nihil sint ad profectum hęc necessaria. Adiecit, cum fide & dilectione. Fidem, inquit, ipse hanc contuli, credens posse me Christum saluum reddere & dilectionem, quam scilicet in Christo Iesu adeptus sum. Is enim mihi non lex, quia erga deum afficior, charitatem suppeditauit. Arguit pręterea, quēadmodū cum fide sit, & dilectio inferenda. Prodit nanque ex charitate obseruatio mandatorum, vti & dominus dixit, Si me ✝ colitis, & mandata mea seruate. D

✝Diligitis Ioan. xiiij

Fidelis sermo, & in omni acceptione dignus quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Cum dixit, quia mei qui ecclesiam sum persecutus, cōmisertus est deus, nulla nunc inquit te subeat admiratio, quia sim munere hoc affectus, ne quoquā pacto diffidas, & alios posse pari dono dignari. Ob id nanque ille in mundum concessit, vt peccatoribus vniuersis salutem donaret. Est itaque istiusmodi sermo credibilis, & fidelis, & dignus, qui ab omnibus admittatur. Neque enī quia ingētia sunt, quę dono nobis sunt tradita, eo minus credenda, sed quia infinita est largientis benignitas, & credi hæc merito debent & excipi. Id etiam vel iudęis qui adhuc legi intenderent differit, vt illis apperiat nequaquam posse salutem sine fide parari.

Psal. iij. Pulchra dubitatio simile.

Quorum primus ego sum. Quo pacto & alibi dicat, secundum iustificationem quę in lege est factus sine quęrela, nunc inter peccatores primū se statuit? Quia quo ad Christi iustificationem legi iustificatio pro dilecto habetur, vt quæ nullum in pręsentiarum habeat tempus. Quandiu enim lex tempus id habuit, eius certior erat, & vera iustificatio. Nā quemadmodum noctu lucernæ lux omnis a lunæ fulgore obtenebratur, si fuerit sub diuo exposita, sic legis iustificatio a Christi occultatur iustitia, & plane tollitur. Cum enim Christus apparuit, solis instar tenebris legem offudit. Peccat itaque & insipiēs est, qui lucernæ lumine vtitur, micante sole. E

Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam. Attende humilitatem. Propterea, inquit, sum misericordiam consecutus, vt eorum nemo desperet, qui prauis sint facinoribus inquinati: sed spes certior sit, cum Paulum videant, qui peccando cūctos excessit, saluum iā redditum. Arguit pręterea ex his nec dignum se extitisse, qui a deo veniam promereatur, sed ad aliorum salutem esse iam dei clementia positum. Neque enī dixit, vt in me patefieret diuina patientia, sed omnem, quasi id inquiat. Cum plurimum deliquissem, omni, hoc est, tota dei misericordia & commiseratione, non parte aliqua indigebam, vt hi, qui pauca commiserunt. Ad informationem autem dicit, hoc est, ad consolationem & eorum exhortationem, qui credere vellent.

✝Sapienti.

Regi autem seculorum, immortali, inuisibili, soli ✝ deo honor & gloria, in secula seculorū, Amen. Quia de filio magna quædam prædixerat, quod vel his esse salutem datur⁹, qui nihil sperarent se saluos fore, ne patrem filio videatur fecisse inferiorem, illi & gloria defert, quę vtique filio est cum patre communis. Quippe qui cum seculorum habeat regnum, quo pacto & immortalis non erit & inuisibilis diuinitate, & sapiens solus? ipse nāque patris est sapientia. Dicit hæc eadem & de spiritu possunt. Soli autem sapienti dixit, non quia pater a filio sit & spiritu separatus (absit) Sed cum constet, & angelos sapientes & homines dici ostendit hunc solum præcipue sapere, vt qui & fons sit, & causa sapientię. Reliqua vero quæ sapientiam vendicant, condita sunt & creata, & participatione quadam assequuntur. Honor autem & gloria, non quæ verbis solum, sed & operibus constet. Ille enim gratos vos arguit, hæc vero regis imitatores, quod sane præstantius est. Atq gloriam quæ verbis exprimitur, a nobis deposcit, vt se non solum pie collamus, sed animū ipsum penitus intendamus, geramusque illi morem, vt ex hoc & ipsi proficiamus. Nec secus ac solent, qui solis splēdorem cum spectant & demirantur, eo fulgore delectati sibi profuerunt, & eodem illo, cum aliquis is est operandum, fruuntur. Vt contra qui solaris sunt nescij claritatis, sibi officiunt maxime, quia nullo in opere vti hac possint. F

Solus de⁹ essentialiter sapiēs homo vel angelus p ticipatiōe

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee. Cum enim præceptum dixisset, idque imperantis sit potius, filij Timothee adiecit, perīde ad si dicat. Neque enim hæc vt dominus tibi edixerim, sed vt pater commonefacio. Commendo autem eo dixit, vt ostēdat diligētissime id esse feruandum, arguatque haudquaquam nostra esse quę possidemus, sed dei. Quo item & fieri, vt quę ille contulerit, omnino sint per nos obseruanda.

Non debent ad p̄laturā ꝓuehi, nisi digni.

Secundum præcedentes in te prophetias. Præceptoris & sacerdotij cū magna sit dignitas de iudicio cōfirmāda hæc fuerit: vt qui dignior sit, id mun⁹ suscipiat. Eoq; apud veteres

prophetarũ vaticinio & iussu,sacerdotes,hoc est,per spm̃ sanctum mox creabantur. Est
A enim ꝓphetiæ ꝓpriũ, vel præsentia dicere. Sic itaq; est,& Timotheus in sacerdotẽ elect⁹
de quo & æditas prophetias fuisse testatur. Vel tũ forte cũ fuit ad sacerdotiũ ille assumptus & circũcisus,& ad sacros ordines demũ ꝓuectus,perinde dignitatẽ oẽm huiusmodi ex ꝓphetia & spũs reuelatione adept⁹.Subdit igitur. Cõsulo tibi & moneo, vt scdm p̃cedẽtes ĩ te ꝓphetias ĩcedas,hoc ẽ,vt has cõtẽplatus,& quasi ab illis edoctus,quid tibi agẽdũ sit,pergas pro illarũ dignitate oĩa facere, vt nequaq̃ his probro & ignominię sis.

Vt milites in illis bonã militiam, Quid inquit,tibi demando? Nempe vt in illis iã milites.i. ne illarum legẽ & normã excedas, sed quemadmodũ ille te elegerũt, & his in rebus quibus te adduxerũt optimã militiã milites.Est nanque & prauũ quoddã militiæ genus, cũ membra exhibet quispiã ad immũditiã & turpitudinem,& armis vtitur ad iniuriã inferendã. Militiæ aũt meminit,vt arguat,& si acre omnibus bellũ infertur, ei tamẽ inferri acerrimum,qui alios instruat ad recte viuendum, eoque esse huic & magis inuigilandũ. Neque vt se languidiorem pręstet,necesse est,sed excitum & vigilantem.

Habens fidem & bonam conscientiam. Haudquaq̃,inquit,existimes, sat tibi fore,quod ꝑ spiritum fueris & prophetiam ad sacerdotale id munus prouectus, nisi & fides per te indubitata præstetur,vt verba promere recte queas,& conscientiam bonam,hoc est, vitã irreprehensibilem habeas a qua oritur rectior hæc conscientia,ita vt & alijs pręesse queas. Nam quemadmodum qui ductare exercitum velit, vt optimum militem antea egerit est necesse,sic & præceptorem oportet his esse virtutibus præditum,quas postmodũ
B fit a discipulis exacturus. Inde nanque ediscimus,& si docenti officio fungimur,quemadmodum instruere alios debeamus.

Hęc in docente necessaria: vita irrep̃hẽsibilis & sana doctrina.

Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Quam bonam conscientiã scilicet neque iniuria. Nam cum fuerit vita impurior,ex ea & dogmata quædam peruersa emergunt. Siquidẽ qui immundã & sordidam duxerint vitam,ne in futurum formidine crucientur,temere sibi hoc suadent,falsa omnia credi,quę a nobis tradũtur. Quo fit,vt qui fidem abegerit, opinationib⁹ cuncta inuoluerit,circa fidem naufragio pereat necesse est. Fides nanque portus est patentissimus,qui animum ad tranquillitatem traducit. Quęstiunculæ vero & hæsitationes, tanquã procellæ mentem vtrinque exagitatam in miserũ corripiunt naufragium,affliguntque scopulis,vel in profundum demergunt.

Ex quibus est Hymeneus & Alexander. Vides ne & olim extitisse,qui veram doctrinam preuaricati a fide abscederent,sectarenturque opinationes nonnullas & ambigua quædam? Cauendum itaque & vobis,inquit,ne quid ex vestro pistrino ĩstituto intermittatis cum tales hoc tempore conspicemini. qui erroribus detrahuntur. Quin instandnm potius vt istiusmodi homines impugnando vos superetis.

Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare. Dicet aliquis,Si alios Satan castigat,cur non seipsum emẽdat? Non enĩ vt castiget,dixit,sed castigandas:quippe qui nemini põt, nisi dei permissu,obesse. Sicuti & carnifices ipsi, & si nequissimi sint morte tamen damnatos conficiunt,& multis vt recte viuant,causam præbent. Cur per se Paulus non hos
C tormentis affecit,vt variarum illum affecerat,vt Ananiam & Petrus? Ne supplicij magnitudine illorum augeatur blasphemia. Quinetiam vt ostendat se posse Satanę imperare,ex eoque & formidolosus sit magis,& terrorem incutiat cõtumacibus, præsertim cũ ab se & Petro vel hi crucientur,qui fide careãt,vt intelligãt se minus posse latere. Erat enim & ille Ananias fidei expers,quia deo minus confideret. Eos itaq;,q hęc Pauli Petrique iã gesta rescissent,alios deinceps sunt deuoluti,Satanę demẽdabãt apostoli,vt illi ꝑspicuũ facerent Satanã nõ propria illa virtute, sed apostolorũ potentia eos sanare qui his demandentur. Vel quia quos corrigere vellent,non ipsi per se apostoli pœnis afficerent,Cõtra vero qui emandari non poterant,per se affictabant. Verũ quõ aliquis dicet, Satanę tradebantur? Qui enĩ cõtumax esset & min⁹ obediens,extra ecclesiã emitebatur: eijciebaturq; a cætero grege,& nud⁹ mox & desertus,lupis debebatur in p̃dã. Nã queadmodum olim nubes tabernaculum obducebat, sic Christi ecclesiam spiritus. Quicũque ergo ex ecclesia fuerit eiectus:& spiritu sancto priua⁹:erit hic miser perfacilis in capturam. Tanti est ab aliorũ consortio & cõmunione repelli,censura. Istiusmodi nanq; mox deus & peccatis obnoxios: castigandi gratia & morbis afficit: & malis vrgebit. Inquit enim:cũ iudicamur a deo:& castigamur. Vides itaque queadmodũ velle curiose admodum diuina scrutari:in blaphemiam cedat. Est enĩ deo inferre iniuriã, cum nitimur quæ eius nutu & dispensatione geruntur:animo & cogitatione comprehendere.

Nemini nocet satan, nisi deo ꝑmittente.

Act.v. xiij.

i. Cor. xi.

Curiosa scrutatio dæmoniorum.

CAPVT SECVNDVM.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Omnium primum, hoc est iure diuina quotidie peragenda. Sacerdos nanque tanquam communis orbis terrarū pater sctō altari astat oībus prospecturus, & dei instar cui est dedicatus. Aduerte gratiæ magnitudinem. Neque em̄ istiusmodi sunt Iudæorum præcationes. Neq; statī pro regibus orandū dixit, ne videatur principum cuiq̃ adulari, sed cū prius pro omnibus dixisset hoībus, tunc regibus adiecit. Et si infideles sunt inquiens, reges, est tamē pro his deprecandū. Erunt em̄ fidei christianæ exptes tūc tēporis, īperij & regnorū moderatores. Duo autem cū pro vniuersis a nobis oratur, quę optima sunt cōsequimur. Nā & odia si qua nobis in alios sunt, dissoluūtur, cū nemo queat in eū pro quo depcetur iniquo animo esse. Et reges, pcibus (immutata in pbitatē nequitia) meliores redduntur, nec vltra in nos efferati desęuiūt. Nā quā illud debet mirū videri, persecutores & carnifices audire ab his deposcentes pro se orare quos afflictent supplicijs? Orationes aūt, postulationes, & obsecrationes eundē pręferunt, sensum. Nam istiusmodi dictionū repetitio, exigentis ē fieri omnino oportere quę mādet. Tamē nonnulli hāc his inesse differentiā aduerterūt, vt obsecrationes dicerēt supplicatiōes esse quasdā, quibus vrgentibus malis & tristitiā inferentibus, liberari deposcimus. Orationes vero cū bona nōnulla pcanda afflagitam⁹. Postulationes deniq; cū eos petimus in viā vt redeāt, q̄ nos vel criminātur, vel iniuriam inferunt. Aduerte queadmodū vel pro bonis in alios quoscunque collatis iubemur deo gratias dicere, videlicet quia solē tā bonis quā malis fruendū exhibeat, qui vniuersos suis oppleat bōis, vel blasphemos ipsos & infideles his ipsis afficiat. Vnde & fraterna charitate cōiungimur, & vnū diuersi efficimur. Nā qui propterea gratias agit, quia proximum videt bonis expleri, sequitur certe vt eundē beneuolentia prosequatur. Quo fit, vt cū ipsi bonis afficimur, maiorem longe erga deum pręferre gratitudinem debeam⁹.

Sacerdos omnibus pater. — *Oratiōis fructus.* — *Matt.v.*

Vt quietam & tranquillam uitam agamus. Quoniā non absurdū videtur christiani animū obturbari, cum ei inducitur rē diuinam agenti, & sacrosancta mysteria pertractanti, vt pro infidelibus & regibus deprecetur, proponit & lucrum, vt vel eo illecti, id factitem⁹. Ait nanque istiusmodi hominum salutem in quietem nobis concessuram, & otium. Sūt enim & hi in posterum militaturi; vt nos quiescamus. Quo igitur pacto non debet iniquum videri, vt hi ex insperato pro nostra salute pericula obeant: nos vero nec saltem labelli motum pro his deprecando toleremus?

In omni pietate & castitate. Id quidem eo adiecit, quia plerisque belli & tentationū vacatio ad luxū & iiuriā alijs inferendā præbent occasionē, vnde & praua dogmata quędam oboriuntur. Idcirco subdit, nō per delicias vel aliorum iniurias vitæ ducamus, sed in omni pietate, oī. s non modo quę dogmatib⁹ inest, sed vitę. Est nanque & vitæ quędā impietas queadmodū cū inquit, Deū profitentur se scire, operibus aūt negāt. Vel oī puritate, quę sit ab hæresibus ipsis semota, nec minus & in omni castitate, hoc est, virtute, perinde ac si dicat, non solū est ab impietate cauendū, sed cū oī virtute vita ducenda est. Oportet igitur & si exteriori hac potimur, vt & quiete fruamur, vitāque ipsam oī cum pietate & virtute nos transigamus. Sic proculdubio vitā erim⁹ quietiorē: & quauis perturbatione vacuā cōsecuti. Tria sunt apud nos belli genera. Primū cū barbaros īpugnamus. Secundū quod ex priuata quadā inimicitia nobis infertur. Tertiū, quod intestinū est, & a vitijs aduersum nos excitatur. Barbaricū illud īperatorū industria sedat. Quib⁹ bellantibus, vel a nobis votis ac pręcibus præstanda opera est, Sed duo reliqua, per nos erunt & nostris viribus sedenda & studio. Quod facile fiet, si mala quæ in nos per maleuolos irrogantur, benigne & aīo ęqori tulerimus, pensabimusq; ingestas pīsuras pcādo, Inquit enim, Cum his qui oderunt pacē erā pacificus, & detrahebant mihi, ego autē orabam. Quod denique in nobisipsis inerit bellum, iustitiæ armis facile prorsus tollemus.

Belli tentationūq; vacatio plerisque in malum cedunt. — *Tit.i.* — *Tria belli genera.* — *ps.cxviij. cxxx.*

Hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro deo. Quod illud? Pro omnibus s. deprecari, tam pro gentilibus ipsis, q̄ p hęreticis. Idipsum & natura bonum & rectum videtur, quippe cum eiusdem naturę omnes participes sumus, identidenque & deo per gratum est.

Qui omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Si ideo id libet, vt vni

Iuuare pcibus naturę consonū est & deo gratissimum.

A uersum hominum genus assequatur salutem, imitare hunc ipse. Cui si voluntate par esse volueris, erit profecto tibi pro cæteris deprecandum. Dicet aliquis. Si illud diuinæ est voluntatis, vt salui fiant cuncti mortales, quod meis opus est precibus? Atqui permagni deus has facit, vultque valere ad eam rem plurimũ, quippe quę nos (vt diximus) miro animi coniungat affectu. Nec gẽtiles sinũt, vt in nos efferantur. Est p̃terea simile veri, vt te deprecante ad fidẽ hi deducãtur. Salutẽ vero intellige, quæ per fidẽ paratur. Et ad veritatis cognitionẽ, hoc ẽ ad fidẽ quę deo p̃stetur. Hęc nãq; dici sola veritas potest.

Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Cum velle deum dixisset cunctorũ salutem, idipsum confirmando ita prosequitur. Propterea deus filiũ suum ad nos mediatorem legauit, vt se hominibus conciliaret. Dicet aliquis. Cur ego nõ oẽs salutem sunt assecuti? Quia haudquaq̃ conciliationem hanc admisere. Cum vero vnus est deus (inquit) non eo intulit, vt filium argueret a deo differre, sed ab idolis alienum esse hunc demonstraret. Quod autem deus sit filius, liquet ex eo quia & cõciliator sit & mediator effectus. Qui enim est mediator duorum, se medium interponit ad inuicem diffidentium, & alterutris debet cõmunem se exhibere. Cum itaque dei filius, & hominũ mediator vtriusque est particeps, diuinitatis videlicet & humanitatis, deus existens & homo, vtranque ergo idem naturam complectitur, humanam scilicet & diuinam. Nequaq̃ igitur purus est deus, neque enim homines hũc excepissent, qui erat intercessor futurus. Nec simplex homo, quippe qui deum esset allocuturus. Nil aũt clare de diuinitate disseruit, ne & se existiment quã multos deos inducere. Neq; ẽm cũ de dei singularitate est differendum plurali numero vel duali est singularitas hæc exprimẽda, sed singulari vtẽdum est. Tam diligẽs est & cauta de diuinitate in sacris literis disputatio. Vnde nec spiritus hoc loco apostolus meminit, ne multorum esse deorum cultor appareat. Mediator dei & hominum Christus. B

Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Hoc est, & pro gentibus ipsis. Ille igitur pro cunctis mortem subiuit, tu vero pro vniuersis orare nil toleras? Attende id dictum contra Arrianos plurimum facere qui filium asserunt vel inuitum fuisse morte affectũ. Idcirco itaque nos ille redemit, quia cum esset nostra hæc humana natura peccato obnoxia, pro illa seipsum obtulit vltro ne perderetur. xp̃s volũtarie moritur non necessitate.

Cuius testimonium. Hoc est, vt id testaretur, filius est in nostri redemptionem oblatus. Vel identidem interpretando redemptionem testimonium dicit, id est, eius passionem. Venit enim vsque ad mortem, vt veritati afferret testimonium. Is nanque & patrẽ manifestauit, & verum dogma explicuit, ad veramque & euangelicam vitam præuius fuit.

Temporibus suis confirmandum est. Hoc est, congruis & decentibus.

In quo positus sum ego prædicator & apostolus. At quod testimonium sum ipse appositus prędicator vt illud prędicando vulgarem, hoc est, Christi crucem & mortem. Nec solũ vt præco, & vt aliquo vno in loco prędicandi fungar hoc munere, quin & apostol' sum institutus vt quacunque velim diuager. Est præterea haud mediocris apostolatus hæc dignitas, eoque & hanc sibi vendicat Paulus.

Veritatem dico, non mentior, doctor gentium. Suis dictis facit hic fidem. Cum enĩ cęteri apostoli essent ea in re segniores, partim quia gentes detestarentur, & abhorrerent, partim quia nec eas essent ad se admissuri, ipse inquit sum vt gentes instruerem destinat'. Si itaque dei filius pro gentibus hisce perpessus est mortem, & earundem ipse sum doctor nihil ipse negligas velim pro his deprecari. C Apostolatus dignitas.

In fide & ueritate. Aduerte vt in fide dicat, non in syllogismis vllis aut argumentationibus captiosis, sed in fide. Deinceps ne fallacias inesse rei existimes, in veritate adiecit, perĩde ac si dicat. Nihil est sane fallax vel commentitium, quod ex fide instruitur vel demendatur, sed in veritate traditum.

Volo ergo in omni loco orare uiros. Quæret aliquis, num Christus prohibet, quin quouis in loco orandum sit cum in propatulo & plateis interdicit prędicationem, & in abditũ secedendum cum oratur iniungat? Neque Christus quo minus vbique orandi officium exequi possit prohibuit, sed cum alios admoneret, ne ad ostentationem id agerent, cubiculi meminit & loci abditioris. Haud secus & alibi dicit Nihil nouerit sinistra tua, quid faciat dextera. Neque enim de manibus disserit, sed quam sit excellens demonstrat, eleemosynam sine iactantia impartiri. Eoque & Paulus viros deposcit, omni in loco orare. Perinde ac si nihil a Christo sit vetitũ. Quod sane ideo intulit, vt iudęorum orandi ritũ a nostro seiungeret. Illi nanque statuto quodam ad id loco, hoc est tẽplo quod Hierosolymis est, orandum censent. Nos vero quibus nullus est precandi pręscriptus locus, lon- Mat. vi. Ibidem.

ge aliter illud exequimur. Nam vt nobis mos est, qui christiani sumus nomen sortiti, pro vniuersis orare, sic & vbique fundimus preces. D

Puræ manus quæ.

Leuantes puras manus. Neque enim locus ad orationem, sed modus diligenter inquirendus. Religiosas enim deposcit manus oratio, hoc est a quouis auiditatis genere abstinentes, & puras videlicet, quæ nec rapaces sint nec homicidio inquinatæ nec quenquam diuerberent, sed ad eleemosynam impartiendam effusiores.

Sine ira & disceptatione. Hoc est sine odio & prauo aliquo animi affectu in fratres. Disceptationem vero hæsitationem & ambiguitatem dicit, hoc est ne subdubius & hæsitans ad orandum accedas, sed fide certiori imbutus & nihil ambigens, vtrum quod postulas sis necne accepturus. Verum qui fieri id poterit, dicet quispiam? Ita quidem, si nihil deposcis quod dei voluntatem oppugnet, vel deo ipso indignum. Si omnia inquã peti eris quæ spiritus sint, si mundis manibus, & ira omni sublata.

Similiter & mulieres. Velim scilicet has nihil irasci, nec hæsitare, puriores asseruare & manus, non rapaces, aut alieni appetentes. Cum enim vxor virum cõpulerit vt mundum sibi muliebrem gemmas & margaritas & aurea ornamenta suppeditet, & vir illi vt taciat satis auidius rapiet, erit quidem hæc furto obnoxia.

Mulierũ ornatus qualis esse debeat

In habitu ornato cum uerecundia & sobrietate ornantes se. Maius aliquid a mulieribus exegit, vt vestibus se obducant ornatis non exquisitis. Id enim ducit pro indecoro & inuenusto. Habitum significantius Græci καταστολὴν dicunt, id est stolam quandam & amictum quæ vndequaque hominem contegat. Vult itaque velato corpore mulieres precari, nec vllas corporis partes impudenter retegere. Vnde cum verecundia, inquit, & sobrietate ornantes. E

Non in tortis crinibus & auro aut margaritis., uel ueste preciosa. Orandi enim gratia accedat non tripudiandi. Cur ergo caput hæc sibi curat & crines comit, margaritis hos inter plectens, cum alias e vertice suspendit, alias toto corpore circumponit, alias pedibus demittit? Quod sane probro cedit & ignominiæ potius quam ornamento: præsertim cum tanti res precii per pauperum sint & viduarum & orphanorum lachrymas comparatæ. Nam viduam & egentem viliori veste priuabis, vt ipsas margaritas & gemmas conculces. Est enim summæ simplicitatis, ne dicam vesaniæ, & animi nil pensi habentis, ad orãdum te concessisse peccatis veniam perituram, perinde tanquam ad nuptias prodituram, te comptam esse & ornatam. Optima sane hæc erit animi oberrata compunctio, quanto citius exauditurus est deus se deprecãtem, non te quæ inopum lachrymis circunduceris, iactabunda & tumens. Si ea itaque, quæ ad opulentiam spectant, interdicit apostolus, longe magis quæ cura quadam superuacanea, & studio ad inanem ornatum cõponuntur, vt genarum & oris vnguentationes, & oculis adiecta quædam ad pulchritudinem liniamenta, vt vocem effractam, vt oculos in lasciuiam resolutos & huiusmodi reliqua.

Non licet mulieri etiam de spiritalibus in ecclesia quicquã disserere.

Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Quin necesse est, inquit, vt se rectis operibus ornent. Id nanque vt faciant fœminas decet quæ Christum profitentur, & deum verum pie colunt. Vel aliter. Cum enim liceat vel verbis dei promittere, per opera subdidit. F

Mulier cum silentio discat cum omni subiectione. Non solum (inquit) gestu & habitu ornata sit mulier, verum & voce. Non enim velim loquatur, neque de spiritalibus ipsis edisserat, sed id modo vt discat. Id nanque expedit magis vt silens edisçat.

Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. Omnem fœminis adimit loquendi occasionem. Cum enim taciturnitatem his indixisset, ne causam forte iustiorem aliquam ad loquendum fuerit mulier nacta, ne doceat, inquit. Id nanque est habere in virum ipsum imperium. Quin potius subiectam esse hanc viro iniunxit. Inquit enim, ad virum sit conuersio tua, fit itaque vt illi silendum sit. Cum enim silet, eius præfert subiectionem. Intelligas autem non vbique apostolum mulieri iniunxisse silentium, vel alios instruendi quouis in loco facultatem interdixisse: sed in ecclesia duntaxat, quippe quæ seorsum habeat docendi alios potestatem. Siquidem & Priscilla Apollo illum instruxit, & fidelis mulier virum commonefacit.

Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Cum enim, inquit, virile genus primarum sit in ea creatione adeptum, & Eua post Adam condita sit, iure debent post viros secundũ locum fœminæ obtinere, & illis subdi. Quod enĩ constat in Adam & Eua tũc tẽporis contigisse, & inde posteros seruare credendum est.

Et Adam non seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Quo pacto inquiet aliquis

A non Adam deceptus? Quia nec ex sacris literis id satis constat, sed mulierem respondisse sic fertur. Serpens decepit me, Adam vero, non mulier circunuenit me, inquit, sed pomũ obtulit, & comedi. Haud igitur ęque se habent, ei fidem adhibuisse, quę ex se cõdita sit, & adiutrix sit dicta, & beluæ credidisse, quæ horum esset potestati supposita. Quo fit, vt si serpentis suggestio cum mulieris oblatione hac conferatur, pro fallacia arguatur necesse sit, neque enim deceptum se profitetur, quippe qui ignoret id lignum in esum suaue, sed mulier quæ esset eius rei iam conscia est circunuenta. Proinde sic illa obtulit viro vt ipsa plane arguatur præuaricatrix, hic vero vxori fidem adhibuisse. Ait igitur. Quia semel mulier virum edocuit & cuncta peruertit, idcirco nequaquam hæc habeat velim docendi de cętero potestatem. Est nanque mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Euam dixerit deceptã esse, sed mulierem, tanquã de ipso muliebri genere disseruisset. Nam quemadmodũ natura omnis humana in Adã perdita est, sic & per Euam in omne fœmineum genus dilapsa est leuitas, qua & præuaricatio ipsa primum Euam inuasit.

Adam nõ est seductus sed mulier. Gene. iij

Saluabitur autem per filiorum generationem. Quis (inquit) saluabitur? Num Eua? Nequaquam. Sed mulier, id est, muliebris natura. Nolite ergo animo concidere mulieres. Contulit enim & vobis salutis causam, filiorum procreationem; hoc est, liberos vobis educãdos, & optimis moribus imbuendos commisit, quos pariendo ederetis. Non enim filios
B parere vos solum oportet, sed erudire, & ad rectiora instruere. Id nanque vere præfert filios genuisse. Alioquin haudquaquam esset hęc liberorum genitura, sed gestatio poti⁹ quędam appellanda. Quæret aliquis, quid ergo cum virginibus agetur. Quid cum sterilibus. perdentur ne hę, quia liberos nullos pepererint? Absit. Non enĩ has (inquit) propria saluas fore virtute, sed filios procreasse, mulieribus salutis offert occasionem. Est enim illud perspicuum vt quę virtute sit prędita mulier, ad virtutem sit & liberos educatura. Hanc igitur virtutem cum traditam virgo habeat a genitrice, & ipsa est hauddubie salutem habitura. Videre autem videor, cum fœminæ alios instruendi potestatem ademerit, perinde has ipsas consolaturus demandasse, quos doceant, perĩde ac si dicat. Si tibi alios erudiendi libido incesserit, liberos tuos erudi.

Si permanserint in fide. Si filij videlicet religiose Christi fidem seruabunt & dogmata.

In dilectione. Hoc est, recto viuendi modo. Non enim satis est fides, nisi & charitas adsit, quæ vitæ totius est summa.

Et in sanctificatione cum sobrietate. Sanctificationem corporis dicit puritatem. Et quoniam non omnes fœminæ virgines sunt, cum sobrietate adiunxit, hoc est cum continentia quæ nonnunquam ab illis seruãda est, quę matrimonio copulantur. Vel forte sobrietatem dicit simpliciter honestatem ipsam. Quid igitur, si mater nequior fuerit, & impudica, filios tñ recte educet? Fieri id sane nequit, verum si fiat, & ipsa mercedem acceptura est. Quid autem cum probis sit ipsa moribus imbuta, negligat tamen filios erudire, & pro eius nimia indulgentia patiatur illos pręcipites in vitia agi? Contra vero si totis viribus adnitatur & studio omni incumbat, nequeat tamẽ hos reddere meliores (quod nõ
C raro euenit) & hęc nimirum laborum habitura est præmium. Siquidem & dei filius, cum factis, tum dictis maxime ad veritatem homines traducere conaretur, perpaucos habuit qui sibi obtemperarent.

Cõtinẽtia cõiugib⁹ nonnunq̃ seruanda

CAPVT TERTIVM.

Fidelis sermo. Cum in ambiguo haberetur, vtrum matres frui filiorũ virtute quirent, sic inquit Fidelis sermo, hoc est, quem ipsi protulim⁹, haudquaq̃ falso ꝓlatus est idcirco nil ãbigas.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Quæ ad Timotheum de episcopatu edisserit, vniuersis edicit. Si quis inquiens cupit pręesse, nil impedio. Opus nanque bonum desiderat, hoc est negocium habere cupit. Nolim tamẽ vt dominandi quispiam cupiditate ducatur. Nã & moses operãdi magis quam pręsidendi voluptate demandatam sibi iudęos moderandi suscepit prouinciam. Episcopatus enĩ ab ἐπισκοπεῖν dicitur, hoc est, prouidere & prospicere vniuersis quos sub eius cura & tutela susceperit.

Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse. Hoc est, vt omnẽ sit virtutẽ adeptus, & ita vt nequeat criminis accusari vel vitij. Nec ipse sibi sit mali cõscius. Si qs itaq; obstrictũ

Qui vt ꝓsit poti⁹ q̃ pręsit ep̃atum desiderat, bonũ op⁹ desiderat

Episcop⁹ ea virtute splendeat vt nec sibi sit mali cõsci⁹ nec criminis accusari valeat.

se prauis facinoribus nouerit, nequaquam eam rem concupiscat, qua seipsum mala operãdo priuarit. Oportet nanque qui præest, vt tanquam lumen aliquod se & spectandum exponat, a quo & cęteri cum in se intenderint oculos, lucem accipiant. D

Vnius uxoris uirum. Si is qui vxorem duxerit, quę mundi sunt meditatur, Episcopum vero nil deceat mundanis rebus esse intentum, quo pacto hunc dicit vnius vxoris virum esse oportere? Nonnulli asserunt a muliere abesse episcopum iniunxisse. Quod si fieri nequeat, habere hunc vnicam sic præcepisse, perinde ac si nullam haberet, hoc est nihil illic additum esse ob venereas voluptates, cum aliter apostolus sentiat, nec necessarium ducat, vt vxori copuletur episcopus. Quo enim pacto hoc indixisset, qui ita inquit, volo au-
i.cor. vij. tem omnes esse atque ego sum. Sed quia illud tempus huiusmodi rem exigebat, propterea si duxerit (inquit) vxorem episcopus vnius sit non multarũ maritus. Vel vnius vxoris virum dici, vt qui ad eam episcopatus prouehendus sit dignitatem, non multas habuerit vxores, sed vnam. Quod eo dicit, ne Iudęos ea in re sectarentur, quibus vt plurimos filios procrearent, vt & plures haberent vxores, permittebatur. Plerique etiam (inconsideratius tamen) affirmant, de ecclesia hęc dixisse apostolum tãquam enixe prohibeat ab ecclesia esse ad ecclesiam transeundum, quod est adulterium dictitant.

Sobrium. Hoc est pspicacẽ & meditabundũ, nullis hui⁹ seculi curis vel mœrore offusum.

Pudicum. Hoc est abstinentem & moderatum.

Ornatum. Hoc est grauem & honestum.

Hospitalem. Sic enim se suis ciuibus duntaxat probum præstiterit, & hospitalem generis affectionem sequetur Oportet itaque, vt in alienos etiã liberalem se prębeat. Quod sane maius est fraternę charitatis indicium. E

Doctorem. Quæ dicta superius sunt, vel a subditis exiguntur. Hoc autem docendi officium omnium pręcipue vt insit episcopis necesse est.

Non uinolentum. Non enim dicit hoc loco, qui mero madeat, sed contumeliosum & temerarium.

Non percussorem. Non qui manibus quenquam affligat, sed qui intempestiue incessat, & fratrum pręcellat animos dicit.

Sed modestum, non litigiosum, non cupidum, Docet hoc loco, quemadmodum queat & temulentiam quis euitare, & ne percussor dicatur effugere, si benignum seipsum videlicet exhibeat, & minus contentiosum. Et quoniam dixerat superius hospitalem oportere hunc esse adiecit, non cupidum, cum vt ostenderet eum esse hospitalitatis cupientissimũ qui diuitias aspernetur, tum etiam vt instituat, ne quis hospitalitatis exercendæ occasione thesauros congerat.

Sed suæ domui bene præpositum. Hoc est qui rei domesticę bene prospiciat & familiam diligentius moderetur.

Qui vult alienos sibi morigeros reddere suos frenet & instruat.

Filios habentem subditos cum omni castitate. Oportet enim vt eius ex domo cęteris prodantur exemplis. Quis enim crediderit hunc posse alios sibi morigeros reddere, qui filios nequeat sibi subiugare? Vel quo pacto alios moderatos effecerit, qui suos viuere intemperantius siuerit. In omni autem castigate, id est quę verbis & gestu, & operibus ipsis præfertur, in omnesque & quouis tempore adhibetur. F

Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit. Nihil sane aliud episcopi dixerim domicilium, nisi exiguam ecclesiam aliquam. Si itaque rei cuipiam paruæ & infimę, & quæ facile possit cognitione cõprehendi, pesse nescierit, quo pacto tot hominum moderabitur voluntates? Iure quæri hoc loco potest, cuius rei gratia Paulus,
Coloss.iij qui a laicis & secularibus viris, magna quædam & istiusmodi exegerat. Mortificate, in-
Gala.v quiens membra vestra, quæ super terram sunt. Et alibi, Hi autem Christi carnem crucifi-
Ma.xxvi xerunt: nunc ab episcopo parua qdem deposcit, & tantæ sublimitatis indigna. Videlicet
Lucę.ix ne temulentus sit aut pcussor, & huiusmodi, psertim cũ Christus ad tollendam crucẽ in-
Ioan.x. iũgat, & bonus ĩquit pastor, animam suã ponat pro ouibus. Erat itaque ab episcopo exigendum quoad dignitatis ipsius celsitudinẽ spectat, vt angelũ ageret, illiusque duceret vitam, redderetque oĩbus immunẽ se vitijs. Dixerim equidem perpaucos dari posse, qui istiusmõi nacti sint vitæ perfectionẽ. Erat aũt multis episcopis opus, qui singulis vrbibus psiderent, eoque & mediocrem ab his virtutem exegit, quæ posset facile comperiri.

Non Neophitum. Non eñ iuniorẽ hoc loco dicit, quippe cũ & Timotheus esset annos non multos natus, vt in seqntibus perdiscemus, cũ Paulus, inquit, nemo te ob iuuenilem ętatẽ contẽnat. Sed cum Neophitũ asserit, qui nuper sit ad fidẽ instructus, & in ea recens

A plantatus. Nam ipse inquit. Plantaui. Enimuero cum ex gentibus plerique ad Apostolos ipsos concederent, & baptismo abluerentur, nequaquam ait velim qui nuper baptismum acceperit, ad huiusmodi presidendi munus hunc prouehi.

Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Si prius, inquit, quã optimus discipulus sit preceptoris illi officium demendetur, intumescet hic sane & in diaboli iudicium & damnationem concidet, qualem ille præ mentis elatione subierat.

Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Hoc est, a gentibus ipsis, ne & hi quippiam habeant, quo hunc criminantur, sed reuereri potius ob eius quęant integritatem. Dicet aliquis. Quid inquam, si probus forte appareat, & ĩprobus postmodum deprehendatur? Erit id quidem difficile cognitu. Nam solẽt hostes, vel eos carpere qui perfectioris sint vitæ, necesse est vt ad reliquas eius virtutes & aliorum optimum accedat testimonium. Quid ergo si hunc sine causa & immerentem calumnientur nonnulli? Fieri id quidem nequit. Nam eũ qui ita dixerit, vt argui nequeat prauitatis, vel id in ipso venerabuntur gentiles, & decreta quidem, non illius sunt vitam improbaturi. Quemadmodum & apostolos, non vt fornicatores & sceleratos calumniabatur, sed seductores dicebant, quod prædicandi officium solum obĳciebatur. Quod si concedatur, vel eum in modum se rem habere, vt per calumniam quis improbetur, nequaquam velim huiusmodi vir constituatur episcopus. Non enim sunt multorum lucem spectantium & improbantium animi obturbandi. Siquidem luceant, inquit, opera vestra vt videant homines. Si nobis itaque testimonium ab inimicis est comparandum, lõge magis ab his qui amicitia nobis sunt coniuncti & fide.

Víx bñ fungitur preceptoris officio q discipulus esse nõ didicerit.

ĳ.Cor. v.

B

Matt. v.

Vt non in opprobrium incidat. Quippe, cum futurum sit, vt ab infidelibus increpetur, quod prædicationem interpellaret.

Et laqueum diaboli. Vel quia huiusmodi hominem gentiles illi confestim de medio tollerent, vel quia in ea flagitia quibus illi essent obnoxĳ, & hic laberet. Quod sane quia multos offenderet, merito dici dęmonum posset illaqueatio.

Diacono similiter. Cum autem quęret aliquis, Sacerdotes hic pręterit? Quia quę dicta de epis sunt, sacerdotibus competunt. His nanque, vt & alios instruant, & vt ecclesĳs præsint, iniunctum est. Et sola sunt illis consecrationis cerimonia inferiores. Ait igitur, Et diaconos similiter, hoc est, eisdẽ debere dixerĩ pollere officĳs, vt hospitales videlicet, benignos, & minus contentiosos, & huiusmodi reliqua sese prębeant necesse est.

Excepta consecrationis cerimonia sacerdotes sunt epis æquales.

Pudicos. Hic quidem vel inter cætera & pudicitia accedat, necesse est.

Non bilingues. Hoc est, subdolos & dolis instructos, ita vt aliter sentiant, ac loquãtur. Vel quorum verba infirma sint & nutantia, nec pensi habeant quicquam.

Non multo uino debitos, non turpe lucrum sectantes. Non enim temulentos dicit, hoc loco, & mentis nil compotes (id nanque dictu admodum videretur indignum) sed bibaces vt essent præbuit, nam & si minus inebrientur, immoderatior tamen vini potatio, animi imbecillitat neruos, redditque languidiores. Prisci vero illi orandi gratia templum iã ingressuri vino abstinebant, nostri vero (si deo placet) & vino vtuntur supplicaturi, turpe lucrum sectantur, & nullum vndequaque sit, repudiant commodum. Hoc tamen loco turpe lucrum sectantem, auarum intellige, & pecuniæ indigentem.

C

Habentem mysterium fidei in conscientia pura. Hoc est, post susceptam dogmatis rectitudinem, & vitam degant, quę criminis nequeat incusari. Est nanque purior conscientia vita irreprehensibili insita.

Non licebat ãtiqs ingressuris tẽplũ vinũ bibere.

Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Quemadmodum, inquit, episcopum depoposci haudquaquam neophytum, sic nolim diaconos istos nisi ꝓbatos deduci ad ministrandum. Quin etiam & temporis processu periclitandos hos dixerim, si noxa vacant & crimine. Quemadmodum nec seruo quispiam, qui nuper sit emptus, non ante domus gubernationem demandat, quam per aliquod tempus periculo facto probus appareat.

nõ debet recens cõuersus ad ministrandũ admitti, nisi ꝓcessu tp̃is ꝓbus appareat.

Mulieres similiter pudicas. Non enim de quibusuis mulieribus disserit, sed eas nunc profert, quæ & ministrandi fungantur officio. Eæ nanque ecclesię conferunt plurimum. nam nisi faceret de huiusmodi fœminis mentionem, quid opus fuisset cum de diaconis & viris tractet, de mulieribus etiam interiecisse sermonem?

Non detrahentes. Id est, quæ neminẽ detrahendo incusent, vt aniculæ factitant. Quędum per alienas domos vagantur, aliarum deferunt vitia.

Sobrietas. Id est, excitas & vigilantes. Cũ enim constet leue esse fœmineũ genus, &

captu facile: necesse est vt vigilantiam seruent & sobrietatem vt mente valeant.

Sobrietas mulierib⁹ maxime necessaria

Fideles in omnibus. Hoc est constantes & stabiles, tam verbis quam etiam operibus. D

Diaconi sint unius uxoris uiri. Aduerte quemadmodum eandem virtutem a diaconis exigat, quam ab episcopis ipsis exegerat. Quippe qui haud secus quam illi & casti esse debent & irreprehensibiles.

Qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Cunctis liberorum iniungit hanc curam ne cęteri offendantur, si educentur hi negligentius.

Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Gradum id est profectum. Nam qui infimis fuerint in rebus solertiores ad summa mox pertingent fastigia. Et ita vt in fide fiduciæ plurimum nanciscantur, hoc est vt maiorem sibi gloriam pariant. Nec in mundanis his dignitatibus aut pecunijs: sed in fide, hoc est in cunctis quæ secundum fidem sunt operibus, & sermone. Istiusmodi nãque in ecclesia ipsa fulgebunt, qui cum a diaconatus gradu ad sacerdotium a sacerdotio deinceps fuerint ad episcopatum prouecti.

Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te uenire cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari. Ne discipulum in mœrorem inducat, perinde cui ex his dictis offerri suspitio possit, hudquaquam vltra præceptorem se reuisurum, sic inquit, non enim eo hęc ad te scribo, quia non sim ad te concessurus, sum enim omnino venturus. At si tardior fuerit meus ad te aduentus, habeas velim formulã a me interea aliquã, quemadmodum tibi sit in ecclesia dei versandum. Bene autem sperans adiecit. Nam cũ spiritu hic ageretur, nescius erat, quo sibi esset adhuc abeundum. Vnde & merito videtur ambigere, vtrum se ad Timotheum possit conferre necne. E

Quæ est ecclesia dei uiui. Neque enim existimes velim, domũ hanc hominum esse ope constructam, sed viuentis dei ecclesiam esse hoc est tremendi illius moderatoris, non demortui & imbecillis, quales sunt gentium dij.

Hęc est inter legem & ecclesiã discrepantia, q̃ illa figuras & vmbras cõplectebatur, hęc veritatẽ.

Columna & firmamentum ueritatis. Hoc loco cum Iudæorum templi ecclesiam confert, sic inquiens. Illud quidem figuras & vmbras quasdam complectebatur, veluti tintinabula & mala punica, & cum sacrificijs sacerdotem. Hoc vero veritatis est firmamentum & robur. Cuncta nanque quę illi inesse constat & peraguntur, certiora sunt & stabilia, nihilque in ea est vel fucatum vel quod vmbram aliquã præ se ferat, cuiusmodi legis sunt omnia. Pro tintinabulis nanque clarissimum habet de Christo præconium, & pro punicis malis vitam contractiorem & castigatam, & fructum interius asseruantem. Huic præterea & pontifex præsidet, maximus dei filius, cuius diuinum corpus summum est sacrificium.

Et manifeste magnum est pietatis sacramentum. Sacramentum est sane & mysteriũ quod nobiscum est dispensatum. Et ingens quidem pietatis est sacramentum. Non enim de eo quis ambigit. At quo pacto dici id poterit sacramẽtum, quod & notius sit & vulgatius? Antehac enim non omnibus erat id cognitum, sed nunc plane innotuit. Quod autem deus sit incarnatus, neminem præterit, sed incarnationis huiusce modos multos clam habet, vnde & mysterium dicitur. Aduerte tamen dei erga nos charitatem quandoquidem eius tam admirabile sacramentum nobis aperuit. F

Quod manifestum est in carne. Cum enim Paulus quę ad sacerdotium faciunt, explicaret, nil tamen eorum quę de sacerdotibus in leuitico præfinita sunt & explicita, nobis indixit. Tanquam id inquit. Neminẽ subeat admiratio, si ea quæ minoris momenti sunt pręterierim. Præcellunt nanque magnitudinem nostram, neque huiusmodi aliquid in leuitarum institutione comperies, cum in nostro hoc sacramento siue mysterio deus ipse se patefecerit. Quo pacto in carne scilicet. Quippe qui diuinitate sit inuisibilis.

Iustificatus est in spiritu. Aut enim id inquit, cum cuncta ille ad hominum salutem effecerit, & nonnullis qui corde essent & animo obdurato persuadere nequiuerit, ipse tamen iustificatus est, quia quod sua intereat, fecerit. Vel eo dicitur iustificatus, quia nihil deliquerat, neque in eius ore inuentus est dolus, cum hi pro lege iustitiam sunt assecuti

i. Petri. ij.

spiritu seruitutis detinerentur. Formidines nanque & supplicia lex ipsa complectebatur & eadem hæc peccantibus intentabat, quippe quę spiritu adoptionis careret. Dominus vero omnem sancto spiritu impleuit iustitiam, iustitiæ consubstantialis existens, eademque habens suapte secum natura manentem, quem & nobis largitur, vt in eo iustificemur. Nam qui sunt per euangelium iustificati, & spiritus participant plurimum, & longo his interuallo præcellunt, qui per legem sunt iustificationem hanc assecuti.

A *Aparuit angelis.* O mysterium admirandum, nobiscum dei filium & angeli conspexere, quem antea non vidissent. Inquit enim, Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Matt. iiij Idque illi ab eius natiuitate quoadusque fuit in cælum assumptus, ministerium præstitere. Constat enim hunc natum angelos collaudasse, & denunciasse pastoribus, fuisseque & in eius assumptione ministros. Lucæ.ij. Act.i.

Prædicatus est gentibus, creditus est mundo. Gentibus inquam, quibus nulla salutis spes inesse sit visa, & condemnatis. Nec prædicatus est solum, quin & a terrarum orbe eius suscepta est fides. Quod vtique maximum est, tum eius qui prædicatus sit, tum potestatis, tum veritatis argumentum non mediocre.

Assumptus est in gloria. Hoc est, supra nubes est angelis ministrantibus ille sublatus. Nec tamen in Heliæ modum ad cœlum subuectus, sed in gloria. iiij.Re.ij.

CAPVT QVARTVM.

S*piritus autem manifeste dicit.* Hoc est, non adumbrate & sub figuris, tanquam regulis prophetarum astrictus.

Quia nouissimis temporibus discedent quidam à fide. Cum enĩ constet circa fidem naufragium fecisse nonnullos, nequaquam inquit mireris, si quidam ex hoc tempore christiani Iudæorum ritu vtantur. Est nanque in deteriora prolabatur, futurum, qui sectari Christum videntur. Hæc quidem non de Iudæis prędicit, quippe qui superioribus fuere temporibus, sed de Marcionistis & Manichęis, & cęteris hęresum sectatoribus. B Apostol⁹ futurã hæresum calamitatẽ denũciat.

Attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. Horũ nanque suggestione & opera & escam dectretabant & nuptias. Arguit prętere & reliquas hęreses, quæ omnes per dęmonum fallacias obrepsere & doctrinam. Nec tamen has apertius patefacit, ne illas in animos disseminet hominum, sed eam, quæ iam obrepsisset, escam (vt diximus) & nuptias detrectantem, in pręsentiarum ostendit.

In hypocrisi loquentium mendacium. Hoc est, ea, in quibus hi deprehenduntur mẽdaces, non vt veritatis ignari mentiuntur, sed prudentes, scientesque falsa hæc esse, pro veris docere dissimulant.

Et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere. Hoc est, vitæ sunt nequioris. Et cum sibi sint hi multarum sordium conscij, eo & illorum conscientia & ineluibiles habet vitæ institutiones impurioris, & matrimonium improbat. Nam si eorum vita purior esset, & conscientia labe careret, nunquam quę deus benedicendo probasset, vituperarent. Qui tamen haud faciunt secus, ac solent qui cum laborant ex stomacho, eo cibum repudiant, quia noxios intus humores contineant. Quid igitur? num ipsi nuptias prohibemus? Absit. Quin potius eum ad cælibatum hortamur, qui nuptias fugit, eoque & honoratior sit. Haud tamen propterea ignominiosę sunt nuptiæ, sicut neque ob id cõtemnetur argentum, quia maioris sit præcij aurum. Quod enim honoratius est, honore illud excedit, quod sit honoratum. Et melior quispiã quod bonum est superat bonitate, non malum. Qui potest itaque, habeat secum virginitatis hoc aurum, qui minus, nuptiarum argentum excipiat. In eos inuehitur, q nuptias dãnabãt. C Bona nubentiũ castitas melior virginum.

Abstinere à cibis quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Id est, consulentium fore a cibis abstinendum. Quęret aliquis. Quid ergo? nõne vel infidelibus ipsis in escam creauit hoc deus? Ita quidem. Hi tamen ab his seipsos coercent. Quid præterea, nõne prohibetur & luxus? Admodum. Haud tamẽ moderata cibi desumptio. Nam vt modum hæc præfert, sic luxus modum excedit. Quinetiam nec luxus ipse tanquam impurus & sordibus prohibetur, sed quia suo excessu animam perdat.

Et his qui cognouerunt ueritatem. Videntur ergo iudaica illa figuram duntaxat prætẽdisse. Nunc vero veritatem extare liquet. Arcebatur enim iudæorum innumera multitudo a plurimis escis, nõ quia essent immundæ, sed ne delicijs se addicerent. Et vt a multis cibis coerciti, oues cum immolarent & boues non ignorarent, quales deos sibi fecissent Aegyptij. Veritatem autem, vel in Christo fidem intellige, vel eam simpliciter quã hi cognouissent. Si qualem, quæras, audi quæ insequũtur. dãnat luxus, non quia ĩpurus, sed aĩam perdat.

Quia omnis creatura dei bona est. Et erant, inquit bona valde quæ fecerat. Sub creaturæ autem appellatione, omnia quę nobis sunt in esum exposita, designauit. Vnde & hę Geñ.i.

resim illam extirpat, asserentium omnem materiam nullam habuisse originem, ex qua hæc prodierint quibus nos vescimur. D

Et nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Ergo immundum erit, nisi sanctificetur? Nequaquam. Sed ex permissu id ponit. Nam primum asseuerando nihil dicit immundum, deinde cōcedimus, inquit, īmū dum id fieri, habes tamē quam adhibere possis medelam. Cruce obsigna, laudem deo & gratias redde, sic immunditia omnis & fœditas dilabetur. Cum enī gratias agimus, omnia emundantur. Qui vero secus se gesserit, & perinde ingrat⁹, nec gratias egerit, hic plane conuincetur impurior & inquinatus. Licebit igitur & idolothytum eundem in mo-

1.Cor. viij dum purgari, ita tamen, si idolothytum esse id ignoramus. Quo si sciētes nos vescimur, eadem nos labe coinquinabimur. Nō quia illud idolothytū sit, sed quia legem ipsi trāscendimus, iubentem minus debere nos dæmonum mensæ participes fieri. Quo fit, vt tua voluntas infectior sit, tanquam præuaricatrix, non eo, quod cibus ille sit inquinatus.

Hæc proponens fratribus bonus eris minister Iesu Christi. Hęc quę ista? Quod magna scilicet magisterij dignitas, quodque abstinere hoc modo a nuptijs & cibatibus dæmonum fiat suggestione, & alia quæcunque prædixit huiusmodi. Proponens autem, hoc est, consulens & persuadens. Neque enim imperans dixit, quippe in quos nullum esset imperium.

vt corporali alimēto quotidie nobis est op⁹ ita spirituali. Nō est cū peruerso & incorrigibili multis agēdū

Enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Dixit, propone hęc fratribus & consule. Nunc vero vel tu ipse inquit enutritus, id est frequenter eadem illa conuoluens & quasi ruminans reuoca. Enutritus vero ideo intulit, vt indesinentem eius in his attentionem ostenderet. Vt quemadmodum semper corporis alimenta percipimus, sic etiam assiduis quę ad fidem faciunt, verbis enutriamur. E

Ineptas autem & aniles fabulas deuita. Hoc est, fratribus quidem (vt dixi) id consule. In his vero qui fuerint peruersi, non multum operę suadendo & laboris impēde. Nam vt nihil potest vtilitatis afferri, sic poterit perturbatio aliqua oboriri. Quin videbere potiꝰ imbecillis & fragilis qui obsistere illis nequieris, nec illorum corrigere improbitatē. Fabulas autem Iudaicas dicit obseruationes. Vel quia commentitiæ sint, vel quia necessariæ minus aut oportunę. Exempli gratia. Si hominem mihi obtuleris annos natum trigīta lactari iam velle, quam ille ridiculus deprehendetur, quia præter ætatem ac tempus, lac sugere more infantium concupiscat. Aniles autem dicit ob vetustatem Iudaicos ritus, tanquam inueteratos & nullius momenti, Vel quia aniculę inania quædam & super uacanea fabulantur. Ineptas, siue vt Gręce, prophanas, quia fidei videntur illudere. Nam velle animum qui has fabulas euincat, & iudaicas illas ineptias superet, legis formidine coercere, impurius est & iniquum imperium.

Exerce autem teipsum ad pietatem. Hoc est, ad fidei puritatem, & vitæ optimę rectitudinem. Id nanque pietas prętendit. Est itaque exercitatio hęc necessaria, & laboribus assiduis opus. Qui enim cum nullum sit certamen propositum, seipsum certando exercet, parare sibi sudores contendit, vt prēmium assequatur.

corpalis exercitatio parū vtilis pietas maxime.

Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen secus se habet. Siquidem spiritalis sit. Nam & si corpus per inediam maceratur, spiritus tamen est vigilantior. Sed corporalis exercitatio corporis est agitatio quædam, quę cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori sit profutura. F

Pietas autem ad omnia utilis est, promißionem habens uitæ, quæ nunc est & futuræ. Vel in hoc seculo pietas (inquit) hominem iuuat. Nam qui nullius sibi mali est conscius, & dum viuit letatur, futurorū bonorū ꝑ certiorib⁹ ducēs ꝓmissa, & in eo seculo verā victur⁹ est vitā. Ea quidā itaq; ꝑsentis & futurę vitę cōparatiōe, pietatis ipsius excellētiā patefacit.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Hoc est verax & dign⁹ vt a cunctis excipiatur, vt qui nequaquam ambiguus sit. Quis sermo iste, inquiet aliquis? Nimirum qui certo affirmat, cum in hac vita, tum in superna illa prodesse plurimum pietatem.

In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum. Et cuiusmodi sit pietas ipsa demonstrat, & qualem apostoli ipsi pertractant. Confirmatque vti & vitæ futuræ spem ipse sit nactus. Inquitque, In hoc, hoc est, propter hoc, & laboribus ipsi & probris afficimur. Nam quo pacto & gladios subiremus & mortem, nisi futura illa operiremur, quæ post obitum nobis daturus est viuens deus? Hic nanque & si milites pro īperatore sese periculis obiectent, mercedem tamen plerūque amittunt, cum interea e medio tollitur

A imperator:rex vero noster ille perpetuo viuit, eoque & quæ perpetua sunt largitur.

Qui est saluator omnium hominum maxime fidelium. Hoc est, sic illi placitum est, vt cum in præsenti hac vita, tum in futura illa & cœlesti, vniuersi homines assequantur salutem. Quippe qui studij plurimum in tutandis fidelibus ipsis impendat. Ni enim hos ille saluos efficeret, qui possent mortalium, cum vndique oppugnentur, obsistere? His autem dictis & Timotheum impellit ad pericula obeunda, perinde ac si dicat, nihilve lim in demandato officio elanguescas cum tam beneficum habeas deum. Neque ab alijs opem deposcas, sed tua omnis sit in eo spes sita. Viuit enim ille perpetuo, & saluos reddit in se confidentes. Deus vult oẽs saluos fieri.

Præcipe hæc & doce. Nonnullis doctrina est opus, nõnullis præcepta sunt necessaria. Furtum nanque non instruendo, sed iubendo prohibetur, hoc est formidine & authoritate vetatur. Cum vero de re familiari leuanda & egentibus impartienda, deque cælibatu & ieiunio est differendum: doctrina est opus. Quocirca vtrunque id indicit apostolus, p̃cipe scilicet & doce. Vel aliter. Cum nihil ignari, sed prudentes & scij in prauum aliquod facinus labimur, præcepto egemus. Cum vero ignoranter delinquimus, disciplina. Non est auxilium nisi a dño

Nemo adolescentiam tuam contemnat. Cum communis quædam sit & præsumpta opinio, contemptibilem esse adolescentiam, præcipe inquit audentius, & nemo iuuenilẽ hãc tuam aspernetur ætatem. Est enim necesse vt non contemnatur, qui alios instruit. Dicet aliquis. Quo ergo abscessit humilitas? Esto (inquit) cum tibi infertur iniuria, humi-

B lis. At cum de aliorum salute certatur, austeritate est & acrimonia opus, vt quę ad fidem eius imperet. Vel forte infert, si vitam honeste transegeris, nequaquam tua adolescentia, etsi natura sit contemptibilis, parui fiet sed admirationi potius erit. Subiungit itaque.

Sed exemplum esto fidelium. Hoc est præuius ipse alijs exhibe viuendi formam, & regulam te vitæ melioris pręstiteris.

In uerbo. Vt facile & verba ꝓmas, & ad loquendũ, q̃ dei sunt, prõptior sis & paratior.

In conuersatione. Vel ciuili vel ecclesiastica.

In charitate. Qua in omnes vtaris.

In spiritu. Id est in spiritali confirmatione & statu vel spiritus dona, vt nihil eo accepto superbias.

In fide. Recta s. & indubitata, quã deo quis adhibet, vel in his quę fieri non possunt.

In castitate. Hoc est in puritate siue virginitatem exerceas siue continentiam.

Dum uenio attende lectioni. Si Timotheo iniungit vt sacris literis vacet, quid nobis erit agendum? Quinetiam & Paulus ipse ad finem vsque diuinis scriptis intenderat, vt alios posset instruere. Consolatur autem & Timotheum, cum inquit, dum ad te venio, spe quadam illi allata præceptorem se aliquando visurum. Iure enim instructore orbatus, Paulum requirebat. Verum cur dum venio, dixit? Quia par erat, cum iunior esset ætate, pleraque hunc ignorare, & pro necessario ducere Pauli ad se aduentum, vt quorum esset ignarus, ab eo perdidisceret. Ait ergo: quoad ipse ad te proficiscar, scripturas perlege. E quibus intelliges, quemadmodum alios commonefacias. Ipse vero & reliqua

C suppeditabo, cum venero.

Exhortationi. Qua scilicet ad eos vtaris, qui mœrore afficiuntur, vel qui negligenter se gerunt.

Doctrinæ. Qua omnes rem omnem edoceas, ad salutem consequendam spectantem.

Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam. Doctrinę hoc loco gratiam dicit, quam ille cum episcopi munere fungeretur, accepit. Per prophetiam, hoc est spiritu sancto iubente, vt dictum est supra.

Cum impositione manuum presbyteri. Hoc est episcoporum. Aduerte quam illud tremẽdum sit, & quantum valeant pontificum impositę manus. Manuum impositio prodest plurimũ.

Hæc meditare, in his estote. Hisdem de rebus hunc sæpe commonefacit, vt episcopũ arguat, debere omnium maxime, his quæ superius dixit, incumbere.

Vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Neque enim in vita solum recte degenda, sed & verbis quę ad aliorum faciant instructionem, & cęteris sint documento. Aduerte autem quemadmodum hunc maximum in modum proficere volebat apostolus.

Attende tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc est tibijpsi vaca, & cęteros instrue diligentius.

Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Qui enim oblectatur docendo, sibi primum conducit, & cum alios commonefacit, corde compungitur. Vnde cum sibi, tum illis parat salutem.

CAPVT QVINTVM.

Seniorem non increpaueris, sed obsecra ut patrem. Neque enim de eo nūc disserit, qui in ecclesia dignitate fungatur, sed de alio quouis, qui per ætatem sit ad senectutem prouectus. Quid inquiet aliquis, si obiurgatiōe indigeat? Vel hūc vt patrē conueni, precareque, vt a malo desistat. D

Seniores etiā si deliquerīt, nō sunt īcrepandi.

Iuuenes ut fratres, anus ut matres. Cum enim homines grauiter ferant cum obiurgantur, & eo magis, cum ab his arguuntur, qui anni sunt longe inferiores, huic rei benignitate medetur, iuuenes inquiens vt fratres, & anus vt matres, cū delinquunt, commonefacito.

Iuuenculas ut sorores. Cum enim (inquit) iunior ætas natura petulans sit, & frenorum impatiens, ita vt castigationem minus admittat, mitius erit hæc pertractanda, ne corripientem repudiat.

Cauendū non tātū malū ipsum sed & malim suspitio.

In omni castitate. Cum enim suspitionem inducant, qui cum fœmella & adolescentula conferūtur sermones, necesse est tamen vt has alloquatur episcopus, castigetque lenius. Ait igitur. In omni castitate loquere, hoc est, non modo scelus ipsum concubitus omnino defugeris, sed & aliam omnem suspitionis causam euitabis. Hæc autem non Timotheum monendi gratia scribit, quippe quem sciret castissimum, sed nostri, qui posteri sumus, vt & ipsi suspecta omnia caueamus. E

Viduas honora, quæ uere uiduæ sunt. Verum cur nullam hic facit de virginibus mētionē? Forte quia nondum erant ea in vrbe virgines quæ fideles iam essent. Honore autem viduas, hunc prosequi iubet, tum quia nec viros habent qui illas tuentur, tum quia viduitas ipsa & probro digna videtur & detestanda, & ideo a presbytero honore quodam modo subleuetur necesse est. Et hæc præcipue viduæ subleuandæ, quæ viduitatis dignitatem asseruant. Quę autem hę sint, progrediendo perdisces. Fieri ergo potest, vt & viro careat aliqua, nec tamen vidua esse coarguatur. Honora autem, hoc est commisere, & necessaria illi suppedita.

Si quæ autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam pie regere. Pie regere matris vel nutricis dicit senectam alere. Est nanque parentum dignitas diuina quædam. Ediscant igitur (inquit) tam filij quam nepotes eorum matribus honorem deferre, hisque & alimenta prębere & benefacere.

Et mutuam uicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo. Parentibus, hoc est, nutrici & matri. Aduerte ne gratos nos in parentes esse velit apostolus, cum vicem (inquit) reddendam esse parētibus, quia nos educarunt, & ad maiorem prouexere ætatem, infertque. Id enim est deo pergratum.

Quæ autem uere uidua est desolata, speret in deum. Dixit superius, viduas honora, quæ vere sunt viduæ, proinde viduis interiectis quę minus sint viduæ, quippe quę liberos habeant procurandos. Nunc subdit quę vere est vidua, & eam esse hanc asserit, quę neminem habeat qui sibi prospiciat, non nepotem, non filium, sed eius spes omnis in deo sit obfirmata, quæ & honore sit prosequenda, & illi quę ad vitam spectent, subministrāda. F

Et instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Merito istiusmodi differens viduas cōsolatur, vt quæ deum habeant oīm loco. Nam & si mulier quæ filios nutrit, mercedem assequitur, haudquaquam tamen & his imminuta est dignitas, quia filijs careant.

Vidua de licijs et luxui dedita viuit q̄ dē corpore, spū tamen est mortua.

Nam quæ in delicijs est uiuens, mortua est. Cum enim plerçque eo malint in viduitate perstare, vt liberius peragant quod anim⁹ tulerit. Sic inquit. Vidua quæ per delicias viuit et luxum, & si sensibilem vitam hanc ducere videatur, spiritu tamē demortua est. Si itaque nequaquam mulieri permittit vt in delicijs agat, cuius forsitan & natura & ætas est imbecillior, quid viris est obiecturus, qui luxui se & delicijs addixerunt.

Et hæc præcipue ut irreprehensibiles sint. Vides quemadmodum pro lege haberi id velit. Neque id enim voluntati permittit, quo minus delicietur, sed quia pro delicto hoc interdicit. Pręcipue enim cum inquit, illud designat, id est, acerrime prohibe ne istiusmodi committantur.

Si quis autem suorum, & maxime domesticorum, curam non habet. Ea (inquit) quæ in delicijs diuersatur, mortua est, & plane interijt, quia præter seipsam nil aliud curat, cum & domestici omnes, hoc est, fideles curādi sint, & hi præcipue qui genere nobis proximi sunt & consanguinitate coniuncti.

A *Fidem negauit.* Cur fidem(inquit)negauit? Quia eius opera nequaquã sunt in deũ credentis. Si enim crederet, illum vtique audiret dicentem. A domesticis qui tuo ex semine sunt, non auerteris. Deum enim profitentur se scire, operibus autem negant.

Et est infideli deterior. Eo quidem deterior est, quia qui fide caret, & si alienos contemnit, suos tum naturæ obediens, non aspernatur. Hic vero legi vt humanæ, ita & diuinæ maxime aduersatur. Nam quis eum crediderit in alienos esse beneuolum, qui suos neglexerit? Quod si & externos suis posthabitis videatur commiserari, cur non superbiæ sit id ascribendum? Reputa igitur si lõge est infideli deterior, qui suos nil curat, quo malignitatis statuendus sit gradu, qui illis iniuriam fecerit. Quin nec satis huic ad salutem erit propria virtus, vt qui & si virtute sit prȩditus, nequaquam vel instruxerit, vel cõmonefecerit genitores.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor. Cum superius dixerit eam quæ delicijs vacet, nec suis prouideat, indignam esse quȩ viduarum numero interseratur. Nunc vero nos edocet, quid illa vt habeat, sit necesse. Et primum quidem ætatem prȩfiniuit, causam vero in sequentibus explicabit. Neque enim temere sexagenariam illam decernit, tametsi vel in ea ȩtate possit aliqua indigna viduitate haberi. Moxque & vnius viri vxorem deposcit, tanquam in eius castitatis & continentiȩ argumentum, & alia quȩdam(vt in sequentibus audies) sint necessaria. Quȩ sint viduarũ numero annumerandȩ.

B *In operibus bonis testimonium habens.* Id sane hanc potest viduarum catalogo dignã efficere. Deinceps enumerat sigillatim & opera. Cap. v.

Si filios educauit. Filios educare, non est filios enutrire, sed(vt dictum est) instituere, vt in fide scilicet, & sanctitate permaneant.

Si hospitio recepit. Vides quemadmodum qui in suos conferunt viduȩ beneficia, illis prȩposuit, quȩ in alienos contulerunt. Nam cum, si filios educauit, dixisset, tunc & si hospitio excepit, adiunxit, perinde quod priori posuit loco magis expediat. Nam & si ceteris bonis careat quispiam, domũ tamẽ habebit, vt ei sub diuo manendum non sit.

Si sanctorum pedes lauit. Id vero intulit, quia & si alienos hospitio admittunt nõnullȩ, ancillarum tamen, non sua in illis excipiendis vtuntur opera. Cum itaque viduã actuosam hic esse velit, & exercitam, non languidiorem & mollem, hanc ipsam per se iubet hospitibus inseruire. Langor enim & mollities ipsa, eius est potius, quȩ in delicijs agit. Quin etiam ne quis inopiam omnino excuset, ad hospitalitatem hanc exercendam, perinde ne domicilium habeat quo hospites queat excipere, si pedes inquit sanctorum lauit. Istiusmodi nanque ablutio, nec sumptus deposcit, nec opes. Sancti autem sunt quot quot fidem sunt rectam cum operibus consecuti, vel si nulla edant miracula. Fides per charitatẽ opans & si miracula nõ edit hominẽ sanctum reddit.

Si parentibus tribulationem subministrauit. Si eos videlicet, qui affliguntur, pecunijs iuuit, si tutata est.

Si omne opus bonum obsecuta est. Hoc est, si ipsa exequi id opus nequiuit, alteri tamen recte operanti bona hæc prȩsentia communicauit.

Si subministrauit. Videlicet si lectum strauit hospitibus ad quietem, & alia huiusmodi factitauit, quibus sunt fœminȩ accommodatiores. C

Adolescentiores autem uiduas deuita. Cur enim de virginum nil quicquam ȩtate definit? Nimirum quia viduæ adolescentiores labendo iam sæpius deliquebãt, vnde & occasionem prȩbuere apostolo vt Timotheum hunc in modum commonefaceret, cum de virginibus hisce nondum compertum huiusmodi aliquid haberetur.

Cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt. Hoc est. Cum diu male castimoniam dissimularunt, vtubi in delicijs sunt & luxu versatæ, in Christum superbiunt. Quem cum habere de cȩtero dedignentur in sponsum, in nuptias recidunt, nubuntque. Quippe quȩ haudquaquam certo animi iudicio, viduitatem elegerint, in finem vsque tutandam. Aduerte autem quemadmodum & vidua Christum habeat sponsum, nec secus quem virgo.

Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Fidem conuenta dicit & pactiones. Hȩ itaque inanes reddidere conuentiones, quas cum Christo pepigerant, quocirca damnationem adispicuntur.

Simul autem & ociose dicunt circumire domos. Ad eam damnationem & aliud scelus accedit, id scilicet, quia ociari perdiscunt, & tempus incassum terere, cũ per alienas domos vagantur. Ocium enim omne malum edocuit. Hoc itaque adeo fœminis turpe est, ita vt viros hoc ipsum dedeceat.

Non solum ociosæ, sed ut uerbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Non iniuria. D
hæ tales redduntur. Siquidem per alienas domos circunuagæ aliorum tacta renunciāt. Vnde necesse est cum indagare omnia velint, & curiose reddantur & nugaces Quippe quæ ad multos deferunt, quæ a multis gerantur, vt hunc in modum præcipites eunt.

Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Maluissem equidem inquit maxime, viduas hasce a pactionibus cum Christo initis minime desciuissent. Sed cū nuptias malint & ipse assentior, dummodo iuniores sint quæ nubere volunt. Est enim satius matremfamilias fieri id est domus & familiæ curam suscipere, & aliquid operari, quam per alienas domos circunuagari, & ad nugas conuerti, & ocium. Cum vero dicit, filios procreare, ostendit eo his nubēdum, vt filios pariant, & plures offerant deo.

Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanam. Qui matres familias fieri has velle se dixit, ne videatur quietem illis & otium ad delicias contulisse, adiecit nullam occasionem aduersario dare, perinde ac dicat. Ita domū & familiam curent, vt nihil anima patiatur iacturæ. Aperit præterea hoc loco, qua mente illis vt nubant, consenserit videlicet ne occasionem præbeant aduersario vt sese illudant, vt cum Christo denupserint, præ iuuentutis infirmitate, adulterentur. Quocirca eo has inquit, sub matrimonij iugo traduxerī, ne si curis vacauerint, quæ dicta sunt mala, mox subsequantur.

Si quis uero fidelis habet uiduas, subministret illis. Atqui fidelium viduas haudquaquam deceret, vt ab infidelibus alerentur, ne illorum ope viderentur egere. Cum vero subministret, inquit, quod satis sit, his arguit tribuendum nihil ad luxum. E

Vt non grauetur ecclesia, ut his quæ ueræ uiduæ sunt, sufficiat. Qui enim viduas suas aluerint, & ecclesię viduis conducant necesse est, vt nihil aliarū onere oppressa ecclesia, maiore copia rerum, quas habet enutriat eas scilicet, quę veræ sunt viduę, hoc est, quæ nec virum habeant aliquem sibi prospicientem, & ab omnibus sint destitutę.

Qui bene præsint presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & in doctrina. Quales hi sint qui bene pręsunt, dominus edocet, inquiens. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus, videlicet nemini parcens, vt oues curet. Honorem autem dicit (vt ex sequentibus patet) quæ invitæ alimoniam conferuntur. Oportet enim vt abundent, qui alios instruunt his rebus, quæ hominum vitæ sunt necessaria, ne horū cura distracti, pręedicandi minus omittant. Sic enim & olim leuitę degebant. Duplici autem, quo ad viduas vel diaconos, intulit. Vel duplici, pro abundanti positum est. Verū vbinam gentium sunt, qui optimo viuendi genere opus esse affirmant, non sermone, quo cęteri instruuntur? Audiant Paulum, vti sermonem hoc loco cæteris præferat. Est nanque & si aliud quidpiam sermo hic apprime necessarius. Nam cum aliqua de decretis inciderit disceptatio, quodnam ea in re prodesse vitæ genus, vel optimum poterit? Sermonem vero non tumidum exigit & iactabūdum, sed qui sacrorum scriptorum sit virtute & sensu refertus, vtcunque sit ille pronunciatus.

[Margin: Ioan. x. Quales esse debeāt q p̄sunt. Abundare debēt necessarijs q alios instruunt sermone quo cęteri instruantur magis opus est q̄ optīo viuendi genere.]

Dicit enim scriptura. Non infrenabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Subnectit & testimonia, legis alterum, & alterum Christi. Aduerte autem quemadmodum vndique cogitur insudare, qui docet. Nam vt frumenta dissoluere, & in grana deinceps comminuere, non mediocris est labor, sic & qui alios instruit, necesse est ad angoris & penuriæ & laborum se tolerantiam præparet. Cum vero de operario disserit, ostendit nequaquam hunc oportere delicias & quietem conquirere. Operarius nanque sua est dignus mercede, siue cibo dixeris & victu. Qui vero nil operatur, vel his indignus esse arguitur. F

[Margin: Deuter. xxv. i. corin. ix Matth. x. Lucę. x.]

Aduersum præsbiterum accusationem noli admittere. Contra iuniorem accusatio vel sine teste est admittenda. At si fieri potest, contra neminem admittatur. Sed in eum præcipuæ, qui prouectiori sit & senili ætate, nolim delatores admittas. Non enim dixit. Et in hunc noli iudicium ferre, sed ne accusationem inquit admiseris. Hi nanque per ætatem minus delinquunt quam solent adolescentes. Pręsbiterū autem hoc loco senē dicit.

[Margin: Delatores ī senē non sunt facile admittendi.]

Nisi sub duobus uel tribus testibus Cum enim ex suspitione & coniecta pleraq; iudicentur, possunt quidem & testes ex prisca lege haberi, qui delicti coarguant, quid tū, inquiet aliquis si & hi mentiantur? Id sane perraro contingit. Licet tn̄ vel id iudicio indagatum cō prehēdi. Moris est tamē, duos in testes produci, quādoquidem peccātes seorsum & clam praua cōmittunt. Quid pręterea si palā crimen profiteantur, & nulli sint testes, si tamen suspectior qui delicta commisit? Hac de re facit superius mentionē, cū dixit. Oportet au

tem vel ab his qui foris sunt,bonum habere testimonium.

A *Peccantes autem coram omnibus argue,ut & cæteri timorem habeant.* Hoc est, eos qui in prauis facinoribus perseuerant,& quos inquirendo deliquisse compereris,propalam obiurgato. Non vt iracundię medearis,sed vt cæteri affecti formidine,a peccatis abstineant. Oportet itaque vt alijs terreri episcopus sit. Nam vt sine causa quempiam condemnare,temeritatis est & imprudentię,sic sontes & noxios non increpare, pestiferum . Nam in plures morbus in posterum disseminabitur. Verum cur dominus dixit? Vnde & argue eum,inter te & ipsum,si in te deliquerit frater? Permittit tamen vel in propatulo si delinquere perseueret,redargui. Quid ergo?nonne acerbius delinquentem percellit, aperta hæc castigatio?Quin contra potius illud offendet, si cum facinorosus aliquis notior sit nec tamen a quoquam peccati admonitus fuerat in pręceps Propterea Pharaonem & Nabuchodonosor deus,& alios quam multos in medium productos,tormentis affecit,ut hominum vita a vitijs comprimeretur.

Matt. xx.v del Qui deinquere perseuerat, debet in propatulo redargui. Exo.vij. viij ix. x. Danie.iiij 1.cor.ix. Ge.xxxi.

Testificor coram deo & domino Iesu Christo & electis angelis. Cum de multis disseruisset , & præsertim de rebus cælestibus,nunc quia de iudicio dixerat,deum ipsum & horribilē sane in modū,in testem producit,non vt Timotheo timorē inijceret,sed magis confirmaret. Nā cū de se ipso sic loqretur,ne alijs p̄dicans, ipse reprob⁹ fiā lōge magis Timotheo verebatur. Vocat aūt & Iesum filium testē,tanq̄ vt in futuro possit iudicio excusari,aliter res quam ipse iniunxerit,forte contingat .Cur autem,si quæras,& angelos testificando cōplectitur nimirū quia in eo iudicio & angeli sunt affuturi,domini milites. Est pręterea humanæ consuetudinis,tam præstantiū personarum,quā inferiorū excipere testimonium. Atqui & Iacob vel deum testatur & mōtes , & serui demū hoc modo admittūtur in testes. Electis autem angelis dicit,quia & dæmones angeli sunt,sed reiecti.

B

Vt hæc custodias sine præiudicio,nil agens per aduocationem. Hoc est,vt æquum te præbeas litigantibus,ne fiat præiudicium.i. ne quis anticipando te circunueniat,& familiarem sibi ac propitium reddat,v secundum se vel ante iudiciū sententiam feras, nec quidpiam velim per aduocationem feceris, hoc est,ad gratiam,vel quod ad alteram partē sis voluntate propensior. Proinde ac si dicat. Vocat te ex altercantibus alter,seorsumque cohortatur,vt se iuues,decernasque eius esse causam potiorem, noli ergo pro illius vocatu & exhortatione aliquid exequi.

Manus cito nemini imposueris. Descendit tandem ad rem admodum necessariam,ecclesiasticorum videlicet ordinum collationē,quibus hauddubie ecclesia ipsa cōtinetur. Inquit que,Haudquaquam cito id est temere,vel cum primum quempiam fuerit secūdove aut tertio periclitatus,sed sæpe (vt diligenter omnibus inuestigatis) manus cuiquam imposueris , neque enim expers periculis ea res est.Quale autem hoc periculum sit, ex his quę subsequuntur intellige.

Non sunt nisi quos diligenti cura p̄baueris ad sacros ordines promouendi.

Neque communicaueris peccatis alienis. Es nanque(inquit)alienis delictis obnoxius,his scilicet quæ ille in futurum commiserit,cui manus imposuisti. Quo fit, vt virtutum illius particeps sis futurus,si recte vixerit. Sic peccatorum non immunis,si praue. Eiusdem et prauis eo obstringeris facinoribus,quia nulla horum habita ratione, tenebras lucem effeceris,nec hunc ipsum denunciaueris commissa prius deflere,& corde compungi.

C

Noli adhuc aquam bibere,sed uino modico utere propter stomachum tuum,& frequentes tuas infirmitates. Vides quemadmodum hunc vel tot affectum laboribus , aquę potione macerabat apostolus. Perdisce ergo nequaquam grauiter ferre , si qui & nos ad continentiam cohortentur.Quandoquidem Timotheum & Paulus aquam tandiu potantem , vt stomachum morbo infecerit .de abstinentia commonefacit,non enim simpliciter,vino vtere,dixit,sed modico,confestim adiecit. Et ad prosperam valetudinem , non ad luxum. Feruet enim suapte natura iuuentus, & celerrime ex abundanti mero ad luxuriam cōcitabitur. Quæret aliquis.Cur Paulus,qui a mortuis alios reuocabat ad vitam non huius aduersæ valetudini aliter meditabatur?Id scilicet, vt nihil ipsi hoc tēpore offendamur, si sanctos & innoxios male pati conspicimus . Quinetiam vt nequaquam existimemus supra nostrā naturam fuisse veteres illos,sed homines & nobis assimiles . Demū ne Timotheus ipse de sua virtute forsitan efferatur superbiatque. Constat præterea , cum ob tuas frequentes infirmitates dicit , valetudinarium Timotheum illum fuisse nec solum stomachi morbo laborasse,sed alijs morbis affectum,egrotasse frequentius.

Cur Paulus qui mortuos suscitauit timothei morbo non medēbatur.

Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium , quorumdam autem,& subsequuntur. Cum enī de ecclesiasticis ordinib⁹ conferendis institueret Timotheū,

noli dixit, alienis peccatis communicare. Veruntamen poterat & illud non iniuria obie- D
cisse. Quid si ignarus & nescius, ipse id egerī, instituerimq; ad sacros ordines nō merētē? Ad hæc tacite respondet apostolus. Nonnulli inquiens, palam & manifeste delinquunt, quorū peccata ad iudiciū his ipsis præcedunt, id est condēnant in propatulo, quę forsan inuestigando deprehenderis. Subsequuntur autē cū inquit, huiusmodi sunt, ita vt facile queas hæc internoscere. Quorūdā vero incerta sunt & obscura delicta, aliquid prętēdit, tanquā id dicatur. Licebit & hos præcauere qui prauis facinoribus obstringuntur, cum impartieris. Quod si illorū ignores īprobitatē quos ipse sacraueris, nequaq̃ eris crimini ipse obnoxius, sed culpa vacabis. Et illi quidē ꝓ sacratis habentur, tāetsi vita fuit min⁹ probata. Nō enī sacra illa dona improbitas vlla dissoluit, quę omnino illū sequūtur, cui fuerint collata. Magnus vero Basilius in aliū sensum hęc verba traducit. Neque ad eos retulit, qui consecrandi sunt, sed ita inquit. Si forsan quispiā fornicetur, fureturve, hunc id solum delicti pręcedit, ad iudiciū trahens. Verū si praua quis edocet, & perniciosioris sapiētię studiū affert & disciplinā, hunc sane peccatū subsequitur. Quod vtique non in ipso vel extinguitur vel finitur, sed restant eiusmodi pestilentes doctrinæ successores. Cuiusmodi sunt græcorum sapientes, quales & relinqui oēs, qui p̄ter ecclesiastici dogmatis veritatem, multa conscribunt. Daturi autem hi pœnas sunt, non solum quia ipsimet erroribus sunt inuoluti, sed quia se subsequentibus, erroris causam prębuere.

Basilius.

Similiter aūt & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habēt abscondi non possunt. His dictis eos præcipue qui recta gesserint cōsolatur, affirmans & in p̄senti hoc seculo patere oīm facta & in futuro, vbi nuda sunt omnia. E

CAPVT SEXTVM.

Qvicunque sub iugo sunt serui, dominus suos honore dignos arbitratur, ne nomem dei & doctrina blasphemetur. Cōmonefacito, inqt, & instrue, vt si vel infideles sint dn̄os nacti morē illis vt serui gerant & oī honore dignos, et re et verbis existimēt. Neq; em̄ quia Christi fidē exceperint, credāt se liberos fore. Verū libertate vtuntur, cū a prauis sunt facinoribus liberi, corpore vero seruituti obnoxij. Quę seruit⁹ pro libertate habetur, cū eā pro Christi nomine quisq; subierit. Nam tū maxime detestarentur infideles Christi dn̄i hoc sanctissimum dogma, cū illud per fideles ipsos oppugnatū iri conspicerēt. Quippe q̄ ad tolerantiam & placabilitatē sectatores suos instituit, nec cōtumaces esse ꝑmittit. Quod si benignos se serui pręstiterīt, & ad parcēdū faciles erunt, demirabūtur hauddubie dn̄i infideles, & obstupescent Christianę religiōis virtutē, quę tāti sit vt seruorū etiā mores qui cōponi & castigari haud facile possunt, tā faciles reddat, vt īperanti mox pareant.

Cōuersio ad fidem corporis seruitutē nō tollit.

Qui autem fideles dominos habent, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Neque enim quia baptismi gratia eum, qui tibi dominetur fratrem sis nactus, contemptui habendum censebis, quin potius quia fidelis sit & dilectus, hoc est pro domino fratris locum sortitur ob finem, eo illi magis inseruies præsertim cum in me sit idem beneficus. Quippe qui vt te alat, aut vestem suppeditet, & bona reliqua impartatur, curis maximis conflictetur. Habet ita plurimum dominus æquitatis, vt emptionem prætercam, quo te seruitute obstringat. Cum vero dilectos inquit, seruis formidinem demit, & charitatem inducit. Nam quos verentur & timent, eos plerumque & odio habent. Quin potius inquit, eo libentius serui dominis obsequantur & seruiant, quo & beneficiorum sint effecti participes. Domini vero eo fideles sunt & dilecti, quia beneficijs iuuant, quippe qui seruis vt beneficientur curent. F

Hæc doce & exhortare. Non itaque authoritate solum & dogmate docendi est opus quod sane cum doce (inquit) prætendit, sed & benignitate & mansuetudine, quod cum, exhortare dicit, præfertur. Fungitur quippe præcepto medici & munere. Siquidem modo lenit, modo exasperat vlcera.

Pręcepta medici more nūc exasperat mox lenit

Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus, qui sunt domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū pietatem est doctrinæ superbius est, nil sciens. Vides queādmodū in despationem īducat, ignorātia ipsa, & insolētiā afferat, vtq; & qui sanos sermones nō excipit, infletur & ītumescat. Nā istiusmodi tumor, animi ęgrotātis et morbidi est a nimia corporis adustione nō alieni. Non eī in superbiā ille ꝓlabit, q̄ dn̄i dicta ꝑceperit. Is nanq; q̄ seipm exinaniuit, & ablutos discipulorum pedes abstersit, sic inqt. Discite a me, q̄a mitis sum, & humilis corde. Is inquā humiles spiritu beatos dicit, & humilitate iustificatū excepit.

A Quid istæc igitur, aut repudiauerit, aut ignorat, intumescat, & efferatur, necesse est.

Sed languēs circa quæstiones, & pugnas uerborum. Est ergo langore & morbo affici, perquirere & inuestigare, quæ minus sunt indaganda. Vbi enim deerit fides & morbus inest & verbis contenditur, quandoquidem qui ad suadendum sit efficacior, aduersantem alterum confutare conabitur. Atqui fides pro luminibus ipsis habetur & oculis. His qui caruerit, nil prorsus inueniet, sed tantum erit ad inquirendum intentus.

Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiões malæ. Dogmata enim quædam iniqua & praua, ex huiuscemodi quęstionibus ortum ducunt. Siquidem tunc & detestamur, & maledicimus, & quæ minus decent suspicamur de deo, cum ad inquirendū incidimus.

Conflictationes. Hoc est, studia quædam superuacanea. διατριβαὶ enim quod græce habetur diligentiam solemus & studium dicere quę rei cuipiam impenditur. Vel secundū latinam traductionem, consuetudinem dici hominum mente corruptorum. Nam quemadmodum infectę & morbidæ oues, si cum sanis & integris diuersentur, & illas morbo inficiunt, ita & hi qui peruersis sint moribus, vel dogmatibus prauis imbuti eos corum perent, quibus cum consuetudinem cœperint.

Hominum mente corruptorum, & qui ueritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Vides quemadmodum & verba contentiosa vel turpe pariant lucrum. Quippe cum ho

B mines istiusmodi contendendo & altercando, plures post se trahāt discipulos & opes vēdicent arte, & dicacitate alliciant multos.

Discede ab eiusmodi. Non enim dixit, verbis contendito, & hos oppugna, sed discede, Perinde ac si inquiat. Cum semel aut bis istos commonefeceris missos facito. Qui enim poteris homine pecuniarum & lucri gratia altercantes, peruincere? Hos itaque cum corregi nequeant, declina.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Illi (inquit) longe falluntur, cum quæstum male existimāt pietatem. Inest quidem pietati & lucrum, sed nequaquam cuiusmodi hi opinantur, sed longe præstantius. Quandoquidem lucrifacere pietas dicitur, nō cū pecuniis affluit, sed cum his caret. Sufficientia enim & quod sat est ingentium opum & stabilium ducitur loco nequaquam ergo animo concidāt pietatem sectantur, quod nullis abundent diuitiis, nec pecuniis potiantur.

Nihil enim intulimus in hunc mundum, hauddubium nec auferre quid possumus. Ostendit hoc id quęstus, cui illi incumbunt & student, nullius esse momenti. Quippe quod nostrum post obitum in teris sit remansurum, nō nobiscum commigraturum. Quid ergo opus est nobis nimia rerum abundantia, si nihil sumus ex his veram in patriam delaturi?

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Diffinit tandem quid ista sufficientia sit. Aitq; sufficientia esse tantum rerum potiri, quantum nobis ad victum sat sit, non ad luxum. Et talibus operiri quibus tegatur, non ornetur hoc corpus, sitque in vestem quodcunque offertur.

C *Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli.* Ex rebus præsentibus, ad bonorum contemptum hortatur. Vt futura (inquiens) omittam, præsentia hæc ipsi aduertite, nec diuites dixit effectos, sed volentes diuites fieri. Potest nāque diuitias quis possidere, & illarum fieri contemptor, eas optime dispensando, egentibus pro necessitudine impartiendo. Sic enim nequaquam dicitur quis opes appetere. In tentationem autē & laqueum cadunt, qui a fide aberrant, & opibus his comparandis, periculis obuoluūtur & singulos quosque verentur & timent.

Et desideria multa, & insensata & nociua. Quo enim pacto non insensati, & stolidi hominis est argumentum, picas & psitacos alere, beluasque & pisces magno ambitu interdudere, & equos auro exornare, vel ad domus vsque fastigium aquas perducere, & pauimenta ipsa sectis regulis & phengite lapide sternere, vt magis eluceant? Hęc pfecto oīa nec sane sunt mentis & officiunt plurimū, animęque thesauris obsunt, & sensibiles opes, quę manibus attrectantur disperdunt & delent. Quinetiam vel plerique cum tyrannidem affectarent, iacturam sunt demum haud mediocrem perpessi.

Quæ mergunt homines Quandoquidem, vt dictū est, deferre secum nil possunt.

In interitū & perditionem. Ita vt neque hoc seculo his bonis fruātur, in futuro plane desperent, & morti adiudicentur.

Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quippe quę nec viuentibus parcit, nec mortuis. Quę vel vosipsos spoliat, pdaturq;. Et in parentes vt insurgant, liberos cogit, & fratres

Eā pticulā nostra litera nescit. Contentiosos cū semel aut bis increpaueris missos facito.

Nō quia diues sit qspiā incidit in laqueos diaboli, sed qa vult diues fieri.

vt cum fratribus litigent, & humana simul & diuina iura peruertit. Hanc itaque si tollas D auiditatem, nec bellum erit, nec odia nec quispiam fornicabitur. Nam & fœminæ argenti cupiditate seipsas prostituunt.

Non facile xp̄m sectabitur, qui pecunijs inhiat

Quam quidam appetentes errauerunt à fide. Neque enim sinit cupiditas hæc, vt salutis via cernatur, quæ oculos hominum ad se conuertit. nam quo pacto euangelio fidem præstiterit pecunijs inhians, cui paupertatem illud indicat, & hanc vt sectemur suadeat.

Mat. xx. Spinę corp⁹ lacerāt mētē diuitiæ.

Et inseruerunt se doloribus multis. Quippe qui hac cupiditate tenentur mœrent dum viuunt, & dolent quod explere auidissimum habendi animum nequeant. Bene autem inseruerunt dixi. Sunt nanque sentibus similes curæ diuitiarum, vt testatus est dominus, quæ vndequaque vbi ipse attigeris, innatis aculeis manus cruentent, infliguntque vulnera, & doloribus angunt.

Tu autem o homo dei. Magna profecto hæc dignitas. Cum enim mortales cæteri dei dicantur, proprie tamen iusti non modo creationis ratione, sed & propinquitatis, & cōiunctionis sunt dei. Noli (inquit) ea quęrere aut sectari, quę a deo auertunt, sed quæ ad eum reducunt.

Hæc fuge, sectare uero iustitiam. Vtrunque augendo expressit, neque enim dixit, abscede & veni, sed fuge & sectare iustitiam. Vt non pari corripiaris cupiditate, qua qui diuitias expetunt capiuntur. E

Pietatem fidem. Dogmatū. s. fidem. Quę licet longe est a diuitiarū appetentia aliena.

Charitatem. Id est, rectum vitæ mundum. Huius nanque caput est charitas.

Patientiam, mansuetudinem. A charitate, patientia & mansuetudo deriuantur. Omnia enim sustinet ex quadam animi magnitudine charitas.

Certa bonum certamen fidei. Hoc stabilem te erga fidem, & firmum redde, & inuictū cum virtutis sermone, tum vitæ puritate & innocentia.

Apprehende uitam æternam. Vides vti in mercedē & palmam, vita offeratur ęterna.

In qua uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Hoc loco Timothei & strenuitatē collaudat & fiduciam, quod vel in vitæ discrimine professus sit Christum. Vel confessionem dicit quam alios instruendo aperuit Ea videlicet qua profitemur fore a Satana abscedendum, & vitam cum Christo ducendam. Aduerte quemadmodum autem non solum confessione sit opus, sed etiam tolerantia vt semper cōfessionis acriori insistendum certamini, & ab ea nihil prorsus diuertendum.

Præcipio tibi coram deo. Vt & formidinem augeat, & cautiorem reddat discipulū, testem inuocat deum, arguens haudquaquā humana esse sua pręcepta, vtque & ille hūc testem animo repetens, vel sola recordatione contremiscat.

Qui uiuificat omnia. His verbis hunc & ad pericula subeunda hortatur, & resurrectionis commonefacit. Perinde ac si diceret, nil prorsus mortem horresce, dei enim es seruus, qui vitam potest omnibus condonare.

Ioan. xix. *Et in Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem.* Rursum pręceptoris exemplo hunc cohortatur. Qui & si testimonium tulit, hoc est, mortem sustinuit, debemus & ipsi hunc imitari. Regnanti enim Pontio Pilato, & roganti, ita respōdit. Ego ad hoc natus sum, & veni, vt testimonium perhibeam veritati. Et pleraque alia testificatus est & confessus. F

Vt serues mandatum sine macula irreprehensibile Hoc est, neque dogmatum, nec vitę gratia labem tibi aliquam imprimas.

Vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi. Hoc est, vsque ad tui ipsius consummationem, & finem, quo tibi ex hac vita sit excedendum. Tametsi id haud palam expressit, id tamen sentit apostolus. Ad domini autem vsque aduentum dixit, vt magis hunc exciret, cum gloriam illam Christi futuram, & iudicium illud horribile recordatur.

Quem suis temporibus ostendet. Hoc est, decentibus & præfinitis, nil (inquit) mœrore conficere, quod nondum illud aduenerit.

Qui beatus est & solus potens. Vel hæc sane ad consolandū nunc valent, quibus monetur, ne terrenis hisce intendat obtutum, quę hic beata videntur, sed in eum, qui ipsam & veram habet in se beatitudinem, in quo nihil est quod tristitiā afferat, nihil quod sit insuaue Nec hic quidem seculi huius potentatus veretur, nec reges, quippe qui solus sit potens. Solus vero quod ad hominum differentiam dixit, & eorum qui falso dij sunt appellati, non vt aliorum sanctorum secernat substantiam.

A *Rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem.* Hic solus propriam habet & veram ex sua substantia immortalitatem. Angeli vero, & si immortales, non tamen natura, sed gratia sunt immortales effecti. Quo fit, vt non habeant immortalitatē, sed immortalitatis participationem.

Dn̄s est īmortalis ex substātia, Angeli vero nō natura, sed gratia

Et lucem habitat inaccessibilem. Ergo (inquiet aliquis) & hoc loco circunscribitur deus, & aliud lux esse deprehenditur, aliud ipse, is nanque lux est. Vides quemadmodum cum magnum aliquid proloqui volumus, lingua non suppetat.

Quem nullus hominum uidit, nec uidere potest. Secundum diuinitatem videlicet. Nam secūdum carnem visus est, & innotuit. Basilius tamen de filio & principaliter de patre dicta fuisse hæc omnia intelligit. Tametsi & filio competant & spiritui.

Cui sit gloria, honor, & imperium sempiternum, Amen. Si itaque illi perpetuum imperium est, nil vereare, si in pręsentiarū id minus patescit. Atqui honos illi & pręsto est, & laus perpetua. Qui etsi nunc afficitur ignominia, nil animo concidas, præsertim cum vnum illud nobis facere liceat, vt laudibus hunc libere efferamus. Opportune autem de deo hic disserit, cum eundem vocat in testem, cuius & gloriam explicat, vt ea præcepta magis ac magis Timotheus nitatur iniuncta perficere.

Diuitibus huius seculi. Est nanque & aliud quoddam diuitum genus, non hoc ipso in seculo, sed in futuro, iustorum videlicet.

Præcipe non sublime (sapere.) Nam & diffidentiam diuitiæ pariunt & insolentiam.

B *Neque sperare in incerto diuitiarum.* Sunt quippe opes incertę. Nam ab his possessores persæpe destituuntur, idcirco nec cupiendæ sunt, nec sectandæ.

Sed in deo uiuo & uero, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Id est, elementa ipsa quibus constat hęc vita, & lucem hanc & annuos cibos, & bona reliqua vbertim suppeditat. Tametsi cuncta sibi vendicet auaritia, & tanquam priuata nō communia ducat, quę deus in medium cōtulit, in quo est spes omnis habenda, & pro opibus ille ducendus, quādoquidem viuit in sempiternum, & nunquam corrumpitur. Vnde arguitur, haud quaquam magnis is esse momēti, qui eo dolet, quod pauper sit, & diuitijs careat, quem expedit magis a rectis actionibus abundare.

Diuitiæ diffidentiā pariūt & insolētiam.

Bene agere, diuites fieri in operibus bonis. Vniuersis, inquit, hęc manda, vt quæ recta sunt, factitent. Quod si & opibus velint affluere, bona operando has parent.

Facile tribuere. Id est, pecunias egentibus imparriri.

Communicare. Vel hoc charitatis est. Eos vero hoc loco communicare intellige, qui & si diuites sint non cæteros aspernantur, sed humanos se præbent & benignos, & quorum facilis est conuersatio.

Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. Vbicunque bona iacta sunt fundamenta eodem tuto poterit moles quæque imponi, & inædificari quod velis. Cunque & virtutis & futuri seculi bona firmiora sint & stabilia, eo & fundamentum commeminit.

Vt apprehendant ueram uitam. Potest quippe boni operatio, quem & fundamentum vocauit, vere illius vitę fruitionem spectare.

C *O Timothee depositum custodi.* Quęcunque scilicet sunt tibi per me demādata, tanquā domini pręcepta seruato, nec horum quicquam imminues.

Deuitans prophanas uocum nouitates. Prophanas id est impuras & inquinatas. Vocum vero nouitates, hoc est, verba inania. Potest tamē & blateronem cum vana loquatur cōcedi nequaquam prophanum dici. Vel secundum Basilium vocū nouitates accipito, ꝓ nouis quibusdam & nuper inuentis instructionibus & doctrinis, a vero penitus alienis.

Prophanas vocū nouitates & inanes doctrinas vitandas esse.

Et oppositiones falsi nominis scientiæ. Vbi enim nulla erit fides, sed omnia humanis sensibus excogitantur, dici scientia nequit, sed scientię nomen mentitur. Oppositiones autē dicit quia plerunque opponuntur nonnulla, quibus haudquaquam est respondendum. Quin ab his potius aures auertendæ, neque prorsus his inhęrendum.

Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Est enim necesse, vt qui humanis obsequitur cogitatibus, a fide aberret. Fides siquidem cogitationes huiusmodi nullas admittit. Puto autem hæc illorum gratia dixisse Apostolum, qui tunc tēporis gnostici dicebātur, & impuritate quauis oppleti, & identidem illud prętendere cum prophanos dixit & nouarum vocum nouitates, perinde ac nouorum essent dictorum hi inuētores, & in hæresim tandem conciderint, cuius prīceps Nicolaus fuit, qui ex septem erat diaconis vn⁹. Huius sectatores Nicolaitæ sunt appellati.

Gnostici hæretici sic audire volentes ob scientiæ quam ꝑferebant celsitudinem. Apoc ij.

Gratia domini tecum, Amen. Tanquam dictorum omnium conclusionem, gratiam illi

domini comprecatur, qua bona omnia & condonantur & custodiuntur. Velim itaque & nos his bonis fruamur, quę a gratia hac vbertim accepimus, nil tamen hi imminutis, D sed auctis potius & Christum Iesum gratiarum elargitorē summis laudibus efferamus, patremque simul & spiritum, cui laus sit in æternum & gloria.

Missa fuit ex Laodicea, quę est Metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Argumentum secundæ epistolae ad Timotheum.

Scribit autem Timotheo de ex hortatione martyrij, & de omni regula ueritatis, & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens ei ab urbe Roma.

IN SECVNDAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM THEOPHYLACTI PROLOGVS.

1. Tim. iij. *CVr & secundam ad Timotheum conscribat epistolam, id causæ est. Dixerat nanque in priori epistola. Spero me celerrime te conuenturum, quod ne uti pollicitus est, & pro uoluntate exequeretur, eo est interceptum, quia in uinculis à Nerone detinebatur. Cum itaque sibi nequaquam liber pateret, quod maxime cupiebat, accessus eundem per literas consolatur,* E *mœstum forsan, tum quia Pauli & præceptoris priuatus esset præsentia, tum etiam quia*

*Nimis. **minus ecclesiæ cura urgeret, & onus susceptum iam premeret, cui moderādæ uel uiri præstantiores succumberent, eo præsertim tempore cum procellis undique agitarentur fideles & oppugnarentur undequaque acerrime. Reuocat itaque ad se Timotheum Apostolus, quia morti iam erat propinquior.*

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu. Principio statim Timothei attollit, erigitque animum, subindeque inquit. Non enim mihi vitę huius discrimina commemores velim, quę a nobis si tollantur, vitam hauddubie nil parerent sempiternam. Nam eo apostolatus hic munere fungimur, vt morte affecti in æternum viuamus. Quinetiā ne pro expectata consolatione mœrore conficeretur Timotheus, si præceptorē in periculo versari perciperet, vt eum nunc consoletur, sic orditur, apostolus. Si promissa nobis perpetua illa est vita, noli ex rebus hisce terrenis hanc querere, siquidem in Christo Iesu esse eandem hanc constat, & cum Christo futuram. Vel in Christo Iesu esse vitam hanc dicit, vt quam nobis sit ille largitus, & in seipso hanc continet. Nam si sensibilis hæc lex cibo & potu constat, spiritalis tamen illic continetur in Christo, qui tunc nobis futurus est omnia.

Timotheo charissimo filio. Potest & quis filius esse, nec tamen charus. Erat vtique Paulo F pergratus ob eius virtutem Timotheus. Arguit igitur cum Timotheum charissimum dicit haudquaquam quod ei succenseat, aut aliquod eius improbet facinus se hunc desertuṙum, sed ex vi sibi illata. Quippe quem paulo post erat Nero obtruncaturus, sic faciat sit necesse.

Gratia & misericordia, & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo. Quæ antea consueuit, huic & nūc cōprecat, & idē hic sentit, qđ in priori epistola, cū eadē hæc illi optaret.

Gratias ago deo meo. Vides ne beneuolentiæ & charitatis magnitudinem? Gratias, inquit, ago, quia cum te plurimum diligam, tui memoriam habeo. Est equidē id veri amoris indicium, cum quis glorię duxerit, alterius cuiuspiam amicitiam.

Cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura. Quo pacto in pura (inquit Paulus) conscientia, qui Christum a principio ignoraret. Conscientiam hoc loco pro vita ponit, quā & si Iudæus esset, & Iudaicos ritus seruaret, honestissime transigebat, tametsi ecclesiam persecutus sit. Quod sane egit, vt paternas tueretur traditiones non glorię ductus cupiditate, vt solent qui hæresim excitant. Quod autem dicit, tale est. Nihil existimes aliter me sentire ac loquor, inest enim mihi conscientię puritas, nec sane pro mea consuetudine mentior, nec falso protulerim, quod sum in præsenti dicturus, me scilicet tibi semper esse charitate deuinctum, & tui perpetuo recordari.

A *Quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere.* Gratias, inquit, ago, quod te non solum animo & recordatione repeto, sed interdiu noctuque orando, tui assiduo reminiscor, votis deposcens & precibus, vt meis desiderijs te reuisendi fiat iam satis. Qui igitur fieri potest, vt tanta me voluptate, priuarem tuo fruendi conspectu si esset mihi ad te adeuntis facultas concessa? Cur ergo, dicit aliquis, non aperte causam explicat? Eo videlicet, ad Timotheum non concessisse, quia esset a Nerone in vinculis detentus? Id sane idcirco egit, ne triatim illi iustitiam afferat. Est tamen in epistolæ calce eiusmodi causam explicaturus.

Memor lachrimarum tuarum, ut gaudio implear. Hunc contextum ita construito. Cupiens te visere, vt gaudio implear, deinceps id sequitur, memor lachrimarum tuarum, subinde id inquit. Et si admodum essem natura ipsa charitatis expers, sunt tum lachrymę tamen satis, vt flectar, & te animo versem. Erat enim id decens, vt cum a Paulo Timotheus seiungeretur, maiori hunc fuisse querimonia & fletu disiunctum, quam infans solet, cum ab vberibus matris diuellitur.

Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta. Non solum, inquit, lachrymas tuas memoria repetens videre te cupio, quin & tuæ fidei reminiscēs, quę simulatione prorsus caret & dolo. Id enim me vel plurimum cogit, vt iure optimo te beneuolentia prosequar, & charitate complectar.

B *Quæ & inhabitauit in nutrice tua Loide, & in matre tua Eutice.* ✶ Alia quędam hæc Timothei laus quod ab infidelibus ortum non duxerit, sed a fidelibus & Iudęis, tametsi huiꝰ patrem constet gentilem fuisse. Aduerte autem ex his, quemadmodum lex solui iam cœperat, cum Iudæi infidelibus hunc in modum admiscerentur. ✶Eunice.

Certus sum autem, quod & in te. Cum itaque recte se gesserint progenitores, si eorum vestigia persequemur, & tales nosipsi iam pręstiterimꝰ, quales illi fuere, gloriam nobis ex illorum gestis hauddubie vendicamus. Sin minus, maiorum pręclara facinora ad ignominiam nobis potius sunt concessura. Idcirco genitorum (inquit) vt vel fidem tibi inesse certior sum, eademque, te nihil simulatam habere, tanquā superne, & a deo ita fundatam, vt contaminari non possit. Progenitorū p̄clara facinora sunt filijs (si recte se gesserīt) gloriā allatura, sin secus ignominiam.

Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam dei. Quoniā, inquit, spectata tua est mihi & testatior fides, velim equidem te hortari quam maxime, & excitare, vt spiritus gratiam, quā ad tutandam ecclesiam & signa operanda, & omnem denique, episcopum decentem virtutem acceperis, resuscites, & viuam reddas & floridam. Nam quemadmodum ignis ligno vt ardeat, indiget, sic spiritus gratia animi exigit promptitudinem studiumque, & vigilantia poscit, vt perpetuo ferueat. Quibus si careat, extīguitur facile, vt alibi dicit. Spiritum nolite extinguere. Ignem ligna nutriunt, spūs gratia studiū & vigilantiā. i.Tes.v.

Quæ est in te per impositionem manuum mearum. Inest quidē tibi de istiusmoni gratia, quā simul ac tibi manus imposui, accepisti, cum te scilicet episcopum constituerem & sacrarem. Velim itaque vt spiritum vehementius excites. Perinde ac si dicat. Adeptus es sermonem fidentius pręedicandi, hunc totis viribus, & animo maiori prosequere.

C *Neque enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis.* Non enim eo inquit, spiritum ipsi accepimus, vt formidine contrahamur, sed vt aduersum tentationes simus validiores, audēterque & libere nos periculis offeramus. Timoris nanque hic spiritus plerisque est traditus, vt in libris Regum proditum est. Et cecidit spiritus formidinis super eos, pauorem illis iniecit deus.

Et dilectionis. Eius videlicet quam erga se & proximum esset habiturus. Nam & qui deum colimus vt patrem, ex spiritu habemus, qui Abba pater dicere nos facit. Nihil vero a proximi charitate seiungi, gratia est, & diuina veritate effectum, vt contra. A proximo offendi, nec patienter hunc tolerare, formidolosi est, & pusillanimi, & inconstantis. Oportet itaque, vt priores ipsi, quæ nostra sunt, proferamus. Spūs timoris, i.reg.xi. Eodē.v. Ro.viij. Gala.iiij.

Et sobrietatis. Vt scilicet sobrij simꝰ & continentes, & mēte integra ac stabili. Vel vt spiritum ipsum nostri habeamus moderatorem. Et cum aliqua offeratur tentatio, hanc ad castigationem excipiamus, vel alics vt ad continentiam erudiamus. Spūs scti beneficio deum vt patrē colimus.

Noli itaque erubescere testimonium domini nostri Iesu Christi. Sunt sane miseri & calamitosi nonnulli, qui humanis sensibus conquirunt, quę supra hoīem sunt, nec cōprehēdi a mortalibus possunt, & ignominię ducūt, fuisse dei filiū cruci affixū nescij hāc ipsam ob crucem sontē & noxiū hominē, in dei filiū fuisse accitū. Tu itaque Timothee, velī nil prius testimoniū Christi & mortē, quā per crucem subij, erubescas, sed gloriæ potius id ducas

dicet. Nō enī, noli timere dixit, sed, noli erubescere, vt arguat nihil īesse huic rei discriminis, sed pudorē dūtaxat, perīde ac si dicat. Si mortē neglexeris, oīa tibi in tuto erūt. D

Neque me uinctum eius. Nec mei, inquit, te pudeat. Qui & si mortuos suscito, & orbis sum terrarum magister, nō em̄ vt facinorosus his vinculis astringor, sed illius sum vinctus. i. propter illum quem si nihil patibuli puduit, cur ipse compedes erubescam?

Ne ducas ignominię, si īnocēs pateris sed gloriæ.

Sed collabora euangelio. Hoc est, non modo id prę te feras nil. s. te euangeliū erubescere, sed re ipsa & opere Christo, & mihi tā crucis quā compedū participem reddito. Hæc autem & ex superioribus dictis ostēdit, cū diceret. Et contulit nobis spiritum virtutis. Quid vero prętendit, cum inquit, Euangelio collaborat? nū euangeliū tū laborabat aut periclitabatur? Nequaq̄, sed vel illud inquit, & laborē mecū propter euangeliū insume. Vel euangelium dicit, euangelij ipsius pręcones & diuinorum arcanorum participes, sicuti in epistola ad Corinthios dixerat, collabora his quæ euangelij sunt.

ij. Cor. ix.

Secundum uirtutem dei. Cum grauior forsitan iniunctus hic labor sit visus, ei rei hūc in modum medetur. Non tua (inquiens) sed Christi virtute, euangelio insudabis. Quin voluntatem tantisper velim ad id negocij offeras, & animi promptitudinem.

Qui nos liberauit de peccato, & uocauit uocatione sua sancta. Aperit nunc diuinæ virtutis indicia. Liberos enim nos, inquit, & saluos fecit, vel longe distantes ad se exciuit, vt sanctos redderet. Qui itaque vel inuitis salutem largitus est, longe magis est volentibus opem laturus.

Si homo prōptam volūtatē offerat, deus virtutē īfundit

Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. Cogente nemine aut cōsulente, sed secundum suum propositum, hoc est sponte & sua bonitate ductus. E

Quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia. Hoc est, quę præfigurata sine principio est, & ante sæcula, vt nobis per Christū Iesum cōcederetur. Neque id parui existimandum, quod nō temere & negligenter, sed ante secula hāc nobis destinauerit deus.

Manifesta est autem per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi. Et si erat istiusmodi gratia prędestinata, nunc tamen innotuit, vbi & Saluator illuxit.

Qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium. In proprio quidem corpore re ipsa & opere mortem deleuit, cum illud reddidit incorruptū. Nos vero per euangelium illuminauit, vt vitam speremus & immortalitatē, quam nobis per euangelium confirmauit. Qui etsi nondum simus, vt immortales effecti vel incorrupti, id tamen fore spes est.

In quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentiū. Cuius rei gratia, gētium se apud Timotheum nuncupat præceptorem? Nimirum vt ostenderet & Timotheo cum gentibus diuersandum. Eoque ne animo concidat, cohortatur, sed se poti⁹ imitetur, qui ob doctrinam & euangelij prædicationem, constrictus vinculis sit.

Ob quam causam & hæc patior. Id scilicet quia gentibus prędico, non quia prauum aliquod admiserim facinus. Simul etiam & suis dictis vendicat fidem, perinde ac si dicat. Si minus crederem mortem esse deuictam, nequaquam hæc paterer.

Sed non confundor. Vides quemadmodum re ipsa affirmet, quod Timotheum cōmonefacit, arguitque nil prorsus se erubescere quæ pateretur. F

Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositū meū seruare in illū diem. O cōfidentiam spē plane indubitatā. Scio (inquit) & certus sum. Depositū autem, aut fidem dicit euangelij prędicationē, tāquā id inq̄t, Christus qui mihi id negocij demādauit, hoc ipm seruabit, & oīa tolero, ne mihi thesaurus me⁹ hic subtrahat̄. Aut fideles dicit, quos sibi Christus iā demādarat. Vel eos depositum esse affirmat, quos ipse dn̄o cōmendasset, vti & alibi dicit. Cōmēdo aūt vos in dn̄o. Perinde ac si dicat, nihil me carceris pudet, nil eqdem vincula erubesco, quippe qui sperē me plurimos domino oblaturū iudicanti quos ille tutabitur, & salute donabit, vt eorū gratia, & mihi gloriā largiatur & vitā. Nā qui bona dum viuit, exequitur, deo hęc ipsa demandat, vt pro his in tempore coronetur.

Formam habe sanorum uerborum. Tanquam pictor descripsi tibi, & formaui imaginem quam ipse aduertens animo tuo depinguas, & sanorum verborum formam a vero nil aberrantium exempli habeas loco. Ita vt si quid tibi imposterum erit effigiandum, ab ea desumas, in ea namque verborum forma omnia reconduntur.

Quæ à me audisti. Non enim solū meis ex literis, sed meo ex ore hęc percepisti. Haud quaquam itaque existimemus Pauli epistolas mancas esse, perinde non sint cuncta complexæ, quando quidem & sine scripto verbis ille quam multa disseruit.

In fide & dilectione in Christo Iesu. Mea hæc dicta fidem complectuntur & charitatē, hoc

A est, dogmata ipsa per me lata, quemadmodum viuendum sit, explicarunt. Si quid itaq; tibi erit vel decernendum, vel disserendum vel pro veritate aliquid peragendum, poteris ex meis illiusmodi verbis formam desumere.

Bonum depositũ custodi per spiritũ sanctũ qui habitat in nobis. Hoc est, pcepta q̃ tibi sunt per me de vita fideque tradita. Vel depositum gratiam dicit, quam ille acceperat vt dixi superius. Verum quo pacto gratiam hanc ipsam tutaberis? Certe non humanis viribus vllis, sed per spiritum sanctum, qui nobis baptismi inhabitat gratia. Si spiritũ itaque hũc asseruabimus, neque a nobis hunc prauis facinoribus abegerimus, seruabit & ille nobis quę a deo sumus iam consecuti. Stude ergo spiritum hunc custodire, & ille contra depositum tibi tutabitur. Nã si custodierit dñs ciuitatẽ, incassum vigilat qui custodit eam.

Scio eim hoc, quod à me auersi sunt oẽs in Asia, ex quibus est Phigulus et Hermogenes. Explicat quibus sit malis immersus. Non vt discipulũ terreat, quin vt suadeat potius, si in eadẽ ille inciderit, non tanquam insolẽs aliquid patiatur, abhorreat & formidet, sed ęquo animo ferat. Paulus enim cum esset a Nerone comprehensus, a cunctis est mox destitutus, qui in Asia erant fidelibus, hoc est, qui ex Asia secum Romam concesserant. Psalmus. cxxvi.

Det misericordiam dominus Onesiphoni domui. Vide vt Paulus philosophatur, & patienter omnia tolerat. Siquidem nil eos qui a se desciuissent execratur, vel insectatur maledictis, sed rem vti gesta est simpliciter narrat. Ei vero qui sui alendi susceperat curam, bene precatur. Nec illi solum, sed familię vniuersæ & domui. Adeo Onesiphori domestici omnes virtute pręstabant, & ab eo iam optime erant instructi Pauli patientia.

B

Quia sæpe me refrigerauit. Nec secus, inquit, hic me recreauit, quam si quis aliquem sublevet fouearque, qui squalore sit iam multo oppressus & contẽdẽdo defatigatus. Nec semel ait, hic me refrigerauit, sed sępe. Sic itaq; & nobis semp agẽdũ vt alijs opẽ feram⁹, qui recti aliquid operãtur. Hũc em̃ in modũ & illis erimus meritorum participes. Onesiphori commẽdatio.

Et catenam meam non erubuit. Vbique pudoris, non periculi meminit, Timotheũ hunc cohortando tanquam huic rei plus ruboris quam discriminis insit, tametsi inesse discrimen aliquod videbatur. Nero nanque in Paulum sæuiebat, quia domesticos suos nonnullos & familiares ad fidem instruxerat.

Sed cum Romam uenisset solicite me quæsiuit & inuenit. Non modo nil meum ille defugit colloquium, sed conquisitum inuenit. Quod sane huius & vtilitatẽ prætendit & fidem.

Det illi dominus inuenire misericordiã à domino in die illo. Misertus, inquit est mei, velĩ itaq; & id admodũ concupisco, vt huiusce misericordię retributionẽ, in die illa horribili capiat, cum oẽs vel qui sanctimoniã pollent, misericordia indigebũt. Si itaque Onesiphor⁹ ille Christi ob gratiã periculis se obiectauit, & dei miseratiõe saluatur, lõge magis & nos salutem sumus ex dei clementia habituri. Hoc loco quia Paulus bis dominum ponit, insultant qui Marcionis morbo laborant, asseruntque duos dños esse. Quod sane longe secus se habet. Vnus nanq; est dominus, vt alibi testatur apostolus. Consueuere tamen literæ sacrę id dñi nomẽ sępius iterare, vt alibi. Pluit dñs a domino, hoc est, a seipso, nec secus hoc loco id fuisse constat, quod si patrẽ, & filiũ significari dñi iteratiõe hoc cœperis i.Cor. viij. Geñ. ij. Eph. iiij.

C nil erit absurdũ. Est nanque & pater dñs, & filius dominus, quin & spiritus dominus nuncupatur, sed in tribus substãtijs, vnus dominus demonstratur. Attende aũt quemadmodũ nequaq̃ dixerit, det illi dñs aliud misericordiam, pręterq̃ sane pręcipuã existimabat. Ge. xix.

Et quanta Ephesi ministrauit mihi melius tu nosti. Est certe ille bonis operibus assuetus, nec semel in me beneficus fuit, quin Ephesi bona mihi suppeditauit & Romæ. Oportet itaq; istiusmodi hominem, qui Christum profiteatur, talem esse, vt continenter & per omnem vitã quæ recta sunt operetur.

CAPVT SECVNDVM.

Tu uero fili mi. Aduerte quẽadmodum omni affectione hũc monet & cõsolatur, fili mi, inquiens, tanquam his verbis animum erga hunc suũ aperiat. Itaq; si filius diceris, patrem imitare.

Confortare in gratiam quæ est in christo Iesu. Non modo inquit mei exemplo recuperandæ tibi sunt vires, sed Christi ex gratia, hancque habeas velim tuo hoc in certamine adiutricem, per quam potestatem accipim⁹ conculcare omnes inimici conatus, & nihil ipsis offendi.

Et quæ audisti à me per multos testes. Quæ audisti, inquit, non quæ inquisisti. Fides nanque ex auditu constat. Audisti qui- Rom. x.

dem non clā & in angulis, sed in propatulo, & testium multorum præsentia. Nonnulli vero multos testes pro lege & prophetis acceperunt, perinde ac si inquiat. Sacrorum scriptorum testimonio dicta mea confirmabantur. D

Hæc commenda fidelibus hominibus. Non enim enarra dixit, sed commenda, tanq̃ thesaurum aliquem his commendaret. Quodcunque em̃ alterius fidei demandatur, in tuto reponitur. Reddit præterea ex his attentiorem discipulum. Fidelibus, id est non conquisitoribus & opinantibus. His nanque nequaquam est credendum depositum.

Duo necessaria p̃ceptori fidelem esse & alios instruere.

Qui idonei erunt & alios docere. Quid enim prodest si quispiam fidelis sit, & omnia nil erogans excipiat, cum nequeat alijs proferre doctrinam? Rursumque nec verba hic edat, nec alios possit pares sibi docendo efficere? Duo itaque necessaria sunt præceptori, quod fidelis sit, & alios instruat. Hæc enim Timotheo apostolus de presbyteris & episcopis disserit, non laicis. Id quippe absurdius videretur: cum ipse & gentibus prędicaret & Iudæis. Arbitror autem de rebus etiam mysticis eum hic facere mentionem, quæ sane fidelibus sunt, & alijs instruentibus commendanda.

Militans deo quid subire & a quibus abstinere debeat.

Tu itaque labora sicut bonus miles Iesu Christi. Vides quemadmodum militi sit insudandum & mala perpetienda. Non ergo erit officium militis in otio diuersari, nec est quidē animo iniquo ferendum, si laborat & premitur, qui fuerit in militum numero constitutus. Verũ quantæ illud est dignitatis, Christi militem esse, quādoquidem nonnulli plurimi faciant sub terreno aliquo imperatore militiam exercere.

ᵭimplicat.

Nemo militans deo ᵭimplicet se negocijs secularibus, ut ei placeat, qui se probauit. Ad vniuersos hæc verba habentur episcopos & præceptores. Cumvera implicet, inquit, magis rem patefacit. Certe enim vitæ huius negocia compedum loco sunt, negocia vero cum dicit, varias animi perturbationes molestiasque designat, ab hisque vt declinemus hortatur, perinde ac si dicat. Quid te molestioribus rebus & negocijs implicas? Militię duntaxat vaca, hoc pacto Christo gesseris morem, qui te ad id militiæ genus elegit. E

Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Neque enim si certaminis locum adierit quispiam, delibutusque oleo vt assolent certatores, conferat manus, fecisse satis videbitur, nisi em̃ potus & cibi mensurā, athletis & decertantibus p̃finitā, certādiq; leges ipsas seruarit & modũ nequaq̃ sinetur ꝑ voluntate colluctādi gratia, vel decertandi prodire in mediũ. Attende aũt quā prudenter hæc dicit. Prius nāque militaris officij meminit, ꝙ ad cædē & mortē promptior esse debeat subeũdā, qui militat. Et certatorē cōmemorauit, vt qui ꝑ x̃po decertat oĩa toleret assidue exerceatur necesse sit.

Laborantem agricolam oportet prius de fructibus percipere. Inducit & tertium quoddam exemplum, quod præcipue doctoribus congruit, nam quæ de milite dixit & certatoribus, vel subditis competunt & alieni iuris hominibus. Agricola vero nil sibi studet, sed terræ excolendæ intendit. Vnde & beneficij vicissitudinem recipit, non mediocrē, ob fructuum copiam. Sic & præceptor non incassum laborat, quin ipse prę cæteris proprijs sudoribus persuetur, deo vbertim illi vicem reddente, nemo itaque hanc futurę mercedis tarditatem grauiter tulerit, iam, inquit, hanc capis. Inest nanque vel in ipso labore & retributio. Quod si aliud nihil obuenturum esset vtilitatis, animarum tamen ex tua industria & labore profectus: magnum tibi allaturus est lucrum. F

Intellige quæ dico. Cum in ænigmatibus modum, omnia siue de milite, siue de certatore & agricola protulisset, intellige, inquit. Hęc enim ideo sic explicaui, vt te acuam concitēque. Demum vt proprio filio bene precatur.

Det autem tibi dominus intellectum in omnibus. Non in his solum quę dixi, sed in omnibus, in verbis scilicet & actionibus.

Non esse ignominię ducendum, sed glorię filium dei fuisse mortem perpessum.

Memor esto, dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. Hęc Paulus hæreticorum gratia infert. Erant nanque nonnulli tunc temporis, qui ignominię ducerent, dei filium fuisse mortem perpessum, vnde per phantasiam & quibusdam præstigijs rem visam fuisse asserebant. Pudebat enim & hos (si deo placet) diuinę humilitatis, q̃ nostri ob gratiam præ se tulerit deus. Quin etiā & hunc consoletur, hęc intulit arguens vel Christum ipsum magistrum dominum patiendo mortem vicisse. Hunc (inquit) tu recordare, nec segnior eris, quodcunque discrimen, vel mortem ipsam adire.

Secundum euangelium meum. Et si sint (inquit) qui alia prędicent nequaquam illorum dictis, sed euangelio meo est intendendum.

In quo laboro usque ad uincula, quasi male operans. Rursum ex suipsius exemplo discipulum consolatur, cum defatigari se dicit, & male pati, perinde ac si aliquid commisisset.

A *Sed uerbum dei non est alligatum.* Ne quis forsan dixerit, quid tua in se habent emolumẽti hæc vincula? Vel quid mirum si vinctus es, & coniectus in carcerẽ? Ostendit quid ex his lucri emergat, quidve egeris, quod si admirandum. Ait itaque. Nequaquã alligatũ dei est verbũ. Neq; eñ corporea res aliqua ẽ & sensibilis, vt ex corporis vĩculis hisce intercipiatur verbũ. Res sane diuina est: dei sermo, & nobis ligatis, solutũ est illud & liberum, percurritq; passim. Ecce & si ipsi astringimur vinculis scribendi tñ & ꝓdicandi fungimur munere. Vide ergo miraculum, aduerte quod inde lucrum emanet.

Non põt corporeis vinculis sermo diuinus intercipi.

Ideo omnia sustineo propter electos. Ecce & alium quendam in modum hunc consolatur. Neque enim meipsius hęc gratia patior, sed pro aliorum salute, neque vt ipse assequar, sed vt hanc sibi vendicent alij. Qui vero hi sunt? Dei nimirum electi. Si hos itaque deus elegit, cuncta ergo sunt vobis pro his toleranda.

Vt & ipsi salutem consequantur: quæ est in Christo Iesu. Vt salutem assequantur, & hi, quemadmodum & nos, qui pro eis iam patimur. Fit itaque vt beneficij vicissitudine ea res cõstet non gratia. Deinde ne quis forsitan illi obijciat, quid ais Paule, tibi in his tuis compedibus finienda est vita, & alijs salutis te causam fore nunc iactas? Non enim de corporali, inquit, salute nunc dissero, sed de ea quæ in Christo consistit, quæ recta & vera est & gloriosa. Vacat enim gloria corporis salus, vt ex sequentibus patet.

Cum gloria cœlesti. Non solum (inquit) vt salui fiant, sed quod præstantius est, vt nobiscum perpetuo & gloriam vendicet. Vnde etsi ignominiosa videntur hęc vĩcula, glo-
B riam tamen his qui electi sunt subministrant, & eam quidem cœlestem & sempiternam. Si itaque cæteris gloriam pariunt, longe magis & mihi, qui illis obducor, constringorque. Nulla ergo te mihi cura diuexet, quia malis afflicter.

Fidelis sermo. Cum ambigant de futura vita nonnulli & gloria, illud sedulo vsurpantes. Cum vitam hanc interea duco, certe mortibus trador. Cum vero mortẽ obiero tũc plane victurus sum & huiusmodi. Idcirco id dictũ affirmat, aitque. Fidelis sermo. Quid ille sermo? Quia gloriosam videlicet vitam sortirentur electi, & salutem perpetuam.

Nam si commortui sumus, & conuiuemus. Idipsum & coniecturis affirmat, tametsi superiꝰ rei huiusce, & signa protulerit & argumenta Memor esto dominũ resurrexissẽ a mortuis. Ostendit enim quemadmodum post mortem hic resurrexerat. Qualis ergo est illa Pauli asseueratio? Certe vt dicat si durioribus & mœstis in rebus illi socij sumus, in bonis vero & lætis nequaquam. Nec mortalis quidem hoc quispiam egerit, quanto magis nec deus: qui iustitiæ & bonitatis fons est. Mortem autem eam dicit, quæ cum per baptismum, tum per passiones multas, & tentationes subitur.

Qui fuerit Christi passionũ sociꝰ erit & consolationis.

Si sustinemus, & cõregnabimus. Neque eĩ sat est, vt semel quis morti se offerat, sed sempꝛ id agat necesse est. Inquit enim, quotidie morior. Est itaque, ĩquit, patientia opꝰ, vt queat quis euadere nobiscum, & eo euadere, vt regnum cœleste illud adipiscatur. i. Cor. xv.

Si negauerimus, & ipse negabit nos. Vel ab his quæ minus prospere cedunt sermonẽ confirmat. Non enim in bonis duntaxat, sed in malis etiam vicissitudo reprehenditur. Qui enim me, inquit, in hominum conspectu negauerit, & ipse hunc coram patre meo nega- Marc. x.
C bo. Attende itaque quid eum pati necesse sit, qui a Christo sit abnegatus. Lucæ.

Si enim non credimus, ille fidelis permanet. Si hunc resurrexisse non credimus nil prorsus ex nostra incredulitate hic læditur. Quippe qui nobis fatentibꝰ vel diffidentibus, verax sit & æternus. ix. & xij.

Negare seipsum non potest. Hoc est, fieri non potest, vt ille nõ sit. Neq; naturã habet, quæ id ip̃m nõ esse admittat. Sẽper enĩ & si hũc ipse negemus, perstat integer, nõ itaque in eũ vel cõfitẽdo vel abnegando iactura illa peruenit, sed in nosipsos malum non redundat.

Hæc commone. Ne quis forte existimet, necessariam esse istiusmodi Timotheo doctrinam, alios inquit ipse commonefacito, instrueque.

Testificans coram deo, noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Cum enim voluptatem habeat in se disceptatio, concupiscatque semper mortalium animus. Conquirere pleraque & de multis disserere, ipse, inquit, coram deo hoc obtestare, nec verbis contenderis, sed deum duntaxat in testem accipito, vt intelligant si te paruifecerint, quemadmodum ille sit eos iudicaturꝰ. Non enim solum nil prorsus proficit cõtentiosa huiusmodi disputatio, nec vllum allatura est fructum, quin plurimum est obfutura. Quippe cum audientium fides scrutando conquirendoque tandem euertitur, haud secus ac solet turris aliqua ferro & vectibus dirui.

Solicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem. Explicat quę

Vbique Paul' pudorē magnificat q ob xp̄i esset crucē & euangelium.

admodum effici probatior queat, si operarium scilicet inconfusibilem, hoc est cuiusuis notæ expertem & ignominiæ, videlicet si nihil cum ea facere pudeat, quæ ad pietatem facere videantur. Sic enim a domino ipso probabitur, si pro eo & subeat cuncta & peragat. Vbique Paulus pudorem hunc magnifacit, quia a multis ignominiæ Christi crux & patibulum ducebatur & euangelij ipsius præconium, & apostolos contēptui esse tanq̄ viles & tenues: vtpote qui vltima quæq; paterentur. Horum itaque inquit, nil te pudeat. D

Recte tractantem uerbum ueritatis. Et si plerique id verbum discerpunt, traducunt alio, tu tamen idipsum pertracta. Vel pertracta, inquit, hoc est dirige, & circumcidito inutilia quæq; & de me gladio sermonis & verbi, quæ ab euangelij sunt prędicatione aliena.

Basilius.

Prophana autem & uaniloquia deuita. Vbique Basilius prophanas vocū nouitates quasdam innouationes intelligit. Nonnulli vero περίισασο, pro valde insta, vt aliorum additiones inanes reddas, interpetantur, quod tamen secus habet.

Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut Cancer serpit. Violentum, inquit, hoc malum est. Quippe cui nec mederi quoquam pacto potest. Quidam enim vniuersa deuastant, nec corrigi possunt. Cancer siquidem morbus est, qui & circuniecta & propinquiora depascitur.

Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui à ueritate exciderunt, dicentes, resurrectionem iam factam & subuertunt quorundam fidem. Recte superius dixit multum proficiunt ad impietatē. Videtur autem id omne malum, in falso asserta a quibusdam resurrectione, consistere. Nam ex ea quā multa quæ probari non possunt, oboriuntur. Si enim (vt illi affirmant) facta est resurrectio, & futurum plane iudicium tollitur & retributio, & probi quidē & sancti doloribus sunt & malis affecti, improbi vero per luxum & delitias, pœnas luerūt. Quid ergo opus virtute erit, si istiusmodi sunt remunerationes? Nec omnium quidē dixit fidem, sed quorundam, inquinatorum videlicet, & nimis inconstantium. E

Sed firmum fundamentum dei stat. Quod inquit, tale est. Haudquaquam omnes peruersi sunt, sed infirmi duntaxat & inconstantes. Nam si non fuissent huiusmodi, minime cōcidissent. Quemadmodum neque Adam antequam laberetur; firmior erat. Qui vero bene fundati sunt: stabiles permanēt & immoti. Aduerte autem non secus esse fidei inhærendum, quam firmissimo alicui fundamento.

Habens signaculum hoc, cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Hoc est habens tanquam in lapide epigramma, & insigne aliquod insculptum, ex ipsis operibus rebusque gestis illi conueniēs. Nouit dominus, hoc est ab eo longe ante sunt cogniti, qui eius sunt sortis, & hi quidem idcirco sunt prælecti, ne cum putrescentibus illis corruant & inquinatis. Ab iniquitate, inquit, discedat, hoc est a dogmatum errore, vel a quauis plane iniustitia. Nam qui iniquior est, nec in fundamēto, nec in deo constiterit, non enim dei habet insigne, qui nequior fit & iniustus. Aduerte autem necesse fore, vt qui dei sit nomen inuocaturus, a re quauis iniusta abscedat, a qua qui nō declinauerit, nec dignus ✝ fideliter qui iure possit dominum inuocare, nihil enim decora est, vel accepta peccantis laus.

✝ *uidebitur.*

Eccle. xv nō est speciosa laus in ore peccatoris.

In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Quoniā multi q; mali in mundo versentur inique ferūt: idcirco apostolus reliquis omissis causis, vnam hanc aperit, inquiens. In magna aliqua domo vasa esse diuersa, hanc vero mundū esse, non ecclesiā dicit hoc loco, nam in ecclesia nihil vult ligneū esse, sed ex auro vniuersa effecta: quippe vbi & Christi corpus inesse constat, & prorsus careat labe. F

Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Aurea quidem, id est qui virtute sunt prædití in honorem. Lignea vero siue fictilia, id est improbi, & si non ad virtutem, & mundi tamen confirmationē & statū, vtiles sunt: vel ad dispensationes nonnullas maxime conferunt, vt Pharao, & cæteri pari improbitate homines.

ij.co.iiij

Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit uas in honorem sanctificatum. Vides q̄admodū vel aureum esse: vel fictile, nec naturæ sit: nec materiatæ necessitatis, vt asserunt Manichæi, sed nostræ voluntatis & animi. Quippe cum liceat cuique ex lignea illa sese vel fictili voluntate purgare, aureamque & argenteam reddere. Atqui Paulus cum fictilis esset, effectus est aureus, Iudas contra: qui aureus fuerat, est fictilis redditus. Dicet aliquis. Si a deo contemnuntur fictilia, cur alibi sic Paulus inquit. Habentes thesaurum hunc in vasis fictilibus? Ibi quidem de corporis natura disseruit, nam quemadmodum fictile vas præter lutum incoctum nil esse aliud constat, sic corpus hoc nostrum nil aliud est q̄ lutum calore animæ obfirmatum. Hic vero facit de voluntate animi mentionem.

Et utile domino. Ligna ergo vtilia erunt, quo ad mentem dominantis dei & nu-
A tum, qui omnes vult saluos fieri, & si (vt dictum est) videantur alioqui inutilia fore.

In omne opus bonum paratum. Perinde ac si dicat. Et si nondum tempus adsit aliquid operandi, erit tamen id saltem promptum, paratumque ad virtutis testimonium.

Iuuenilia autem desideria fuge. Iuuenilia desideria non solum fornicandi dicit cupiditates, sed absurdas quasque concupiscentias, siue dominandi quis trahatur cupidine, siue pecuniarum. Sunt nanque istiusmodi affectus insani, & mentis præferunt valetudinem. Siquidem vel senex ad iuuenilem redit ætatem, & stultior fit cum talia concupiscit. Iuuenilia desideria

Sectare uero iustitiam. Iustitiam pro quouis virtutis genere posuit.

Fidem. Id est, veram & stabilem, & in eos quos ames affectum: quasi dicat. Noli te perfidem & mobilem exhibere. Mox & ista subiungit.

Charitatem & pacem cum his qui inuocant dominum in corpore puro. Hoc est, illis solum cõ fide, qui non simulate, nec dolo dominum inuocant, qui pacifici sunt & minus contentiosi, cum talibus inquam versare. *Aliâs & cor*

Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Vide quemadmodum vbique hunc ab inquirendo & disceptando auertat. Nec eo quidem, quod minus confideret Timotheum alios posse refellere, sed quia prorsus videretur inutile huiusmodi certamen audire, quod prȩter contentiones & odia, nil in se boni haberet. Has itaque
B stultas nuncupat quȩstiones, cum alias esse non insulsas in sacris literis constet. Stultas q̃stiones nõ oẽs vitãdas esse.

Seruum autem dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Mansuetum id est benignum & facilem. Verum quo ergo pacto apostolus alibi, increpa eos inquit, cum omni prȩceptione & acriter, & nemo adolescentiam tuam contemnat: Quia vehemens certe est increpatio, & tunc maxime mordet, cum per mãsuetudinem & placabilitatem infertur. Possumus nanque placidioribus verbis longe facilius quempiam admonendo vrgere, & vt pudeat malefacti traducere, quam iurgio aliquo audaci & contumelijs.

Docibilem. Erga eos qui instrui volunt, & facilem ad docendum. Hæreticum vero cum semel aut bis commonefeceris, abigito. Infra. iiij.

Patientem. Id enim virtutis vel maxime assequi debent fideles, vt prauorum semper expectant conuersionem, habendusque his continuus & perpes sermo. Nec statim intercidenda oratio est, vt alijs proficiamus doctores. Verum attende quod sequitur.

Cum modestia corripientem eos, qui resistunt ueritati. Per iurgia nanque & contentiones nil boni perdiscitur. Est itaque præcipua quȩdam erga eum quem doceas seruanda modestia. Dicet aliquis: quo pacto poterit quispiam erga eum qui temerarius sit & contumeliosus, humanum se & mitem prȩbere? Quo pacto? inquis. Si eum, qui sit hæresi aliqua irretitus, post vnam itaque alteramque castigationem abegeris. Is nanque corrigi nequit, & insanabilis est. Verum hoc de his, qui nondum sunt desperandi quo minus aliqua restet ad sanitatem redeundi facultas, edisserit. Quod sane ex sequentibus patet. Titum. ij.

C *Ne quando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem fidei.* Forsitan, inquit, aliqua erit his emendatio. Ne quando autem illud incertis & dubijs prȩponitur rebus. Fit itaque, vt sit ab his desistendum, quibus mederi nõ potest. At hi, quorum in ambiguo est emendatio, in viam vt redeant tentandum esse. Aduerte autem quemadmodum ad humilitatem instituens nil prorsus ne quando queas adiecerit, sed ne forte his tribuat deus respicere. Quod si vel aliquid docendo profeceris, domini est, non tuum id mun⁹, vnde nec tibi est aliquo modo superbiendum. Itemque si cui quȩ recta sunt, faciat suaserimus, nequaquam nobis id ascribamus, perinde ac si nostra virtute id simus persuadendi munus adepti. Hæreticos & eos maxĩe q̃bus mederi non potest missos facito.

Et resipiscant à diabolo laqueis. Hæc non solum de ipsis dogmatibus, sed de rectiori viuendi modo dicta esse intellige. Quippe qui non solum dogmatum ipsorũ errore, sed vitȩ vitijs a diabolo irretiuntur mortales. Quo fit, vt qui quemadmodum si ducenda hæc vita falluntur, modestius sint, & benignius castigandi. nam vt passer si vel vna pedis parte comprehenditur, sub eius est potestate qui pedicam fixerit, ita & ipsi, si min⁹ vtroque pede, fide scilicet illaqueamur & vita, at solis prauis vitæ actionibus diaboli erimus ditioni subiecti. Simile.

Quibus captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Erroribus, inquit, innatant, sed capti a deo ad ipsius voluntatem, hoc est, dei. Forsitan enim ab ipsis procellarũ erroribus emer- Volũtas dei.

suri sunt tandem. Est autem dei volũtas, non solũ tibi credatur, sed vt recte ducatur hæc vita. Deducenda itaque recte vita, non de dogmate tantũ & fide Paulum hęc dixisse, intellige. Nonnulli tamen captiui illud tanquam a diabolo comprehensi, nec intelligunt, & ad eundem referunt quę subsequuntur. D

CAPVT TERTIVM.

Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Cum enim tunc temporis prauorum hominũ multiplex numerus redundaret, ne Timothei obturbaret ea res animum, prædixit illi quod Paulo superius dixit. In magna aliqua domo, &c. & nunc inquit, Vel in posterũ tempus istiusmodi futuri sunt homines, qui & Moysi temporibus scelerati fuere. Noli ergo nouum id ipse existimare, quando neque ad tuam vsque ętatem nequissimorũ hominum multitudo hæc determinabitur. Noli ergo id grauiter ferre, sunt nanque & molestiora hęc tempora & praua. Haud tamen quod dies ipsi sint mali, & temporum spatia (quæ enim inesse potest diei malignitas?) sed quia mala quæ interdiu obueniunt, diebus hãc indidere malignitatem. Et nos quidem in eam sententiam, tempora mala vel bona ex rebus ipsis dicimus & vsurpamus, quæ per hæc vel aduersæ contingunt vel prosperæ. E

Oĩm malorũ radix amor sui.

Erunt enim homines seipsos amantes. Statim malorum omnium caussam produxit in medium, quod in suis quisque magis prospiciat, quam proximi commodis. Ei nanque qui suiipsius duntaxat trahitur charitate, accidit sępe, vt nec ipse se amet. Nam quemadmodum solet & in membris contingere quorum cum vnum aliquod læditur, & reliqua lædantur necesse est, quod vtique & ædificia patiũtur. Sic dici & in ecclesia potest, qui proximum negligat, & ipsum se curet, sibiipsi officere.

Qui sic curat vt proximum negligat sibiipsi nocet.

Cupidi. Cum malorum explicasset radicẽ, & ramos sigillatim enumerat. Inter quos prior, & longe protentior, auaritia est. Nam vti ex charitate in alios vniuersa bona proueniunt, sic & mala ex priuato affectu, qui prorsus est a vera charitate seiunctus. Illa siquidem & amplissima est, & vbique redundans diffunditur. Hæc vero in angusto versatur, & in vno aliquo terminatur.

Elati. Qui in homines efferuntur.

Superbi, blasphemi. Horum nanque erumpẽte malitia, vel ad deum pertingit iniuria. Nam cum aduersus homines quispiam superbum se præbet, ac sibiipsi eius omne officium & recte facta, non diuinæ gratiæ imputat, tunc sane blasphemus hic redditur.

Parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace. Et iure quidem. Si enĩ deo maledicunt, quo pacto genitores venerabuntur? Qui vero parentes nil venerantur, nec illis obtemperant, vel in cęteros ingratos se pręstẽt necesse est. Qui vero istiusmodi erũt, & religione carebunt, & quouis scelere opprimuntur. Quandoquidem, quod debent nil seruant. Sunt pręterea sine affectione futuri. Quẽ enĩ hi colent, qui in se beneficos aspernantur & respuunt? Sine pace, id est qui nemini iuncti sunt amicitia, neque his quidem qui in se contulerint beneficia. F

Qui sibi nõ est boni cõscius omnes carpit.

Criminatores. Hoc est omnibus detrahentes. Qui enim sibi nullius est boni conscius, omnes vt inuidus carpit & criminatur, subinde aliquam suis malis medelam excogitat.

Incontinentes. Lingua scilicet ventre, & reliquis membris.

Immites. Vides ne quales nimia hęc suiipsius indulgentia, & cupiditas ipsa efficiat, vtque ex hominibus beluas?

Sine benignitate. Hoc est, bonorum omnium hostes. Id enim ἀφιλάγαθοι græca dictio rectius exprimit.

Proditores. Qui vel amicos & beneuolos prodant.

Proterui. Id est, instabiles, nil rati aut pensi habentes.

Tumidi. Hoc est, inflati, & tumentes.

Pietatis commendatio. Iacobi. ij. Roma. ij.

Voluptatum magis amatores quam dei. Id enim necessario sequitur, vt vbi mundanorum inerit oblectamentorum cupiditas, dei inesse amor vel desiderium nequeat.

Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Id est, figurã dũtaxat & vmbram præferunt pietatis & simulant, operibus vero hanc abnegant & abominantur. Aduerte autem pietatis potentiam, & vt ita dixerim, neruos in actionibus ipsis &

A factis prǽferri. Vnde & merito dicitur, Fides sine operib⁹ mortua est. Formā aūt & speciem Paulus alibi pro bono accepit, cum inquit. Doctor enim formā scientiǽ habet, hoc est, discipulis scientiam effingit & format.

Et hos deuita. Quæret aliquis, si nouissimis temporibus futuri sunt istiusmodi homines, cur Paul⁹ inquit istos deuita? Fieri enim potest, vt tales essent nonnulli tunc temporis, qui & si minus prǽstarent scelerum magnitudine, iniqui tamen & improbi sunt futuri, perinde ac si dicat. Vel hos ipsos deuita, qui vel hoc tempore istiusmodi reperiūtur, quemadmodum infert, ex his enim sunt qui penetrant. Vel posteros & nouissimos dies Paulus dicit, qui eius post obitum sunt obuenturi, quibus superstes futurus erat Timotheus. Vel quod verius est, & Basilius censet, sub Timothei persona cæteros commonefacit, vt eiusmodi viros deuitent. Basilius.

Ex his enim sunt qui penetrant domos. Horum impudentiam & vitam non liberalem & assentationes dolo refertas, quod alienas domos inuaderent, patefacit.

Et captiuas ducunt mulierculas. Non enim fallentes dixit, sed captiuas ductantes, vt quibus pro mancipijs vterentur. Qui enim decipitur, morem fallenti gerit. Aduerte autem quemadmodum mulieres, vel mulierculæ potius, facile circunueniuntur. Quo fit, vt si virorum seducitur quispiam, dici merito muliercula queat. Seduci muliebre est.

Oneratas peccatis. Delictorum multitudinem arguit & confusionem. Neq; enī simpliciter fœminas circunueniunt, quippe quarum non sit incusanda natura, sed eas seducunt, quǽ ingentem habent commissorum cogeriem. Nam qui nequaquam sibi recte factorum est conscius, improbissimo cuiquam dogmata decernenti obsequitur, & se cōsolatur, quasi nullas sit pœnas pro istiusmodi operibus luiturus.
B

Quæ ducuntur uarijs desiderijs. Id est, pecuniarum, gloriæ, luxu, decoris, ostenditque has turpes esse cupidines. Cum vero ducuntur, ait, belluarū has more deferri coarguit.

Semper dicentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Dicet aliquis, Venia ergo erunt hǽ non indignǽ? Nequaq̄. Quin potius nec parci quidē his potest. Siquidem & facinoribus sese obruerunt & libidinibus, obtusaque illarum est mens & obcæcata, vt pdiscere nequeant veritatem. Quod vitium illis non natura obuenit, sed voluntate.

Quemadmodum enim Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati euangelij. Magi quidē hi extitere temporibus Moysi. Verūtamen vnde istorum nomina accepit Apostolus, cum in sacris literis nullibi exprimātur? Nimirū vel ea auditu acceperat, vel spiritus sancti reuelatione cognouit. Par enim erat, vt Paulo essent hæc non incognita.

Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Cum enim quispiam mente infectus, & circa fidem inquinatus, improbus sit, necesse est. Dixit incipiens in corde suo, nō est deus. Vnde illud? quia corruptus erat & plen⁹ iniq̄tate. Sequitur ergo, quod mēs incorrupta fidē excipit. Cauendum est itaque ne & nos corrūpamur, & adulteremus, hoc pacto fidem. Magi tēporibus moysi.

Sed ultra non proficient. Quō alibi dicit, Proficient plurimū impietate, quia praua tūc dogmata inuasere, & alios circunuenire nil destitere, sed noua semper excogitabāt. Hic vero inquit, nequaquam hos dolos nectere, vt alios fallant, nec fore vt multos corrumpant, quin & si videantur circunuenire, tollerabiles sunt tamen futuri. Subdit itaque. Psal. liij.
C

Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Id est. Magorum Subinde inquiens, si dictis his fidem non adhibueris, disces quēadmodum cum Magis hisce actū sit. Hi nanque sunt prǽstigijs quibusdam, mira quǽdam ad deceptionē ǽdidisse deprehensi, cū Moyses æderet veriora. Vnde comprehēdi potest ad tempus aliquod breue fallacias istas florere.

Tu uero assecutus es meam doctrinam. Illi inquit, istiusmodi extitere, tu vero cum nostra admodum calleas haudquaquam talia esse cognoscis. Quippe qui non solum mecū versatus es, quin & meam es assecutus doctrinam, perinde ac si dicat. Diutius apud me commoratus, & animū rebus antehac per me gestis, haud dubie intendisti. Præbe te virum sic fidei hostibus aduersabere. Supra. ij.

Institutionem. Doctrinam quidem quo ad sermonem, dixit. Institutionem vero quo ad vitam & conuersationem.

Propositum. Id est, animum, promptitudinē, & virilem præsentiam. Neque enim verbis duntaxat enitebar, sed factis.

Fidem. Id est, vel in decernenda veritate, vel in adeundis periculis firmitudinem. Quǽ ne animo conciderem, effecit. Quin vt deo magis ac magis confiderem iri me aliquando liberatum.

Longanimitatem. Cũ hæreticis, ſcilicet magno obſiſterẽ animo, ita vt neq; his obſiſtẽ do indignatione eſſem & ira commotus, ſed per manſuetudinem, & placabilitatem exciperem omnia, & aduerſarios coarguerem. D

Dilectionem. Id eſt, charitatem. Quam vel in his obiurgandis pręferebam.

Patientiam. Quam ſcilicet in perſecutionibus ipſis perferendis præſtabam.

Perſecutiones, paßiones. Non modo, inquit, ab aduerſarijs perſecutionibus affligebar, quin & mala plurima ſuſtinebam, cum vtrunque illud pręceptorem obturbat, & hæreticos eſſe qui ſe perſequantur, & ab his perpeti quæ minus oblectant. Hæc itaque Paulus ita deſſeruit, & ab hæreticis ſe quam multis moleſtijs fuiſſe affectum eo affirmat, vt Timotheo tandem ſuadeat, conſtanti animo ſit, cum ab illis vrgebitur. Et ſuas demũ paſſiones commemorat, vt diſcipulum reddat fidentiorem.

Qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconiæ, Lyſtris. Antiochiam Piſidiæ dicit, Lyſtras vero quia inde eſſet Timotheus oriundus. Cur vero horum duntaxat meminit, cum & alibi multa eſſet perpeſſus? Nimirum vel quia Timotheo eſſent hæc notiora, vel quia his ipſis in locis nuperrime mala hęc toleraſſet. Aduerte autem quemadmodum nequaquam hæc ſigillatim commemoret. Quod eo facit, ne ad oſtentationem videatur hęc & iactantiam meminiſſe, quę ad diſcipulũ conſolandũ & confirmandum coactus conſcripſerat.

oſtẽtationẽ & iactãtiam vitãdas eſſe.

Quales perſecutiones ſuſtinui, & de omnibus liberauit me dominus. Duo quædam Timotheo demonſtrat, apprime neceſſaria. Et vt ad malorum tolerãtiam paratior ſit & nequaquã a deo ſe deſtitutum iri hæc tolerantem. Ait itaque, ipſe quidem quales ſum perſecutiones perpeſſus, & animo ſim in his ſuſtinendis promptiori & audenti, & exemit tamen me his omnibus dominus. E

Et omnes qui uolunt pie uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patietur. Vel id maxime valet ad conſolandum. Quid, inquit, de me ſolo hęc dixerim, cum omnes qui volũt in Chriſto Ieſu, & ſecundum euangelium vitam hanc ducere, perſecutionibus affligẽtur, neceſſe ſit. Perſecutiones autem hoc loco dicit, non eas ſolum quę ab infidelib⁹ inferuntur, ſed preſſuras quaſlibet & labores, quos ſubeunt, qui virtuti ſe addixere. Eſt nanque hæc vita ſecundum Iob, tentatio quædam, & quę anguſta incedit, & neceſſario præmitur.

Qui volunt hanc vitã ſecũdũ deum ducere, ꝑſecutionibus atteruntur. Iob. vij.

Mali autem homines, & ſeductores proficiunt in peius, in errorem mittentes & ipſi errantes. Nihil velim propterea obturberis, ſi in delitijs illi, in preſſuris ipſe vitam hanc degas, ſic enim fert, ipſarum rerum natura. Iniſti certamen, deſudes itaque neceſſe eſt. Eſt quidem plane inſulſum, quietem certando & otium quærere. Illi enim peruerſi & ſeductores & ſi videntur proficere, haudquaquam in melius prouehuntur, cum in erroribus eorum omnis cõſtet eſſe prouectus. Vt autem in peius illud quod dixerat, explicaret hos & in errores inducere, & errare ſubiecit.

Tu uero permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi. Ipſe, inquit, immobilis perſta nec prauis & malignis in rebus quempiam æmulaberis, nec eum quidem cui omnia proſpere ceſſerint. Non enim ſimpliciter didiciſti, vt qui ea quæ a nobis acceperas, & credita ſunt cum certitudine & fide perdidiciſti. Itaque ſi contra res euenire, ac inſtitutus es ipſe, proſpexeris, noli id moleſto animo ferre, quandoquidem & Abraham, & ſi audiſſet, in Iſaac vocabitur tibi ſemen, eundem tamen iuſſus, vt immolaret, nil tamen eſt obturbatus. F

Heb. ij. Gen. xxi. xxij.

Sciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti. Duas cauſas affert, quibus debeat ille immobilem ſe præſtare. Cũ quia nõ ab aliquo parui momenti viro, ſed a ſe Paulo ea didicerit. Quod perinde eſt dicere, ac ſi a Chriſto accepetit, tum quia nõ nuper aut pridie, ſed a paruis fuiſſet edoctus. Quaſi dicat. Irradicata eſt in te diuina ſcientia & ita, vt nequaquam ſit inſanum aliquod & ſtolidum facinus, vt ſubeas permiſſura, & qualia multi perpetiuntur. Nam qui ſacris literis fuerit, vt decet, inſtructus, nunquam accepto propoſito immutabitur. Sacras autem literas dicit diuina ſcripta.

Quæ te poßunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Non enĩ, vt exterior hęc eſt munda ſcientia, hominem ad fallacias, circũuentiones, & concertationes verborum erudit, ſic diuina illa nos inſtruit. Quin potius ad ſalutem inſtituit. Quam illam ſi quæras? Non ea certe quæ operibus conſtat & verbis, ſed quæ in Chriſto Ieſu fide cõſiſtit. Nam cum ſacra hęc ſcripta hominem in Chriſtum vt credat inducunt, ſalutem ei haud dubiam pariunt.

Hũana ſcĩa ad fallacias erudit, diuina ad ſalutem.

Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt. Quam multis explicatis ad cõſolandum hunc modis, nunc quæ maxima eſt conſolationem inducit. Eam videlicet, quæ ex ſa-

crarum literarum lectione affertur. Est enim triste aliquid illi denunciaturus, quod pro-
A pediem ei sit abeundum. Ne itaque animo concidat, vtpote qui præceptore sit paulopost se consolante priuandus. Habes, inquit, in meivicem scripturas, quæ & leuare te poterūt, & prodesse. Quęrunt nonnulli: Cur Paulus dixerit, omnis scriptura diuinitus est inspirata? Quod si ita est, ergo & gentilium scripta a deo suggesta sunt? Oportuit sane hos non ignorare quod superius dixerat, quod sacras literas nosti, nunc omnem scripturam dixisse. Quam illam? Nimirum quam ante expresserat, & de qua quod sacra esset, disseruit. Scriptura itaque omnis quæ huiusmodi est, & diuinitus inspiratur, vniuersis conducit, vt inferius demonstrabit.

Ad docendum. Prodest, inquit, quia nos instruit, quid sit perdiscendum. Nihil est enim quod nequeat scripturis dissolui. Nihil est quod scripturis nequeat dissolui.

Ad arguendum. Si coarguenda scilicet fuerint mendacia.

Ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Si necesse est, inquit, vt aliquid vel corrigatur, vel instruatur, hoc est ad iustitiam reddi continentem, & sobriū, & ea quę iusta sunt, exequi ex sacris literis id omne suppeditabitur. Emēdatio morū ex scripturis paratur.

Vt perfectus sit homo dei. Emendatio, inquit, ex scripturis paratur, vt nihil homini desit, qui secundum deum incesserit. Si itaque ipse integer fieri & pfectior cupis, sanusq; & semper æquabilis reddi, nec contrahi aduersis exoptas, nec psperis rebus efferri. Id enim præfert perfectionē & mentis æquabilitatem, has sacras literas cōsule cū mea carebis prę-
B sentia. Atqui si Timotheo spiritu sancto oppleto, de eiusmodi lectione conscripsit, quāto magis sumus & nos ad eā hortandi, qui spiritu hoc indigemus? Aduerte quemadmodum ni sacrę literæ opitulentur, integros nos & perfectos reddi non posse.

Ad omne opus bonū instructus. Non erit simpliciter bonorum est operum particeps sed instruct⁹, his ipsis, & absolutus. Neque vna aliqua in re erit ille pfectior, in aliis vero minime, sed ad omne opus quod rectum sit, & ad rem vnamquanque est ille instructior.

CAPVT QVARTVM.

TEstificor coram deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos ac mortuos. Etsi alibi Timotheum deterruit inquiens, pręcipio tibi coram deo, qui viuificat vniuersa nunc tamen magis horrendum reddit sermonem, cum iudicium illud recordatur, ait enim. Illum ipse qui pœnas est exacturus testem inuoco, quia neque ad te clam habui. Viuos ac mortuos vel peccatores dicit iustos, vel eos qui vita hac excesserunt, & qui tunc superstites deprehenduntur. Nonnulli vero viuos ac mortuos, animas ipsas & corpora intellexerunt. 1.Ti. vi

Per aduentum ipsius & regnum eius. Cum enim ille iudicium facturus aduenerit, cum imperio prodibit & gloria, non ea quam prius humilitate concesserat.

Prædica uerbum. Quod ipse testificor, vt verbum prædices, ne gratiam in occulto teneas. Quid vero nobiscum agetur, qui nil prædicamus?

Insta opportune & importune. Hoc est instando & iubendo eloquere. Nec intercisa, sed perpetua vtere oratione & continenti, ita vt nullum tibi ad prædicandum præfinitum
C sit tempus, sed opportune insta. i. in pace & ocio, cum in ecclesia pacifice nullo turbante versaris. Et importune. i. cum discrimine fueris, vel extra ecclesiam loquere, & euangelium ipsum edissere. Opportunitatē vero & importunitatem ad multorū dixit opinionem existimantium opportunitatem quietem esse importunitatem tempora periculosa & intēpestiua. Et rursum edocendi hoc mun⁹ obeundū in ecclesia arbitrātur, & opportunum ducunt, vt in ea euangelium prędicetur. Intempestiuum vero & nil opportunum, cum de ecclesia eiectus, id exequi velit. Vel aliter. Perinde ac si dicat, nihil vt homines delinqūt expectes, sed antequam facinoribus obstringantur, hos instrue. Vel opportune & importune, hoc est quouis tempore euangelium prędica.

Argue. Videlicet cum id videris necesse fore, & cum delinquentem deprehenderis, vel vt delinquat futurum, nihil te subtrahas.

Obsecra. Vel mitioribus & supplicibus verbis vtere, ne quis in facinus prolabatur.

Increpa. Vbi aliquem deliquisse compereris, & castigaris, se minus desistat, mox increpa, perinde ac si dicat. Quibusuis modis enitere, vt mederis peccanti. Omnibus modis enitendū vt medeatur peccanti.

In omni patientia & doctrina. Est nanque haud temere de his & mox desperandum, qui praua commiserint, sed vel precibus est insistendum, vt desinant malefacere: vel doctrina vt tandem resipiscant, admonendi. Et in omni patientia, hoc est in quouis patientię genere & quæ ita præstetur, vt omnibus modis eluceat, tam operibus quam verbis & gestu.

Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. Prius, inquit, hos quam eant præcipites corripe, eoque & superius dixit, opportune & importune id est quousque hos habeas obsequentes, quouis modo enitere. D

Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros. Temerariam & inconsultam præceptorum turbam cum coaceruabunt inquit, hic patefacit, quod a vulgo hi congerentur, qui nullis nititur rationibus, sed vt animus tulerit inconsiderate defertur. Et eos efferũt laudibus, & eligunt præceptores, qui suis fauẽt cupiditatibus, ipsorumque ad gratiam cũcta & voluptatem differunt, & exequuntur.

Prurientes auribus. Hoc est, aures dũtaxat oblectantes. Homines autem istiusmodi deliniti, quę iuuent semper & minus contristent, audire percupiunt.

Et à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertantur. Vides quemadmodũ non ignari a veritate aberrent, sed scientes & vltro decipiantur. Nã auersis inquit a veritate auribus, conuertuntur ad fabulas. Quo fit, vt malum id voluntarium sit. Hæc autem intulit, non vt in segnitiem inducat discipulum, sed magis suadeat vt temporis sui facilitate & otio recte vtatur. Et si illud obtigerit, a xp̃o in eã sententiã denuntiatũ eius affligẽdos esse discipulos, & irrupturos aliquãdo lupos rapaces, ferat id animo ęquiori.

Mat.x. Lucæ.x. Actorum xx.

Tu uero uigila, in omnibus labora. Vides quemadmodum eo hęc illi prædixerit, vt vigilandum iniungeret, perinde ac si dicat. Priusquam corruptionis huiusmodi & malorũ tẽpus adueniat, & lupi irrũpãt, labori incũbe & libẽter insuda, vt oues in tuto cõstituas.

Opus fac euangelistæ. Ergo illud erit euangeliũ p̃dicantis negotiũ, vt a seipso & vltro, tũ ab his qui forinsecus sunt, mala perpetiatur, & labores excipiat non inuitus. E

Ministeriũ tuuũ imple. Sobrius esto. Tunc enim cuiuspiam cum officio ministerium adimpletur, cum opus impositum exequendum, tolerat mala, & operando insudat.

Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Non enim immolor dixit, sed delibor. Quod sane præstantius est. Siquidem haudquaquam immolationis sunt, ad deum omnia referuntur, libationis vero vniuersa.

Quæ sit ĩter imolationẽ & delibationem differentia.

Bonum certamen certaui. Dicet aliquis, cuius rei gratia magna de se quędam nũc Paulus iactat? Non enĩ hæc iactandi gratia intulit, sed vt discipulũ cõsoletur, ne ei9 ob p̃ximum a vita excessum dolore & mœstitia afficeretur. Quandoquidẽ optimũ esset vitæ finem iam habiturus decessurus propediẽ ad coronas, & palmã. Queadmodũ enim pater aliquis ferme iam moriens vt filium sibi assidentẽ & mœstum soletur, his vtitur verbis. Fili parce lachrymis, desine me obiturum deflere, recte enim & vitã duximus, trophæa ereximus, & plurimis sumus potiti victorĳs, pro quibus & magnas nobis debet gratias imperator, cedentque tui in admirationem & gloriam res per me gestæ. Haud sane dubium quin genitor ille hæc in suam laudem dixerit, vt mœrentem filiũ cõsoletur, vt leuius ferat eius decessum. Sic dictis his Paulus & Timotheum per epistolã tanquã testamento aliquo lenit, solaturq; inquiens, Bonum certamen certaui, itaque idipsum, & tu factites velim, & certamem vt subeas istiusmodi. Dicet aliquis. Num Saule cum catenę tibi iam insint & vincula, boni aliquid inesse certaminis poterit? Etiam, inquit. Est enim Christo per me initum certamen, quod vinculis astringor. Nam & qui pro bonis hisce mundanis decertant, multos cõterunt sese exercendo & insudendo dies, & vno ac breui momento victores referunt palmam. At Christi athletas certantes, præmia quædam perpetua maneat & clara. Videor itaque certamen bonum certasse, quod & iocundũ est & decorum. F

Qui pro mũdanis decertant momentaneã mercedẽ accipiũt, q̃ vero p̃ cœlestibus æternam Ro.xv.

Cursum consummaui. Quid ni cum ei abũde euangeliũ prędicãti a Hierusalem vndequaque ad Illyricum vsque ad decursum est, & ita decursum, vt multa intercideret impedimenta, mortes scilicet incidiæ, & alia pleraque aduersantia? Nec sec9 ac igneas allas habet, quam multas regiones prædicans incredibili celeritate peruasit.

Fidem seruaui. Erant enim quã multa quę fidem hanc intercipere conarentur, cum cõminationes & mortes, tum vbi hęc parũ valeant, ad gratiã & voluptatẽ promissa. Ipse tamen furem quũ maxime cauẽs, vigil & excitus, istiusmodi vniuersis reluctabatur.

De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Satis hęc sane quæ dicta sunt, ad consolationem facere videbantur. Verum hoc loco & pręmia adıcit, vt magis ac magis discipulum excitet, & confirmet. Neque enim dolendum est (inquit) quandoquidem coronã sum accepturus. Per iustitiam autem vnumquodque virtutis genus vel hoc loco designat.

Quã reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Neque enim dabit, inquit, sed reddet tanq̃ debitum aliquod nõ minus sit recepturus. Quippe qui iustior sit mercedẽ omnino decer

net laboribus. Fit itaque vt vel debita corona hęc sit ob iudicis æquitatem.

A *Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.* Hoc loco vel ipsum excitauit Timotheum, dicens. Si omnibus, longe magis & tibi. Verum quis hunc aduẽtare desiderat? Is nempe, qui pro huius aduentus dignitate se gesserit. Quo fit, vt qui ea non egerit, nihil videatur & iterato ad nos ille se conferat cupere: sed potius id detestari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania autẽ græce eo aduentus dicitur, quia superne apparet, & cœlitus oritur. Præter hunc vero vniuersalem aduentũ siue apparitionem, vt græci dicunt, est & alius quidã, quo & seipsum his p̃bet visendũ, qui sevt visant merẽtur. Nõ mũdo, q̃admodum & alibi dicit, ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Aduẽtus dñi bonos lætificat, terret iniquos. Duplex aduentus. Ioan. xiiij

Festina ad me uenire cito. Cur ad se Paulus reuocat Timotheum, pręsertim cum credita esset & demandata Ephesina ecclesia, & genus id omne Ephesiorum? Nimirum quia & vinculis coercebatur, & in carcerem fuerat a Nerone coniectus. Nec ad Timotheum licebat ei accedere, & ideo Romam hunc ad se reuocat, cupiens forsitan prius quam mortem obiret, complura illi committere.

Demas enim me dereliquit, diligens hoc seculum & abijt Thessalonicam. Non enim dixit vt te visam antequam moriar, ne illi mortem afferret, sed quia solus sum destitutus, nec quẽpiam habeo ad euangelium diuulgandum adiutorem. Accelera ergo tuum ad nos reditum. Verũ quid sibi vult illud diligens hoc seculum. Id quidem perĩde ac si dicat, quietem & otium abiens ille adamauit & in tuto esse decreuit. Maluit enim domi per delitias viuere: quam mecum periclitari. Et hac in re solum hunc videtur arguere, cum tamẽ

B cohortari nos potius velit, ne in periculis remollescamus, quam hunc criminari, quinetiam vt Timotheum ad se celerius trahat, id dixit.

Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Hos quidem nil carpit apostolus: Titus siquidem inter præstantiores erat, & inter admirabiles viros connumerandus, ita vt huius curæ fuerit Creta insula demãdata. Hi itaque duo non seculi huius cupiditate, vel alia quæuis necessitate, sed prædicandi gratia alio se contulerunt. Creta demandata Tito

Lucas est solus mecum. Is nanque sic Paulo ipsi adhæserat, vt ab eo nunquam discederet. Idem præterea & Euangelium & Apostolorum acta vniuersa cõscripsit, de hoc ita & Paulus meminit dicens. Cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias.

Marcum assume & adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. Non in otium dicit, sed in euangelij ministerium. Apostolus nanque & si vinculis erat constrictus, prædicãdi tamẽ id munus non intermiserat, eoq; & Timotheũ nõ sine causa reuocat, sed euangelij, vt nihil fideles sui obitus tẽpore obturbarentur, cum multi essent ex discipulis affecturi, qui turbã & tumultus si qui forte oborirentur sedarent confirmarentque, qui eius mortem ferrẽt intolerãtius. Erat ei necesse vt magni essent momenti viri quibus Roma demanda

Tichicum autem misit Ephesum. Solus itaq; derelinquor, quo cir- ... rẽt in curã. ca necessarius est tuus ad me aduentus.

Penulam quam reliqueram in Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros. Penulã .i. vestem. Hanc enim deposcit, ne ab alijs exigere indumenta cogatur. Vbique plurimum cauit, ne aliorum ope indigeret, aut cuiquam oneri esset. Nonnulli vero arculam hanc esse

C dicunt, qua libri reconderentur. Verũ quid libris indiguit, qui propediem esset ad deum demigraturus? Vt illos nimirũ fidelibus post suã mortẽ relinq̃ret, quos sui loco haberẽt.

Maxime autem membranas. Hi forsitan libri vtiliora quędam in se continebant.

Alexander faber ærarius multa mala mihi ostendit. Huius autem meminit tentationis & mali, non vt hunc carpat, sed vt Timotheo suadeat, magno animo ferat aduersa: quæ ab infimis & vilioribus ingeruntur. Plerique enim cum a præstantibus viris vexantur, fortiter tolerant, quia diuexantium magnitudo soletur. Ab his vero aliquid perpeti, qui & tenues sint & abiecti, angere magis & vrgere videtur, ideoque & Paulus inquit. Multa mihi mala ostendit, hoc est admodum me oppressit & varijs modis. Accedit præterea, quod hi qui nullius sunt precij, nec vlla sunt insigniti virtute, cum aliorum de se iudicium negligunt, vbi aliquem cœperint diuexare, nil prorsus de sua malignitate remittũt nec parcunt ei quem semel vt perdant aggrediuntur.

Reddet ei dominus secundum opera eius. Confide. Non enim impugne hæc illi procedent, sed reddet dñs id est redditurus est. Quod Pauli dictum vaticinij potius obtinet locũ, quã execrationis & voti. Non em̃ id dixit, vt aliorũ deposcat supplicia, quippe qui sanctitate polleret, sed prædicationis necessitate compulsus, vt comprimerentur qui interciperent prædicantem. Quod sane vel hos admodum consolatur, qui imbecilliores sunt

& in fide nondum obfirmati, credentes nullam habere impunitatem peccata.

Quem & tu deuita. Non pœnis hunc, inquit, & supplicijs afficias velim, presertim cũ vel id facere illi per spiritus sancti gratiam licuisset, sed declinandum ab eo secedendum que præcepit deo item remittens & pœnas. D

Valde enim resistit uerbis meis. Id est, obsistendo oppugnat prędicationis meę dicta.

In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Rursum & tentationes & alias pressuras enarrat, vt longe magis discipulũ consoletur. Prima defensione. Quã illam dicit? Hanc scilicet. Nam cum primum esset Neroni illi sęuissimo adstitutus, mortem euasit, & ita vt eo ex tempore prędicandi sibi esset facultas. Sed cum instruxisset ad fidem, quem Nero vini habebat domi pręgustatorem, mox ille vasania furens, & Paulũ coniecit in carcerem, & paulo post ei caput pręcidit. Timiditatem prætendit, cum omnes se deseruisse fatetur, acsi perinde diceret. Vel familiares & domestici prodidere, & quanuis sum consolatione priuatus. Ipse ergo si quando fueris medijs in malis ab omnibus destitutus, eandẽ adhibe ad te consolandum medelã, qua ipse sum in tempore vsus.

Paulus a nerone occisus.

Non illis imputetur. Vides quemadmodum his, vel grauiter delinquentibus, veniam impartitur. Quos cum haberet familiaritate coniunctus, se tamen destituissent. Non enĩ æque ab alijs paruifieri nos stomachamur, ac cum a notis & domesticis ipsi contẽnimur. Precatur tamen id facinus minus his in peccatum ascribi, tametsi summum sit scel', & non negligendum, sed enim animaduersione & supplicio dignum.

Dominus autem mihi astitit. Ecce & alium quendam in modum discipulum consolatur, affirmatque se qui sit ab hominibus derelictus, a deo non deseri, nec permittit, vt graue aliquid molestumve patiatur. E

Et confortauit me. Hoc est, fidentiorem me fecit, & fiduciam mihi largitus est, neque vt conciderem animo, ille permisit.

Vt per me prædicatio impleatur. Aduerte ĩmensam viri huius humilitatem. Non enim inquit, quasi huius sim muneris dignus, eo mihi & vires deus suffecit, sed vt euãgelij impleatur per me prędicatio id est conformetur. Vel vt absoluatur, & finem habeat, nec secus mecum agatur si euangelium illud absoluero, ac agi solet cum his, qui eo mortem deuitant, quia regijs sint insignibus communiti.

Et audiant omnes gentes. Hoc est, vt cunctis celebrior fiant', & notior prædicationis hęc gloria, & quod mihi prospexit deus, omnibus innotescat.

Neronẽ vocat Paulus leonem.

Et liberatus sum de ore leonis. Hoc est, Neronis. Leonem enim hunc nominat, ob eius imperij robur & magnitudinem. Vel forsan ob eius sęuitiam. Non enim longe a morte tunc abfuit, cum primo in fauces incidisset leonis.

Et liberabit me ab omni opere malo. Tunc quidem me inquit a corporis morte exemit postquam vero satis iam prædicauero hunc hauddubie spero non modo mea corpora hac internitiõe liberaturum, quippe qui delibandus iam sim, sed vel ab omni opere malo, hoc est, omni peccato, perinde ac si dicat. Nequaquam me sinet in morte hac toleranda flaccescere, sed adusque sanguinem vires suppeditabit obsistẽdi peccatis. Quod sane haud secus dixerim, ac si feri & sensibilis leonis, faucibus commolerer. Est itaque hæc salus longe maioris existimanda, quam prioris illa, qua mortem euaserat. F

Aliàs cõmoleret.

Et saluum faciet in regnum suum cœleste. Hoc est, ex omni me ille delicto eripiet, & ibi tutabitur. Id enim est in regnum cœleste saluum reddi, cum in hac vita mortem pro Christo obimus. Ait nanque. Qui in hoc mundo animam oderit suam, in vitam seruabit ęternam. Erit ergo vera hæc salus, cum in cœlesti regno fulgebimus.

Ioan.xij.

Cui gloria in secula seculorum, Amen. Ecce nunc haud secus filio gloriam quam patris & laudem impartitur, is nanque dominus est.

Saluta Priscam & Aquilam. Hi sunt qui Apollo illum excipientes edocuerunt, ad quos Paulus ipse diuerterat, & quorum frequenter meminit. Pręponit autem fœminam viro, id est Priscam Aquilę, quia & fidelior erat & firmior. Hęc enim Prisca & Apollo simul ad fidem instituit, & apostolum frequẽti excepit hospitio. Iubet autem vtrosque saluere, vt suam in hos præferat charitatem.

του ἀπολλω.

Et Onesiphori domum. Hoc est, quos domi habet. Ipse nanque Romę erat, & Pauli curam, carcere & vinculis detenti, susceperat, vt dictum est. Ex huiusmodi autem impartita salute facit hos prõptiores, vt suum Onesiphorum in pręstandis obsequijs imitãtur.

Erastus remansit Corinthi, Trophimum uero reliqui infirmum Mileti. Cum in superioribus nullam horum mentionẽ fecisset, nũc meminit, arguitque se vndiq; destitutũ vt Timo-

A mox cogat ad se redire. Miletum vero Ephesi erat propinquior loc⁹. Potest itaque cõiectura intelligi Paulũ Romã versus nauigantẽ. Mileti hunc reliquisse. Siue cum prius Romam venisset, deinde ad eas se partes contulerit, nil habeo certi quod asseram.

Festina ante hyemẽ uenire. Cũ enim undique deseror, ut perspici licet, omni studio tuum ad me accelera reditũ. Nec prius q̃ moriar (inquit) accedito. Id nanq; mœrorẽ illi afferret. Sed ne hyeme interceptus adesse nequeas, nec me visendi habeas facultatẽ. Id enĩ subintelligi debet tametsi minus expressit.

Salutant te Eubolus, & Pudens, & Linus. Hunc Linum ferũt nonnulli post Petrum Romę secundum fuisse episcopum.

Et Claudia. Vides quemadmodum & fœminæ in fide essent ardentiores, & mundo iam crucifixę. Atqui nulla in re inferius est fœmineũ genus, virorũ cõditiõe, si modo velint ad bonũ eniti. Nã & viros in vitę huius negocijs plurimũ iuuãt, vtpote quę domus curam suscipiunt, qua viri dempta paratiores redduntur, siue ac ciuilia procurãda, siue ad exequendũ quæ spũs sunt, & spiritalibus in rebus. Exercendaque continentia, pleræque potiores sunt viris, ad decusque ipsum & sctĩmoniã p̃ferendã, tolerãdaq;, ieiunia ac cõmodationes. Ita vt nil deniq; sit q̃d muliebre id gen⁹, si se virtuti addixerit, ĩterpellet.

Nõ est fœmineũ gen⁹, si se virtuti addixerit, ad pleraque bona exequenda minus aptũ q̃ virile

Et omnes fratres. Horum neminem nomine exprimit. Nam cum maxima esset fidelium multitudo, illos dũtaxat nomine explicat, qui & clariores essent, & humanarum rerum omnem iam euasissent cupidinem, & spiritus ardore pollerent.

B *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.* Nil (inquit) doleas quod sim abs te abscessurus, dominus nanque tecum est. Nec tecum dixit, sed cũ spiritu tuo. Duplex est itaque opitulatio, & gratiæ spiritus, & dei qui huic faueat. Quin illud præterea patefacit. Tunc quidem nobiscum futurum dominum, cum spiritum ipsum apud nos asseruabimus, nihil hunc per nequitiam repellentes.

Gratias uobiscum, Amen. Eidem demum precatur, vt deo in perpetuũ placeat, apud eundemque & gratiam assequatur. Nam quemadmodum qui imperatoris assiduo vtatur conspectu sitque & illi pergratus, nil potest omnino quod molestum sit perpeti, sic & si ab amicis deserimur, dei modo nos gratia muniat, subire malum nequibimus. Quod sane fieri haud aliter poterit, nisi & ipsi ea facere connitamur, quę deo sunt grata. Et quẽadmodum domi hi sunt seruorũ gratissimi dominis, qui illos rectis operib⁹ magis oblectant, sic nostrum quilibet apud dominum illum communem inuenturus est gratiam, si ea animo & cogitatione versabit, quæ illius sunt, cui in sęcula laus & gloria sit.

Si nos gratia muniat nihil q̃d molestũ sit subire poterimus.

Argumentum in epistolam ad TITVM.

Titum commonefacit & instruit de constitutione presbiterij, & de spirituali conuersatione, & hæreticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credũt, scribens ei à Nicopoli.

C

IN EPISTOLAM AD TITVM THEOPHYLACTI PROLOGVS.

Titus hic cum probitate cæteros anteiret, qui cum Paulo uersarentur idcirco & Cretæ maximæ insulæ i episcopũ electus & consecratus præficitur, & tã multi sibi episcopi, & iudicandi & consecrandi sunt crediti. Nunc itaque (& ut suppleret quod cuique forte deesset) tanquam probatissimo uiro per hanc epistolam demandatur. Quam utique Paulus prius illi conscripsit, quam uinculis coerceretur, cum animo quietior esset & ocio abundaret. Non enim ullas his literis pressuras commemorat. Arbitror præterea epistolam hanc prius fuisse conscriptam, quam ad Timotheum superior hæc scriberetur. Quippe quam, morti cũ esset propinquior, scripserit. Facit itaque hac in epistola frequentius de gratia mentionem quæ nobis saluti fuit. Satis existimans ad consolationem hanc ualituram. Nam qui secum reputat quis antea extitisset, & quibus sit postmodum donis dignatus, & gratia quali affectus, studebit enixius nil cum ad iracundiam concitare, qui de se fuerit tam benemeritus. Inuehitur etiam in Iudæos, quorum si uniuersum genus, & respuit, & detestatur, nil mirum, nõ enim tanquam maledicus & detractor hos improbat, sed immenso dei amore & zelo ductus, id facit. Quemadmodũ & Christus pharisæis indignabundus exprobrat multa, nõ sui gratia, sed quia alios perderent. Perbreuem autem scribit epistolam, ut uel ex ea Titi perdiscamus uirtutem, uirum enim tantum ut confirmaret, haudquaquam lõgiori opus erat oratione, sed hunc ut paucis admoneret.

Titus Cretæ ẽpus.

Malos plerũque corripimus non q̃a spem meliores fore, sed ne alios perdant.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS *seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi.* Diuerse Paulus D suum nomen imponit epistolis. Nunquam enim dei seruum, vel dei se apostolum asserit. Nunc vero contra, quippe qui nihil internosceret a filio patrem differre, nec a patre filium.

Secundum fidem electorum dei, & agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatem est. Multipliciter poteris id intelligere. Vel quia apostolus sum, vt per me qui electi sunt, credãt, vel quia vt apostoli munere fungerer, sum non meis vllis officijs destinatus, sed quia ita a deo sit visum, vt mihi eius electi, vel prędicanti præbeant fidem. Quo fit, vt id omne eius sit gratia factum qui mihi euangelium credidit. Nec quia dignior sim, sed electorum ob causam hãc ipse dignitatem accepi. Proinde vt ad hæc aliquid etiam per nos opere conferendum esse demonstret, & agnitionem veritatis adiecit. Perinde ac si dicat. Quia euangelij veritatem cognouerint, eo & illud mihi credẽdum est. Quin potius nec a nobis ea cognitio prodijt, sed ille causa est, vt hanc assequamur. Nam prius ipsi cogniti sumus, deinceps & nouimus. Vel quia vt cęteri electi, & ipse iam credidi, & veritatis adeptus sum notionem. Ad rerum autem Iudaicarum differentiam veritatis adiunxit. Illa quippe haudquaquã sunt vera, nec penitus mentiuntur, sed figuram quandam & vmbram præferunt veritatis. Cunque & nos electos appellat, Iudęos euertit tollitque. Qui & si aliquando alicuius E momenti fuere, haudquaquam de cætero huiusmodi sunt. Veritatis pręterea cum dixisset, quæ secundum pietatem est, statim adiecit. Est nanque & in opificijs ipsis veri cognitio, videlicet vt agri colendi modum siue lignariam artem quis optime calleat. Non tamẽ de huiusmodi veritate sermo habetur, sed de ea quæ in pietate consistit.

Non oĩs veritatis sed eius q̃ secũdum pietatem est cognitio nobis in beneficiũ cedit.

In spem uitæ æternæ. Cum iam explicauerit quibus nos beneficijs affecerit deus, nunc & quæ in futurum sit largiturus, enarrat. Et hæc sane veritatis cognitio in maximum nobis beneficium cedit. Quippe qua simus vanis erroribus liberati, & pro eadem illa nos deus vitæ sempiternæ condonat. Infert igitur. Quia eum cognouimus qui veritas est, vitam speramus ęternam. Vides quemadmodum initio statim dei commemoret beneficia, vt Titum ipsum, vel potius quos Titus instrueret, deo de nobis tam benemerenti placere vt studeant, faciat promptiores. Cum vero in spem, inquit, vitæ ęternæ, Iudæis spem adimit, & velut inanem reddit, qui præsentem haberent in pręmium vitam.

Nõ ob id sumus fidem consecuti q̃a Iudęi respuerunt sed quia pręelecti.

Quam promisit qui non mentitur deus ante tempora sæcularia. Si enim illum haudquaquã scimus mendacem, confert plurimum quod pollicitus est, vel post obitũ ipsum. Hæc em̃ inquit, superne prædestinauit, nec prædestinati hunc pœnitebit, neque ob id quia Iudæi non secum senserunt istiusmodi est nobis præmia collaturus. Sed quia sic est diuina mente conceptum, & summa ille vel ante sæcula affectus est erga nos charitate. Est sane ingenuitatis nostræ argumentum non mediocre, quod ab æterno tanto sit hic amore nos prosequutus.

Manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione. Ne quis forsan id quærat. F Cur deus in his conferendis, quæ ante sęcula prædestinasset, tanta est vsus dilatione? Subdit itaque id quidem dispensationis gratia egit, & vt tempore suo id faceret. Suis autem dicit temporibus, pro debitis scilicet & congruentibus. Verũ quid ille manifestauit. Verbum videlicet suum .i. euangelium. Quomodo? In prædicatione, hoc est aperte & fidẽter. Qui enim prædicat, nec quippiam addit nec demit, sic & ipsi ea nunc prędicamus, q̃ sunt nobis iniuncta. Ita tamen vt exaudiri nos ab omnibus liceat, quemadmodum dixit & Christus. Prædicate supra domus fastigia, vt cum ex modo ipso tum loco eius doctrinæ apertam synceritatem commendet. Manifestauit autem, inquit, eius verbum, vt ostendat cuncta euangelium amplexari, vel ea quidem quę nobis sunt in pręsentia collata, pietatem videlicet fidem & veritatem, & in futurum perpetuam vitam. Nonnulli vero verbum filium ipsum intellexere.

Matth.v. Lucę. xij.

Quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei. Quæ, inquit, prædicatio mihi est demandata. Si res igitur ita se habet, nequaquam debeo quę indigna sunt deo sentire, qui mihi hanc demandauit, nec aspernari aut grauiter ferre, quod mihi est creditum. Et hęc quidem secundum pręceptum mihi est credita prędicatio. Hoc est velim, nolim, vt hanc exerceam necesse est. Quæcunque enim vt fiant, cogit necessitas partim ex aliorum fiunt mandato, partim aliena exhortatione perficiuntur. Reconciliare nanque fra-

A tri tuo iubentis est dictum, quod qui non egerit, pœnas luet. Illud vero vende substantiam, & qui potest capere capiat, adhortantis est, & qui minus id exequetur nequaquam est tormentis obnoxius. Mihi itaque iniuncta ex præcepto est prædicatio, hoc est, vt id agam necesse est, & væ mihi si non euangelizauero, quod sane necessitatis est, non primatum concupiscentis. At cuius mandatum, hoc est pręceptum? Saluatoris nimirū dei. Ille itaque qui vult saluos nos fieri deus, hęc ipsa iniunxit. Cur ergo salutare id opus nō solum subministret? Mat.v Marc.x. Lu.xviiij.

Tito dilecto filio. Potest nanque & filius dici, nec tamen dilectus. Vt quispiam qui & si Christianus sit, fornicator tamen est, & auaritię deditus. Filius, quia per baptismum regeneratus, nequaquam vero dilectus, quia indignus est patre.

Secundum communem fidem. Cum Titum filium appellasset, & patris in mortem hūc suscepisset, delatum tamen sibiipsi honorem imminuit, inquiens. Nil ampli⁹ ego sum, quā ipse quod secundum fidem habeas, āssecutus. Est enim hęc vtrisque nostrum communis, per quam nobis & genituram peperimus. Cur ergo filium hunc dicit? Nimirum vel vt sui amoris erga eum præferat magnitudinem, vel quia hunc ipse baptismi aqua perluerit. Cum igitur eadem vtrique sit fides, fraterno & mutuo vinculo cōnectuntur. Et quia Titum Paulus baptizarit, huius & pater nuncupatur. Itaque cum secundum, inquit cōmunem fraternitatem prætendit.

B *Gratia, misericordia, pax à deo patre, & domino Iesu Christo saluatore nostro.* Vel fraternam ex hoc coniunctionem ostendit, cum inquit, deo patre, & Titum excitat, vt cuius sit filius recordetur, quod dei videlicet. Aduerte autem, quæ vel idiotis, & sæcularibus bona pcetur, eadem hunc episcopo & doctori precari. Quippe cum his pcipue diuina gratia egeat, qui multis oneribus vrgeatur, nec minus & misericordia, vt qui multis esset malis obstrictus & pace, vt qui perturbationibus & innumeris certaminibus vexaretur. Op⁹ itaque vel per vnum aliquod, quod recte gesserit, cœlos episcopum promereri, & ob semel malum commissum facinus, deferri ad inferos.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas. Vt enim vel multorum in domibus quę fuerint administranda, partem singuli sibi desumunt & peragunt, sic & hi sibi diuersas sunt mūdi plagas ad fidem instituendas partiti. Et ea tamen in re omnes operā intendebant, quod sane hoc loco designat, cum inquit, reliqui te Cretæ. Tanquam ipse illo relicto, alio prędicandi gratia concessisset. Aduerte autem quemadmodum nihil hūc pudeat ad discipulum scribere, vt ea suppleret, emendaretque, quę fuissent ad se intermissa. Ad communem nanque vtilitatem intendebat & commodum, nō propriis honoribus prospiciebat. Nec minus illud attende, quemadmodū quæ laboriosa essent & plena discriminis, per se ipse exequebatur. Quę vero vel gloriam essent vel laudem allatura, discipulo demandabat. Episcoporum dico institutiones consecrationesque, & huiusmodi quæ cerimoniis indigent. Partitio discipulorū Christi. Cōis vtilitas facit epm multa intermittere.

Et constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. Presbyteros hoc loco episcopos dicit, sicut & in epistola ad Timotheum prędixerat. Instituit autem vt ciuitatib⁹ i.Ti.v.
C singulis, singuli perficerentur episcopi. Neque enī volebat insulam vniuersam vni episcopo demandari, sed vnamquamque vrbem proprium habere pastorem iniunxit, existimans hoc modo leuiorem fore toleratu laborem & diligentius hos populum curaturos Mat.vi.

Si quis est sine crimine. Si vitam scilicet duxerit inculpabilem, & quæ nequeat criminis incusari. Si nemo (inquit) huius carpserit viuendi modū. Si enim lux (ait) tenebrę sunt, tenebræ quantæ erunt. Luce.xi.

Vnius uxoris uir. Vt hæreticorum ora occludat, nuptias obtrectātium. Vel eum qui vxorem habeat, in episcopum suscipi. Nam a deo honorabile coniugium est, vt vel ex eo possit ad sanctam illam episcopatus sedē ascendi. Vt aūt incontinentes & luxuriosos castiget, vel (inquit) vnius sit vir vxoris episcopus, & iure quidem. Nā qui erga primā & vnicam nulla sit charitate affectus, quo pacto poterit ecclesiæ pręfici? Et cum necesse sit vt culpa vacet episcopus, bigamus sane binis vxoribus vsus, nequaquam erit nō criminandus, tametsi ex humanis legibus nil forsitan criminis videatur obnoxius. Heb.xiij. Bigamus licet crimini non sit obnoxius, ordinari non debet.

Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Qui enim non recte proprios instruxerit liberos, quo pacto ad ea quę rectiora sunt instituet alienos? Quod vtique ex eo perspicuum est. Nam si ab ineunte ætate diligenti cura filios educasset, nequaquā inobedientes euasissent, & contumaces. Nec simpliciter dixit, non incontinentes, sed qui nihil prorsus luxuriæ incusentur, nec prauæ sint conscientiæ.

Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem. Quonam hic pacto crimine vacabit, si infideles, & dissolutos habeat liberos? Is nanque quem proprie domui deus præfecerit, locum obtinet dei. Necesse est itaque vndequaque hic sibi ac suis diligenter prospiciat caueatque ne in facinus aliquod prolabantur. D

Non superbum. Qui enim exteriori hoc & mundano potitur imperio, inuitis imperat, eoque & in eos pro suo arbitratu superius dominatur. Episcopum vero qui volentibus præsidet, nequaquam decet imperiosum se præstet, & insolentem, vel pro eius arbitrio & subditis aliquid peragat. Id enim tyranni factitant.

Non iracundum. Superbiam sequitur iracundia. Oportet itaque vt ab hac etiam caueat. Nam quo modo alios instruet, ab eiusmodi animi perturbatione abstineant, qui se non castigat.

Contumaces terrendi.

Non uinolentum. Hoc est non contumeliosum, & conuitiatorem. Quid enim est conuitiandum? Siquidem deterrendi sunt potius contumaces gehěnæ comminatione, quam contumeliis, & probro afficiendi.

Non percussorem. Nec manibus (inquit) nec verbis acerbioribus intempestiue quěquam offendat episcopus.. Est enim hic medici loco habendus qui mederi vulneribus debet, non exasperare.

Non turpis lucri cupidum. Hoc est vt plurimum pecuniarum præ se ferat contemptum, necesse est. Est nanque quodcunque lucrum episcopo, vel si iustius sit indecorum.

Sed hospitalem. Non modo scilicet hunc vt alius quæstui habeat, decet; quin & sua in excipiendis hospitibus conferat, oportebit. E

Benignum, prudentem. Benignum appellat, qui humanitate sit & modestia præditus, & nulli inuideat.

Continentem. Id est purum.

Iustum. Qui nullius personam vel præferat vel habeat acceptiorem.

Sanctum. Qui scilicet piũ se erga diuina exhibeat, & deo debita reddere nil desistat.

Sobrium. Non modo qui invictu sit parcior, sed tam linguæ quam manibus, & pronis ad lasciuiam oculis imperet. Qui enim se talem præstiterit, vere est continens.

Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Hoc est prouidentem & id habentem negocii, vt sermoni innitatur, qui fidelis sit, hoc est verus nõ qui opinationibus & argutiolis proferatur. Vnde & secundum doctrinam intulit, arguens hunc vel sine externę huius & mundanæ sapientię adminiculo, instruere alios posse, non enim turgentibus verbis est opus, sed sacrarum scripturarum peritia, & altioris intelligentiæ virtute & sensu. Ex his nanque doctrina, qualis & Pauli fuit prouehitur.

Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Hoc est vt domesticos & familiares tuetur, stabiliatque. Quo fit, vt qui nec suos in fide valet, nec seruare cõfirmare & confutare aduersantium dicta nil nouit, & omnem sensum captiuum in Christũ obedientiam ducere, falso episcopi fungatur officio. Atqui vel in subditis vel in inferioribus poterit quispiam cæteros omnes inuenire. Quod tamen maxime episcopum exprimat, præferatque, doctrina est, & aliorum instructio. F

Sunt enim multi inobedientes, uaniloqui seductores. Cum inobedientiam dixit, omnium expressit malorum radicem, nam qui obtemperare alteri nolit, nec pati imperium potest, sed alios magis, vt pręsit inuaserit, nec recti quicquam, nec sani se didicisse se profitebitur. Qui vt ab aliis instruatur, nil sustinet, is sane & vaniloquus est, & deceptor, qui cum seipsum, tum alios fallat.

Mat. xxiii Lucę. xi

Maxime autem qui ex circuncisione sunt. His quidem & dominus præsidědi exprobrat, cupiditatem, qui vel post fidem susceptam, id morbi nil omiserunt.

Quibus dolabris nititur diabolus domum dei euertere.

Quos oportet redargui. Hoc est valde sunt obiurgandi, & ita vt eorũ ora intercludãtur. Dicet aliquis. Quid inde obuenturum est lucri, si his contumaces cũ sint & rebelles, indicatur? His quidem prodesse nil poteris, sed aliis plurimũ, qui possent ab his corrũpi & inquinari, si conticeret episcopus. Pro his enim & rationem est redditurus. Idcirco continendi sunt & frenandi. Qui vero id facere nequit, nec episcopatus dignitatem assumat.

Qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Vides quemadmodũ cum ad inobedientiam & ipsa accesserit habědi cupiditas, & turpe lucrum, vel domos ipsas euersum iri. His enim vectibus dęmon & dolabris nititur, vt dei domum euertat.

Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. Quęri potest, Cur Paulus a Græcis productum testimoni

A um laudet, præsertim cum illud haudquaq̃ recte proditum extitisset? Et quis prętereа dicti huius author fuerit? Epimenides sane is est, qui Gręcorum omnium fuit, qui sapientes sunt habiti, mordacissimus, & rebus væsanis, & detestabilibus carpendis, admodum intendebat, & ita vt vera prædicere, et vaticinari sit visus. Itaque conspicatus Cretenses & tumulum Ioui excitasse, & hunc haud secus ac mortalem aliquem venerari, concitatus mox est de patriæ zelo, & istiusmodi Iouem affatur. Tibi Iupiter Cretenses mendaces & ventri addicti & malæ bestiæ, tumulum extruxere, tu vero haudquaquam mortem obisti, sed viuis perpetuo. Nunc itaque verba hęc Paulus, quibus ille in Cretenses est vsus, vera esse testatur, cum repetit. Dicet aliquis. Quid ergo erat gentilis hominis testimonio opus? Ita quidem. Sic enim illos pudere cogebat cum eorum nequitiam Græci philosophi & coniunctissimi testimonio exprobraret. Consueuit enim sic facere Paulus, quemadmodum & apud Athenienses, dum interea concionaretur arā professus est, quā illi ignoto deo dicatam asseuerarent, veri esse, & eius quem contineter is prędicaret. Solent enim omnes ex proprijs & cognitis argumentis conuinci. Sicut & apud Iudæos disputans prophetarū testimonijs vtebatur, non euangelij. Idipsum facit & deus, cum singulos hisce ex rebus trahit ad sui cognitionem, quibus & insueuerunt magis & credūt. Quemadmodum & Magos per stellam ad se traduxit, & Saulem per vaniloquam illam, cui fidē præbebat. Et vaticinatores per boues, qui arcā traherent, non quod hi vera prædicerent, sed vt proprio ex ore illos coarguat. Quinetiā & Balaā sint & benedicere & vaticinari. Solet enim ea semper promittere, quę nobis sunt profutura. Quęret aliquis, Cur ergo Christus & Paulus ipse prohibendo dæmones coercebant, ne quid de se testificarentur? Quia satis erant ad persuasionem miracula quæ per se ædebātur. Quinetiam vel cū seipsum Christus vt fateretur & prædicaret, facere satis is videbatur.

Epimedides Græcorū mordacissim⁹.

Act. xvij. Ara ignoti dei.

Mat. ij. i. Regum xxviij. i. Re. vi. Nu. xxij. Lucæ. iiij. Act. xvi.

B

Quam ob causam increpa eos dure. Cum itaque, inquit, mendaces sunt, quod vtique dolus prætendit impudentesque & ventri dediti, acriter sunt & durius increpandi, quādoquidem nil his prodesset benignitas. Nam quemadmodum si mansuetum quis & natura modestiorem vehementer incessat, deperdit, sic sane, qui impudenti & immiti blanditur, corrumpit, quippe qui nequaquam sinat hunc blādiendo, superius habere cognitionem. Hoc autem loco non alienos dicit, sed domesticos esse coarguendos.

Vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis. Erit enim id salutiferum cum nihil quod adulterinū sit vel externū & accersitum, in fide induxerint, quę vel sola potest per se salutem afferre, mortiferum vero si contra egerint. Duplices itaq; fabulas res Iudaicæ pręferunt. Tum quia intempestiuæ sunt & inutiles, tum quia in illis intenditur, officiūt plurimum. Vt igitur nihil est fidei fabellis præstandum, ita neque per hos vlla his erit fides præstanda. Nam etsi veteris testamenti volumina sanctitate sunt, si recte intelligantur, oppleta, ita vt nec dici fabulę possint. Quid ni? cum ab his ad euangelij veritatem instruimur, expositiones tamen, & quæ in posterum sunt a Iudæis peruerse interpretata, fabulę sunt & commenta, quod plane ex sequentibus patet.

Et mandatis hominum auersantium se à ueritate. Vides ne quid esse fabulas dicat hominū

C scilicet mandata, veritatem refugientium? Sicut cum in Esaia, tum in euangelio scribitur, & reliqua item cuiusmodi sunt escarum obseruationes, vt in sequentibus clarius innotescent.

Esaię. xxix. Mat. xv.

Omnia munda mūdis, inquinatis autem & infidelibus nihil est mundū, sed coinquinatæ sunt illorum & mens & conscientia. Non enim pro earum natura vel mundę vel immundę res sunt, sed pro eorum voluntate, qui illis vescuntur. Nam qui puriores sunt & fideles, cum cuncta pro mundis habent, vt quæ a deo sint condita, flagitia duntaxat immunda duxerint. Nam si nonnulla lex contineret immunda, & ab his cauendum iuberet, haud temere id faciebat, sed vt luxum iudęis & delitias interciperet. Nihil tamen ignara haudquaquā aliter hos sibi, qui ad gulam essent & ventrem propensiores, fuisse obtemperaturos. Si vero impuri sunt, qui immundis in cibum vtuntur & infideles, his plane erunt vniuersa immunda. Quid ita? Quia pisces plerunque humana carne depasti, puriores his videbuntur, qui superuacanea ista conquirunt. Gallinacei vero pulli, quod fimo vescātur & sordibus immundi. Fit itaque, vt mens inquinatior de his male existimans, quę nobis, sunt in esum creata, sibiipsi stulte ista confingant, immunda, cum suapte natura nequaquam sint. Nec secus agunt istiusmodi homines, ac solent, qui affecto sit stomacho cum cibos & si suauissimi sint, insuaues tamen existimant. Nec minus & capitis vertigine laboranti, terra circunferri videbitur, cum firmior & stabilis maneat. Est enim morbo huic ea

Simile. Vertigo capitis.

annexa suspitio, vt omnia volutentur in gyrum. Hoc sane morbo & Manichæi laborant & Marcionistæ & hæretici omnes, qui nuper ab his prodiere, quos Galatas appellant. D

Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & increduli & ad omne opus bonum reprobi. Vides ne quidnam immundos & sordidos reddat? Opera scilicet facere

Iacobi.ij. inquinata. Est sane & sine operibus demortua fides, est & horrori qui mortuus est, & quauis in re & reijcitur & improbatur.

CAPVT SECVNDVM.

T*V autem loquere, quæ decent sanam doctrinam.* Et si nullam dictis tuis adhibeant fidem & reprobi sint, tu tamen quod tua interest facito. Nihil obticeas, sed verba ede, vel si minus his vacent auditores, nec exequantur quę dixeris.

Senes ut sobrij sint. Cũ ætatis vitio senes tardiores sint obliuiosi & torpidi & admodum difficiles: eo ĩquit, & sobrij sint,

Senes quales. id est exciti & in his quæ dei sunt perspicatiores & diligẽtes.

Graues, pudici. Sapientes & graues viros, pudicos & castos dicit, ꝙ mentis integræ sint. Sunt nanque ex sensibus furibũdi nõnulli & rabidi, & plane demẽtes plerique vino, multi desperatione & animi pusillitate concitati.

Sani in fide, in dilectione & patientia. Senioribus præcipue iniungitur tolerantia. Nec immerito, vt quibus atra bilis summis insideat naribus, & minimis obturbentur. E

Anus similiter in habitu sancto. Aniculas dicit, vel ex gestu ipso, & habitu debere præ se decorem & modestiam ferre. Nonnulli vero quæ in ecclesia ministrandi munere funguntur has esse dicunt, quas vel ex ipso amictu deposcit, vt sanctitatis præferant decus, id est quę sacris congruant ministerijs.

Non criminatrices, non uino multum seruientes. Cum enim natura frigidior sit ipsa senectus,

Senectus vini cupidior. vini cupidior est. Cui cum nequeat vt imbecilla obsistere, mero obluctante peruincitur. Nec sane ab eo quod hauserat moderatius, sed & animo abundanti superatur. Quocirca ad alios criminandum sunt aniculæ procliuiores.

Bene docentes. Quo pacto alibi dicit. Mulieri vt doceat non permitto? Ibi quidẽ de communi doctrina & instructione sit mentio, quæ in ecclesijs exercetur, & hæc ferme fœminis interdicitur. Hic vero eam commemorat, quæ domi apud mulierculas & seorsum habetur, quod ex sequentibus sic se habere intelliges.

Vt prudentiam doceant adolescentulas, ut uiros suos ament. Non domesticas modo & filias

i.Timo.ij. sed reliquas omnes, quæ iuuenili florent ætate, vt viros ament, doceant. Perinde ac si dicat. Singulę anus adolescentiorem erudiant, vt viri amore detineantur, vt thori coniugalis & vinculum præstet, & domestica bona præcellant. Quod sane si fiet & bona reliqua subsequentur. Augebitur em̃ & res familiaris, & pecunia abundabit. Vt contra, si vxoris in virũ sustuleris charitatem, vel si pręsto sint, & vbertim affluant oĩa, in nihilum facile dilabũtur. *Filios suos diligant.* Mulier em̃ quæ radicem, hoc est virum dilexerit, longe magis & fructus, hoc est filios ipsos, amore prosequetur non mediocri. F

Continentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, proprijs subditas uiris. Quæ em̃ virum dilexerit, castam se & puram mente præstabit & corpore, id est aliorum virorum cõcubitu & appetentia abstinebit, & domus curam habebit, hoc est optime rem domesticã dispensabit, quippe quæ ob viri beneuolentiam diligentissime rem familiarem curabit, nil prorsus vel luxui vel superuacaneis sumptibus & ornamentis intenta. Cui enim poterit alteri morem gerere, quę ei quem plurimum amet, toto animo obsequatur? Aduerte autem (vt apostolus, qui semper nos a rerum pręsentium cura disiungit) nunc sedulo vt domi res bene curentur hortando insistit, vt eam ostendat, quę domi se recte gesserit, & in spiritalibus profecturam.

Ne uerbum dei blasphemetur. Vides quemadmodum prę cęteris prædicationis curam susceperit, non rerum pręsentium. Si enim fidelis mulier infideli cohabitans, nequaquam virtute sit prædita fidei nostræ hauddubie per impios maledicetur, & blasphemia omnis in fidem & execratio recidet.

Iuuenes similiter exhortare, ut sobrij sint. Adolescentibus quidem fœmellis anus instituẽdis præposuit. i. mulieribus mulieres. Iunioribus vero Titum, videlicet viris. Vbiqꝫ em̃ apostolus decorem & honestatẽ tutatur. Quid vero inquiet aliquis. Ad continentiã cohortãdi sunt hi? Quia ea pręcipue ætate ex voluptatibus ignis emanans, iuuenes ipsos infestat.

A qui vtique & restinguendus est,& castitati studendum.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. Erudiant,inquit, aniculæ adolescentulas ,& ipse iuniores instruito, ea lege , vt in communem doctrinam & virtutis exemplum tua sit vita, tanquam speculum aliquod & imago exposita,bona cupientibus contemplari,quæ illi inerunt.

In doctrina, in integritate,in castitate. Ne scilicet corrupta sint & falsa quæ doces,sed integra,& a recta ratione prodeuntia.

In grauitate. Vt nil scilicet habeat tua instructio quod nouum sit & insolitum,& insipientes offendat,sed cuncta & religiosa sint,& pro dei dignitate deprompta.

Verbum sanum & irreprehensibile. Hoc est , orthodoxum,quod recta sentiat,nec habeat quippiam quod possit coargui. Verbum orthodoxorum.

Vt his qui ex aduerso, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Aduersantem vel diabolũ dicit,vel alium quemuis qui illi inseruiat.

Seruos dominis suis subesse in omnibus placentes. Fit itaque,vt qui sub continentiæ & castitatis prætextu a viris vxores seiunxerit , & dominis subduxerit seruos , reprehensione non careat.Nanque & causam præbet amplissimam, vt maledictis fides hęc nostra & religio laceretur,& in ea carpenda omnium ora patescant.

Non contradicentes,non fraudentes,sed in omnibus bonam fidem ostendentes. Aduerte quemadmodum vel ea a mancipijs exigat,quæ omnium apprime sint dominis grata. Videlicet

B vt iussui nil contradicant,sed quod iniunctum est, mox exequãtur. Vt nihil furetur vel subtrahant, sed fidos se præstent . Hæc enim domini qui vitæ huius bonis incumbunt, diligentissime curent assequantur. Seruorũ genus plærunq; petulans & improbum.

Vt doctrinam saluatoris dei nostri ornent in omnibus. Enimuero si tales se præstiterint serui, Christiano nomini gloriæ erunt. Nam gentilis aliquis conspicatus tam bene a Christi sectatoribus substitutum,quo pacto poterit christianam doctrinam non obstupescere, qđ tanti sint,vt vel seruilem animam quiuerint emandare,& ad rectiora traducere?Est enĩ, nescio quo pacto,seruorum genus petulans , nequam & improbum. Quia nec recte sint & liberaliter educati,sed a dominis semper neglecti,nec sub ratione proborum hominũ veniant & libertate fruentium, nec libere sunt vel enutriti vel instructi . Itaque & alibi Paulus hunc in modum eosdem haud temere commonefacit. Tanquam deo seruientes, non hominibus.Si enim hero morem optime gesseris,honos tamen deo defertur, cuius ob gratiam te tam morigerum exhibes. Eph.vi. Coll.iij.

Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus. Cum multa & magna exegisset a seruis,quod ex eorum videlicet vita virtute prædita,& domini doceretur doctrina,ostendit nũc quemadmodum merito ab his ista deposcat. Nam & in his ipsis,etsi seruili conditione sint,saluatoris apparuit gratia Quandoquidem omnibus apparuisse hãc dicit hominibus , quibus multorum facinorum & gratis concesserit veniam. Quocirca debent sane & hi ad dei gloriam tam bene de se merentes,& vitam ducere impollutam.

Erudiens nos:ut abnegantes impietatem , & secularia desideria. Ex his pręterea ad verecũdiam

C hos ipsos compellit,perinde ac si dicat. Deum quidem instructorem iam nacti , quo pacto non & vitam agere pro eius dignitate debetis ? Siquidem eius in nos beneficium nequaquam hacten⁹ progrediens terminetur, vt missa fecerit per vos olim commissa,sed in futurum etiam tutiores nos faciat quos plerunque idcirco castigat,vt in reliquum cõtinenter viuamus cum primum impietatem omnem reijcimus & mundi cupiditates, quas obnegando toto animo ad deum nos esse cõuersos significamus . Impietatem autem deorum cultum appellat,& dogmatum prauitatem. Mundana vero desideria auaritiam dicit & luxum , & reliqua quæ cælum minus pertingunt , sed cum hoc mũdo & proficiunt & dissoluuntur.Ob id igitur & Christus aduenit, vt impias opiniones penit⁹ abnegemus,& vitam scelestem, & ita vtrunque toto animi affectu odio prosequamur.

Sobrie , & iuste , & pie uiuamus. Cum sobrie dicit , non modo luxuriæ,sed & cæterorum indicit vitiorum abstinentiam . Nam si pecunias concupiscas , ducere vitam sobrie non videris.Quin eo eris incõtinentior,quo istiusmodi auaritię morbus nullum ducit a natura ortum . Et demum a quocunque vitiorum genere quis deuĩcatur incontinens erit, & minus sobrius.

In hoc seculo. Pręsens enim hoc sęculum certamen habet, futurum vero & pręmia.

Expectantes beatam spem , & aduentum gloriæ magni dei:& saluatoris nostri iesu Christi. Ecce quemadmodum in pręmium sit secundus Christi futurus aduentus,qui vere beatissimus

Duplex aduentus xpi , primus humilis,secũdus ĩ gloria: prim⁹ gratiam confert secundus pręmia.

erit. Recte autem gloriæ dixit. Nam duos asserit Christi aduentus. Quorum prior (vt dictum est) gratiam habuit, & veniam peccatorum, humilisque & abiectior fuit. Secundus D
vero retributionem est cuique pro meritis allaturus, & cum gloria maiestateque patefiet, vt in euangelio sic dictum esse iam satis constat. Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Verum vbinam gentium sunt, qui filium ipsum imminuunt, nec deũ fateri hunc patiũtur? Audiant nunc quemadmodum & deus sit ille: & magnitudine præstet, quæ magnitudo dei esse asseritur. Non vt cum inferiore aliquo comparetur, sed quia magnus sit ille & præstans. Qui & si aduersarios & sibi infensos saluos fecit: quid ille nõ nobis adueniens si probos deprehenderit, daturus est?

Et dedit seipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. Vel id quidem eius est cum potestatis, tum magnitudinis argumentum: quod sese pro nobis tradiderit. Nec ea quidem ratione vt hunc redimat illum vero nequaquam, sed vt omnes & a quauis eximat prauitate. Est itaque nobis redemptio hæc precibus deposcenda.

Et mundaret sibi populum acceptabilem. Per baptismi lauacrum, & diuinorum ipsius & purgantium præceptorũ operationem & virtutem: populum & puriorem efficit, & familiarem & acceptabilem reddit. Quod enim latine acceptabile ĩterpretatum est, περιούσιον Græci & significantius dicunt. Perinde populus is exprimatur, qui circa domini sui substantiam procurandam, & opes versetur. Tanquam præcipuus vnus ab Hero electus, qui nihil cæterorum sit similis.

Sectatorem bonorum operum. Hoc est acceleratius ad virtutem proficiscentem, præferentemque ad bonos sectandos æmulationem & zelum, proculdubio ardentissimũ. Ad E
deum itaque redemptio spectat, ad nos vero vt opera rectiora sectemur.

Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Prius, inquit, loquere & exhortare, id est leniter instrue, deinde redargue. Nec quidem simpliciter, sed cum omni imperio, hoc est cum acrimonia multa & audentia. Nam cum essent Cretẽses ad bonum difficiles, vt duriorem se & acrem aduersus hos præbeat, mandat. Sunt autem pleraque, quæ austeritate non indigent, sed monitis tantum & persuasione vincuntur: vt cum dicimus, contemnendas esse pecunias. Nonnulla vero quæ acerrima egent castigatione, quemadmodum adulterium, furta, auaritia, & magicę artes.

Nemo te contemnat. Cum ĩportune scilicet austerũ te exhibueris, obiurgãdo memineris derisui. Vt cõtra solet, qui minus necessario tẽpore alios increpãdo incesserit, paruifieri.

CAPVT TERTIVM.

Obedientia erga principes

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Vbique statuit vt se principibus subdant, ostenditque & qui debeat in ea subiectione haberi modus, hic scilicet, vt ad opus bonum quodcũque seipsos subijcere, paratiores sint. Vnde perspicuum est eos qui ad malũ sunt prompti & expediti, principium iussis minus obtemperare. Itemque non ad impietatem vel eiusmodi aliqua, quæ officiãt aĩæ exequenda vel si principes ipsi iniũgant, parere hos iubet.

Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos. Quinetiam F
moneas velim, vt neminem maledictis incessant, nec eum quidem, qui factitet mala. Est enim necesse, vt a quouis cõuitio os nostrum ĩmune seruetur. Quod vel si iure infertur, nil tamen est nostra alios iudicare. At si iniuria? Licet prospicere, quam summum ex eo nobis impendet discrimen.

Ro. xiiij i.cor.x Iudicare de pxio. Lu.xxiij

Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Siue Iudæi sint scilicet, siue Græci, siue mali fuerint, siue iniusti, qui iniuriam inferunt.

Eramus enim aliquando insipientes, & increduli, errantes, seruientes desiderijs, & uoluptatibus uarijs. In ea quidẽ, quam ad romanos conscripsit epistola, ex rebus futuris, ne alios iudicẽt, perterrefacit. Qui videtur stare (inquiens) videat ne cadat. Hic vero ex præteritis continentiores hos facit, hoc modo. Non enim libet vt alios incessando ipsi cõuitiemus, qui olim in peiora prolapsi delinquimus. Quod item & latro noxio alteri obijciebat, ꝙ eodem crimine esset, quo ipse obstrictus. At quãdo insipientes nos fuimus? Nimirũ ante xpi aduẽtum. Nam quo pacto non dici insipientia debet, dijs & idolis inseruisse? Quõ non error ingens mortalibus immolare? Accedit etiã ꝙ desiderijs voluptatibus, varijs operam dedimus, & nepharijs facinoribus obstringebamur. Verũ hoc loco furibundã & detestabilem in pueros libidinem, & cũ matre inita connubia, & cum sorore incestus, Paulus taci-

Detestabilis libido in pueros

te detestat, & alia fœda facinora, pinde ac si dicat. Sic varijs modis nobis illusit diabolus.

A *In malitia & inuidia agentes, & odibiles odientes inuicem.* In malitia, hoc est, odio & liuore degentes assidue, & hęc fere pro vita ducentes. Quo fit, vt digni odio simus qui mutuo nos inuicem odio prosequamur. Odio uero & liuore rectius dicit, cum ab inuidia cõstet odium prodijsse.

Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei. Cum incarnatus scilicet est vnigenitus, & similis nobis effectus.

Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Hos (inquit) saluos effecit, non ex operib⁹ quę ipsi fecerimus, id est neque iustitię sumus opera executi, neque salutem ex his nobis peperimus.

Per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum. O quam ipsi eramus nequitia & improbitate offusi, vt purgari his nequiremus, nisi denuo nasceremur. Id enim præfert, cum per lauacrum regenerationis & renouationis subiungit, hoc est, secundo nos nasci & creari oportuit. Nam quemadmodum domus præ vetustatæ iamiam collapsura, cum instauranda est nobis, nullis hanc sustentaculis obfirmamus, sed diruimus funditus, vt nouam ędificemus. Sic deus non aliquid nobis inędificauit, sed denuo condidit & per spiritum sanctum. Et ne id quemadmodum egerit, quęras. Spiritus (inquit) vniuersa cõfecit. At vnde id liquet? Quia hunc in nobis abunde effudit. Fit itaque, vt nos per hunc non modo iterato condiderit, sed eundem nobis effuse sit impartitus, vt vel ex hoc, quid spiritus valeat, innotescat. Nam vt nos ille purgauit, & spiritu statim affluenter oppleuit, purum enim qui purior est, non impurum inuadit. Hæc autem per Iesum effecit. Hic enim & intercessor est, & bona nobis vniuersa largitur.

Baptizari, est denuo nasci

Spũs vniuersa confecit.

B

Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ. Rursum per gratiã dicit, non dubito, iustitiam esse nos assecutos. Quod sane ad humilitatem instituit, quippe cũ nihil nostra virtute effecim⁹, quinetiam ad optime de futuris sperandum inducit. Nam si per gratiam nos saluos fecit, quibus spes omnis salutis abscesserat, longe magis iustitiam assecutos, bonis illis futuris donabit. Vt hæredes (inquit) efficiamur, quemadmodum & spes est vitæ perpetuæ, vel quia iam simus, quo ad spem ipsam hæredes effecti.

Fidelis sermo est. Et de his uolo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse qui credunt deo. Perinde ac si dicat. Indubitata sunt promissa cęlestia. Itaq; cũ dei ineffabilis meminisset benignitatis, velim (inquit) vel de subsequentibus his teipsum admonitum, vt discant fideles, non solum humiles se præbere, nec beneficia, si qua contulerint, exprobrare, sed & alios commiserari. Nam qui nouerit quantam ipse sit in se dei misericordiam consecutus, in alios sese clementiorem præstabit. Vt curent (inquit) id est opere & studio assidue adnitantur, iniuriam patientibus opitulari, siue viduæ sint, siue parentibus orbati. Et summatim vt dixerim, indigentibus vniuersis prospicere. Id nanque designat, cum inquit. Vt curent bonis operibus pręesse, neque operiantur adiri se ab egenis, sed ipsi vltro illorum suscipiant curam.

C *Hæc sunt bona & utilia hominibus.* Cura videlicet istiusmodi & bonorum operum pręfectura. Vel ea ipsa quæ recte geruntur, recta sunt & admodum profutura.

Stultas autem quæstiones & genealogias, & cõtentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uanæ. Sultas & inutiles dicit, cuiusmodi sunt quæ Iudæi fidelibus iactanter obijciũt & proponunt, cum a maioribus suis patriarchis & prophetis progeniem repetunt, & in his gloriantur, quę tamen & declinanda esse iniungit. Non enim sunt opera necessaria omittenda, vel tempus incassum & vanis sermonibus altercando, & nihil profitentibus conterendum. Quid enim potest his in contentionibus esse profectus? quibus nemo in domino captiuus comprehenditur? Quęret aliquis. Quo pacto superius aduersantium iniunxit, vt ora occluderentur? Tũc quidẽ hos frenandos induxit, cum alijs obsunt, & dũ loquendo inficiunt. Nũc vero sic ait, vt prodesse his queas, eorum est tibi vitãda cõsuetudo. Quippe cum nil prorsus ex tua conuersatione proficerent, qui corrigi penitus nequeunt.

Sultę genealogiæ vitandæ.

Cap. ij.

ij. Tim. ij.

Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia peruersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit suo proprio iudicio condemnatus. Quo pacto alibi dicit, ne forte illos deus ad pœnitentiam ducat? Ibi quidem facit de his mentionem, qui emendationis spem aliquam pręferunt. Hic vero incorrigibilem dicit hęreticum, & vndequaque adeo plane distortum, & tam varijs & multiplicib⁹ modis implicitum, vt sese nequeat his ex

Quandiu mali emẽdationis spem aliquam prę ferunt, nõ sunt oĩno vitandi.

plicare, sed per se sit condemnationi adiudicatus, i. qui nullam habeat sui erroris excusationem. Quippe cum nec illud possit prætendere, sese a nemine fuisse admonitum, vel D
ad veritatem instructum, qui & admonitus sit, & optime institutus. Quo fit, vt sit per se condemnatus, qui nihil habeat quo sua errara excuset.

Cum misero ad te Artemon, aut Tichicum, festina uenire ad me Nicopolim, ibi enim statui hyemare. Cuius rei gratia rursum ad se reuocat Titum, & ab opere incepto diuellit, cui tantã & tam amplissimam insulam demãdasset curandam: Nimirũ vt illi magis possit prodesse, & perfectiorem reddere. Nec minus vt & creditum illi opus examinet, & si in eo tractãdo recte se gesserit, nec ne. Nicopolis ciuitas est Thraciæ, Istro flumini imminens.

Zenam legisperitũ, & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit. Legis Iudaicę scilicet spiritũ. In hac enim erat Zenas ille instructus. Apollo vero eloquentior erat, & sacris literis cõmunitus. His tamen nondum fuerant ecclesiæ in curam aliquæ demandatæ. Vt autẽ nihil his desit. i. abunde his necessaria subministra, victum videlicet & amictum.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios. Perinde ac si dicat. Possem equidem vel aliter prouidere, vt nulla hi re indigerent, velim tamen vt nostri, id est qui circa te sunt discant ex huiusmodi necessarijs rebus Zenę & Apollo suppeditatis, præesse operibus, quemadmodum est, pecunijs indigẽtibus, & verbis & quibusuis modis subuenire. Neque adeo, vt illi ex his aliquid lucrifaciant, sed vt ipsi fructum accipiant ex ea clementia, qua sunt in proximos vsi. Nam & dominus qui si hominum quinque milia aluisset, & seipsum alere semper & discipulos poterat, maluit tamen a muliebre cibari, E
vt & illa ex eo cibatu proficeret. Nec secus dici de nostris potest, vt non adeo pauperes iuuent opem ferendo, quantum & sibipsis afferant vtilitatis, cum illis impartiuntur viæ necessitatẽ. Nam nobis & erratorum veniam, & apud deum fidutiam pariunt inopes.

> Ioan. vi. Lucæ. x. Fructus eleemosynę.

Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Vel eos dicit salutem huic impartiri, qui pura erga se charitate afficerentur, vel qui se colerẽt fideles & Christiani.

Gratia dei cum omnibus uobis. Comprecatur his vel dei donum vt eis seruetur, vel vt in hos sit ille clementior. Vel forte, vt perinde ac si dicat, velim dei gratia, qua maxime indigetis, vobis adsit, & vestras cum animas ipsas tutetur, tum corpora in sancto spiritu. Cui gloria in sæcula seculorum, Amen.

Argumentum.

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab urbe Roma de carcere, per suprascriptum Onesimum.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM THEOPHYLACTI PROLOGVS. F

NEC dominos Christus, nec seruos qui se adierint, reijcit. Ipse nanque est omnium princeps, uel potius pater. Quod sane, & si ex alijs plerisque rebus, ex hac tamen epistola perspicuum est quæ & Philemonem herum complectitur, & seruũ Onesimũ, & utrosque, ut cætera omittã, Paulo beneuolentia & fide coniunctos. Philemon siquidẽ, uel ab ipso principio fuit admiratione dignissimus. Qui etsi eßet Phrygius genere, moribus tamen & uita fidelis, & sua sanctorum indigentijs impartiebat, & eleemosynas conferebat abunde. Onesimus uero Philemonis seruus & fugitiuus in primis, quippe qui è Philemonis domo clam sublatis pecunijs, cœperat fugam, & ubi Romam uenißet, prædicantem Paulum audiuit. A quo cum in uinculis esset ad fidem instructus, & baptismi aqua perlutus, in admirabilem uirum euasit. cum itaque Paulus nequaquam æquum existimaret, Philemonem Onesimi fuga & maleficio, animo obturbari & angi, uelletque eius uulneri, cordi fere adacto, mederi: quod ob serui facinus excepisset, Onesimum dimittit, cum huiusmodi commendatitia ad eũ epistola. Tametsi dicant plærique, nequaquã hãc esse cũ reliquis Pauli

> Philemõ.

> Quis sit huius epistolæ fructus & vtilitas.

Epistolis annumerandam, quia de re uiliori pertractet. Velim tamen aduertas, quot bona ex ea fuga sint sub
A *secuta. Primum nanque nos edocet, quemadmodum uel his plærunque quæ abiectiora & infima sunt, profectus gratia animum intendamus. Ait enim & dominus. Nolite ex his pusillis aliquem unũ paruifacere. Secũdo, ut cunctis aperiat, & si seruum ipse furacem adeo & maleficum ad bonum conuerterat, nequaquam esse de nobis, si quicquam deliquimus, desperandum. Præsertim qui adoptionis filij simus liberaliter & ingenue enutriti. Tertio, quod sub pietatis prætextu, nullo pacto sint serui innutis domini subtrahendi. Demum, ut minime sint contemptui prorsus habenda mancipia, quæ uirtute sint prædita, neque eorum consuetudinis & conuersationis pudendum. Quandoquidem & Paulus filium appellat Onesimum qui esset seruituti obstrictus. Quis itaque erit, qui uel epistolam hanc cæteris annumerandam non merito censeat, quæ sit tot bonis referta?*

Matth. xxviij.

Non sunt etiã pietatis ꝑtexu serui ĩuitis dñis subtrahẽdi.

CAPVT PRIMVM.

P*Aulus uinctus Iesu Christi*. Initio statim commonefacit, ne serui pudeat qui sibi sit nuper conseruus effectus. Quicunque enim pro Christi nomine ipsi iã patiamur, pro bonis habenda sunt, vel vincula ipsa, quibus constrictus & Paulus iucunditate afficitur, & glorię ducit, hisce vinculis vinctum se dici, & dignũ existimat, & precatur identidem, vt per gratiam quod a Philemone petit, assequatur, qui sit pro Christo deuinctus.

Et Timotheus frater. Perinde ipse haudquaquam satis ad de-
B precandum facinus valeat, & Timotheum eam ad rem cõtubernalem assumit & socium, vt saltem quod a pluribus suppliciter postulatur, impetrari facilius queat.

Philemoni dilecto & adiutori nostro. Si dilectus Philemon, & gratiam faciet postulanti. Si adiutor, nequaquam seruum cum ad se venerit, coercebit, sed iterato ad Paulum hũc remissurus est, prædicanti ministrando inseruiat. Nam seruus domini locum supplebit, cum fuerit Paulo restitutus.

Et Apiæ sorori charißimæ, & Archippo commilitoni nostro. Forte dempta fuerat hæc Philemoni mulier, & Archippus illi amicitia erat coniunctus, perinde ac si dicat. Est sane hoc commilitonis officium, vt pro ea re certet adipiscenda, quam ipsi deposcimus. Is præterea ille erat Archippus, de quo Paulus huiusmodi scribit ad Colossenses. Dicite Archippo, vide administrationem quam accepisti.

Archippus quis.

Et ecclesiæ quæ est in domo tua. Ecclesiam, omnes dicit qui in Philemonis domo erant fideles, & liberos simul & seruos complectitur. Aduerte quam præ se ferat humilitatem apostolus, vt vel Philemonis domesticos deprecetur, quatenus & precibus suis & votis opitulentur, & apud Philemonem dominum pro se intercedant.

Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Quo pacto, inquit, dei nobis affutura est gratia? Sic certe, si debito nobis obstrictis, debita condonemus. Quo modo & domini Iesu pacem tu assequere, si seruo Onesimo conciliabere.

Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis. Quotienscunque enim tui meminerim (nam & oranti mihi offertur perpetua tui memoria) toties & deo grati-
C as ago, pro tua virtute. Verum cuiusmodi illa sit virtus, ita subiungit.

Audiens charitatem tuam, & dilectionem & fidem, quam habes in dominum nostrum Iesum, & in omnes sanctos. Hoc loco vt misericordem hunc laudat. Non enim e Phrygia adusque vrbem huius esset fama perlata, nisi præstans ille & excellens fuisset. Ait itaque. Cum erga omnes sanctos sis charitate affectus, debes & Onesimum hunc amore complecti, qui fidelis iam sit, vt hoc pacto, & deum ipsum cultu & beneuolentia prosequi videare. Vides ne, quam habeant vim in deprecando & persuadendo hæc verba?

Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat, in agnitione omnis operis boni, in uobis. Orans inquit, deo gratias ago, cum tuę gratia charitatis, tum etiam quia fides tua, quã nobiscũ simul es adeptus, euidens est & operatur, ac perinde animata & vegetior redditur. In agnitionem omnis operis boni, id est, vt opus omne perfectũ & ames & peragas. Tunc enĩ viuida dicitur fides, cum recta opera exercemus. Vt contra, cum operibus caret, habetur de mortua. In vobis, aũt eo adiecit, vt arguat vel in præsenti Philemonẽ omne in se rectũ id opus habere, peride ac si dicat. Omnis opis boni in vobis. i. quod in te est. Cũ vero cõmunicatio fidei, inquit. Philemonẽ sibi coniungit & copulat. Communis enim hęc fides e pluribus vnũ facit. Quasi dicat, necesse est itaq; vt idẽ ipse sentias mecum. Vel fidei cõmunicationẽ, eleemosynam nuncupat, vt quę ex fidei magnitudine prodeat, Ais igitur.

Fides sine operibus mortua.

Tui semper memoriam facio orans, vt tua hæc mens, qua bona tua fidelibus impartiris, nunquam desistat. D

In Christo Iesu. Quasi id inquiat. Cum beneficum te erga inopes & sanctos pręcipue & liberalem exibeas, si Onesimum hunc benigne exceperis, & mihi hanc feceris gratiam, Christo te scias beneficium contulisse.

Gaudium enim magnum habui in consolatione & charitate tua. Hoc est, lætitia sumus affecti. Neque id modo, quin & his in vinculis admodum consolamur, ob tuam hanc charitatem, id est ob tuam beneficam & liberalem animi promptitudinem.

Quia uiscera sanctorum per te requieuerunt o frater. Prudenter rem hanc pertractat apostolus, cum Philemonem commonefacit suę in alios munificentię, vt leniat magis suadeatque, vt si alijs, vel ignotis beneficia impartitur, longe magis hæc sibi debeat, vt præceptori pręstare. Nec simpliciter dixit, quemadmodum sanctis bona sua cōferret, sed quia per te id est tua ope, sanctorum viscera requiescunt, hoc est, totis animi viribus, tuam in se excipiunt benignitatem, vtpote quæ vbertim his & consolationem & bona omnia subministret.

Propter quod multam fidutiam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem non pertinet propter charitatem magis obsecro. Cum enim (inquit) in omnes sanctos te talem gesseris, vt eorum corda in te conquiescant, multo magis ipse in Christo, id est, qui te in Christo genuerim, confisus sum tibi iniungere, non vt is qui in te habeat dominatum, sed nostræ mutuæ charitatis ob gratiam. Quod ad rem non pertinet (Sic etiam gręce legitur) subdit, quasi inquit. Confisus sum tibi præcipere vt exequaris, quod ad rem non pertinet, hoc est, superuacaneum est, vt illud tibi iniungam, quod per te facis, exposco tamen id a te precibus, vt intelligas hanc meam pro Onesimo intercessionem, adeo me necessariam existimare, vt vel exorandum te duxerim. E

Cum talis sim ut Paulus senex, nunc autem & uinctus Iesu Christi. Cum talis (inquit) sim nuncius & intercessor, vt exaudiri videar nō indignus, quippe qui senex iam longiori doctrina & ætate sim authoritatem adeptus, & vinculis Christi astringor ob gratiam. Id saltem, vt votis meis & precibus facias satis, te potest allicere.

Obsero pro meo filio quem genui in uinculis meis. Onesimi idcirco nondum nomen expressit, vt prius Philemonem mitiget iniuria lacessitum. Et seruum quidem extollit, cū hūc filium dicit. Cur Paule hunc ipsum dignaris hoc nomine, vt perinde pater filium nuncupes? Nimirum quia hunc genui, vt in baptismo ablueretur, effeci. Et id sane tunc egi, cū essem cathenis deuinctus. Postquam Philemoni satis iram sedasse est visus, tunc demum & huius, hunc in modum aperit nomen.

Onesimū filiū suū vocat.

Onesimo qui aliquando inutilis fuit. Nouerat enim ex peccati confessione iram extingui, propterea his vsus est verbis.

Peccati confessio, iram extinguit.

Nunc autem & mihi & tibi utilis. Quoniam pius est (inquit) & sanctus effectus, vtrique nostrum conducit. Si itaque Paulo, qui tam acerrimus esset æquitatis exactor, Onesim⁹ visus est profuisse, longe magis & Philemoni prodesse videbitur. Quod sane Paulus sic patefacit, cum inquit. Hunc quidem velim, qui mihi est, rursum ad me remittas. F

Quem remisi tibi. Perinde ac si dicat. Tibi hūc trado, pro tuo vtere arbitratu. Sic enī vel subiratum forsitan Philemonis animum placat.

Tu uero illum ut mea uiscera suscipe. Id est, cum charitate hunc ipsum excipito, quem ipse haud secus ac me ipsum, & beneuolentia prosequor, & cordi habeo.

Quem ego uolueram mecum retinere. ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij. Attēde quā sapienter & sensim in domini loco seruum astituat, vt pro te inquit mihi ministraret. Ostendit præterea se cupere, quæ Philemoni vsui sint futura, tanquam id diceret. Si enī tu mihi obstrictus es ministrandi officio, Onesimus vero pro te ipsum exequitur, nonne id tibi futurum lucro est?

Sine consilio autem tuo nihil uolui facere. Vel ex hoc maxime Philemonem ipsum demulcet cum Onesimum asserit in tāta rerum necessitudine, & vinculis, & his quidem dei ob gratiam iniectus sibi esse ministraturum. Id tamen te inconsulto exequendum non duxerim. Quo ergo pacto non ei conferenda est gratia, cui cum id agendi esset facultas, noluerit tamen hac vti?

Vt ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntariū. Nō enī secundū necessitatē, dixit, sed velut ex necessitate, perinde ac si dicat. Ne videretur id bonum vi quadā effectū, sed vltro & te volente. Velim equidem nil prorsus cęteris visū iri, nō tua id volūtate fieri,

Forsitan enim ideo discedit ad horam. O miram Pauli sapientiam. Cũ enim Onesimus men
A te malefica fugam cœpisset, hanc tamen illi qui optimum habuisset & euentum, ad commodum & vtilitatem conuertit, quasi hunc asserat, diuina quadam dispensatione fugisse. Honestius vero hanc fugam abscessum appellat, ne fugę nomine, dominum concitaret. Et cum temporis explicat breuitatem succensenti & irato medetur Philemoni. Ait enim. Ad horam forsitan ille discessit. Simul etiã patefacit id omne tempus, quod apud se Onesimus egerit, haud secus esse existimandum, quam si apud Philemonẽ ipsum fuisset. Et illud duntaxat temporis a domino abfuisse, quod interea dum Paulum conueniret, transegerat. Et illud quidam fuisse perbreue, & tanquã horæ minus spatiũ decurrisse. Quocirca (inquit) existimes velĩ, si per te fuerit, vt apud me maneat ille remissus, tecũ versari.

Vt æternum illum recipias. Id est, habeas.

Iam enim non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in domino. Multa (inquit) huius, profuit fuga. Quippe cum ipse hunc pro momentaneo, & paulopost morituro, æternum sis nactus. Nam si vel omnia vitæ huius humanę curricula nullius sint facienda æternæ illius contemplatione, longe magis & fugæ tempus, quo a te abfuit, per exiguum erit & breue. Habes enim pro seruo fratrem, & pro eo qui nulli vsui fuerat amantissimum tui, & vtilissimum vendicasti. Et in carne, hoc est, in carnalibus ministerijs amore est dignus, quippe qui sit & ad consolandũ idoneus. Et in domino, id est, in spiritalibus rebus.

B *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me.* Hoc est. Si metum sentis, haud secus hunc ac meipsum excipito. Quem enim vel iratissimũ non huius verba mollirent? Aut quis Paulum non benigne susciperet?

Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Erat enim consentaneũ consumpsisse iam Onesimum, quæ fugiens abstulisset. Idcirco aut id omne mihi in debitum ascripseris velim.

Ego Paulus scripsi manu mea, ego reddam. Lepide sane & gratia quadam spiritali oppleta hęc profert, quasi id dicat. Vt cautior sis & certior, me tibi id debitum aliquãdo persoluturum, ecce habes & literas manu mea conscriptas.

Vt non dicam, quod teipsum mihi debes. Ne Philemoni videatur inferre iniuriam, si minus confideret ab eo deposcere, vt vel nulla data cautione, serui furtum sibi relinqueret, pręsertim cum chirographum iam illi fecisset, quod sane illum & inhumanum argueret, & nulla prorsus in præceptorem charitate affectum. Ostendit hoc loco, quemadmodũ plurimum illi confidat, sic inquiens. Non enim tua duntaxat debita te mihi relaturum confido, quin & teipsum debito esse mihi obstrictum nil dubito, quod vtique plurimũ confidentis est dictum.

Attende Pauli beneuolentiã erga Philemonem.

Item frater ego te fruar in domino. A dictis hisce lepidioribus ad seria transit, oratque dicens. Vtinam fruar tuis muneribus, non huius sęculi bonis sed in domino, id est his potius quæ dei sunt.

Refice uiscera mea in Christo. Refice (inquit) & consolare meam in te beneuolentiam, vel
C meum hoc cor Christi ob gratiam. Nec mihi id deferas munus, sed Christo.

Confidens in obedientia tua tibi scripsi, sciens quoniam & super id quod dico, facies. Non enim iubendo & superbius imperans ad te has literas scripsi, sed confisus obediẽtię. Quod ferrum his verbis non remollesceret?

Simul autem & para mihi hospitium. Potuisset enim philemon id suspicari, nullam apud Paulum alias sui fuisse habitam rationem, nisi Onesimi reditus coegisset. Medetur itaque sic suspicanti his verbis. Neque enim solũ illius ob gratiã ad te scripsi, sed mihi etiam ad te venturo vt hospitium pares. Sic quidem & illi taci te comminatur, vt nisi Onęsimum benigne susceperit, fore ab se cum venerit, vt inclementiæ arguatur.

Iam spero per orationes uestras me donari uobis. Duo quędam hoc loco perdiscimus. Alterum, quod magna sit vis orationis & precum. Siquidem & si tanti sit Paulus, horum tamen ope indigeat pro se deprecantium. Alterum vero quod sectãda humilitas sit. Quãdoquidem & Paulus discipulorum egeat precibus.

Quæ sit vis orationis.

Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu. Epaphras iste a Colossensibus fuerat ad Paulum transmissus, vnde perspicuũ est & colossensem fuisse Philemonem. Cõcaptiuum aũt Epaphrã appellat, vt ostendat & hũc multis pssuris afflictari, eoque & Philemonẽ hauddubie vt pudeat cogit, siquidẽ cõstet Epaphrã Paulo in malis tolerãdis cõmitẽ esse, philemonẽ vero nõ posse a Paulo exorari, p Onesimo deprecante. Est aũt hic conca-

Humilitas sectãda proponitur.

ptiuus non rerum humanarum occaſione, ſed Chriſti gratia. Quippe qui pro euangelio
mala perpetiatur . D

Marcus Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu ueſtro, Amen. Demas iſte principio quidem probus euaſerat, vt Paulus teſtificatur hoc loco, vtpote qui Pauli eſſet adiutor. Poſtremo tandem in ſegnitiē verſus diſceſſit a Paulo vt in epiſtola ad Timotheum idem perſcribit, quam liquido patet poſt hanc fuiſſe cōſcriptam.

ij. tim. ij.

Ait enim, Demas me reliquit, Lucas eſt ſolus mecum . Hic vero etſi poſtremo eſt poſitus loco omnium tamen poſt Demadis diſceſſum, factus eſt princeps. Nemo itaque ſibiipſi confidat, ſed qui ſtat, caueat ne labatur. Adiutores autem eo appellat, vt arguat vel hos ſecū apud Philemonē pro Oneſimo ītercedere. Iure ergo gratia hęc a tam

i. Corin. x

multis petita, concedenda eſt. Vides itaque quantum ex leuiori epiſtola hac, & ſi clarior viſa eſt & aperta, redundet vtilitatis . Quo fit, vt nihil ex ſcripturis huiuſmodi non accuratius ſit perſcrutandum.

Nil ī paulinis ſcriptis quod non ſit accuratius perſcrutandum.

Ineſt enim & his ſpiritu ſuggerente, perutiIis ſemper aliquis ſenſus, hæc ſiquidem paracletus ille hauddubie pręfatus eſt. Et conquirentibus nobis veritatem comprehendendi daturus eſt facultatem. A quo & ipſi illuminati, ad veritatem ipſam traducimur, vt & loqui de deo poſſimus, & vitam ducere immortalem, nullis prorſus aut prauis opinionibus circunuenti, aut mundi voluptatibus his falſis illecti. Neceſſe eſt igitur, vt ipſi vel ſi principes ſimus & aliis dominemur, cum ſeruos ſpectamus euaſiſſe ſanctos & apoſtolatus munere fungi omni ſtudio contendamus, nihil illis in Chriſti regno inferiores deprehendi. Qui noſtri gratia cum in mūdum veniſſet, for E
mam præ ſe tulerit ſerui, & verus noſter ſit deus. Cui ꝑpetuo & poteſtas & īperiū, Amē.

Argumentum in epiſtolam ad HEBRAEOS.

In primis dicendū eſt, cur Apoſtolus Paulus in hac epiſtola ſcribenda nō ſeruauerit morem ſuum, ut uel uocabulum nominis ſui, uel ordinis deſcriberet dignitatem, hæc cauſa eſt. Quod ad eos ſcribens, qui ex circunciſione crediderant quaſi gentium apoſtolus, & non hebræorum. Sciens quoque eorum ſuperbiam, ſuamque humilitatem ipſe demonſtrans, meritum officij ſui noluit anteferre. Nam ſimili modo etiam Ioannes apoſtolus propter humilitatem in epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione non prætulit, hanc ergo epiſtolam fertur apoſtolus ad hebræos conſcriptam, hebraica lingua miſiſſe, cuius ſenſum & ordinem retinens Lucas euangeliſta, poſt exceſſum beati apoſtoli Pauli, græco ſermone compoſuit.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS THEOPHYLACTI PROLOGVS.

GEntium erat beatus Paulus, ut ipſe ad Romanos ſcribit deſtinatus apoſtolus. Non enim hunc toleraſſent Iudæi apud ſe prædicantem . Nimirum cui præter cæteros, incredibili odio ſuccenſerent, quod ob eius repentinam & inſperatam conuerſationem, inexpugnabilem Chriſti potentiam arguiſſet. F

Act. ix.

Quippe qui tam acrem & uæhementem fidei perſecutorem, ad ſe traxiſſet. Quod ſane maximum eſt euangelicæ ueritatis argumentum, ut Paulus ardentiſſimus Iudaicæ legis ſectator, præter omnium expectationem, confeſtim ad dominum, ſe contuliſſet.

i. Cor. x.

Et ideo hunc ex animo impugnabant Iudæi, & ita ut neque loquentem æquo animo ferrent Siquidem nec ipſimet qui ex Iudæis crediderant, Paulo intendebant, ut qui & legem, & circunciſionem diſſolueret. Alioquin & ſi gentibus erat præco tranſmiſſus, & ad Iudæos ſcribit epiſtolam. Quemadmodū enim & ſi minus ſibi fuiſſet baptizandi munus permiſſum, aliquos tamen baptiſmi lauacro perluebat, non enim id facere prohibebatur. Sic & Iudæis copioſius ſcribit, & his præterea magnū in modū proſpiciebat, & fieri corū gratia anathema ardenter optabat. Ad Iudæos itaque ſcribit, & quidē fideles qui Palæſtinæ & Hieroſolymis eſſent, conſolandi gratia, & confirmandi, hi nanque ab infidelibus Iudæis diripiebantur, & afficiebantur malis innumeris, unde & eiſdem ut eleemoſynæ undique tranſmitterentur, ſummam Paulus ſuſceperat curā, Et Corinthios præcipue & Macedonas, ut eas cōferrent, enixe hortatur.

Et petro prædicandi munere impartito Iudæos & pauperes qui Hierosolymis erant, communiter curãdos
A *constituit. Necessario ergo ad hos Paulus scribit, solaturque & subleuat, animo iam concidentes. Quippe qui admodum essent ob mala sibi à contribulibus suis ingesta, confecti mærore, cum illi libere eorum legibus Hierosolymis uterentur, & iudicandi haberent effusissimã potestatem, & constringendi quos uellent. Quod quidẽ & Paulus patefacit, cũ inquit Debilitatas manus & dissoluta genua dirigite. Addit præterea, quod* Heb.xij.
cum Iudæi essent quos iste solatur, eo magis doloribus urgebantur, quo & maiorum suorum pristinam repeterent sortem, quorum opera rectiora, bona quam plurima & repentina subsequebantur, se uero & recte agendo & in fide perseuerando non esse quietem adeptos. Quocirca Paulus hac in epistola de fide quam multa disserit, quam multa de tolerantia. & plane demonstrat, uel quia secula sanctiores fuissent, nullis bonis cum humanis agerent, fuisse affectos. Vnde duo quædam orditur. Et quia uiriliter sint quæcunque acciderint sustinenda, & quod expectanda sint pro laboribus præmia. Non enim eos neglecturus est dominus, Summa
qui ab æterno sunt ad sanctimoniam destinati. Habet præterea longiorem de ueteri testamento sermo- epistolæ
nem, & legem arguit nil ultra habere in se uigoris, & nullius iam esse momenti. Tametsi extare adhuc tẽ- ad Hebre
plum uidetur quod tamen ad breue sit collapsurum. Nostra uero omnia ut uera comprobat. Est autem præ- os.ij. tim.
sens epistola ea, quam ad Timotheum scripsit uetustior. Illa nanque ostendit, breui se excessurum e uita. iiij.
Ego enim (inquit) iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Hæc uero pollicetur Iudæis fidelibus, se- Infr. xiij.
se illos quandoque uisurum. Nouistis enim (ait) fratrem Timotheũ solutum, cum quo si celerius uenerit, uisu- Paulus
rus sum uos. Et sane consentaneum erat ut res ita succederet. Fuerat enim annos duos in uinculis iã ipse de- a Nerone
tẽtus, deĩde abire permissus est ut ipse hoc modo testatur. In priore mea defensione nemo mihi affuit, & libera- uita sub-
B *tus sum ex ore leonis, Neronis uidelicet. Demũ cũ in Hispanias uenisset, tum forte Iudæos reuisit. Inde Ro-* latus est.
mam reuersus, à Nerone e uita sublatus est. ij.tim.iiij.

CAPVT PRIMVM.

Multifariam multisque modis olim deus locutus est patribus nostris in prophetis. Cum enim fideles Iudæi malis plurimis afflictati, sese a deo crederent destitutos, nec vllam sui haberi (vt progenitorum suorum fuisset habita) rationem longe aliter rem se habere Paulus patefacit, sic inquiens. Maiorem sane vos gratiam estis adepti, quam vestri sunt maiores. Ad hos enĩ constat prophetas fuisse demissos ad vos vero filium ipsum. Quid enim prętendit, Multifariam multisque modis? Varijs nimirum & multiplicibus figuris. Quid ni? ipse inquit, visiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ assimilatus sum. Quod cum ita se habeat, cur grauiter fertis præsentia, & animo estis pusillo qui a deo sitis tot bonis dignati? Oseæ.xij.

Nouissime temporibus istis locutus est nobis in filio. Vel ex hoc quidem horum animos excitat & solatur, asserens in proximo esse iam finem. Certator enim & si hebetior sit, cum tamen intelligit certamẽ propemodum terminatum iam iri, parumper respirat, & vires resumit. Vel aliud etiam quiddã prætendit, cũ nouissime (inquit) diebus istis, perinde ac
C si dicat. Cum enim nihil esset reliquum ad emandationem iam temporis, sed cruciatib[9] essemus & pœnis obnoxijs, cũ nulla nobis spes superesset, & diuina munera defecissent, tunc demum ipsi bonis affluximus. In filio vero. i. per filium. Et nobis cum inquit, vel seipsum discipulis æquat, tametsi hos nihil sit deus, sed apostolos duntaxat affatus, per quos vel alios multos alloquitur. Nihilominus rem ipsam extollit, ostenditque vel cũ his deum contulisse sermonem. Quod vtique ad hos consolandum plurimum valet. Mũdo iã in malum desperabiliter prolapso misit deus filium.

Quem constituit hæredem uniuersorum. Hoc est, mundi totius dominatorem effecit. Non enim vltra pars domini dicitur Iacob, sed vniuersi. Hæredem autem dixit vt filij proprietatem exprimeret, qui nequeat a dominatu depelli. Verum quo pacto hunc dominum fecit? Nempe vt hominem, quemadmodum & in secundo psalmo hunc ipsum alloquitur. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. At quam dominationem hoc loco dicit? Eam videlicet, qua vltro homines se illi subijciunt. Hic enim est filio traditus, tanquam homini dominatus. Vel vt naturale imperium, regnum hoc illi est demãdatum, cui vel inuiti obediunt omnes, quemadmodum scriptum est. Vniuersa seruient tibi. Hæc quidem vel ante secula in sua habuit potestate. Deutero xxxiij. ps.ij.

Per quem fecit & sæcula. Cũ de Christi carne, quę nuper & pauloante diuinæ illius ęternitatis respectu est condita, disseruisset, ad perpetuæ dignitatis trãscẽdit fastigiũ. Vbinã Danv.ij.

Quõ fili⁹ est patri coætern⁹, et consubstantialis.

gentium sunt qui affirmant fuisse hoc seculũ, cũ ille non esset, hic quidem sæcula fecit. Quid ergo deliras,& asseris fuisse hoc sęculũ,cũ ille non esset? Cũ enim cõstet patrẽ filiũ causasse:putãdum est,& non iniuria, vel eorum quę ab eo sunt facta, & patrem causam extitisse. Videtur itaque per filium pater efficere,qui facientẽ progenuit. Ex his igitur Sabellius lacessitur,qui duas inducit in diuinitate illa substãtias. Et Paulus ille Samosateus acriter vulneratur, qui nuper creatũ filium dixit, & a Maria duxisse originem,nõ ante sæcula fuisse. Cum hoc simul & si non tam acerbe & acrius ille percutitur, arripit nanque id Pauli dictum, & in alium sensum traducit, filium asserens vt ministrum patri allatum vt opem ferret. Verum & quæ insequuntur,magis hunc strangulant. D

Qui cum sit splendor gloriæ. Ad ipsum iam fastigium,vt de filij magnitudine differanda transcendit.Et gloriæ splendorem hunc dicit,vt plane intelligas, filium a patre sine passione aliqua processisse,nil imminutum,nec patre ipso inferiorem, & eiusdem substãtiæ, hoc est, de lumine lumen.Is nanque animas nobis illuminauit, & patrem ipse denũtiabat,eoque se esse mundi lucem asseuerabat,& ab æterno cum patre colluxit.Nam & splendor cum re ipsa quę splendorem emittit,eodem momento collocet.Neque sol ipse aliquando est sine radijs & fulgore conspectus.Nec pater intelligi sine filio potest.Cum itaque Arrianos illud deblaterare intelliges, & hunc in modum arguere. Cum enim ex patre sit filius,ergo & patre est ille inferior, istiusmodi velim illis obijcias. Vel ex sole splendor emittitur,haud tamen hic splendor prodeuntem post solem,sed simul effulget. Cum sole enim vna & radians fulgor exoritur. E

Ioã.viij. Nõ est sol sine radijs nec pater sine filio potest intelligi.

Et figura substantiæ eius. Cum splendorem filium esse dixisset,eoque & consubstantialẽ & coęternum patri asseruisset.Rursum cum splendor carere substantia videatur, medetur mox si quid ex hoc argumento absurdius emanasset, ne occasionem forsitan Marcellus ille & Sabellius nacti,asserant non esse filium in propria apud patrem substantia. Ait itaque.Et figura substãtiæ eius est ille,id est quemadmodum pater ipse per se cõstat, & nullius ad perfectionem indiget,ita & filius. Nam vbi filium patri persimilẽ esse ostẽdit Apostolus & subsistentem per se primitiui figurã,vel ex his patefacit. Figurã enim nil esse aliud constat,quam sit primitiuum;vt quę per se ipsa subsistat, & priori formæ similis videatur. Gregorius vero Nysses apostolum dicit, quemadmodum per splendorem vnitatem ostendit,sic per figuram naturæ æqualitatem significasse. nam qui suppositi magnitudinem mente perceperit,vel ex apparenti figura suppositum ipsum omnino emetietur.Quippe cum nec figura excedat suppositum, ne insubsistens in quod excellentior sit forsitan deprehendatur.Neque suppositum figuram excedit. Nam hauddubie quo ad eam partem ineffigiabilis esset hoc pacto. Vt itaque & alibi dicit, filiũ in dei esse figura,ex hoc ipso potest intelligi,per formam suppositum designari, per figuram vero dominum ipsum,qui in ea spectetur.Ostendit autẽ quam prorsus patri sit filius par & æqualis.Ex forma nanque patris inspicitur magnitudo,cum ex hac illa nihil exorbitet.Si enim exorbitaret,informe id esset & indecorum,quando ipsius formę lineas transiliret. Quod sane absurdum est,de patre tale quod in mentem vt veniat. Nam si tanta est patris magnitudo,quanta & forma,figura vero formam æquipararet, habet vtique tantundem figura hæc magnitudinis,quantum dei inesse formę videtur. F

Sabellius & marcellus hæretici.

Gregori⁹ Nysses.

p̃s.ij.

Portansque oĩa uerbo uirtutis suæ. Qui olĩ id dictũ,per quẽ fecit & secula,carpseras & cauillatus es,adhibe aures,vt si quo pacto percipere queas,quemadmodũ tradat filio Paulus dñatum,neque eñ portãs virtute dixit,sed verbo virtutis,hoc est, quod verbũ virtute refertum est,& forte hunc arguit & potentẽ. Nam vt patrẽ fatetur huiusmodi protulisse.Fiat lux & facta est lux,sic & filium verbo omnia ferre.i. moderari & continere. Quin potius ea quæ ab se inuicem dissident,& in nihilum sunt processura,frenare, & coercere longe est maius quam omnia ista producere,neque gubernãs dixit,sed ferens, tanquã digitis tantã hanc mundi molẽ haud secus deportet,acsi nihil esse constaret. Quin solo verbo omnia potest, non enim simplex est apud deum, sicuti apud nos verbum.

Geñ.i.

Non possum equidẽ non admirari multorum hominũ impudentiã, qui cũ intelligãt per epistolę hui⁹ exordiũ fuisse tot hęreses cõfutatas,haud tamẽ desistãt asserere epistolã hanc haud Paulo conuenire,ceu a cæteris epistolis alienam. Velim tamẽ non esse hos nescios,epistolę huius & sensuũ profunditates & vim illam inconfutabilẽ, nullius esse alterius posse,nisi Pauli,qui Christũ haberet in se loquẽtẽ. Qđ si dicendi modus illos offendit intelligãt Paulũ hebraica lingua hãc ipsam dictasse epistolã, vt qui ad Hebręos haberet sermonẽ,& vnũ aliquẽ e suis cõtubernalibus in græcũ vertisse, & pleriq; Lucã hanc

A transtulisse ferunt, aut Clementē. Cuius etiā in ea vel stilus seruetur. Nec secus hi peccāt qui hanc esse Pauli epistolam negant quam si a Paulo abesse Christum negarent.

Purgationem peccatorum faciens. Cum de ipsius verbi diuinitatis magnitudine disseruisset, dicit, quemadmodum per suæ carnis assumptionem, prospexit hominibus. Quod sane prestantius est, quam omnia ferre. Duo præterea hoc loco proponit, & quod nos a delictis purgauerit, & quod per ipsum id sit executus, & gloriæ ducit, quod per filiū idipsum effecerit. Quippe qui per crucem & mortem, quam ille subiuit, nosipsos mundauerit. Neque enim solum pro nostris facinoribus mortuus est, qui peccatis careret, & pœnas luit quas ferre minus debuerat & naturam ipsam mortalem Adæ condemnatione exemit, sed & baptismum contulit nobis suę mortis imaginem, & sanguinis effusi figuram. Accipimus nanque per eius hanc mortem quotidie delictorum remissionem, qui baptismi sumus aqua perluti, & dæmonibus non adeo faciles in capturam patemus. Duo sunt nobis morte xp̄i collata beneficia.

Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Cum crucis mentionem fecisset, de resurrectione nunc meminit. Nec iussus est, inquit, ad patris dexteram considere, sed sedet. Neque sedere hunc dicit, perinde loco deus aliquo circūscribatur, sed vt filium pari honere ostēdat & gloria. Ad paternum enim thronum peruenit & vt pater sedet sublimis, sic & filius excelsa. Verum si quis illud quod scriptū est, nobis obiecerit, Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, dixeritque patris imperio filium assedisse. Respondebimus, non eum mandasse, sed dixisse. Et idcirco istiusmodi figuram esse sermonem, ne prīcipio filius & causante videretur carere. Quid sit filiū sedere a dextē rā patris. p̄s.cix.

B

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Initio ob auditorum imbecillitatem, eum prophetis nunc contulit, nunc vero progrediens, & angelis anteponit, sensim hoc pacto ad veritatem auditores traducens. Effectus vero id est manifestatus. Quemadmodum & Ioannes affirmat. Qui post me venit, ante me factus est. Et carnis assumptæ gratia, hæreditauit intulit nomen. Deus nanque verbū est dictus, quo solo conceptus est. Christus quō dicat factus. Ioan.ij.

Cui enim dixit aliquando angelorum? filius meus es tu, ego hodie genui te. At vnde, inquit, perspicuum est, filium esse angelis potiorem? Ex nomine quidem. Nam cum filium dicimus, illud sane prætendimue quod ex patre sit genit⁹. Quod si per gratiam esset filij nomen adeptus, angelis esset hic plane īferior. Illud veros. Ego te hodie genui, nil aliud exprimit, nisi quod a principio & ex quo pater est filium genuisse. Nam quemadmodum ego sum, inquit, tempore pręsenti id protulit, sic hodie dixit, quod deo pręcipue cōgruit, vt se sempiternum ostendat. Tempora siquidem etsi multiplicia sint, sunt tamen deo præsentia. Hunc itaque hodie genuit, quia id patri, ex spiritu sancto placitum fuit vt filium gigneret. p̄s.ij. Exo.iij. Ioan.viij. Hodie æternitatē significat

Et rursum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Id quidem de carne humanitatis assumpta, apertius dictum. De qua cum aliquid dicturus est Paulus, fidentissime cuncta edisserit. Assumpta itaque natura humana, & filium proprium nomen verbum videlicet, quod ipsa natura vnitum sibi habuerat, hæreditauit. Vtpote quę in verbo ipso subsisteret, sicuti & angelus dixit. Et quod factum est, sanctum vocabitur filius dei. Et rursum. Erit autem magnus, & filius altissimi vocabitur. Id autem filij nomen, nulli sunt angelorum sortiti. Quod si iustiores quidā & sancti filij dei sunt dicti, id tamen gratia sunt consecuti. Quod sane longe secus domino contigit, cui in subsistenti idētitate, filij nomē ob carnem assumptam est inditum. ij.Reg. vij Lucæ.i. p̄s.lxxxi. Ioan.xvi.

C

Cum autem rursum introducit primogenitum, in orbem terræ dicit. Christum quidem suum per carnem aduentum exitum vocat, vt illud. Exijt qui seminat seminare. Et alibi. Ego ex patre exiui. Et merito quidem. Ipsi nanque extra diuagabamur, & procul a deo. Vnde in mundum aduenieus filius tanquam ad homines delegatur. Et nobiscum versatus, purgatis delictis imperatori deo, humanum genus conciliauit. Paulus vero introductionem huiusmodi & ingressum, e quadam hæreditantium metaphora, nuncupat gubernationem & bonorum possessionem captantium. Cum enim introducit, inquit, hoc pręfert, id est, filio pater in curam mundum demandat. Quem mundum est tunc ille volentē adeptus, cum mundo innotuit? Introducit autem haudquaquam aliter, nisi in carne. Nam quemadmodum deus verbum in mundo erat, & mundus per ipsum est factus, patrem facit filium introducentem, vt acceptabile reddat hoc verbum. Gregorius vero Nyssenus, & item Cyrillus ita id dictum interpretantur. Et filium dicunt priusquam carnem indueret, nil habuisse cū hac mundi structura cōmune, vtpote qui deus esset, & car Ioan.i. Introducitur primogenitus, in carne.

ne careret. Vbi vero carnem assumpsit, tunc mundi participem & creatarum rerum effe ctum inquantū creatam hanc carnē sibi vnisset, in mundi hāc dicit machinā introductū.

Et adorent eum omnes angeli dei. Eum scilicet qui carnem assumpsit. Ostendit pręterea ex his quam ille præstaret, & quam dominus seruo sit potior. Nec secus dicit hic introductus, quam si quis dominus ipsos in domum inuexerit, quos mox & familia omnis venerabunda excipiat. D

ps. clviij. Ioan. v ps. xliiii. Arrius. *Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Plurimum sane angelos inter & deum differt, quippe creati illi & conditi, hic increatus. Nam qui omnia e nihilo esse aliquid fecit, introduxisse nunc dicitur. Nec angelis modo hac magnitudine præstat, sed potestatibus ei ministrantibus vniuersis præcellit. Neq; qui fecit, inquit, sed qui facit. Id est verbo quæ sunt effecta conseruans. Dixit nanque & facta sunt. Et in euangelio Pater meus vsq; nunc operatur, id est continet quę creata sunt & effecta, tutabiturque sicut & condita sunt.

Ad filium autem, thronus tuus deus in sæculum sæculi. Angeli, inquit, creati sunt, & ad eos illud refertur, qui facit. Filius vero nequaquam creatus est, nec de eo illud, qui facit est dictum. Quin potius rex ille & dominus, & deus est, quod plane Thronus iste testificatur, qui principatus est & imperij argumentum. Id autem dictum contra Paulum Samosateum & Arrium facit qui simplicem hominem introducunt, qui deus esset, & sempiterno imperio potiretur.

Virga æquitatis, uirga regni tui. Et id quidem aliud quoddam est dominatus insigne.

Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Hæc sane deo vt incarnato competunt verbo tā quam qui carnis humilitatem susceperit. E

Ioan. I ps. x. Spiritus sanct⁹ oleum est lętitiæ *Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Id profecto contra Iudæos dictū, & Sabellium plane & Marcellum impugnat, qui duas asserunt deo inesse personas, quia bis deum hic Paulus nominet. Et Marcionistas refellit existimantes eo filium carnem assumpsisse, quia non diuinitas: sed humanitas vngeretur. Ait itaque Paulus. O deus vnxit te deus tuus, id est pater quidem tuus secundum diuinitatem, deus vero secundum carnem oleo lætitię, id est sancto spiritu, pręter cęteros homines obliniuit. Non em̄ parce, & ad mensuram aliquam præfinitam Christus spiritum sanctum accepit, sed effuse & abunde vnctus est, & palam. Cuius spiritales omnes participes sunt, vt qui in participatione hac sancti sint effecti. Nec non in lege perfectiores, & spiritales in Christi fide spiritum sunt assecuti. Vnde & vncti sunt & appellati: vt illud. Nolite tangere Christos meos, id est vnctos. Et in gratia quidem liquido sunt Christi participes, quemadmodum eius & mortis per baptismū sunt consortes effecti, & spiritu vncti, qui lætitiæ oleum dicitur,

Psal. ci vtpote, qui nos a pc̄torū exemit mœrore, & iucūditatē ingessit, bona futura sperātibus.

Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ne forte superius cum primogenitum introducit in mundum, existimes donum id esse a patre postremo filio datum, demonstrat hoc loco eum mundi ipsius, non vltimo sed a principio conditorem. Id autem facere contra Paulum Samosateum videtur, qui ante Mariam genitricem asserit Christum fuisse, tanquam mundi fabricatorem. Itemque & Arrio aduersatur qui vel ministrum eo fecerat Christum, vel organum aliquod potius, quia superius hunc arguat Paulus eum esse per quem & sęcula fecerit pater, nunc vero vt fabricator inducitur. Aduerte autem quemadmodum congruant, hęc inter se & connectantur & increatę naturæ ratio & dispensationis patescat & modo ob illam altiora nonnulla & sublimia p̄ferantur, modo ob hanc humilia quædam: & infima. F

Mundi transformatio *Ipsi peribunt tu autem permanebis, & omnes sicut uestimentum ueterascent. Et sicut uestimentum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Maius sane aliquid nunc patefacit, quam fuerit hæc condidisse mundi, scilicet transformationem. Cuncta siquidem a corruptione in corruptionem immutentur necesse est, & tam facile, quam si qs pallium complicet. Num igitur qui nullo labore vniuersa construxit in melius, & alteri us videtur opera indigere, cum minora facturus est, hoc est creata demoliatur, & de mortalibus homines facit immortales? Id autem maxime consoaltur fideles, qui malis in hoc sæculo affligantur, cum sint certiores iam redditi, nequaquam res omnes hoc statu perpetuo permansuras, sed fore vt imitentur. Tū præcipue & nos ad tolerantiam exhortatur, qui ex his dictis non ignoremus vitam esse perpetuam habituros, quandoquidem & Christi tempora sint sempiterna, & non desitura.

Ad quem autem angelorum dixit aliquando. Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabel

A *lum pedũ tuorum.* Rursum hos consolatur, cum futurũ afferat, vt eorum hostes deuince rẽtur, cum ipsi vel eosdem haberent, qui & Christo sunt aduersati inimicos. Nec tanquã imbecillius sit, & nulla virtute filius pater dicitur inimicos illi subijcere, præsertim cũ filius sit iudex futurus, & ei liceret, vel in hac vita malos & sibi infensos male deperdere, sed vt filium pater honore afficiat. Nam patrem hostibus his succensere, quo pacto non filio cedat ad gloriam? Vel quomodo idipsum non summæ sit paternæ in filium charitatis indicium? De qua tamen in epistola ad Corinthios prima copiosius explicatur. Eam prælegito, & certior fies.

Filius eo iudex est futurus, vt eũ pater honore afficiat. i.cor.xv.

Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Attollit audientium animos, affirmans plurimam esse deo de nobis susceptã curam, quando & angelos qui videntur præcellere, quę ad nostram conducunt salutẽ vt ministrarent, constituit. Videtur præterea & aliquos castigare his dictis qui angelis nimium fauent, nec secus omnes hebræos, qui legibus sunt per angelos latis, & eiusmodi administrationi ita adicti, vt vel hos Christo præponant. Nolite igitur, inquit, istis intendere, sunt enim nobiscum pari seruitute obstricti. Aduerte autem quẽadmodum non multũ existimet creata hæc ab inuicem aliena, tametsi magno videantur interuallo distare, angeli ipsi & homines: nihilominus propinquiores illos nobis effecit. Siquidẽ quod creatum est aliquid re altera, quæ item a deo sit condita haud multum præstantius sit. Ministrabant autem angeli, & in veteri testamento quam plurima, & in nouo non pauca. Nã

Plurimã esse deo de nobis susceptã curam.

B & prędixere Ioseph illi futura, & pastoribus, Christi ortum denuntiarunt, & in domini sepulchro sedentes, resurrexisse eum significarunt, & nos instruxere vbi est ille in cælum assumptus, quos talis esset qualis ascẽderat, aduentus. Quinetiam Cornelium ipsum & Philippum, & in carcerem Petrum coniectum allocutus est angelus, & alijs denique istiusmodi innumeris administrandi officijs sunt illi perfuncti. Nota autem euangelium prædicãtis, quin potius Christi ipsius officium esse salutem hominibus subministrare. Nequaquã igitur est id ministerium negligendum.

Mat.xvi. Mat.i.ij. Luc.ij. Ioan.xx. Actu.i. viij.xij.

CAPVT SECVNDVM.

PRæterea *abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus.* Cũ itaq; inquit, tantopere filius qui nobis locutus est, & prophetas excedat & angelos, qui veteris fuere testamenti ministri necesse est sane, vt quę ab his audiuimus, & nobis sunt demandata, longe magis quam legem aduertere. Quod tamen minus aperte protulit, ne in principio epistolę statim Iudęos lacessat. Dedit tamen ex insequentibus id posse comprehendi, nec eo modo vetus cum nouo confert. Id enim ait, haudquaquam velim sic fieri, sed illorum opinioni & verba acccommoda, qui vetus illud maximi fecerunt, & nouum aspernarentur.

Ne forte effluamus. Id est ne ipsi labamur, ne pereamus. Vsus aũt nunc verbo est, quo & in parabolis Salomon vtitur, inquiens. Fili mi caue ne labaris, vt & lapsus facilitatẽ ostẽ

C dat, & interitus malũ. Qui enim ceciderit, & in præceps iam labitur, difficile reuocatur.

Si enim qui per angelos factus est sermo, factus est firmus. Aperit iam quod sentit, verbum quidem per angelos significatum, & decem mandata designat. Par enim est angelos deo tunc affuisse, quibus esset Hebræorum gens demandata eosdemque & tubas fecisse, & ignem prætulisse noctu, interdiuque nubem. Sicuti & Galatas instituens ait. Et rursum accepistis legem mandata angelorum. Vel verbum, iussa omnia dicit, quæ in veteri continentur, per angelos administrata. Cuiusmodi sunt de iudicibus illa & de Sansone iniuncta. Propterea nec lex dicit, sed verbum, vt ista significaret. Hæc itaque vniuersa firma sunt, id est vera fuere, & comminationes illæ operibus sunt terminatæ & factis, & nihil horum condidit frustra.

Galat.iij. Actu.vij.

Et omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem. Non eñ hæc mercede caruit, aut illa accepit, sed omnis & ita, vt nil impune abierit. Cruciatum & debitas pœnas, mercedem appellat, tametsi in bonis & prosperis idipsum mercedis nomẽ sit vsurpatum, nil tamen vocabulorum hanc differentiam Paulus magnifacit.

Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Vbi sermo hic, salus inesse cõstat. Quod si vel ibi fuerit hæc salus, nequaq̃ tamen magna futura est. Quippe cum vel ex hostibus salui fierent quam multi, & terræ bona susciperent, hic vero ingens est admodum salus. Propterea enim tantam adiecit, quia & mortis destructio & dęmonum interitus, &

cœlorum imperium, cuncta hęc ex prolatis a deo sermonibus nobis sunt parata.

In prologo sui euangelij. *Quæ cum initium accepisset enarrandi per dominum ab eis, qui audierunt in nos confirmata est.* Vt fidem faciat rei, salutem hanc ait, nec per prophetas esse, nec per angelos pronunciatam, sed ab omnium domino enarratam. Fit itaque, vt ab ipso fonte hęc ipsa salus initium duxerit. Deinceps ad nos firmiter illa ex fide, per ipsos verbi ministros & spectatores traiecit, quod & Lucas sic meminit. Ipsi enim firmiter nos certiores fecerunt. Verum cur alibi nō ab hominibus accepisse se dicit apostolus? Quia ibi quidem permagnum aliquid inerat & necessarium, quod eum vrgebat, non hominum se fateri discipulum. Illi nanque obijciebatur, quemadmodum non dominum adijsset, eoque & eius prædicatio periclitabatur, ne fides prædicanti sibi a discipulis demeretur. Hic vero nulla huiusmodi cogebatur necessitate. Nam neque Hebręis euangeliū prædicabat, neque illi obtrectabant quod hoīm esset, non Christi discipulus. Vel quia q̄admodum dicturus est statim, diuino testimonio, id est signis & portentis a deo, non ab hominibus arguit, hæc se accepisse. D

Contestante deo signis & portentis. Cum dixisset esse se confirmatum, & modū ostendit, ne forte quis asserat auditorum figmenta hæc esse deo, inquit, testificāte. Non enim hæc ille esset testificatus, si falsa essent & ficta: perinde ac si dicat. Cum hominibus id astruentibus, & deus ipse testatur, non vocem emittens, sed signis & portentis illorum dicta confirmans: fides igitur per nos, non hominibus, sed deo præstanda est.

Et uarijs uirtutibus. Effusam donorum expressit hic copiam, cum varijs dicit. Nam si virtutes tollantur, nunq̄ tanta hęc signa, & varia a deo ederentur. Cunque & dæmonum vel arte, vel ministerio, q̄ multa factitent homines, virtutibus dixit, quæ profecto illorū operibus nullæ insunt, sed imbecilla sunt, præstigiosa, & vna eorum facta. E

Et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem. Id pręterea eadem adiecit de Galat. I. causa. Magorum enim res gestę, non sancto spiritu constant, sed varijs dæmonum illusionibus. Ostendit etiam & aliud quoddam. Erat nanque veri simillimum, haudquaquam multos ibi fuisse qui huiusmodi essent donis potiti: & alios quosdam ob eorum ignauiā ab his destitutos. Vt itaque & hos cōsoletur, sic inquit. Spiritus sancti partitiones & munera, pro eius arbitrio conferuntur & nutu. Nouit enim quod cuique cōferat, & hunc in modum gratiam impartitur. Nam plerūq; ob vitam actam impurius, & spiritus eius dono carebit, persępe etiam neque id ille accipiet qui recte vixerit ne superbia efferatur. Et idcirco humilibus & inutilibus potius tradebantur hæc dona.

Spūs sancti gratiā nō omnibus indifferenter dari.

Non enim angelis deus subiecit orbem terræ futurum. Vt autem filium arguat maximum in modum angelis ipsis pręcellere, mundum dicit apostolus, siue structurā & mundi hanc machinam, patrem filio subiecisse, non angelis. Futurum autem eo dixit, quia dei filius perpetuo fuerit. Mundus vero, quia conditus est, & aliquando nil fuerat, quasi vt fieret videtur futurum, quia prius non extitisset. Erat igitur quo ad filij essentiæ perpetuitatem futurus est orbis terræ.

De quo loquimur. Hoc est de quo superius diximus, cum introducit filium in orbem ps. ci. terræ. Præter hunc itaq; alium neminem errabunda requirat mens tua. Multi vero qui futurus est, qui ita interpretantur, perinde orbis hic terrę sit cęlestis futurus, de quo nūc dicat apostolus, loquimur, id est de quo omnis nobis sermo est habitus. Tunc enim & angeli seruorum in morem astabunt, filius vero iudicans assidebit. F

Testatus est autem in quodam loco quidam dicens. Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Testificantis hic nomen non explicat, vtpote qui ad scripturarum peritos sermonē habeat. Hæc sane omnia quo ad communem humilitatem sunt dicta: proprius tamen Christo post carnem assumptam conueniunt. Nam & filius dei existens, nihil aduertens quod humana esset ille natura, hanc ipsam vltro excepit & sibi vniuit, vnde vel omniū est effectus sublimior.

ps. viii.

In eo enim quod subiecit omnia, nihil dimisit, non subiectum ei. Nunc autem needum uidentur omnia subiecta ei. Cum enim hi ad quos Paulus scribit, pluribus malis affecti, persecutionibus affictarentur, ne hanc illi prætenderent dicendi occasionē, quid ais, illius cūcta esse ditioni subiecta, cum ipsi ad eius hostibus, tot malis affligimur, & exagitamur acerrime? vel ex his quidem possumus conspicari nequaquam illi (vt asseris) cuncta subesse. Cur ergo nobis illudis o Paule? Nolite, inquit, ob id animo obturbari, nec mēte & spe cōcidere. Futurum est enim vt vniuersa illi subijciātur. Nam ideo subiecisti, id verbum sacræ literæ protulere, vt credamus, & si nondum euentum res habuit, sic tamen euasuram esse oīno.

A Ac tanq̃ hunc iam finem sit nacta, nunc aperit. Nulla itaq; vos formido incessat, qui ma la nũc toleratis. Nondũ euangelij præconiũ hoc vniuersa peruicit, nondũ absolutum est tẽpus, quo oĩa pareant, parebũt, mihi credite, cuncta, & Christi erunt potestati obstricta.

Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Nititur quæ dicta sunt ostendere, vt arguat Christo omnino cõgru ere, aitque. Etsi omnia filio subiecit pater, nondũ tamen illi hęc videntur competere, qui nondum iudicaturus aduenit, sed futurum id omnino astruim⁹. Illud vero, angelis paulo minus esse minorem effectũ, & Christo conuenit magis quã nobis mortalibus. Is nan quc cum apud inferos iam tertium diem vt homo egisset, paulo est ab angelis imminutus, vtpote qui nihil sunt morti obnoxij. Nos vero quia plurimũ morti obstringimur, & corruptioni patebimus non paululum, sed maximum in modum angelis sumus inferiores. Nec minus & gloriæ huiusmodi & honoris, ob passionem & mortẽ corona Christo magis quam nobis cõgruit. Mortis autem passionem inquiens, veram mortẽ expressit. Non enĩ imaginaria mors illa erat & præstigiosa, sed re ipsa patiebatur. Mortis præterea meminit & crucis, vt eis suadeat quatenus pręceptoris exemplo magno animo ferant pressuras. Cum vero in laudem illi & gloriam crucem cessisse, & nobis item quę patimur gloriæ futura ostendit. Subinde diceret. Quid ea refugitis quæ coronam sunt allatura & palmam? Ille vestri qui serui estis ob gratiam pertulit mortem, vos cõtra, pro eo qui vt dominus habet in vos potestatem, vel saltem leuiora hæc mala nil toleratis.

Nota. Eo christ⁹ paulo minus ab angelis ĩminutus dicitur, q̃a mortuus.

B *Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem.* Neque enim vt nobis obnoxius, sed vt gratiã faceret ad mortem ille filium destinauit. Nec pro fidelibus solum, sed pro vniuerso terrarum orbe. Nam etsi haudquaquam omnes sunt salui effecti, ipse tamen peregit quod sua intererat. Recte autẽ gustaret, dixit, nam & more aliquid degustãtium, breui admodum temporis ĩteruallo in morte permãsit, qui mox resurrexit. Vnde vel ob id ipsum est angelis potior, quia mortem euicit Quemadmodum enim & medicus appositos cibos abhorrere languentem aliquam conspicatus, mox ipse pręgustat, vt ægrotum faciat fidẽtiorem, alliciatque cibum vt capiat: sic & dominus, cũ nos spectaret mortẽ reformidare, hanc prior ipse libauit, & si minus id facere cogeretur. Quid ni? Qui nequaquam morti subijceretur, sed per gratiã hanc ille subiuit, vt ad mortẽ perpetiendam si esset necesse, vt minus horribilem, nos hortaretur. Nestoriani vero scripturam hanc Pauli deprauantes, non gratia dei dicunt, sed sine, deo. i. sine diuinitate pro omnibus mortẽ gustaret, vt quod ipsi pessime sentiunt, Christo. s. cruci affixo, diuinitatem astruant non affuisse, vtpote quæ non substantialiter illi inesset, sed affectione quadam vnita. Quorum impietatem orthodoxus quidã irridens, sic inquit. Esto vt ipsi asseritis scriptum, vel hoc modo id facere nobiscum videtur, quod dictum est. Sine deo enim pro cæteris alijs dominus mortem subiuit, vel pro angelis ipsis, vt illorum in nos odia soluat, & eos gaudio expleat sempiterno.

Filius demissus ꝑ vniuerso orbe.

Similitudo.

Nestoriani.

Decebat enĩ eũ ꝓ per quẽ omnia. Id est, patrẽ, neque enim si per præpositio hæc quę grę ce habetur, imminutionem afferret, & soli filio conueniret, & patri adijceretur. Adisce

Aliàs ꝓpter

C autem quam habeat per quem illud significantiam, vt nemo videlicet absurdius aliquid ex eo intelligat, quod per quem omnia dixerit id est vt filium faciat omnibus indigere, quia propter eum facta sint omnia. Per præpositio hæc, aliquid præfert. Exempli gratia. Per hominem id est hominis gratia creata sunt omnia. Propterea enim per illud adiecit. Perinde ac si dicat. Per quem sic velim intelligas, tanquam per ipsum facta sint omnia. Cum itaque per quem & filium ipsum designat, ita accipito, id est, a quo.

Qui multos filios in gloriam adduxerat, authorẽ salutis eorum per pasionem consummari. Adhuc dicto illi insistit, quod superius dixerat. Gloria & honore coronasti eum. Quod autem dicit tale est. pro suæ clementiæ dignitate vel hoc pater effecit. Quippe qui primogenitũ omnium filiorum, eius sunt gloria fruituri, præ cæteris clarissimum ex passione patefecit vt cunctis appareat esse omnino pro ea gloria decertandum, ἀρχηλων autem salutis authorem caussam dixit. Aduerte autem quantum ipsi ab illo distemus, nam filius quidem is dicitur, & nos filij nuncupamur. Salutem ille largitur, nos vero salui efficimur. Sumus præterea & illi coniuncti, & alia quadam ratione disiungimur. Illi nanque ideo copulamur, quia multos filios traducit ad gloriam, & eo distamus, quia filiorum sit salutis hic author, nota autem passionem, consummationem, & finem pretendere, & salutis caussam esse. Et qui pro aliquo patitur, non modo illi prodesse, cui⁹ gratia tulerit pœnas, sed sese clariorem in postremum facere, & perfectiorem intelligat. Consummatio-

ps. viij.

nem vero hoc loco gloriam ipsam intellige, qua sit ille affectus, vel eam quæ decet humanitatem, vel quia natura insitam sibi gloriam asseruabat. Alioquin quo ad nostram mortalem hanc & humanam conditionem, vt homo inglorius erat, vtpote qui esset incognitus. Vbi vero per crucem innotuit, & gloriose est in altum sublatus gloriam dicitur accepisse. Quam cum natura sibi haberet ingenitam, nequaquam videtur a nobis illi esse allatam. Vel consummationem, immortalitatem ipsam appellat, quæ deerat quidem Christo & homini: per resurrectionem vero hanc consummauit, perfecitque illi pater. Nam postquam hic resurrexerit, nullum præterea habuit mors in homines dominatũ, & mortalem omnem naturam huiusmodi est cõsummatione dignatus. D

Cur gloriam dicatur dominus accepisse, cum eam natura sibi haberet ĩgenitam.

Qui enim sanctificat, & qui sctificatur ex uno omnes. Ecce vt rursum Christi fratres esse nos arguit, & tãto ab eo fuisse honore dignatos. Cũ eñ sctificans. i. Christus & sctificati nos ipsi videlicet ex vno oẽs, hoc est a patre vt fili⁹ ipse, nos vt creati. Ille itaq; sctitatẽ largitur nos sancti efficimur. Quo fit, vt & identitas intercedat, & excellentia demonstretur.

Propter quam causam non confunditur, fratres eos uocare. Aduerte hoc loco quã diximus excellentiam. Cum enim inquit, nil ille confunditur, hoc est nil eum pudet, ostendit nequaquam rei ipsius naturæ id esse, sed charitatis minus pudentis. Nam etsi ex vno prodiuim⁹ omnes, alia tamẽ sumus ipsi a Christo & longe diuersa conditione, a quo tantum distamus, quantum a creatis & conditis differt creator.

p̃s. xxi. *Dicens nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.* Vbi enim carnem hic induit, fraternitatem nobiscum iniuit & induit. Vnde & in vnum fraternitas ipsa conuenit. Rursum tamen in eo excellit, quod hominibus se denũciaturum patrem promittit. E

Et iterum. Ego ero fidens in eum. Idcirco eñ arguit se hoĩem esse effectum, & nobis fraternitate coniunctũ. Quia vt quisque mortalis, ita se patri cõfidere apte fatetur. Simul p̃ter ea & nos admonet, vt deo & soli fidamus. Quandoquidem & ipse qui filius est, & nullius ope indigeat, patri tñ fidere se fatetur. Nõnulli vero in hãc sententiã id accipere, dicũt aute. Cũ eñ Christũ superius dixerit fratrẽ, & paulopost patrẽ eundem hũc appellarit, ostẽdit tamen eiusmodi nomina futurę dispensationis & vltimæ fore, eius vero ante sęcula deus est nomen. Quis ergo in alio poterit, nisi in deo spem suam sitam habere? perinde ac si dicat. Neque enim quia patrem hunc & fratrẽ p̃cipitis, e vulgo aliquem vnum existimate. Est nanque hic deus, & in quo plane (vt scribitur) est confidendũ, & ita vt non tanquam a Christo hæc, sed a propheta videantur prolata, vt dicat, confidam ego propheta scilicet Christo ipsi vt deo. Qui sensus nequaq̃ superioribus cõgruit, & minus probatus.

p̃s. xvii.

Et iterum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Hoc loco Christum defert nobis in patrem. Dedit autem, ob patris beneplacitum dixit, quod carnem hunc assumere fecerit. Nam si incarnari filium non placuisset, nec sibi filiĵ forent qui credidissent.

Ge. xxiii.

Quia ergo pueri communicarunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Pudeat velim hoc loco, qui asserunt non re filium: sed apparentia quadam exteriori parem nobiscum genituram sortitum. Neque enim carnis hunc & sanguinis, inquit, æque ac pueri, id est reliqui homines participasse, quanuis & si id protulisset, satis profecto fuisset ad cõfirmandum veram carnem hunc accepisse, sed similiter adiunxit, vt nostræ carni persimilem hunc habuisse incarnationem ostendat. F

Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Causam dispensationis exponit, vt per mortem videlicet quam ille subiuit, quia carnis esset & sanguinis particeps diabolum perdat, qui habet mortis imperium. Quomodo? Per peccatum videlicet. Cum eñ ex priori illa Adæ inobedientia hoĩes, suis artibus faceret in peccata prolabi, ipse mox condidit mortem, quę eodem in posterum pro milite & fortioribus armis humanam hanc aduersus naturam est vsa. Morte igitur hac ipsa vt diabolum expugnaret & perderet, vsus est Christus. Quod vtique ingentis virtutis & sapientiæ est argumentum, vt hostem ĩjsdem armis occideret, quibus ille plurimos enecasset.

Ose. xiii.

Et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Id est vt homines liberos redderet, quicunque mortis erant seruitute obstricti, id est qui mortis erant addicti obsequio, & eum pertimescebant, tanquam non aliquando esset hęc abolenda. Vel mortis obnoxios dicit, & mortem reformidantes priores homines, qui assidui in timore ducebãt vitam, morituros se semper opperientes. Et quia mortem maxime verebantur, nihil sentire poterãt voluptatis. Id enim prætendit cum per omnem vitam dicit. Erant vtique seruituti obnoxĩj, hoc est tremore continuo vrgebãtur, vt solent seruitia dominum verita contremiscere, existimantes amarissimam esse hanc mortem, eoque nec vo-

Diabolus ĩjsdem armis est occisus quibus hominẽ perdiderat.

A luptate aliqua perfruuntur. Est igitur ex his colligendum, qui mortem horrescit, nec liberum esse, & cunctis patere in seruitutem. Valet præterea ad consolationem oppressis. Siquidem qui nunc diuexantur & vinculis astringuntur, liberius viuunt, & sanitate maiori quam prisci illi qui versari in delicijs videbantur, cum his mors ipsa imperitaret, & esset formidini, quippe qui istiusmodi mortis horrore, & seruitute astringerentur, vos vero prorsus sitis his liberati.

Nusquam enim angelos apprehendit. Hoc est, nequaquam angelorũ ille naturam arripuit, neque hanc tulit. Id vero immensam erga genus humanum arguit charitatem. Quando quidẽ ꝙ angelicę naturę nõ est elargitus, cõtulerit homini, vt ab hoc carnem assumeret.

Sed semen Abrahæ apprehendit. Non enim accepit inquit, sed apprehendit, vt ostenderet naturam hanc nostram refugientẽ, & longius ab se abeuntẽ Christũ fuisse insectatum, & adeptum tandẽ prehendisse, & sibi vnisse, & a fuga retractũ cõplexum esse. Nec naturã hominum dixit, sed Abrahæ semen: cum vt Iudæos extolleret, & illorum genus argueret honoratũ, tum vt eosdẽ in eo assereret anteire gentiles, quia ab his dominus ortum duxisset. Semper autem his aliquid ad gratiam loquitur, ita tamen vt nemo possit ex eo offendi. Simul præterea & repromissionem recordatur Abrahæ factã, qua terram domi nus his, & eorum posteris daturum se pollicitus est, bonis omnibus affluentem. Semen Abrahæ. Gen. xv. Exo. iij.

Vnde debuit per omnia fratribus similari. Cum enim, inquit dignatus est semel carnẽ hanc ille nostram induere, & naturam humanam arripere, consentaneum erat omnino, vt &
B nobis persimilis nasceretur, paremque nobiscum & educationem haberet & incrementum. Ferretque omnia quę illi essent ferenda, ac demum mortem obiret. Id nanque prætendit, cum per omnia inquit assimilari.

Vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum. Nullã inquit, aliam ob caussam carnẽ hãc nostram assumpsit, nisi vt per eam & nostri misereretur, & humi iacentes attolleret. Verũ quo pacto põtifex noster effectus est hac ipsa illota & sordida quã a nobis desumpserat carne? Certe vt pc̃tis nos repurgaret ĩpleretq; eius intercessu a deo nostris erratis veniam, quibus antea ipsi oppugnabamur. Fidelis vero .i. verax & potens, vt pontificis adimpleret & munus. Est nãq; pontificis veri officium, vt eos prauis eximat facinoribus, quorum sit pontifex constitutus. Vel fidelem dicit, id est, deo acceptum.

Vt repropitiaret delicta populi. Ostendit quid pręferat ad deum esse fidelem, videlicet vt populum delinquentem deo conciliet. Id enim est maxime suę in nos charitatis indiciũ, cum enixe omnia fecerit vt peccata deleret. Quęret aliquis. Cur enim non mundi, sed populi dixit peccata? Quia ad Iudæos sermo hic habebatur, quorum gratia præcipue dominus in mundum concessit, vt his saluis effectis, & cæteri per hos salutem assequerentur, & si longe aliter res ipsa euaserit. Quinetiam Ioseph angelus ipse affatur huiusmodi. Saluum facturus est populum suum, & a peccatis hunc liberabit. Quod sane Iudæorũ pręfert nobilitatem, & quanti hos faceret deus ostendit. Iudęorũ p̄conium. Matth. i.

In eo enim in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis qui tentãtur auxiliari. Humile ad modum id, & vilius quidẽ, & deo plane indignũ apparet, alioquin haudquaquã est a car
C nis conditione alienũ. Nam si & de patre qui corpore caret & carne, quã multa quã humane huic congruunt, magis & mortali naturæ profert scriptura? vt illud. Dñs de celo prospexit, & vidit filios hominũ. Et alibi. Descendẽs videbo, & multa huiusmodi, lõge magis de Christo, qui carnẽ assumpsit, & ĩ carne perpessus est, infinita quædam enarrat, cum vt auditores de eius incarnatiõe faciat certiores, tũ quia adhuc fragiles essent, & in fide nõdũ obfirmati. Rerum eĩ experiẽtiã existimãt hoĩes cęteris potiorẽ. Qđ aũt dicit, hmõi est, non enĩ solum vt deus, sed quia vt homo cuncta expertus intelligit, siquidem multa ꝑpessa est Christi hæc caro, callet q; quid pressura, quid ve tentatio sit. Vnde & auxiliari põt .i. prõptior esse manꝰ vt porrigat, & tanquã misericors opituletur oppressis. Psal. lij. Ge. xviij.

CAPVT TERTIVM.

V*nde fratres sancti uocationis cœlestis participes.* Vnde .i. Cum talem hunc dixerĩ pontificem esse, fidelem .s. & peccatores patri conciliantem, nec in potẽtem opem pręstare, velim vobiscũ animo hæc reputeris, cõperietis hauddubie, ita rem se habere. Vocationis autem cœlestis participes, inquit, perinde ac si dicat. Ad cœlum sumus acciti, nihil hic requiramus, ibi nãque & præmia sunt futura & retributio.

Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum. Ob carnem hãc scilicet luteã, humilia quęq; mente peruoluite, vt alias dictũ est sępe. Apostolꝰ vero ob id nũcupatur, Matth. v.

quia ad oues Israel fuit dñs transmissus,& nostræ confessionis, id est fidei pontifex.

Num. xij. *Qui fidelis est ei qui fecit illum sicut Moses fidelis in omni domo eius.* Cum Christum esset Mosi præpositurus, pontificis munus produxit in medium, aitque. Horum vtrisque demandatus est populus procurandus, tametsi maioribus Christus sit rebus præfectus. Initio tamen haudquaquam huius aperit excellentiam, ne hos ad quos scriberet, irritaret. Nã & si fidem exceperant, magnum tamen in modum Mosi rebus fauebant. Interea vero Christum dominum æquiparat dño, aitque & fidem hunc patri seruare, qui apostolũ se & pontificem fecerit. Neque enim dei substãtia hoc loco differitur, sed de animi prõptitudine. D

Domus populus vocatur. Exodi. xxxiij. Fidelis igitur est ex affectu quodam præcipuo,& volens rebus præsidet patris, nec eas sinit corrumpi, sed illarum salutem pro sua ducit. Quemadmodum Moses domui eius prospicit, id est populo. Domũ enim populum nuncupat. Eius vero, id est dei ipsius vel Mosi. Nam & Mosi populus dicitur, vt alibi. Populus tuus peccauit. Erat nanque hic Moses populo ita præpositus, vt domui dispensatore m præficimus.

Amplioris enim gloriæ iste præ Mose dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit, deus est.

Quin etiam hoc loco quam dominus Mosi præstet, sic inquiẽs patefacit. Erat sane & Moses ille in tota domo, id est populo vniuerso, alioquin quidam vnus hic erat de domo, quippe qui homo esset & mortalis vt cæteri, & si sanctior videretur conseruusque & reliquis erat. Sicuti & domus dispensatores,& si præesse alijs videantur, eodem tamen seruitutis iugo, quo & cæteri astringuntur. Cum itaque & Moses hic pars esset aliqua domus, est tamen ab aliquo conditus. Qui vero hunc condidit, ei præstet necesse est. Eundem vero filius dei creauit, qui carne suscepta,& eius gratia pontificis munere fungens, quẽ creauerat, Mosi longo interuallo præcellit. Aduerte autem quemadmodum a carne comparationem desumpsit,& deinceps ad diuinitatem digressus est qua incomparabiliter excedere creatorem rei creatæ ostendit. E

Quantum xp̃s Mosi præstet. deu. xxxij *Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum uerborum quæ dicenda erant, Christus uero tanquam filius* Vel alium quendam in modũ Mosi Christum præstare ostendit, quia.s. Moses ille, tanquam minister & seruus esset fidelis, & ad id constitutus, vt dñi q̃ forent, cæteris seruis denuntiaret,& quæ dicta sunt deo testificetur. Nã etsi cælũ vocat & terrã in testem, vt illud. Audi cęlũ & auribus percipe terra. Et valles: vt illud. Audite valles fundamenta terræ. Longe magis hominis vsurus est hic testimonio. Christus itaque fidelis est, vtpote qui proprius sit hæres & filius, & quæ paterna sunt, pro patris arbitrio moderetur & regat. Differt igitur istiusmodi filius a Mose seruo, ingenti quodam & incomparabili interuallo

In domo sua, quæ domus sumus nos si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.

Domus quidem Mosi populus fuerat, cuius & ipse pars erat. Pro domo præterea & deus nos habet, si modo ad finem vsque stabiles fuerimus, nec facile in præceps labamur. Hoc autem loco Iudæos hosce & fideles hortatur, vt in pressuris constantiores se præbeant, nec in mollitiem resoluantur. Sic enim fore affirmat, vt dei sint domus, vt & Mosi fuerant. Hos præterea laudat, quod rei principium dedissent, vnde & necessarium esse, vt & finem cœptis imponant. Recte autem fiduciam dixit & gloriam. Cum enim cuiquã futurę retributionis spes certior est, id glorię ducet, perinde sit ex spe & votis omnia cõsecutus. Nec in secessum se aliquem confert, vt delitescat & mœreat, cum malis affligitur sed fidentior est,& in publicum prodit. Et Christi ob gratiam, quem vnice colit, aduersa quęque æquo tolerat animo. F

p̃s. lxiiij. *Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in quo tentauerunt me patres uestri, probauerunt me, & uiderunt opera mea: quadraginta annis, propter quòd offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi uero non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* De spe hic vtique differit, quemadmodum scilicet ibi sunt pro laboribus certiora præmia expectanda,& quietudo. Idque sic fore ex prophetæ dictis affirmat, quemadmodum in requiem sint ingressuri credentes: vt contra, qui minus crediderint, quales prisci illi fuere Iudæi, nequaquam hanc sunt adituri. Cum enim rubrum mare traiecissent Hebræi,& in locis desertis innumeris essent beneficijs affecti, quæ plane dei erga se curam præferant, vt eorum potentiam demonstrarent, dimiserunt ex communi consensu speculatores, qui terræ naturam contẽplarentur, quam essent ꝓpediẽ aggressuri. Illi vero cum ad suos se recepissent, renunciarunt miranda esse regionis eius naturã.

Expectanda p̃mia.

Nume. xiij. xiiii.

Homines tamen eam inhabitare, qui debellari non possint. Tunc igitur popul' ille dei
A potentiæ, quam inexpugnabilem existimare oportuisset, non admodum fidens, eorum quos ad eam rem delegasset dictis obstupefactus obmurmurabant in dominum, redeundũque sibi in Aegyptũ omnino decernebat. Quocirca ira percitus deus, quia celerrime adeo tantorum miraculorum memoriam depulissent, iurauit nullo pacto generationem quęrulam illam, terram quam erat pollicit', ingressuram. Vnde præter Caleph & Iosue omnes fere sunt in eremo perditi. Dauid itaque, qui posterior fuit, cum hisce de rebus dissereret, dixit. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra ne eadem illa quæ & vestri maiores perpessi sunt, patiamini & quiete priuemini, tanquam scilicet alia quædam, sed quietudo, quã simus ipsi consecuturi, hæc inquit. Nam si verã illi recepissent quietẽ, cur illud inferret. Hodie nolite obdurare corda vestra, sicut & patres vestri, & non ingrediemini requiem? Quæ igitur esse alia, præter regni cœlestis iucundissimum otium, requies potest cuius figuram, & sabbatum præfert, & eum qui typice effectus est, In Palæstinam filiorum contradicentis generationis introitum? Tribus itaque modis quiescimus. Aut enim sabbato hæc quies præstatur, in quo & deus ab opere con quieuit. Qua de quiete, haudquaquã videtur hoc loco Dauid disserere, vtpote quę apud priscos illos pro vera sit habita, & illa quidem quę per terrę promissionis ingressum est comparata, quam introgressi Iudæi, erant a bello & prælijs quieturi, & errore illo, quo tã diuturno diuagabantur erratici. De qua tamen quiete nec vllam facit hic mentionem.

Pręter Iosue & caleph, oẽs fere sunt ĩ deserto perditi.

Tribus modis q̃escimus. Gene. ij.

B Nam si Palæstina regio Dauid temporibus sub eius erat Hebræorum imperio, quo pacto de hac erat ille tanquam deserta dicturus? Videtur igitur alium quendam quies huiusmodi, statum prætendere, in quam Iesus naue nullam haberet Iudęos inferendi licẽtiam. Eiusmodi statum in cœlis duntaxat reperiemus. A quo est maiorum vestrorum exemplo ob diffidentiam excidatis, erit vobis omni studio adnitendum. Non enim eorum quæ per deum geruntur exigendæ sunt ab homine rationes, sed fides illi indubitanter præstanda. Id nanque & priscis illis crimini datur, quia dominum tentauerunt, id est, quia non omni prorsus dubitatione sublata, in eum sperarunt, vtpote cui omnia essent factu facillima.

Non sunt corũ quæ p deũ gerũtur exigẽdę rationes.

Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malũ incredulitatis. Hęc de terrenis sunt dicta. Videtur enim inter hos fuisse nonnullos, qui minus crederent vera esse, quæ de futura retributione narrantur, eoq; voluisse de dei cum potentia, tum prouidentia vel in medijs malis, quibus diuexarentur, periculum facere. Vnde & Paulus hos ipsos corroborat, ea repetens, quæ fuerint olim diffidentes illi perpessi. Neque enim adeo futurorum malorum formido plerosque hominum frenat, reprimitque quantum pręteritorum memoria & recordatio, quę certam afferunt de se cognitionem, & exemplo sunt pręsentibus, vel olim expertis. Aduerte autem quemadmodum ab incredulitate eiusmodi & illud detinet vt & mala quis cogitet, & opere exequatur.

Discedendi à deo uiuo. Neque enim aliter obuentura est incredulitas ipsa & diffidentia, nisi a deo quis prius desciscat. Nam quandiu quis deo adheserit, fueritque illi vt omni-
C potenti confisus, nihil existimat fieri non posse, quod deo libuerit.

Nõ pmitit quis in diffidentiã cadere: nisi prius a deo desciscat.

Sed exhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur. Hoc est, Aedificate vos mutuo, & ita corroborate, vt non collabamini. Quod si vel quispiam fuerit collapsus, quo ad hanc auram spirat viuitque, hunc ipsum attollite. Id nanque cum inquit, vsque hodie nominatur, deum designat. i. quousque duxerit vitam. Hanc enim & spes comitatur, & bene sperari de peccatore superstite potest vt resipiscat admonitus. Præcipue autem nulli insit cor prauũ. Quod si forsan acciderit, nequaq̃ hic in desperationẽ & diffidentiã prolabatur. Quin vos illũ hortando suscipite, & iuuando mox subleuate.

Vt non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Hoc est, Ne ex eiusmodi diffidentia, in cęcitatem corruat, & maneat insanabilis. Quẽadmodum enim orbata luminib' corpora duriora, nequaq̃ medentis se manibus attrectanda subiecerint, sic & animę in malis iam obduratę, dei verbis minus parebũt. Fallaciã vero peccati vel dæmonum suggestiones appellat, videlicet quod nullã quis speret futuram bonorũ malorũve retributionem. Vel fallaciã despationẽ dicit. Nã q; semel labenti, mihi nihil sit spei reliquũ, peccati plane hęc fuerit fallacia. Peccatũ nanq; nos circũueniens & ad se trahẽs, talia suggerit (vt dictum est) cogitanda, impius in profunditatem cadens, contẽnit. Qui vero fuerit delicti contemptor nec deo credere sustinebit. Quo fit, vt ex peccato incredulitas oriatur. Dixit enim in corde suo, non requiret deus. Et alibi, Oblitus est deus, & huiusmodi alia.

Fallacia peccati.

ps. viij.

ps. ix. xiij. liij.

Participes enim Christo effecti sumus. Hoc est, per fidem illi sumus coniuncti, & sic ei sumus participes vt capiti corpus. Et subinde inquiens hos consolatur, & spem affert. Qui enim tanta est nos charitate cõplexus, vt & corpus nos suum effecerit, nequaquam nos, D
ij. Tim. ij. si modo velimus, diuelli a se patietur. Simul etiam illud ostendit, quod dictum est alibi. Toleremus & conregnabimus. Nunc itaque eorundem ipsi participes, quorum & Christus particeps fuit, pressurarum scilicet & malorum, diligentius connitamur & gloriæ participare.

Si tamen & initium substantiæ eius usque ad finem firmum teneamus. Id est, fidem. Per hanc et subiuimus diuinam illam & spiritalem substantiam, per quam & regenerationem accepimus. Quinetiam vel in hac vita deposcit, vt firmiores in fide simus & stabiles.

Dum dicitur. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Confirmat quemadmodum dixerit, vsque in finem. Inquitque idipsum prætenditur. Cum hodie vero, sic intelligitur, vt superius est explicatum.

Quidam enim audientes, exacerbauerunt. Audientes, inquit dei promissa, cum polliceretur daturum se his terram chananæorum, & alia pleraque desciuerunt ab eo, & hunc ipsum ob perfidiam exacerbauerunt. Cauendum itaque, ne & ipsi promissionibus his diffidatis. Nihil enim vobis conducit, sola hęc promissionum huiusmodi auditio, nisi & fidem his præstiteritis, quemadmodum nec vestris maioribus profuerat audijsse, quin potius
Caleph ob id iustius perditi sunt, quo & dei sunt verbis diffisi.

& Iosue. *Sed non uniuersi qui profecti sunt ex Aegipto per Moysen.* Caleph nanque ille & Iesus, nequa E
quam fuere increduli. Propterea & promissionem adepti sunt, & Palęstinam ingressi.

Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Per quęstiunculas eo nonnullas hic loquitur, vt clarior sit & apertior eius oratio. Et ne facile illi possit occurri (rogandi enim hic modus certioribus re-
Nu. xiiij. bus apponitur) addit pręterea & pœnas. Prostrata sunt enim, inquit, & conciderunt eo-
Psal. xv. rum cadauera in deserto. Et κῶλα, vt gręce habetur, hoc est, ingentem ossium vim & pene infinitam. Sic enim ex parte vniuersum corpus procubuisse ostendit.

Quibus autem iurauit, non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt, & uidemus quia nõ potuerunt introire propter incredulitatem? Superius quidem peccantibus dixit, nunc vero incredulis, vt ostenderet ad Hebræorum animi pusillitatem, futuram & diffidentiam, vt illud accederet, quod eorum plerique in alia praua facinora prolaberentur. Qui itaque, inquit, fuere increduli, videmus nequaquam promissionis terram adijsse id est prę oculis nobis peccati certior pœna obuersatur.

CAPVT QVARTVM.

Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius. Huc redit id omne quod dictum est supra. Hodie si vocẽ eius audieritis &c. Verendum itaque & nobis, ne eadem illa contingant, quę olim diffidentibus illis ingesta sunt mala.

Terra promissionis. *Existimetur aliquis ex nobis deesse.* Id est, Ne forte prætereatur & reliquatur postremus ad adeundã promissam nobis hanc requiem. Lętiorẽ itaque reddit sermonem, & minus molestum. Non enim prętermissus est, inquit, sed pteritus esse existimat. F

Etenim & nobis annuntiatũ est, quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus. Et nobis præterea denuntiata futura sunt bona, haud secus ac illis, sub figura terræ promissionis. Nil tamen id potest nobis prodesse, nisi & fidem promissis adhibeamus, deponamusque animi omnem pusillitatem & diffidentiam, sicuti nec illis aliquid contulit. Aduerte autem quemadmodum denunciatum nobis illud ait fuisse, tanquam vero quędã & certiora sint bona promissa, & quęvelut ex trophæis in nos & parta victoria conferantur, illis vero auditum esse sermonem.

Caleph & Iosue eo q seditiosis non assenserũt Palæstinã sunt ingressi. *Non admixtus fidei uerborum ex his quæ audierunt.* Id est, Nil prorsus his qui sermonem audierunt, coniuncti, vel congruentes, sed ab his omnino diuulsi. Græce vero admixti legitur. Non enim non conuenientes dixit, sed non admixti. Et egregie quidem, vt arctissimam patefaceret vnitatem. Audientes autem hoc loco credentes ipsos, & fideles dicit. Hi nanque dici hauddubie possunt, verba diuina auscultantes. Basilius vero nõ admixtos eos intelligit, qui cum Caleph illo sensissent & Iesu. Hi nanque a seditionibus abfuere, neque tumultuantibus reliquis se ipsos admiscuere. Verum quos istos dicit qui audierunt? Illos nimirum, qui dei promissa audientes, nil postmodum profecere.

Ingrediemur nos in requiem eius, qui credidimus, quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea si introi-
A *bunt in requiem meam.* Vnde id liquet: quod credentibus nobis in eiusmodi requiē patebit ingressus? Ex eo quidem, quod dominus dixit. Non enim sunt infideles in requiē hanc ingressuri. Id enim datur intelligi ex rebus diuersis. Nam vt infidelibus infidelitatis est præmium, & ne in requiem illam ingrediantur occasio, sic nos contra qui fidē seruamus, seruatæ fidei mercedem accipimus, æternæ illius quietudinis aditum. p̄s.xciiij.

Et quidem operibus deus ab institutione mundi perfectis, dixit enim in quodam loco de die septima sic, Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et isto loco rursum. Si introibūt in requiē meā. Hæc minus consentanea sibi videtur esse oratio, cum tamen secus se habeat, sed ita inquit. Neque enim dicere poterit quispiam de sabbati requie Dauid disseruisse. Nam qui fieri potest quando olim iam illud effectum sit, vt principio mundus sit constitutus? Quin potius perspicuum est de alia quadam Dauid quiete dixisse, de cœlesti videlicet illo ingressu, qui tamen in futurum sit debitus, tanquam in posterum essent nonnulli cœli hanc requiem adituri. Et quemadmodum sabbatum apud scripturas, & si requies dicitur, nil tamen impedit, quo minus & requies in alium sensum nuncupetur. In tertia videlicet quietudo, quam deus esset olim pollicitus. Sic quidem nec prohibetur hoc loco, quin & requies futura illa interpretetur, cœlorum, inquam, imperium, quod sane haud quaquam sunt increduli adituri. Gene.ij. p̄s.xciiij. Sabbatū requies.

B *Quoniam ergo superest quosdam introire in illam, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesum requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur post hanc diem.* Studet itaque omni nisu Iesum illum arguere nil potuisse in hanc requiem inducere quempiam, cuius & Dauid meminit, & nos facimus mentionem. Cum igitur nec ille in huiusmodi requiem inuexerit aliquem & Dauid inquiat rursum post tanta annorum curricula, nolite obdurare corda vestra, sicut & patres vestri qui ob eorum diffidentiam nequaquam sunt quietem ingressi, deturque ex his nobis intelligi, rem contra procedere, videlicet si creduli fuerimus, futurum esse, vt illam ingrediamur. Constat ergo requiem istam futuram esse, & nos opperiri vt se adeamus. Neque enim Dauid de Palæstina huiusmodi dictitabat, quippe qua tunc potirentur Iudæi. Neque de septimo die, vtpote quæ ab ipsa mūdi fundatione fuisset. Est igitur requiens quædam, cœlorum, i. regnum ad quod & Iesus dominus, ob credulitatem & fidem, quæ in se habetur, inducit.

Igitur relinquitur sabbatismus populo dei. Non enī quietē dixit, sed sabbatismum, nomine proprio explicato & eo quidem quo maxime hos oblectabat, & illecti nominis eiusdem suauitate concurrebant. Nec secus & cœleste regnum se habet. Nam quemadmodū sabbato ab omni opere carnali & crasso cessandum, lex ipsa iubebat, & ea duntaxat vt per agerent, quę cū a dei cultū, tū ad animę vtilitatem facere viderentur, sic & in posterū illud tempus, cuncta spiritalia futura sunt & diuina nihilque quod carneum sit aut laboriosū, vbi & dolor oīs excessit, & mœror & gemitus abijt. Audi ergo, q̄d ipse mox īferat. Tertia requies regnum cœlorum.

C *Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis deus.* Explicat nūc cur sabbatismū dixerat futuram in cœlis requiem, ob id scilicet quia & ipsi nostris operibus requiescimus, nec secus quā deus, vbi diē quo ab condenda terrarum hac machina cessasset ab opere sabbatum appellauit. Perinde ac si dicat. Hac quidē in vita acerrimum est iustis certamen & labor immensus propositus, quia virtuti maxime est insudandum. In cœlis vero, neque ad mortalitatem aliquam exercebuntur, sed deo dūtaxat inexplebili quadam animi fruentur suauitate. Quod autem hi ex Iudęis crediderant audire maxime cupiebant, quod a præsentibus scilicet & operosis negocijs liberandi sint & pressuris, nunc dicit, vt eorum subleuet animos malis ingentibus afflictatos. Per regē cuius dauid meminit, intelligitur cęleste īpiū.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Cum ostendisset tertiam quandam esse quietem, & illam cœlestem, hortatur nos demum, vt hanc ipsam ingrediantur. Recte autem festinemus dixit, cum haudquaquam, vt ad huiusmodi requiem prębeat aditum, satis viriū habere sola per se fides videtur, nisi & optimus adsit viuendi modus.

Ne in idipsum quis nostrum incidat incredulitatis exemplum. Idipsum. i. Israelitarum exemplū. Quemadmodum enim cum maiorem itineris partem iam confecissent, & mala plurima essent perpessi, ob incredulitatem tamen & diffidentiam conciderunt. Sic & vobis cauēdum, ne post tam multa quæ iam subijstis certamina, collabamini, vtpote qui non ad finem vsque strennuos vos præstiteritis. Id enim verus est lapsus. Fides p̄ se sola non pōt nos ad cęlum subuehere.

Viuus est enim sermo dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Vt enim tunc illi non bello aut gladio,sed dei verbo interiere(quippe qui vltro procūberent,& se ipsi cōtrucidarent)sic & vobiscū agetur.Nam dei hoc verbū,vt illos afficit supplicio , sic & vos cruciabit.Id nanq; & viuit perpetuo, & nunq̄ extinguitur. Vel in aliū sensum viuus est dixit,ne forte. s.cū verbum iam audissent,inconstans esse & vanū existimarent , viuum hoc appellauit. i. subsistens & efficax, ita vt in quācunq; irruerit animā, graue illi vulnus infligat. Aduerte autem, quemadmodū & gladij meminit , & acuti & penetrantis,vt ex rebus nobis iam consuetis & notioribus, præferat diuinæ potentiæ magnitudinem. D

Imperator exauctorat ob delictum.

Et pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus. Rem sane horrendā hic prædicat,quod sanctum spiritū discludat ab aīa dissecetque,& eam relinquat a sanctitate,ex spiritu eodem manante,penitus destitutam,quam dominus in euangelio ancipitem nuncupat. Vt enim imperator aliquis primatem ex suis quempiam (quia tetrum aliquod commiserit facinus)exauctorat & dignitate & magistratus munere priuat , mox etiam capite plectit,vita priuet.Sic & hoc loco cum spiritus fuerit aliquis dignitate priuatus, deinde & pœna afficitur. Nonnulli vero ita intellexerunt , & meo iudicio haud satis consentanea sentiunt apostoli animo.Dicūt enim dei sermonem vel spiritum vbi animam ipsam inuaserit,diuidere statim & interscindere huius animę partes, & eam de cætero hūc in modum susceptibilem reddere & capacem mysterij. Vtque & telū carne prius discissa mox in eam immergi,& ad intima tendere consueuit,sic & sermo nisi munitiores animę partes interclusas seiunxerit,nullum afferunt sibi in eam patere ingressum. E

Pręsentia magis mouent, Sapien.i.

Compagum quoque & medullarum. Ne forte hi animæ cruciatus cum audiunt,negligentiores reddantur,incertos illos existimantes,adiungit & corporis pœnas.Patientia enim quæque & præsentia mala longe acrius vrgent.

Et discretor cogitationum & intentionum cordis. Sermonis nunc patefacit diuinitatem,cuius vel præcipuum est argumentum,disquirere,& nosse hominum cogitatus. Ait enim. Scrutator est cordis & renum deus.

Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Non solum hominum,inquit,examinat corda & scrutatur deus,quinetiam si vel angelos dixeris & potestates,omnia illi aperta & patentia,nec quispiam est quod latere illius oculos queat.

Omnia aūt nuda & aperta sunt oculis eius. Vt clare demonstret,quēadmodū cūcta illi sint nuda.i.nota & cognita,dictione est vsus, ex quadam excoriatæ ouis metaphora .Nam vt illi cum demitur tergus,vel iugulo culter infigitur,& enectę demum a collo pellis diuellitur,interiora cuncta nudantur & patent,haud secus & deo vniuersa,quę in terris geruntur,vel animo concipiuntur & mente , vt aperta & enudata mox innotescunt.

Ad quem nobis est sermo. Illi,inquit,& gestorum per nos reddenda ratio est,& pro commissis danda supplicia. Vides quo redigatur res culmine . Nam & si audias diffidentiæ & incredulitatis malum æque nobis cum Israelitis commune , nil ambigas ferenda esse tormenta.Ostendit pręterea & quas ipsi dabimus pœnas,fore longe acerrimas.

Habentes ergo pontificem magnum , qui penetrauit cœlos,Iesum filium dei. Proinde istiusmodi aliquo rogitante,consule nobis quemadmodum ipsi labamur, nec animo concidamus. Ait igitur . Satis profecto quæ diximus ob iniectam formidinem erudire nos possunt, & reddere tutiores . Accedit etiam, quod pontificem sumus iam nacti , qui nobis possit & opem afferre, si modo illi confisuros nos constantissime profitebimur . Neque enī pusillus est ille,aut cuiusuis sortis , sed dei filius,nec talis qualis Moses fuit.Ille nanque nec requiem illam adiuit , nec in hanc populum introducit.Hic vero vel permanēs cœlos assidet patri,potestque nobis aditum in cœlum pręstare,& quietis illius perpetuæ,cuius longe ante promiserat hæredes efficere. F

Qualis esse debeat nostræ spei confessio, Nota.

Teneamus ergo spei nostræ confessionem. Neque enim id omne negociū pontifici tribuit, sed & ipsi vt officiosi simus deposcit.Habet vtique ille id peragendi potestatē,si modo nos fuerimus digni,in quos beneficia cōferat.At quā id dicit confessionē? Eam nempe, vt resurrectionē confiteamur futuram,quod pro meritis quisque sit accepturus , quodq; infinita ibidē bona nos maneāt , & demū quod Christus ipse sit deus . Istiusmodi itaque tenenda,cōfessio est neque a nobis vt defluat permittenda. Sed quodcūque fuerimus in fidei primordijs ipsis ,pfessi , firmiter teneamus,hoc pacto formidolosa quęque perdentur.

Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Cum istos ad credulitatē hortatur,vbi vel his adiicit fidē,aitq;. Nō em̄ est pontifex iste qui nostræ conditionis ignarus , quales plerique pontificū sunt,qui vt mala minus experti , ignorant pror

A fus quod in se habeant pressuræ acerbitatis,& ideo nec prōptiores sunt vt oppressis opi tulentur vel miseris cōpatiantur. Atqui cuncta subiuit noster hic pontifex,vt vbi mala quā plurima fuit perpessus,& cœlū conscendit, veniam fragilitati daturus humanæ.

Tentatum autem per omnia,pro similitudine absque peccato. Hunc enim insectati Iudęi,& con spuere,& calunniati sunt,& malum semper interminati,* & mortem patibulo suffixere. Pertulit itaque hęc omnia pontifex,pro similitudine nostra videlicet,hoc est,haud se cus hęc omnia tulit,quā ipsi ferre pro humana fragilitate solemus, toleranter tamen & absque peccato quippe qui nulli esset peccato obnoxius. Hunc itaque & vos imitati vel in medijs malis, estote in fide constantiores,& ab omni peccato alieni.

** Et patibulimorte affecerunt.*

Accedamus ergo cum fidutia ad thronum gratiæ. Cum enim, inquit, pcti expertem sumus pontificem nacti,qui vel mūdū peruicit,(ait nanque. Cōfidite,ego mundū hunc vici)debemus hunc fidentiores adire. Quandoquidē & nobis quæ animus tulerit,largietur. Sūt autē throni duo,alter gratiæ,& dū vitā hanc ducimus abeundus,cui qui fidenter adhęserint,munere quodā diuino peccatorum sunt veniam accepturi. Alter vero secundi ad uentus est thronus,nō gratię. Quippe cū nemo tunc remissionē delictis,sed iudicium assequetur. Thronum autem, dixit,vt pōtificis arguat dignitatem & iudicantē ostendat.

Ioan.xvi. Duo throni nobis adeundi gratię vnus alter iustitię.

Vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Perinde ac si dicat,non enim dum in terra viuimus,hunc ipsum adibimus,& misericordiam simul inue

B niemus & gratiam. Vt qui opportune ad hunc cesserimus, & dum est clementiæ locus. Qui vero alias se obtulerit,his prorsus carebit. Neque enim in posterum gratię erit, sed iustitiæ thronus. Quo & si rex ille deus insidet,facturus gratiam flagitantibus, tunc tamen est ad iudicium surrecturus. Ait enim,Surge deus,& iudica terram.

Non est post hanc vitā gratię aut clementiæ locus. ps.lxxxi.

CAPVT QVINTVM.

Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus,pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum. Vult tandem arguere nouum vetere testamentū lōge esse pręstantius, orditurque sacerdotalia mu nera ipsa conferre,cum priscorū sacerdotum illorum,tū Christi. Ostenditque maximum in modum Christi excellere sacerdotium. Veruntamen cum Paulo occurreret, quod multa in esse sacerdotib⁹ illis esset necesse, quę Christo tunc defuissent, vtpote qui neque de tribu esset sacerdotali,neque in terris sa cerdotis munere fungeretur,neque ab hominibus institutus, & (vt ita dixerim) nec imaginem aliquā haberet corpoream ipsius sacerdotij habitus; quæ tamen spiritum præferebant, non terrena hæc & præsentia. Enarrat primum quæ Christo sunt cum sacerdotibus cęteris communia,deinceps & quę in Christo excellunt,producit. Nam tunc quidem cum re alia quadam collatum pręstare aliquid creditur,& cum partim commune aliquid habet,partim priuatum quo præstat. Ex hominibus igitur ad pontificatum assumi commune est Christo cum cæteris. Ipse nanque cum homo existeret,pontifex est a deo effectus. Et pro hominibus con-

C stitui,in his quę ad deū sunt.i. intercessionē facere,vel id quidē est illi cōmune cū cęteris.

Nouum testamentū vetere pręstātius

Vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Explicat quid illud sit,pro hominibus ipsis ad deum constitui, peccatis scilicet deum propitium reddere. Quod vtique & Christo est,& si non penitus,commune cum alijs. Quippe qui patrem conciliandi gratia, seipsum obtu lerit. Alij vero alia quędam,donum videlicet & sacrificium.

Qui uero cū dolore posit his,qui ignorant & errant. Hoc est, cōpati & condescendere,& veniam dare per ignorantiam delinquentib⁹. Aduerte autem, vt ex ignorantia & errore, omne facinorum genus gignatur. Nam & si nosse alij quod peragit,malum videtur alio quin cum illud exercet mentem obtenebratus insanię & erroris morbo laborat,& voluptatum illecebris pręceps defertur.

Ex errore & ignorātia omne malum gignitur.

Quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Causa autem potior sane & certior est,qua debet pontifex pro cęcitate ignoranter peccantibus cōdolere, quia & ipse sit carnis infirmitate obductus,& humanæ fragilitatis ex se non ignarus,& veniam metitur sic delinquētib⁹. Nōnulli vero ita ītelligūt, videlicet vel vna re solū pōtificē differre a populo, quia alijs cōmiseret,& parcit,cū in cęteris sit & ipse vt reliqui hoīes,infirmitate p̄cinct⁹.

Propterea debet quemadmodum & pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Horum omniū cū cęteris nil quippiā participat Christus. Non em̄ erat eiusmodi peccatorū infirmitati obnoxius. Neque pro seipso,sed pro hominibus cęteris sacrificium obtulit.

nemo pō tificiū munus aggrediat: nisi a deo vocatus. Aarō per mosen accitus. Exodi. xxviij. Nu. xvij. Nu. xvi. Psal. ij. Psal. cix. Ioan. viij.

Nec quispiam sibi sumit honorem, sed qui uocatur à deo. Vel aliud quoddam pontificatus argumentum inducit quod & Christo inesse prospicitur. Vt ne quis scilicet suopte impulsu, siue sacerdotium, siue pontificium munus aggrediatur, sed a deo vocatus illud accipiat. Ostendit præterea hoc loco, tunc temporis Iudæorum pontifices ad honores auide prosiliisse, & dignitates eiusmodi pecunijs comparasse, & legem penitus corrupisse. D

Tanquam Aaron. Aaron enim principio per Mosen a deo accitus, sacerdotij munere hoc fungebatur. Nec ipse prior est illud aggressus, quinetiam cum & virga refloruit, innotuit plane diuinitus se fuisse electum. Et eos præterea fuisse ab igne assumptos, qui sacerdotium per se inuasissent.

Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alio in loco dicit, Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quod Christus vbiq; dictitabat, quia a patre, scilicet missus sum; & a meipso non veni, idipsum nunc confirmat Apostolus, a deo hunc esse dimissum. Nec gloriam sibi ex se conciuisse, sed qui esset ad eum locutus, & filium esse hunc suum dixisset, eundem clarum fecisse, & sacerdotij insignibus decorasse. Cum itaque sensibilibus plurimis argumentis patuisset fuisse Aaron (vt dictum est) a deo prælatum & affectum honoribus, Christus vero nihil haberet huiusmodi, vtpote cui scelerati homines supplicia intulissent & mortem, quippe qui tunc probarentur, & pro arbitrio agerent versarentque omnia, prophetarum nunc vaticinio, quod præstantius est, patefacit, & a deo hunc destinatum fuisse, testificatur. Videtur autem (quod in secundo psalmo dictū comperimus, Ego hodie genui te,) minus rei propositæ conuenire. Habet sane hoc loco Paulus constitutum Christum arguere in pontificem esse a deo promissum. Hoc vero testimonium plane affertur, a deo esse hunc ipsum progenitum. Respondendum itaque genituram huiusmodi maximum in modum ad rei confirmationem valere, quod a deo sit in pontificem constitutus. Proinde & illud aduerte, quod cum in psalmo centesimonono iam dixerit deus, De vtero ante luciferum genui te. Et paulo post illud adiecerit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.. hoc loco Paulum quæ psalmis his vtrisque de natiuitate sunt dicta coniunxisse, perinde ac si dicat. Nequaquam velim de alio quouis dictum id suspiceris, tu es sacerdos, nisi de deo & solo, qui sit ante luciferum genitus. Sic itaque haudquaquā esse alius hic deprehēdet, quā ille fuerit, qui psalmo secundo denūciatur, hodie fuisse progenitus. Nam cum ante luciferum, inquit, æternitatem designat, quæ nullis temporum spatijs præfinitur. Cum vero, hodie dicit, a principio esse, hunc gēitum arguit, id est ab æterno. Constat igitur quę ps. secūdus cōplectitur, ad Christum cuncta referri. De Christo ergo & illud, Tu es in æternum sacerdos, dictum esse perspicuum erit. Verum quem alium afferre possunt, pręter Christum Iudęi, qui sit ex Melchisedech instituto pontifex factus? nōne erant sub lege omnes? nōne & vniuersi sabbata obseruabāt, offerebantque sacrificia? Apertissime itaque de Christo dictum esse constat. Hic enim & solus Melchisedech illius in morem, pane & vino sacrificabat. Verum quo pacto in æternum hic dixit? Quia vel in pręsenti & corpore ipso quod ille nostri gratia immolauit, pro nobis etiam intercedit apud ipsum & patrem id est. Quæ ille pro nobis perpessus est, profert vt patrem exoret, eundemque istiusmodi subinde alloquitur. Humana natura temperanda vnigenitus tuus hæc tolerauit, miserere itaque horum pro quibus ipse pati substinuit. Vel in æternum dicit, quia quotidie offertur. Vel in perpetuum offertur per dei ministros oblatio. Christū dominum, & pontificem habens & sacrificium, qui seipsum nostri ob gratiā sanctificat, frangit, tribuit. Quotienscunque enim id fiet, mors domini annunciabitur. E F

Ego hodie genui te, quomō xpi sacerdotiū confirmat. sacerdos in ęternū xps deus. Melchisedech sacerdotij xpi typū gessisse. Sacerdotium xpi æternum: qa quotidie offert in sacramēto eucharistiæ. i.Cor.ij. xps assūptā carnē nunquam dimisit. ps.cxiiij.

Qui in diebus suæ carnis. Dies carnis eius, quos duxit in carne dies demōstrat, nec quidē (quod absit) quia carnē tunc deposuerit, quippe quā & in pśentia habet, & in æternū est habiturus & incorruptibilē quidē, & carnis passionibus nobis natura insitis minus obnoxiā. Quandoquidē nec esuriē patitur, nec dolorem, nec eiusmodi aliquid. Hunc vero dicendi modum apostolus a propheta desumpsit, dicēte in psalmo quartodecimo & cēteno. In diebus meis inuocabo. Psalmum enim hūc integrū ad Christum refert ꝓpheta.

Preces & supplicationes ad deum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens. Hæc quidem de carne dicuntur, neque enim ille cum deus esset vlla re indigebat. Quod si vel indiguisse re aliqua cōcedatur, nil tamen cū clamore & lachrymis opem sibi efferri efflagitasset. Hęc tamē haudquaq; sunt dei: sed Christi vnius humanitati sunt tribuenda, vt & veritas assumptę naturę clarescat, & eius in nos cura, & cha

ritatis pręstantia patefiat. Ille enim pro nobis deprecabatur,& quæ nostra est, mortalita A tem subiuit, vt in seipso naturæ ad mortem obeundam deleret formidinem. Constat enī in euangelio nusquam proditum literis esse, vt resurgeret, patrem fuisse precatum, sed contra suopte imperio & potestate dixisse, comperimus. Soluite templum hoc, & suscitabo illud post triduum. Et alibi, Potestatem habeo accipere animam meam. Ioan. ij. x.

Exauditus est pro sua reuerentia, & quidem cum esset filius dei. Vel id quidem carnis ob gratiam, & ob auditorum dixit fragilitatem. Nondum enim hi Paulum plurimi faciebant. Quod autem inquit, tale est. Tanta est enim Christi humanitatis authoritas, vt suo potius officio quam dei (vt ita dixerim) munere sit effectum, vt fuerit ille exauditus, & ob id magis veneretur hūc deus, & nobis sit eiusdem intercessu propitior redditus. Et quāuis ille sit filius, & apud patrem habeat pro naturæ vnitate fiduciam, tanti tamen eius est, quam diximus quo ad humanitatem authoritas hæc, vt illi vel diuinitas ipsa reuerentiam deferat. Quapropter nolite flaccessere, nec a cœptis desinere, dominum enim habemus quem pater exaudiuit. Si quod itaque hunc petieritis, facturus est vobis, quod sane in euangelio discipulos alloquens dominus dicit, Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est, & quæcunque petieritis in nomine meo dabit vobis.

Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Didicit, inquit, deo obtemperarre & patri, idipsum patiendo edoctus. Apparet autem dictum id pene absurdum, cum tamen secus se Ioan. xiiij B habeat. Nam quo pacto ab his quę fuerat perpessus, obedientiam didicit, qui vel antequam pateretur, tātopere patri sit obsecutus vt vel mala quæ tulerit vniuersa, vt patri morigerū se pstare vltro se exceperit. Factus est em̄, inq̄t, obediens vsq; ad mortē. Aduer ergo cur illud dixerit. Cū em̄ hi, ad quos hanc scribit epistolā, ex aī quadam pusillitate & diffidentia in se minus parere bene monentib' viderētur visum est Paulo infima quidem de filio explicare, vt eius exemplo, magis ac magis illis persuaderet, diuinę voluntati fidenter obtemperarent, nec grauiter ferrent pressuras, quin potius superne & cœlitus diuinam opem expectent. Nam & filius, inquit, cum mortem obsequendi gratia sustinuisset & a patre quidem exauditus est, & eius anima a morte erepta. Sic itaque eo ex tēpore didicit patri obtemperare. vnde magnas nunc asserit esse obedientiæ vires, perinde ac si dicat. Si enim Christo in lucrum passiones cessere, longe magis & nobis in commodum sunt, hę concessuræ. Vides quemadmodum vt auditoribus profectum asserat Paulus, vbi ad id condescenderit, vt vel absurda quędam dicere de filio videretur. Audi ergo quæ insequuntur. Philip. ij.

Et consummatus. Perfectio ergo ex malorum tolerantia gignitur. Cur igitur ipsi moleste pressuras has fertis, quę perfectiores vos reddunt? Magna obedientię vis.

Factus est omnibus obtemperantibus causa salutis æternæ. Id est, Non modo ipse saluus est factus, quin salutem cæteris contulit, nec temporariam aliquam aut breuem, qualis solet in bello afferri periclitantibus, sed æternam. At quibus est illa allata? Nimirum obtemperātibus. Cur ergo vos increduli estis in tantæ salutis amittendę discrimine? Vides ne C quemadmodum hæc omnis oratio tam varijs sit figuris distincta? Sed aduerte & orationis huiusce pręstantiam, ait enim. Factus est causa, quod vtique diuinitatis est propriū. Nam deum pręter, alius nemo esse tantæ salutis causa potest.

Appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. Quoniā, inquit, passus est ille, & pontifex est nuncupatus, vt pote qui sese in mortem obtulerit. Nec tamen, & si sanguinem obtulit, ꝓ iudaicis institutis id egit, sed in Melchisedech morem factus est pontifex. Nā q̄admodū ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, sic nec Christus quidem, sed a deo cōsubstantiali ipsius spū offusus est, utq; & ille rex fuit, ita & iste potitus est regno.

De quo grandis nobis sermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Cum illis sit de sacerdotij differentia disserturus, primum hos increpat, arguens se ob eorum insitiam tam fuisse de Christo, & abiectiora locutum, & uerbo ipsi & incarnato diutius se immoratum, nam si non adeo essent hi animo imbecilli, iampridē de altioribus rebus disseruisset. Ob vestrā igitur, inquit, torpedinem, difficulter haberi poterit sermo, quemadmodū sacerdos sit Christus, secundum ordinē Melchisedech, institututus, & vestram ob ignorantiā nequaquā quiuerim & illud recte interpraetari. Ēmuero Corinthios, apud quos cum nequiret de spiritalibus disputare, & qui inter se dissiderent vt segnes & torpidos arguit. Cum autem, inquit, facti estis, ostendit hos olim sanos fuisse, & mente integra, & fide constanti, & posttemo tandem in eam ignauiam recidisse.

Et enim cũ deberetis magistri esse propter tempus. Laudibus vituperationem îtersꝫ cerit, dicens, Aliorum oportere hos instructores esse. Ostendit autem iãpridẽ his quã multa fuisse de deo credita, & mysteria ipsa intellexisse. Id sane vtrunque laudabile est, & eorum in gloriam crederet, in ignauos se postmodum præstitissent. Solent enim, inquit, homines tẽporis fieri processu validiores; vos vero illo abusi, in ignauiam estis iam resoluti. D

Rursum indigetis, & uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei. Elementa, Christi humanitatem dicit. Nam quemadmodum cum literis danda est opera, primum elementa ipsa sunt perdiscenda, sic & hoc loco Christi humanitatem fuissent hi edocendi. & assuefaciendi minoribus, vt postmodum ad maiora, & diuinitatẽ ipsam progrederentur, quę sane mentem exigit perfectiorẽ. Ecce iã a Paulo ipse doctus es, quamobrem infimis sit sermonibus immoratus, nec altius vel raro dixerit, & quod demum ob auditorum imbecillitatem id agat, argumento est epistola quæ abiectioribus est & infimis rebus referta. Et si quod forte quod sit sublime, contineat summatim illud & breuiter tractat.

Elementa credendorũ penes hũanitatẽ sunt Christi.

Et facti estis quibus opus sit lacte, non in solido cibo. Nõ enim opus, inquit habetis, sed facti estis .i. vestra opera ad id estis deducti, vt voluntate sitis istiusmodi redditi. Lac vero humilem sermonem, & de minimis differentem hoc loco appellat, & in epistola quã ad Corinthios scribit. Solidum vero cibum, quę perfectiora & altiora sunt, dicit. Non enim inquit, oportuit quæ legis sunt in pręsentiarum producere, ex hisque & Christum conferre, qui haudquaquam potest præ eius magnitudine cõparari, quia & pontifex sit & seipsum immolandum obtulerit, & cum clamore orauerit, & supplicatione. Cum itaq; istiusmodi vobis sint nutrimenta, vel ista adieci. Non autem verba diuina pro veris esse & certioribus nutrimentis. Dabo enim, inquit, his famem audiendi verbum domini. E

Lac. & cibus solid⁹ i. Cor. iij.

Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, Iustitiam hoc loco vel vitam dicit optime gestam, perinde ac si dicat. Qui enim minus perfectus est, supernæ erit philosophiæ ignarus, nec percipere potest vitę sublimitatem, quam Christus sic inquiens a nobis deposcit, Et si non abundauerit iustitia vestra plus quam scribarũ & pharisæorum &c. Vel iustitiam Christum ipsum appellat quasi id inferat. Qui humilium istiusmodi & de incarnatione tractantium particeps fuerit, verba vero quæ altius de deo & digne fiunt, nequaquam acceperit, tanquam infans aliquis eit, nec tãti mysterij capax.

Amos. viij.

Perfectorum autem est solidus cibus. Id est, sublimia dogmata, & Christi complectentia diuinitatem. Vides ne & aliud quoddam infantiæ genus, quod sensibus inesse deprehenditur, mentis scilicet simplicitatem quandam & inconstantiam, & perfectionem, quam ętate inferiores vt assequantur, nil impedit.

Mat. v.

Eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali. Consuetudinem perfectionem dicit, & morum ipsorum firmitatem. Vt enim est moribus quisq; & habitu stabilit⁹, & sic animi sensus habet in sacris literis exercitatos, ita vt dogmatũ celsitudinẽ queat & humilitatem discernere, & sana a corruptis dijudicare. Nõ enim de vita hoc loco differit. Nam bona discernere quisque valet, nouitq; malam esse nequitiã, pbam vero virtutem. Aduerte autem, queadmodũ exercitatione & experientia scripturarum sit opus, si nobis quę hæresim sapiant, & quę minus sunt differenda. Neque omnibus adhibendę sunt aures. Guttur enim cibos degustat, anima vero probat sermones. F

Sẽsuũ exercitatio. Iob. xxxiiij.

CAPVT SEXTVM.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionẽ eius feramur. Dixit superius, torpidi estis & infantes, & necesse habetis iterato, prima fidei elementa iam edoceri, nunc vero, inquit, oportet vtique tanquam perfectos vos sapere, excedereque Christi inchoationis sermonem id est fidei ipsius primordia, & ad perfectionem deferri, sublimiũ scilicet esse capaces. Vel aliter intelligi id dictum potest. Cum enim hi circa fidẽ viderentur claudicare, eo nunc de vita differit incomprẽhedsibilis, perinde ac si dicat, Haudquaquam necesse est vtcirca ipsa initia semper versemini, id est vt de fide assidue instruamini, tanquam ad eam nuper inducti, sed vt ad perfectionis fastigium perducamini id est ad optimum viuendi modũ. Optimus enim est quisque, cui ad fidem accesserit & rectior vita. Principium tamen & fundamentum est fides, qua sine nihil apprehẽditur: sicut nec absque prioribus elementis literarum quis potest habere peritiam. Nec tamen perpetuo primis debetis elementis insistere, nec semper tanquam pueri minutiores & imperfecti in fide estis erudiendi. Si quis vero quæ ante proposita sunt, conspi-

Fides est fundamẽtũ spũalis ædificij.

i. Cor. xi.

A cetur, improbetque quæ deinceps sequuntur, tanquam superioribus minime congruentia, intelligat id sępe Paulum facere consueuisse, vt cum de re vna aliqua tractet, ad aliam prosiliat longe diuersam. Quemadmodum & ad Corinthios, cum de commessationibus & cœnis dissereret, de diuinis mysterijs sermonem statim inuasit. Nec secus & hac in epistola, cum his ignauiam, imbecillitatem, & torpedinem exprobrasset, ad perfectionem accipiendam trāsgressus, & quemadmodum illis viuēdum esset, dicere est adortus, imperfectos eos appellans. Et eo quidem quia nequaquam cū fide & vitā cōiunxerant.

Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad deum. Id est, Ne denuo eadem illa aggrediamini, quæ olim fecistis cum baptismi essetis lauacro abluendi & nuper ad fidem concessissetis. Ex mortuis operibus pœnitentiam dicit, scilicet satanæ operum repudiationem. Constat enim qui ad Christi fidem accesserit, prioris tam dogmatis quam vitæ pœnitudine concessisse. Nam si præteritorum quempiam nihil pœniteat, quo pacto præsentia aggredietur? Et ideo fide adiecit ad deum. Nam mortuis renūciantem operibus, mox fides inuadit. Ait igitur. Non enim vos estis tanquam tyrones, & nuper instructi in fide erudiendi, quippe qui iam diu fidem hanc exceperitis. Ex his autem arguit Paulus hos quidem in fide labasse, & tanquam nondum obfirmatos, fundamento aliquo indigere. Necesse ē eum pœnitere vitæ pręteritæ qui nouā vult īchoare.

Baptismatum doctrinæ. Neque enim peride multa sint baptismatis genera plurali vsus est numero, cum vnum sit baptisma, sed antequam id sequatur, & accidat sit necesse. Nā Ephe. iiij.
B si rursum hos instituerct, & iterato vt labentes baptismo ablueret, necessario & baptisma id, plura hęc sequerentur, quod sane foret absurdum. Inquit ergo, Nō enim iterum estis baptizandi, sed in primo vobis accepto baptismate, permanendum. Sciendum præterea, quemadmodum qui legi inhæserant, varias baptismatum species Iudaico ritu, vel in gratia denunciasse. Attende etiā vti post pnīam baptism⁹ affertur. Nā cū pœnitentia hęc sola per se nequeat nos penitus emundare, & baptismo abluimur, vt omne in nos collatum munus Christi gratiæ ascribamus. Varię baptismatū species quondam

Impositionis quoque manuum. Qua scilicet & spiritū sanctum accipiebant, cuius gratia & futura prędicerent, & miracula ederent. Ait enī & alibi Paulus, Cum man⁹ eis imposuisset, acceperunt spiritum sanctum. Act. xix

Ac resurrectionis mortuorum. Id enim cum baptizamur, per figurā prætenditur: nam cū veluti ex aqua emergimus, tunc quidem resurrectionem fateri videmur, & mortuos resurrecturos astruimus.

Et iudicij æterni. Id est, quod perpetua quædam est allaturum, siue bona sint illa, siue mala & cruciatus. Verum id videtur hoc loco sentire Apostolus. Est quidem non indecens hos ipsos existimari, & si iam credidissent, nutabundos tamen & instabiles esse, vel praue ducere vitā & negligenter. Subinde diceret, vigilate, non eī dicere licet, si per somnolentiam & ignauiam viuim⁹. Vel forte & a fide ipsa defecimus, iterato possumus per baptismi lauacrum segnitiē omnem & peccata abluere, & pristina bona recuperare. non enim bis baptizamur, si sic fore existimatis, longe vos fallit opinio.

C *Et hoc faciemus siquidem permiserit deus.* Quod illud ad perfectionem dico euadere si modo id deo libuerit. Hoc autem non eo intulit, perinde ac nequaquam hoc permissurus sit deus, sed quia vsurpare eiusmodi ali quid inter loquendum solemus, si dei voluntate fieri liceat hoc illudve sum aggressurus. Simul etiam instruit vt cūcta ex illius arbitrio pendere, & nutu existimemus. Et ita vt vel ea quidem quæ ex confesso sunt bona, proprio iudicio nequaquā credamus vel viribus. Idipsum & Iudas apostolus cōmonefacit. Iudas capite vnico.

Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati. Non enim inutile dixit, vel indecorum sed impossibile. Quo fit, vt & his de secundi lauacri expectatione; omnem spem adimat.

Gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti. Donum cęleste id est dei gratiam & spiritus sancti, peccatorum scilicet remissionis. Tunc enim & spiritus sancti participatio adest, cum remittuntur delicta. Quippe qui in corpore habitet, peccatis olī obnoxio. Is vero (vt diximus) spiritus, per manuū impositionem cōferebatur. Donū cęleste. Spūs sctī pticipatio qd.

Et bonum gustauerunt dei uerbum. Quod illud sit nequaquam apertius protulit, insinuat tamen quemadmodum de vniuersa spiritali doctrina edisserat, cum dei verbum dicit.

Virtutesque sæculi uenturi. Mirandarum rerū operationes sęculi virtutes appellat. Vel vitam si quando in angelorū hanc ducimus morem, & ita vt nullis pręsentibus reb⁹ īdigeamus, sed futuris duntaxat intendimus, habentes iam vitæ futurę pignus, vitam quā hoc sæculo viuimus, nullis operibus aut rebus externis oppressi, sed spiritalibus dediti.

Et qui prolapsi sunt, reuocati rursum ad pœnitentiam. Id est, per pœnitentiã. Quid ergo Nũ in præsenti eiecta est pœnitentia? Nequaquam sed secundi lauacri innouatio, est nanque baptismi proprium, homines innouare: sicuti & Propheta ait. Renouabitur vt aquilę iuuentus tua, pœnitentię autem officium est a vetustate eruere, & eruta roborare, cum nequeat tamen ad claritatem cœlestem illam traducere, quod vtique sola gratia valet. Ad pœnitentiam itaque, inquit, baptismatis scilicet. Prius em̃ anteactæ nos pœnitet, vitę, deinceps & baptismo abluimur, sicuti prædictum est pœnitentiæ, ex mortuis operibus. Ex sequentibus tamen liquido patet, hæc quidem idcirco Paulum protulisse, vt secundo baptizari hos prohiberet.

Baptism' non reiteratur. ps. cij.

Rursum crucifigentes sibi filium dei. Baptismus quidem pro cruce habetur. Cum Christo nanque & vetus homo patibulo affixus est. Vnde & Christi ipsius per mortis similitudinem, illi sumus nos complantati, & item cum per baptismum simul (quod vtique cum aqua immergimur figuratur) humati sumus. Nam quemadmodum ille in cruce mortem carne obiuit, sic & nos in baptismo sumus peccatis demortui. Qui igitur fuerit secundo baptismo ablutus quantum in eo est, iterato christum cruci affigit, quod plane absurdum & impium est. Ille nanque semel & mortuus est & resurrexit, & mors illi vltra non dominatur. Non ergo erit secundum aliud quippiam baptisma, quia nec est secunda crux aliqua. Nam si secundo baptismus concederetur, quid impediret, quo minus vel tertio & quarto, vel milies quis baptismo hoc perfruatur? Nec simpliciter dixit, crucifigentes, sed sibijpsis adiecit. Vt arguat, qui negligentius vitam hanc ducũt, sic omnia factitare, perinde aliud quoddam lauacrum expectarent, ac tanq̃ praue de fide sentirẽt.

Roma. vi. Cum in aquam baptismatis immergimur, xp̃o consepelimur. Roma. i.

Ostentui habentes. Triumphi loco ducentes, vituperant. Hoc autem dupliciter velim intelligas. Vel quia hi qui tunc temporis patibulo hunc affixeruut, ad eius ignominiam id mortis genus excogitarunt, abominabile scilicet & ignominiosum, vt quod latronibus destinatum esset & sceleratis. Vel quia cum semel mortẽ CHRISTVS obierit, immortalis esse iam creditur. Quocirca qui iterato illum cruci affixerit, falsum id & commentitium reddat, quod sane Christo in dedecus cederet. Quandoquidem post vnicam mortem ei deneget immortalitatem & vt falsam coarguat. Ait itaque. Duobus modis fieri non potest, vt res ita se habeat. Primo quidem, quia nequaquam dignus arguitur, qui fuerit re tanta dignatus, & baptismi sit lauacrum & peccatorum remissionem adeptus, & iterato ijsdem bonis fruatur. Secundo vero quod dictu nepharium est, quia impossibile est dei filium denuo crucem posse subire.

Terra enim sæpe super se uenientem imbrem bibens. Terram quidem animam ipsam: imbrem vero doctrinam appellat: vt alibi. Imperabo, inquit, nubibus deus, ne aquam pluant in vineam. Et rursum. Filius dei impletus est aquis, hoc est qui a deo alios instruendi gratiam sumpsit, supernis oppletus est donis. Ostendit autem hoc loco hosipsos, & si verbum exceperint idque & alias sæpe sint assecuti, nil tamẽ ex eo adhuc profecisse, quod & superius dixit. Qui debetis esse magistri propter tempus.

Esa. v. ps. lxiiii.

Et generans herbam opportunam. Id est vitam virtute præditam. Nihil est enim compositum a deo & decorum, vt vitæ puritas ipsa.

Decorum adeo nil, vt vitę puritas.

Illis a quibus colitur. Herbam, id est recte viuendi modum illis parit hæc terra, a quibus & colitur, & ijsdem est hęc opportuna. Siquidem ijdem illi, quibus virtus ipsa est vsui, ea fruuntur. Nonnulli vero illis, id est præceptoribus interpretati sunt. Per eos nãque optima vita excolitur, & ipsi sunt discipulorum virtutis participes.

Accipit benedictionem à deo. Hoc loco tacite Græcos philosophos refutat, qui terrę feracitati fructuum vbertatem ascribunt. Non enim, inquit, cultrices manus sunt quæ fructus producunt, sed id omne in dei est potestate, qui terræ fructus abunde defert, & his benedicit, vt magis exuberent.

In Græcos philosophos

Proferens autem spinas ac tribulos. Non enim generans dixit (vt pauloante de herba iam dixerat) sed proferens. i. luxurians & vbertim germinans. Spinę vero & tribuli, cum vitæ curas, tum opum fallacias, & quoduis peccati genus designant. Quemadmodum & Dauid inquit propheta. Conuersus sum in ærumna mea, cum infigitur mihi spina. Spina nanque non modo inuadit, sed inhæret & figitur, & acriter adeo, vt si non penitus omnem excusseris, vel si pusillum aliquid ex ea resederit, & dolores excitet non mediocres, & quibus vt medeatur necesse sit, & diligentior cura pręstetur. Accedit & tribulus, id est peccatum. Qui vndecunque attrectes, & pungit acrius, & vndique se præbet infestum, & in hac vita ignominiam affert, & in futura tormenta & pœnas.

Pc̃cã spinis & tribulis apte comparãtur.

A *Reproba est & maledicto proxima.* Terræ quidem probatæ feracique benedictum fuisse a deo iam dixit, infructuosam vero & sterilē, non execrabilem dixit, sed execratiōi propinquam, ne penitus desperemus. Nam qui fuerit maledicto propinquior, poterit, si velit, ab hoc per pœnitentiam procul abscedere.

Cuius consummatio est in combustionem. Haud sane qui comburitur dixit, sed cuius in combustionem est finis, hoc est, qui ad finem vsque in prauis facinoribus perseuerat, vt queat a sterilitate secedere, & sentes ipsos comburere, & probus effici debet, & bene dicti participes fieri.

Confidimus autem de uobis dilecti meliora opera & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Cum satis iam hos momordisset, incussissetque formidinem, placat tandē & lenit medendo ne prorsus redat infames, sed vt iam resipiscant hortatur. Nam qui torpidum min⁹ incesserit, torpedinem proculdubio augebit. Ait igitur, non enim hæc, vos vt improbem dixi, neque vt existimem sentibus iam esse obsitos, sed veritus ne id vobis contingat. Non enī expectamus tales vos fore, sed quod satius est, opera vestra saluti propinquiora id est vestram salutem curę vos habituros. Tametsi hæc loquimur, hoc est, acrioribus verbis exacerbamus. Vel etiam de eorum vita hæc disserit, perinde ac si dicat, non enim adeo senticosi vos estis, & peccatis oppleti, quin speranda sit salus. Vel forte eos de futura retributione commonefacit, quasi id inquiat. Neque enim adeo estis execrationi propinqui, neque tam ad vredinem proximi, sed alia quędam vos pręmia manent, vt ex sequē-
B tibus patet.

Non enim iniustus est deus ut obliuiscatur operis uestri. Vide quemadmodum hos recreauerit, confirmetque ad meliora sperandum, admonitos & priorum operum, & diuinæ iustitię sic dicens. Si enim iustus est deus, nequaquam vestra opera obliuioni mādabit, quę olim gessistis, clementię & mutuę charitatis, pro his hauddubie vobis mercedē ille persoluet. Nulla ergo vos capiat desperatio, quandoquidem expectanda sunt potiora. Habet enim deus omnem in se ęquitatem. Si quid igitur habuit mea oratio acerbitatis, nil profecto vrgendi vos gratia ea sum vsus, quippe quos sciam nequaquam esse merito execrandos.

Et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, quia ministrastis sanctis, & ministratis. Magna quædam fuisse quę hi gererent opera, suo testimonio probat Apostolus, & horū laudat prōptitudinem. Id nanque ministrandi officiū, summam ministrātis exprimit voluntatem. Charitatem vero eleemosynā dicit, quam non modo fratribus sunt impertiti, sed in dei etiā nomine aliis contulissent. Vide quā maxime illud nos consolatur. Siquidē nō in ipsis hominibus sed in deo bñficiū collocamus, sicuti & in euangelio xp̄s. Quod ei vni ex pusillis istis feceritis mihi fecistis. Enimuero qui dei ob gratiā fratri diligēter ꝑspexerit, in deū id beneficij contulit. Sanctis aūt. i. fidelibus ipsis. Est enī quisque cū fide & sanctimoniam nact⁹ vel si in rebus hisce mūdanis versetur, si modo fidem operibus roboret. Ait enim & alibi Paulus, Sanctificatur quidē vir infidelis, in muliere fideli, & econtra. Parit itaque sanctitatem fides, quo fit vt non solum in eremo diuersantibus, vt præditi
C sanctitate, quin & laicis erit cura & studium per nos impendēda. Illi nanque fide & vita pręferunt sanctitatem, hi vero per fidem nonnunquā, & vitam plerique. Attende autē, vt eos nūc lenit, placatque. Non em̄ qui ministrastis inquit, nec vltra progressus est, sed & ministratis subiecit, id est, vel hoc tempore vestrum hoc præstatis officium.

Charitatē eleemosyna roborat.

Ma. xxv.

i. Cor. vij.

In quolibet statu salus acquritur modo fides adsit opibus roborata.

Cupimus autem unumquemque uestrum eandem ostendere solicitudinem ad expletionē spei usque in finē. Perinde ac si aliquis quęreret, quamobrem hæc Paule protulisti, si nihil eras nos incessurus? Hęc (inquit) eo protulerim, vt in futurum recta progrediamini. Nō vt quę ante hac ipsi egeritis improbē, sed vt in posterum vobis prospiciam. Nec volo dixit, quod vtiq; præceptoriæ authoritatis fuisset & licentiæ, sed cupimus, quod sane est paternæ affectionis indicium. Nec verbis tenus mea hæc terminatur cupido, sed ardet animus vestri ob gratiam. Tantam vī præfert cupiditatis, cū cupimus dicit, nec vestri solū, sed cuiusuis hominum. Adeo ille acerrime omniū susceperat curam, cuiusuis conditionis & status, & vniuersos hic tutabatur. Cupimus, inquit vos eadem ostendere solicitudinem ad expletionem spei. i. vt plenā & perfectam habere vos spem præferatis. Aduerte quam prudenter hęc tractet. Quippe qui ne aperte quidem hos vrgeat, non enim a spe, inquit vos excidistis, & resipiscite tandem, sed, subinde id mitius dicat, velim equidem omni vos studio niti, vt quales olim fuistis, tales vos in præsenti & in posterum exhibeatis.

Paterno affectu docet Paul⁹ nō authoritate.

Vt non segnes efficiamini. Vel id quidem subiungit, vt hos consoletur, nā & in futurū

rem ipsam producit. Dixerat nanque superius, quādoquidē torpidi estis effecti, sed auditu. Ibi quidem solis auribus torpedinem terminat: nunc vero, perspicio inquit, quo minus ad animum hæc pertingat segnities. Nam quemadmodum corpori ocium & inexercitatio officit: sic & animo bonorum operum abest neglectus, & homines reddit somnolentiores & torpidos. D

Quo magis animi magnitudie pollet quis eo acrius vexari pmittitur, vt eius fides īnotescat

Verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditant promissiones. Cōmemorat quę ante hac optime peregissent, & ex eorum recte factis profert nunc argumenta, & ad pristinum statum traducit. Verum ne forsan existiment se plane indignos quorum haberi ratio debeat, eoque & spretos fuisse a deo & destitutos: ostendit tentationibus uiros eo acrius diuexari, quo magis animi magnitudiue polleant & deum ipsum magnis & pręstantibus viris sic vti solere. Nam si confestim traderet quod fuerat pollicitus, nequaquam quanti esset quorundam fides pateret. Tunc enim argutior quis fidem pręstare aliquid pollicenti: cum & si longius interlabitur tēpus, sperat tñ promissa se accepturum, nec mœret desperans, vel torpet. Ait itaque. Eo quidē pungentia loquor, vt vos excitē tandē ad hos imitādum qui promissorum iam sunt hæreditatem adepti. Qui vero hi sunt, paulo post dicturus est. Aduerte autem, quēadmodum prius fidem posuerit, deinceps & patientiam subdat. Ex fide nāque & patientia oritur. Ni enim quis prius crediderit, daturum deum quod ante promiserat, nil patienter moram hanc tolerabit.

Fides patientiam gignit.

Ge. xxij.

Abrahæ nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem iurauit per semet ipsū dicens, Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te. Cum multa sint que ex fide hęreditarunt promissa, alios quidem interea pręterijt, reliquitque posteris conquirendos vnius dumtaxat Abrahę meminit, cum ob personæ authoritatem tū quia hic pręcipue, cui pleraque promitterentur, dignus habitus vt promissa assequeretur. Vnde & arguit nihil esse intolleranter ferendum, sed expectandum deum, qui promissa non statim depēdere, sed longo post tempore consueuit. Verum quando iurauit deus? Nimirum vel ipsis quidem in verbis iusiurandum hoc esse arguitur, cū inquit, per memetipsum iuraui. Forte etiam, cum nisi inquit, dicturus est quispiam dei esse iuramentum per semetipsum iurantis. Nisi vero pro certe positum est, quod sane nihil aliud præfert, nisi quod veritatem affirmat. Veritas vero quis esse pręter deum alius potest? Sic & in euangelio dominus. Amen dico vobis eodem vtitur & simul argumento. Cum enim non haberet pręstātiorem per quem iuraret, per semetipsum iurauit sicut & pater. E

Expectandus deus qui nō statim īplet promissa.

Infra. xi.

Et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Cur eņ cū in epistolę calce dicturus sit Paulus, hi oēs non retulerūt repromissiones, sed e longinquo eas spectarūt & salutarunt nunc vero asserit fuisse Abraham promissa iam assecutum? Non enim hisdem de rebus hoc loco & alibi disserit. Hic quidem facit de his mentionem, quę in vita promittuntur, quę post diuturnum tempus adeptus est Abraham. Ibi vero de cœlestibus, que nondum est consecutus. Vtrumque tamen magnum his affert, qui pusillo sunt animo, solamen. Quandoquidem promissa hęc si magno animo fuerimus, consequemur. Alias vero arguemur vesaniæ, si nondum Abraham qui tot iam seculis naturæ concessit, eadem illa est assecutus, ipsi vero ęgre feremus nondum is esse potitos. Aduerte autem, cum longanimiter dixit, non minus ex diuinis promissis hæc assequi posse, quam per magnanimitatem & tollerantiam. Nunc vero cum longe secus rem suadet his euenturam .i. intercidi posse promissa, cum ipsi diffidimus: territat, idipsum affirmans in deserto vaganti populo contigisse. Qui cum in desperationem venisset, & diffidentiæ malum promissionis terram nō est consecutus, dicet aliquis, Bene habet. Cur tamen nec sanctissimi viri, & si tollerantiā de se præstitere, hanc ipsam non attigerunt? Quia in fine, inquit illa sunt hauddubie adepturi. Vulgus vero querulum illud, nec diuinas illas attingere potuit promissiones, nec prorsus attinget. F

Abrahæ lōganimitas.

Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis eorum controuersiæ finis, ad confirmationem est iuramentum. Id est iureiurando altercationis omnis ambiguitas tollitur. Nam & vltro citroque multa dicuntur, vt res ipsa patescat, ius tamen iurandum postremo inuadens confirmansque soluit id omne de quo ambigitur.

In quo abundantius uolens deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum. Cum itaque res ita se habeat, vt iusiurandum certiorem singulis rebus faciat fidem: idcirco, inquit, & deus hoc vtitur, in quo .i. cum per se iurauerit deus abunde nobis ostendit facturum omnino sese quæ promiserit. Oportuit tamen deo ipsi vel iniurato, fides haberi. Tolerat tamen ille nostri ob gratiam cuncta, & nil prorsus

A eius dignitatem attendit, sed modo vt nobis suadeat, vt ei fidem præstemus, & faciat fidentiores. Vel ad humanam hanc descendit iurandi consuetudinem, & sustinet de se indigna iactari. Nos enī fideles, promissorū hęredes efficimur, quib⁹ in eius semine, quod Christus est, benedicitur. Aduerte aūt queadmodū vel tunc filium dicit mediatorē, deū inter & homines constitutum. Per hunc itaque vt verbum, iurabat deus ipse & pater.

Deo vel iniurato & si credēdū, iurat tamen.

Vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum. At qualis est, & cuius promissio quæ iurando sit confirmata? Et quoniam id apud homines & certius videtur & fidius, eo & illud adiunxit, in quibus, id est ex quibus his duobus fidissima videtur promisso. Nec fieri potest, vt mendax aliquo pacto conuincatur deus. Vt igitur hic nostri gratia iurat, & si eum dedeceat iusiurandum, ita & hunc didicisse, ex quibus perpessus est, scito. Homines enim id certius tenent, quod sit experientia comprobatum.

Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Hoc est, summā quandam monitionem & hortamentum. Nec plus quippiam Abrahæ ratione quam nostri id dicitur, qui ad eum bene sperando confugimus. Verum vbinam fortissimum id habemus solatium & exhortationē? Nimirum in tenenda proposita spe id est ex his quę fuere Abrahę illi collata, vt de nostris his certiores reddamur & tuti, nec de cœlestibus ambigamus, quorum nobis esse spes certior debet, sed firmiter & tuto spem eam detineamus, nec sinamus hanc ipsam affluere. Non enim secus nobis ac Abrahæ facta pollicitatio est, quin certior nobis, qui in Christum credidimus, vt dictum est supra.

B

Spes sit tentationum tempestas ingruerit velut anchora nauigiū, stabiles nos reddit.

Quam sicut anchoram habemus animæ tutam atque firmam. Quam spem scilicet anchoræ loco habemus. Nam vt illa cum tempestas ingruerit, nauigia continet, sistitque, sic & spes ipsa, qui tentationibus agitantur & nutant, stabiles reddit & patientes. Nec simpliciter anchoram dixit, sed tutam adiunxit & firmam. Est præterea anchora alia quædam quæ nauim haudquaquam seruat immotam, si vel putridior vel leuior sit non ab re itaque fundamentum hoc loco conticuit, & anchoram dixit. Illud enim magis obfirmat, & molem impositam fortius sustinet, & his qui sapientię student subijcitur. Hæc vero fluctuantibus & nondū obfirmatis, quales hi erant qui tentationum procellis exagitabantur.

Et incedentem usque ad interiora uelaminis. Dixerat supra, expectate, futurum est enim vt sperata perficiantur. Nunc vero quod est certius affert, ait enim. Per spem iam illa consequimur. Spes enim hęc permeans cœlum, promissorum nos compotes & in his, vt plane versemur, effecit. Tametsi videtur in terris consistere. Est nanque spei huiusce vis tanta, vt cœlestes reddat qui incolunt terram. Quemadmodum enim in veteri testamento velamen sanctius tabernaculum coercebat & seiungebat a cæteris, sic & cœlum nobis obtenditur, vt inferiora hæc a cœlestibus abigat & diuinis, quæ vt spe inhabitemus, nihil obstat.

Spei vis quanta.

Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus. Cum ei, inquit, spes nostra cœlum ingreditur, quod dixit confirmat, ex rebus ipsis & fidem adiungit. Christus nanque in cœlum se contulit, sed prçcursor id est eodē concessuris & nobis, ducem se præbuit. Qui enim præcursor est

C nonnullorum est insequentium præuius. Nec magna est inter præuium hūc & subsequētes intercapedo, sicuti nec longe post Ioannem subsecutus est Christus. Quapropter nolite animo obturbari, si nondum ea loca adiuimus, quæ præcursor & prçuius domini tenet. Nec satis habuit præcursorem dixisse, quin & vester adiecit, vt maiorem faciat fidem, perinde ac si dicat. Non enim erat illi necesse vt cœlum ingrederetur, quippe cui semper vt deo cœlum pateret, sed quemadmodum pro nobis carnem accepit, sic etiam nostri ob gratiam, cœli intima penetrauit, vt viam & nobis sequentibus aperiret. Sum⁹ ergo & nos necessario, quo ille profectus est, concessuri. i. Vel pro nobis vt patrem nobis suo intercessu conciliet, sicuti & pontifex semel in singulos annos, sacra illa templi penetralia, deum populo conciliandi gratia, adibat.

Secundum ordinem melchisedech pontifex est in æternum. Vel id quidem ad hos consolandum admodum valet. Siquidem pontifex noster in cœlis versatur, & longe præstat Iudæorum pontifici, sed modo quodā & ordine. Non em̄ pro illorū, sed pro Melchisedech ritu est pontifex institutus. Hunc prçterea & loco & tabernaculo superat, quod & superi⁹ sit & in cælo, & testamento constet. Excessit etiam, quia maioribus rebus & perfectioribus prçsit, & loco tutiore consistat, quippe qui perpetuus sit, & nō temporarius. Quī & persona ipsa potior est, est nāque a deo progenitus. Nihil ergo est vobis extimescendū. Hęc autē propter humanā carnē sunt explicata, secundum hanc enim pontifex factus.

CAPVT SEPTIMVM.

Nouum a veteri testamento vbique Paulus cupit discernere.

Cap. i.

Melchisedech abrahã dignitate anteibat. Melchisedech q rex iustitiæ dicitur figurã christi prætulit.

H*Ic enim Melchisedech rex salem sacerdos dei altissimi, obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum & benedixit ei, cui decimas omnium diuisit abraham.* Fert sane apostoli animus quid inter nouum vetusque testamentum intersit, ostendere. Quod etiam statim in ipsis epistolæ primordijs prætulit, inquiens olim quidem locutus est patribus deus per suos prophetas: nobis vero in filio. i. in nouo testamento. Et quoniam auditores infirmi erant, & imbecilli ad quos istiusmodi perscribebar, vtpote qui ęgreferrēt p̃ssuras: hos interea collapsos animo refecit. Et cum eos satis ad tollerantiam reuocasset: rursum de noui testamenti pręstantia sermonem inducit. sed vide quam prudenter id agat. Ostendit em̃ melchisedech, qui christum pręfiguraret, dignitate abraham anteire. Non enim si illum non anteisset, fuisset benedictis hunc prosecutus, vel eius decimas excepisset. Cum itaque ex Abraham ipso ortum ducerent legitimi sacerdotes: perspicuum est, vel ex hoc illum pręstare, tanquam qui benedicta impartiretur, & decimaret aliorum fortunas. Qua in re differre a legis sacerdotibus. Quanto igitur magis verus ille Melchisedech Christus, cæteros sua magnitudine anteibit? Hęc vero ad Christum omnia rediguntur. Intercisa deinde de Melchisedech (quam cęperat) narratione, subinfert & mystice quidem & spirialiter, per allegoricam historiam. D

Primum quidem interpretatur rex iustitiæ. Ostendit hoc loco quemadmodum Melchisedech Christi pręfert figuram, quod vel ex nomine ipso perspicuum est. Melchi nãque rex interpretatur, ZedeK vero iustitia. Quis enim alius fuit iustitię imperator, nisi Christus ipse & Iesus noster dominus. E

Deinde autem rex Salem, quod est rex pacis. Vel ex ciuitate ipsa id liquet. Salem nãque pax dicitur. Nam quis alius Christum præter pacis esse poterat rex qui cœlestia simul & terrena pacauit? Nulli itaque hominum competit iustitiæ & pacis imperio, nisi Christo, potiri.

Melchisedech parẽtes habuit sed obscuros.

Sine patre, sine matre, sine genealogia. Affert & aliam quandam similitudinem. Nam vt Melchisedech, inquit, non quia parentes nullos habuerit quippe qui vt cæteri homines in lucem prodierit, sed quia eius generatio subobscurior fuerit & literis non sit demandata, nec huius quinam fuerint progenitores nomine explicantur, sic & Christus secundũ inferiorem hanc & humanam sobolem, patre caret. A virgine enĩ Maria & sola secundũ carnem est natus, & matre quidem secundũ supernũ illũ & cęlestem ortũ. Nam a solo patre ante oĩa fæcula sic genitus est, vt nec dici possit, nec mente comprehendi. Est pręterea sine genealogia. Ait enim, Generationem eius quis enarrabit? Nam & qui in cælo hunc genuit pater, inenarrabilis est. Et modus ipse nascendi, & quæ eum in terris peperit mater rationi naturæ minus, subijciuntur. Nec legi vlli humanæ vel partus ipse obstringitur. Quemadmodũ. s. quæ virgo esset, genuerit, vt sine dolore, & huiusmodi cætera. Vere itaque Christus & matre hoc pacto carebit & patre. Melchisedech autem nequaquam poterit veris parentibus fraudari, id enim credi non potest. Sed ideo hæc Paulus refert, quia huius parentes nequaquam sint sacris literis explicati, & idcirco dicitur genealogia carere. Quasi illud dicat Apostolus, Sic enim dixeram sine patre Melchisedech & matre fuisse, quod genus nusquam sit in sacris literis explicatum. F

Esa. liij.

Cur dicitur Melchisedech eẽ sine patre, & sine matre.

Neque initium dierum, neque finem uitæ habens. Aßimilatus autem filio dei manet sacerdos in æternum. Vel id ita intellige, quemadmodum superius diximus. Melchisedech vero vt homo principium habuit proculdubio & vitæ finem, cuiusmodi tamen nos ignoram⁹. Quippe qui nec eius geniturę, nec mortis tempus tenemus. Quo fit, vt quo ad nostram cognitionem, quam nullam prorsus de hoc vel nascente, vel moriente habemus, nec principium habet hic vllum nec finem. At Christus, quia vt deus hauddubie nec dierum habet initium, vtpote qui principio careat, si temporum aduertamus principia, tametsi a patre vt causa ducat originem, nec finem habet quia æternus. Vbinam gentium Arriani nunc agunt? Audiant quemadmodum nunquam esse cœperit filius, Paulo idẽ tidem astruente. Et si quem forsitan dubitatio huiusmodi aliqua subiret, quo pacto Christus esset secundum ordinem Melchisedech sacerdos poterit in æternum, quandoquidẽ vt cęteris hoĩes Melchisedech naturę concesserit, nec in ęternũ sacerdotio sit ille potit⁹? Ambiguitatem hmõi ita soluemus. Et xp̃m fatemur, cũ sit æternus, nec habeat finẽ, vero hoc fungi & perpetuo sacerdotij munere, & ita, vt vel hoc tempore pro nobis offerre

Christ⁹ & Melchisedech sacerdotes in æternũ

A sacrificium,pro eius in nos beneficijs existimetur Acceditque quod apud patrem pro nobis etiam intercedat, ad hunc in modum nobis sacerdos ipse longe magis prodesse arguitur, maiorique mysterio quodam & mirum in modum & præter omnium intellectum sese in cibum & potum proponit. Melchisedech autem perpetuo dicitur sacerdotio fungi,nec quidem quod perpetuo esset victurus (mortem enim iam multis seculis obijt)sed qa de eius morte nil habetur in diuinis exploratū codicibus,vt ex his per noscere liceat,quo tempore sacerdos esse desierit. Datur præterea id vel ex ipsis nominibus plane intelligi. Nam hoc vnicum erat Melchisedech cognomentum, quod salem rex vocaretur,Christo vero certiora & vera inerant cuncta. Vnde nec principium habet nec finem,cum principio ille & fine idcirco caret,quia nil quicquam de eo scriptum constaret,sed Christi duntaxat figurā hic præferebat qui vera omnia præ se, & propria tulit, non aliena.

Intuemini autem quantus sit hic cui decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Cum figurā veritati accommodasset id est Melchisedech Christo,nunc demum fidens figuram ipsam Melchisedech Iudæorum sacerdotibus clariorem arguit extitisse.Neque his modo,quī vel Abraham patriarcham ipsum pręstare.Si igitur figura tantopere cęteros antecedit, longe magis & pontifex Christus incomparabiliter istos dignitate & anteibit, qui per illam significatur.Intuemini,inquit,& diligenter aduertite,quanti sit iste,& quantum ex B cellat,cui munera detulit, non plebeius aliquis & abiectior,sed Abrahā patriarcha egregius. Nec temere quidem patriarchę nomen adiecit,quin eo id egit,vt eius personā magis extolleret ex ἀκροθινίων id est ex melioribus & honoratioribus spolijs. Nec dici id potest Abraham dona hęc & exuuias fuisse Melchisedech impartitum,quia secum vna hic militasset,& ob id præmia huic dependisset militiæ. Sed domi se continenti, munera & decimas detulit,& ideo dixit superius obuiam Abrahæ Melchisedech processisse.Si igitur munera hæc impertita,Abraham arguunt Milchisedech illum longe præstantiorē, quanto magis constabit, vel legis sacerdotibus illis modis præcellere.

Melchisedech abraham præstantior.

Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes,mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem,id est à fratribus suis,quemquam ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis.Decimas autem sumpsit ab Abraham. Confirmat autem Paulus quemadmodum Melchisedech Abraham ipsum præstaret, aitque, eos qui ex tribu leui sacerdotio fungerentur, ob ipsius sacerdotij dignitatem a populo decimas accepisse. Vnde perspicuū est potiores hos & honoratiores cęteris extitisse. Nam qua alia de causa fieret,vt popul⁹ et labori operi intenderet,& sępe calamitatib⁹ multis affiictaretur,sacerdotibus ipsis orantibus,nec terrā colentibus ex omni vel fructuum vel animantium genere depēderet decimas nisi quia & sentiores sunt, & operi maiori intendunt? Tanti est pręcellēs sacerdotij dignitas,& adeo sunt qui eo funguntur,fratribus suis sublimiores,tametsi hi ex eodem parente prodierint. Melchisedech igitur,quia decimas ex Abrabam suscepisset,quenquam eius generatio nequaquam in his annumeraretur, id est non ex eadē tribu esset ille progenitus,quippe qui alienigena fuit, illi præfertur & habetur pręstantior. C Nam quo pacto alieno homini decimas Abraham detulisset,nisi venerationi hunc cæteri habuissent? Si Melchisedech itaque in Christi figuram pręrendit, dignitate præstare & Abrahæ quidem videtur, longo vtique interuallo & Christus ipse qui verus est pontifex sacerdotibus lege institutis præstabit.

Sacerdotū excellentia.

Decimæ psoluunt̄ sacerdotū precibus.

Et hunc qui habebat repromißionem,benedixit. Quia vt reliqua omittam, vnum illud præcipue Abrahæ nominis magnitudinem attulisset,quod a deo scilicet promissa acceperat, nunc illud adiecit,ei videlicet Melchisedech qui Christi præferret figuram benedixisse, qui & tanti esset & tam pręclarus, vt & dei colloquio sit dignatus,& ex promisso haberet dominum obligatum.

Sine ulla autem contradictione,quod minus est,à meliore benedicitur. Dixerat Melchisedech benedictis fuisse Abraham prosecutum. Enimuero neminem pręterijt,idque omnes habemus,nullis obstantibus exploratum, qui benedixerit ei præferri, potioremque esse quā is cui sit benedictū. Erit ergo nunc(inquit)Melchisedech, qui Christum dominum præfigurat, Abrahā melior longe atque præstantior,videlicet in quo deus futurā Christi maximam præeminentiam huiusmodi benedictionis prærogatiua dignatus est declarare.

Et hi quidem decimas morientes homines accipiunt. Ibi autem contestatur quia uiuit. Vel aliū quēadmodum in modum nunc arguit Melchisedech ipsum sacerdotibus legis præcellere. Hi em̄ inquit hic.i. secundū legē acceptis decimis,moriūtur. Ibi vero.i. secundū Melchi

Cur Melchisedech dicatur ĩ æternum viuere.

ſedech figurã &ſignificantiã,decimas capiebat, qui a ſcripturis vitæ teſtimoniũ habet. Tu enĩ,inquit,ſacerdos in ęternum ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Quod aũt in æternũ D Melchidech viuat,ita intelligas;vt ſuperius diximus.Quod nulla ſit ſcilicet de eius morte in ſacris literis habita mentio.Nonnulli autem quod moriantur Leuitæ,& non moriatur melchiſedech,ita accipiunt.Quia ritus videlicet Leuitici ſacerdotĳ mortalis fuiſſet, quippe qui iam eſſet abolitus:melchiſedech vero ſiue ſecundum chriſtum ſacerdotalis hæc inſtitutio,& viuit & permanet, & perpetuo eſt permanſura, vt quæ ab eo cuius vt nullum initium,ita nec finis quoque futurus ſit(quod & per Melchiſedech ignoratos parentes indicatur)originem habeat.

Melchiſedech.

Et(ut ita dictum ſit)per Abraham & Leui,qui decimas accepit, decimatus eſt. Ne forte hæc legis inquiant ſacerdotes. Quid illud noſtra intererit, ſi ab Abraham ipſo per Melchiſedech exactæ ſunt decimæ? Ita reſpondet.Quia illius exemplo decimatus eſt Leui, qui noſtri obtinet ſacerdotĳ principatum. Melchiſedech vero ille qui decimas accipit, nonne Leui eſt potior a quo videtur per Abraham decimas capere? Et(vt breuiter dicam)quaſi dictum caſtigat apoſtolus, tanquam facinus audax viſum vt Leui decimaretur, qui nondum in lucem prodierat.

Leui nondum genitus, decimatur.

Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchiſedech. Confirmat quemadmodum decimatus ſit Leui,aitque. Cum enim ab abraham progenitore acceptæ ſint decimę & a Leui exiguntur virtute, tanquam qui in abrahę adhuc lumbis conſiſteret,futurumque eſſet,vt huius ex ſemine & ſi nondum genitus fuerat,procrearetur. Nec Leuitę dixit,ſed Leui,vt præſtantiam præferret. O quid ille eſt dicere auſus,Iudæorum eñ inſtituta eiecit.Et idcirco dixit ſuperius, quia negligentes eſtis & torpidi, quia & hoc erat dicturus:ne ſi prius ignauiæ hos arguiſſet,minus poſtea Pauli dicta pungentia tolleraret. Horum ita animos, ad eius arbitrium pręparatis inſtructiſque Paulus quodcunque animo reſediſſet,nunc explicat. Neque enim,quemadmodum ſuſceptum ſemen cõtinet terra:ſic & anima dei verbum vel tenet vel fouet.Ibi nanq; ineſt natura, quæ & firmitudinẽ habet & ſoliditatem:hic vero voluntas.Res ſane multiplex admodum & inconſtans, & nutabunda:eoque neceſſe eſt,vt præceptor quam multa longe ante diſpenſet. E

Sacerdotium xp̃i leuitico longe pręſtantius.

Si ergo conſummmatio per ſacerdotium Leuiticum erat(populus enim ſub ipſo legem accepit)quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum Aaron dici? Oſtendit quemadmodum Melchiſedech & Leui ille abraham anteiret,& in ordinem ſacerdotĳ illis effectus.Nunc vero aliud quoddam inducit argumentum,demonſtrans ſecundum Chriſtum ſacerdotium eſſe leuitarum longe ſuperius,quodque Chriſti conſummatum ſit & perfectius,illorum vero imperfectum & mancum. Nã ſi perfectum eſſet ſacerdotium legis, neceſſe fuiſſet pro ritu Aaron ſurgere ſacerdotem. aaron nanque de tribu Leuitica oriundus,alioquin haud quaquam ſecundum aaron,ſed ſecundum Melchiſedech inſtitutum ſacerdos dicitur ſurrexiſſe. Cum itaque ĩperfectius illud coarguatur,alius quidam inducitur ordo. Apertius tamen in ſubſequentibus hęc explicat Paulus,perinde ac ſi dicat.Si enim Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech prius iam extitiſſet,deinceps eſſet & lex ſubſecuta,iure forſan obiiceret aliquis cum minus eſſet ſecundum Melchiſedech ſacerdotium abſolutum, datum fuiſſe & legis illud F quod aaron eſſet. Nunc vero cum Chriſtus ſit ipſe qui eo muneris fungitur,& aliam capit ſacerdotalis dignitatis figuram: perſpicuum eſt, quandoquidem imperfectum ſit aaron ipſius ſacerdotium, pro eo aliud fuiſſe inductum,quod ſub ipſo legem acceperit. Quaſi dicat. Nemo poterat Aaron conſummatum dicere ſacerdotium, quippe quod alĳs,non Hebræis ſit traditum,id tamen populo plane collatum,in eoque populus ipſe legẽ accepit, hoc eſt iuſſus eſt huiuſcemõi ſacerdotio vti,& ad eius ritũ intendere,& illius grã oĩa exequi.Cur ergo ſi q̃ras illud eiectũ eſt,quia ĩpotens certe & inualidũ fuerat.

Impfectũ aaron ſacerdotiũ.

xp̃s ſacerdos fact⁹ eſt,cũ carnẽ aſſumpſit,& ſe ĩ ſacrificiũ obtulit.

Sacerdotĳ leuitici in aliã tribum trãſlatio.

Tranſlato enim ſacerdotio,neceſſe eſt,ut & legis translatio fiat. Patefacit hoc loco, quemadmodum lege ipſa ceſſante & redacta in nihilum,conſequenter & illud eſſe teſtamentũ inductum. Nam ſi alio traductum eſt ſacerdotium. neceſſe eſt,& legem aliam eſſe. Quandoquidem nequit ſacerdos ſine teſtamento & lege conſtare. tranſlatum eſt itaque ſacerdotium,non ſolum pro modo, id eſt quod nequaquam pro Aaron ipſius Melchiſedech inſtitutis & ritu conſtet,ſed tribu. A ſacerdotali namque aaron tribu in regiam illam Iuda traductum eſt id ſacerdotium. Sed attende myſterium. Hoc enim cum regale fuiſſet mox eſt & ſacerdotale effectum. Quemadmodum Chriſtus cum rex perpetuo eſſet:ſacerdos tamen euaſit cum carnem aſſumpſit,& ſeſe in ſacrificium obtulit.

A *In quo enim hæc dicuntur de alia tribu est.* Ostendit præterea, quemadmodum & secundum tribum translatum sit sacerdotium, aitque, CHRISTVS in quo id est de quo dicuntur huiuscemodi, & in quo hæc sunt terminata, de tribu alia est, est Iuda scilicet.

De qua nullus altari præsto fuit. De qua tribu qui ortum duceret, nemo præsto fuit altario, id est, aræ appropinquauit, vel sacra curauit. Nume. xxiiij.

Manifestum est enim quia ex Iuda ortus sit dominus noster. Optime dictum, ortus est, & ex Abrahæ vaticinio sumptum, oritur stella ex Iacob asserentis, & Malachiæ prophetia mutuatum qui solem iustitiæ CHRISTVM appellat. Quibus ex vaticiniis ostenditur fore, vt orbi terrarum hic illucesceret, aperiretque mortalium mentes eius præsentia. Malac. iiij. Luc. i.

In qua tribu nihil de sacerdotibus Moses est locutus. Cum constet in Iudæ tribu Mosen quæ sunt in bello administrata narrasse, de sacerdotibus tamen nullam facere mentionem.

Et amplius adhuc manifestum est si secundum similitudinem Melchisedech surrexit sacerdos alius. Quid enim cum manifestum est, inquit, præfert apostolus? Nimirum quod inter vtranque iustitiã interiacet medium. Vel in gratiam rediisse sacerdotium asserit cum testamentum, idque non solum patere, quia ex alia tribu prodierit qui surrexit sacerdos, nec vltra sit hic ex leuitica prodicturus, sed etiam ex eo quod dicturi iam sumus. Videtur enim superuacaneum si secundum ordinem Melchisedech, & reliqua, id est, quando secundum Melchisedech ordinem surgit sacerdos.

B *Qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum uirtutem uitæ insolubilis.* Ex Melchisedech enim, non aliorum sacerdotum ordine, est Christus sacerdos effectus. Illi nanque a lege sacerdotium accipiebant, quæ carnis haberet mandata, iubet enim huiusmodi. Carnem præcide, & carnem abluito & a carne abstine, & carnis bona assequeris. Melchisedech nullis eiusmodi, sed diuina virtute nititur, idcirco illum & vita in æternum potiri affirmat & sacerdotio insolubili. Viuere autem hunc ita accipies, vt supra est explicatum, & quia nihil nobis eius de morte constet. Vel tanquam de sacerdote dictum id fuisse intellige. Perinde ac si dicat. Qui sacerdos alius, id est Christus, non secundum legis carnale mandatum, sacerdotium ipsum accepit, sed patris virtute & suapte potentia, insolubili sacerdotio fungitur. Erat autem a re non alienum, vt cum carnalem dixisset & spiritalem adiiceret. At quo pacto adiecit, cum secundum virtutem vitæ insolubilis dixit? nam & breue aliquid & momentaneum per carnalem expressit. Et iure quidem ad eam temporis breuitatem vitæ addidit insolubilis, CHRISTVM arguens virtute propria vitam perpetuam assecutum, non legis præceptorum obseruatione. Sacerdotio insolubili xps fungitur.

Testatur enim quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Confirmat ex his quod ante dixerat, insolubilis vitæ, aitque. Scriptura quidem asserit in æternũ esse hũc sacerdotẽ effectũ (oportuisset ei nõ secũdũ Melchisedech ordinẽ dici, sed secũdũ Aarõ.) Nunc vero cum secundum ordinem Melchisedech describatur perspicuum est Christũ haudquaquam ex lege, sed modo alio quodam longe diuiniore sacerdotio fungi. ps. cix.

C *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, neminem enim ad perfectum adduxit lex.* Dixit quemadmodũ legis fieret translatio, idque vel argumẽtis ostendit & demum causam affert. Mos enim est nobis mortalibus, tunc aliorum acquiescere dictis, cum ea certis quibusdam rationibus comprobantur. Inquitque. Eo enĩ facta est reprobatio, id est commutatio quædam & repudiatio præcedentis mandati, id est anticipantis testamenti, quia infirmum esse & inutile deprehensum est. Quæret aliquis. Quid illud? Neminem ergo lex ipsa iuuit? Iuuit quidem, sed alioquin vt perfectionem afferret, nil profuit, quia neminem, inquit, perfectum effecit. Cur ergo lex ipsa infirmior esse arguebatur? Quia solis & nudis literis ĩperantib⁹ nitebatur, vt puta. Hoc facito, illud caueto, nec vllas ad exequenda mandata vires suppeditabat, quales in præsentia nobis per spiritum suggeruntur. Sed inuasuri mox sunt qui legem detractent hæretici. Et eccce nunc Paulus legem improbat, dicturi sunt. Veruntamen o insensati, non enim hic nequitiæ arguit legem, sed inutilem dicit & eo infirmam, quia nequeant perfectionem afferre. Nam quem admodum lac tenellis infantibus destinatis temporib⁹ longe plurimum confert, ætate vero prouectioribus nil prorsus conducit, sic & lex ipsa Iudæis est imperfectioribus profutura, cum illos ab idolorum cultu deterreat abigatque, & ad deum traditis præceptis nonnullis traducat. His vero qui perfectiores euase- Nõ inutilis quidẽ fuit lex. s. vt pfectionẽ afferret, nihil profuit. Apta similitudo.

rint nil prorsus est profutura. Nam purificationes quasdam iniungit, & sacrificia carni accommoda, quibus minus indigent spiritales, & idcirco tunc reprobatur. Solent enim ea refelli, quę post longam consuetudinem improbitatis tandem conuicta, & nullius perinde profectus, repudiantur. Lex itaque tandiu olim obtinuit dominatum, & in precio fuit, quandiu incommodum cedere videbatur. D

Introductio uero melioris spei per quam approximamus ad deum. Reprobatum vtique est legis mandatum, & subinducta est spes. Nec qualis Iudæorum spes erat. Sperabant enim illi, cum deo se morigeros exhiberent, terram hanc adipisci, vel hostes aliquos debellare, & vt summatim dixerim, in præmiũ omnia expectabant quæ ad corpus pertinerent. Spes tamen nostra longe secus se habet. Quippe quæ sit longe pręstantior, nam & cælum speramus, & deo esse propinquiores, illique cum angelis simul assistere & ministrare. Dixit superius, ingredientem internum velamen, nunc vero per quam deo, inquit, appropiquamus. Spes enim ipsa & dei nos throno proximos facit, & socios reddit.

Spes deo nos proximos facit.

Et quantum est non sine iureiurando. Ecce & alio quodam modo, & iuniorem sacerdotem a veteribus differre iam indicat, & quid nouum inter & vetus testamentum intersit, enodat. Neque enim simpliciter Christi, inquit, promissum est sacerdotium, sed iureiurando confirmatum, vt abunde dei verbi fide pręstetur, quod & superius dixit. Iurauit dominus Abrahę, maioris certitudinis gratia.

p̄s. cix.

Alij quidem sine iureiurando sunt sacerdotes facti, hic autem cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Legis enim sacerdotes, inquit, sine iuramento sunt constituti. Non enim pro istiusmodi sacerdotum prouectione, iurasse hunc in modum comperimus deum, tu scilicet, ille ve, futurus es secundum legem sacerdos. Christus vero deo iurante sacerdotium inijt, eundem sic alloquente. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech. E

Christus deo iurante sacerdos fact⁹.

In tantum melioris testamenti sponsor factus est Christus. Hoc est. In quantum iureiurando cõfirmauit futurum hunc sacerdotem. Neque enim iurasset, nisi hic esset longe præstantior. Vnde & nouum veteri testamentũ pluris esse arguitur. Sponsor vero, id est mediator & intercessor.

Sacerdotium xp̄i sempiternum.

Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod permaneat in æternum sempiternum habet sacerdotium. Arguit plane hoc loco quantũ Christus sacerdotes alios antecedat dignitate & gloria, aitque. Ibi nanque quam multos esse, quia mortales, hic vero vnum, quia sit immortalis. Sempiternum itaque habet hic sacerdotium, hoc est, quod aliquo pacto nequeat intercidi, nec vllum habeat in hac dignitate successorem. Videsne quemadmodum legis sacerdotes hic pręstet, quantum quod mortale est, immortale?

Vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum. Cum itaque immortalis sit, inquit, potest vel cunctis prodesse & in perpetuum, nec momentaneum cũ in hac vita, tum in futura salutem afferre. Nam & qui in veteri pontifex esset, & si cętera clarus & admirabilis quandiu tamen pontificij fungebatur hoc munere, tandiu sacrificia offeferebat. Qualis & Samuel erat, & istiusmodi cæteri. De cętero tamẽ nequaquam se ita gerebat, quippe qui mortem obiret. Christus vero pontifex ille & vitam ducit perpetuo, vnde & salutem potest sempiternam his impartiri, quid ad deum sese per eius transferũt fidem. Nam qui in filium credit, ad patrem se contulit. Patet nanque per filium ad patrẽ accessus. Id enim iter si quis inuaserit, apud patrem diuertat, necesse est. F

Christus est nobis iter ad patrem.

Semper ad interpellandum pro nobis. Carnis ob gratiã, abiectius hęc de Christo sunt dicta vi ues. Est nanq; carnis assumptæ ratione pontifex ille effectus. Et qa põtifex sit, eo & intercedere dicitur. Dicet aliquis, nam qui haud secus ac pater suscitet mortuos, cum debeat per se saluti esse mortalibus, & qui omnem habeat cæteros iudicandi licentiam, & angelos possit partim in ignis caminum detrudere, & partim saluos efficere, qui fieri potest, vt suas pro alijs partes nũc interponat? Dixerim equidem ob eius humanitatem & carnem desumptam, Christum ita se gerere. Verum vt leniorem se auditoribus Paulus exhiberet, nolite (inquit) veteri, haud tamen vsurpare, charitate nos Christus ex eius benignitate, prosequitur, habet apud patrem fiduciam, abstinet id dicere. Non enim nõs poterit semp ille tutari, viuit nanq; & ppetuo vt põtifex, vtiẽ hoc nostri ob gratiã intercessu. Cũ vero dico hũanitatẽ, haudquaq̃ illã a diuinitate seiũxerĩ. Vna est eĩ in duob⁹ substãtia. Sed illud ago, vt auditores pnoscãt, q̃ deceant vtriusq; naturã. Idipsum q̄ carne obduct⁹

Nota hic dubitationem pulchram.

filius assidet patri intercessio quędam pro nobis petendi tanquam caro ipsa patrem exo
A ret, eoque sit hæc a filio ipso desumpta, vt saluos nos faciat.

Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens. Constat sane ex his quæ antea dixit, & prosequi non desistit eadem confirmare, carnis dixisse ob gratiam Paulum. Quis enim huiusmodi de deo dissereret? Nec pudet quidem incomprehensibili illi naturę adiecisse. ὅσιος itaque religiosus & sanctus est, qui nihil eorum quæ facere debeat intermittit, ἄκακος vero & innocens, qui caret malignitate. Neque enim (inquit) eius in ore inuentus est dolus. 1. Petri. ij.

Impolutus. Neque id quidem deo in laudem cedere dixerit quispiam, minus scilicet dicit hunc inquinatum, sed liquet sane de Christi vnius humanitate dicta hæc esse.

Segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Legis enim (inquit) sacerdotes & si in cæteris polleant sanctitate, pro natura tamen humana, nequitię arguuntur. Nec prorsus sunt a delinquentibus ipsis seiuncti, quippe qui & ipsi sint peccatis obnoxij, necdum in cælis versantur. Pontifex vero hic noster, cum omni sit virtute superior, & a peccatoribus ipsis penitus alienus, vel in cælo est celsior factus throno paterno insidens. Cum vero factus est (inquit) perspicuum est secundum carnem de Christo id dici. Nam vt de üs perpetuo est in cęlo sublimior.

Qui non haberet quotidie necessitatem, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo. Cum enim dixisset nostrum pontificem hunc esse a peccatoribus se
B gregatum, idipsum deinceps dicendo amplificat, aitque. Tantopere ille omnium est facinorum expers, vt vel hostiam offerens proprium corpus non illam pro seipso obtulerit. Qui enim fieri id poterat, qui nihil deliquisset? sed pro nobis hāc obtulit. Legis præterea sacerdotes in dies singulos immolabant, tanquam nequirent semel sacrificādo expiare delicta. Hic vero hostiam taliter obtulit, & tam fuit illa rei ingētis effectrix vt vel temporis momento, per se terrarum orbem purgauerit. Quo fit, vt vel in hoc quidē noster pontifex Christus legis superet sacerdotes. Hostiæ per xp̄m oblatę virtus & efficaciar

Hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Quod illud? Id sane, vt sacrificium scilicet pro populi peccatis, non suis offerret. Semel est sacerdotis perfunctus officio, deinde vero, vt dominus sedet. Veruntamen ne cum sacerdotem hunc dici intelligis, existimes eundem adstandi & ministrandi pręstare sedulitatem, ostendit quemadmodum dispensatione quadam, sacerdos illi fuerit effectus. Qua terminata, suam resumpserit sublimitatem.

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes. Ne forsan te suspicio subeat, & si semel hic obtulerit hostiam, pro se etiā hanc obtulisse, confirmat nunc dicens, nil hūc pro suis peccatis offerre. Secundum legem vero homines diuinitatis expertes, constitue re sacerdotes, habentes infirmitatem, hoc est, qui minus possint delictis obsistere, sed illis vt imbecilli succumbunt. Hic autem cum sit filius præpotens, quo pacto quiuerit peccato subesse? qui ergo nullius est sibi cōscius mali, cur hostiam esset pro se oblaturus? Si quidem nec sæpe pro aliis, sed semel obtulerit. Quia cum virtute is præstet & potestate, uel unica & sola oblatione satis potuit cuncta perficere. Poteris etiam infirmitatem pro Roma. v.
C peccato accipere, vt sępe alias & multis in locis Paulus dicit. Vel pro morte ipsa. Nam & .xiiij
cum mortales sint, qui legis sunt sacerdotes & fragiles, ne ipsi quidem crimine prorsus i. Corin.
vacabant, nec purgare alios poterant. Hic vero & immortalis & præpotens est. Vnde viij.xi.
ita subsequitur.

Sermo autem iusiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum. Aduerte disiunctionē. Ibi enim lex dicitur, hic iurisiurādi sermo, id est firmissimus verissimusque. Ibi homines & seruitute omnes obstricti, hic filius simul & dominus. Illi infirmi, hoc est, delinquentes & pacto obnoxij, ac morti subiecti. Hic in æternū perfectus id est sempiternus & potens. Nec solum cum inter homines ageret, sed perpetuo delicti est expers. Hic itaque si semper est, si labitur nunquam si vitam perpetuo ducit, quamobrem vel pro se offerre vel aliorum gratia hostiam frequentius debet.

CAPVT OCTAVVM.

CAput autē super ea quæ dicuntur. Talē habemus pontificē qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis. Caput semper quod summum est dicitur. Cū eī quis sit paucis cōplexurus, quę magis sunt ꝓpria, breuiter inquit, & sūmatī se verba facturū. Vt & caput, & si breue aliqd sit prīcipale tn̄ ē corpis mēbrū, & cæ

teris proprius. Ait hoc loco apostolus, caput est super ea quę dicuntur, id est quod præ D
stantius dicam & breuibus, deum ipsi habemus pontificem. Considere autem maxime congruit deo. Aduerte autem, quod cum humilia pleraque explicasset, cuiusmodi illa sunt cum pontificem deum appellat, cum intercessiones dicit hunc facere, & quotquot istiusmodi sunt & humana, mox ad celsiora transcendit, dixitque hunc in dextera sedis magnitudinis considere, quod vtique diuinæ est maiestatis. Hunc vero nodum continenter seruat, pręceptorem & dominum imitatus, qui idẽtidem in euangelio facit, vt ex rebus inferioribus hisce & cõsuetis auditorem traducat ad verbum excipiendum. Alio qui nequaquam subsequetur qui audit, nisi pedetentim, & lento gradu ascenderit. Ex rebus itaque altioribus patefacit idcirco, fuisse humilitatem illam permissam, vt naturæ conscenderetur humanæ. Sedem autem & magnitudinis thronum paternum dicit. Vel quia pater ipse magnitudinis sit id nomen sortitus, vel simpliciter quia maximus ille & sublimior dei thronus dicitur sedes.

Mat.iij & xxx. Marc.iij. & .iiij. Luc.viij.

Humilia q̃dã xp̃o attribuuntur, vt naturæ humanę condescendatur

Sanctorum minister. Quemadmodum enim terreni & inferiores pontifices, hi sancta sanctorum & penetralia illa ingressi, eorum ministerio fungebantur, sic Christus super cęlestium illorum penetralium, quę vere sunt sancta, minister est. Videtur autem sibiipsi Paulus contradicere. In epistolę enim principio, dixit ad angelum quẽpiam sede. Neque enim spiritus omnes ministrant, quandoquidẽ nequaquam deceat sedere ministros sed pedibus stare. Nunc vero cum dixisset in throni dexteram consedisse, rursum illum pro ministro inducit. Cur ergo tam varie a suis dictis dissentit? Id sane facit vt cõdescendat aliquantisper humanitati, vnde & summis admiscuit infima. Nonnulli vero minister sanctorum, ita intelligunt, perinde homines faciat sanctiores. Quippe qui noster est sit pontifex. E

Et tabernaculi ueri quod fixit deus & non homo. Attollit his dictis horum nunc animos. Nam cum par esset, illis non satis constare nos esse tabernaculũ id assecutos, ecce, inquit, maius quiddam & certius tabernaculũ, cælum habemus. Nã vetus illud nostrum hoc nouum p̃figurabat. At primum illud manibus fuerat hominum fixum (vt de Mose fertur & aliis) Id vero nouum deus præfixit. Hinc autem intelligi potest, quemadmodũ & Basilius sentit, nec mobile esse cælum nec circulare. Fixit enim cum inquit, vtrunque tollit.

Cælum ẽpyreum imobile & stabile.

Omnis enim pontifex ad offerenda munera, & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere quod offerat. Cum enim sedere hunc dixit, ne falso hunc & ex eo composito sacerdotẽ dici & pontificẽ credas, sedere hunc asserit. Nec tamen, inquit, ob id pontifex esse desiit. Habet nanque quę pontificis sunt vniuersa. Et vt legis sacerdotes deo offerre aliquid consueuere, ita & hic seipsum obtulit. Is itaque quia throno insedit, dignitatẽ ostẽdit, cum vero pontificis fungitur munere, clementiæ plurimum. Et quoniam quærunt nonnulli, cur mortem ille obiuit, si filius est & ęternus? Id soluens id inquit. Idcirco enim hoc egit, quia & sacerdos hic esset. Sacerdos vero nequaquam est sacrificii expers. Erat itaque necesse aliquid hic quod offerret, vt haberet. Quod autem offerretur, pręter corpus, nil quidpiam erat, necessario ergo & mortuus est. Donum uero inter & hostiam si accurate interpretemur id interest, quod hostia quidem in cruore offertur & carnib9, F
dona vero ex fructibus constant, & eiusmodi cęteris quę incruenta sint, alioqui apud sacra scripta indifferenter posita reperiuntur, vt illud. Respexit deus ad Abel, & munera eius, tametsi constet ex ouiũ illa primogenitus extitisse. Ad Cain autem & munera eius nihil attendit, cum ea ex terrę fructibus constitissent.

Quid interest ĩter donum & hostiam.

Gene.iiij

Si enim is esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerrent secundum legem munera. Adhuc in eo quod dixerat confirmando insistit, perinde ac si dicat. Et si in terris hic habeat tabernaculũ, nihilominus, & in cælis versatur, & nil prorsus ob id prohibetur, quin & fruatur sacerdotii dignitate, aduerte aũt q̃ prudenter id agat. Nam vel ex his quidem quibus alii nequaq̃ hunc sacerdotio fungi potius confirmarent, ꝙ scilicet nullum sit nactus in terris locum, vbi esse sacerdos quiret, hic longe magis sacerdotẽ esse affirmat, in quitq;. Ob id aũt ipsum sacerdos hic esse arguitur, quia nullum haberet in terris locum. Si enim in terra hac esset, haudquaq̃ sacerdos fuisset, vbi & alii forent dignitatis eiusmodi (factionibus nanque hoc pacto videretur res agi). Nunc vero cum cælũ habeat, & proprium subuexerit corpus, & ibidem apud patrem intercedit pro nobis. Fit itaque quandoquidem in cælis ille permaneat, eo magis sacerdotium habeat sit necesse.

Qui exemplari & umbræ deseruiunt cælestium. Hoc loco quo Christus in cælis iã fruitur sacerdotii arguit excellentiã. Cum vetus quidem testamentum figuram quandam & vm

Vetus testamẽtũ figura & vmbra

A bram dicat, nostra vero cælestia nuncupet. Nimirum nostra hæc debent cælestia dici in quibus nihil est terrenum, sed spiritalia cuncta, quæ mysterijs hisce perficiuntur. In his enim & angeli concinunt hymnis, cælestis & regni claues, & peccatorum remissio rursum & colligatio insunt, & nostra denique in cælis est conuersatio. Horum itaque figuras, & vmbras legis præferunt sacerdotes, id est subobscura quædam argumenta, & vmbratiles lineas, quæ in veteri sunt testamento per Mosen patefacta. Luc. ij. Mat. xvi Actu. ij. Phili. iij.

Sicut responsum est Mosi cum consummaret tabernaculum. Vide inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Cum enim quæ oculis intuemur acrius ipsi perspicimus, quam ea quæ audiendo ediscimus, propterea Mosi deus vniuersa apperuit. Nec solum tabernaculi formam, sed quemadmodum esset etiam immolandum, & cultus alij peragendi & ritus. Exod. lv actu. vij.

Nunc autem melius sortitus est ministerium. A superioribus dictis hæc pendent, videlicet. Si enim esset ille in terris, nequaquã pontificio munere fungeretur. Nunc cum in terra haudquaquam versetur, sed cælum habeat ad offerenda sacrificia, locum, diuersum sortitus est ministerium. i. alia est illi in cælis administratio, & potior lõge quam in terris sit sacerdotibus. Quippe cum cælestis, vtpote proprij sacrificij locum sortita cælum.

Quanto & melioris testamenti mediator est. Cum Christi sacerdotium partim a loco, partĩ a sacrificio extulisset, mox & testamenti differentiam subdit. Atqui dixerat supra ob auditorum infantiam & prauitatem, infirmius esse vetus illud, & plane inutile redditum,
B sed ocyus se his extricauit & paucis profecto absoluit. Nunc vero in his differendis diutius immoratur, ostenditque quemadmodum nouum id testamentum vetere illo sit potius. i. euangelium, cuius & largitor & mediator sit Christus. Is enim nobis serui forma accepta, euangelij est minister effectus, quemadmodum & Moses legis. Noui testamenti supra vetus excellẽtia.

Quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Quod præcipue Iudæorum fidelium animos recrearet id affert, melioribus scilicet pollicitationibus nostrum hoc testamentum constare. Non enim terræ bona, vel solis decorem, vel liberorum promittit hoc multitudinem, sed cæleste imperium his pollicetur, qui euangelium exequuntur. Nolite igitur (inquit) concidere animis. Sunt nanque euangelij longe potiora promissa. Quo fit, vt mentis minus sint compotes, qui vbi meliora sunt assecuti, languescant.

Si enim prius illud culpa uacasset, non utique secundi locus inquireretur. Aduerte quo progrediatur hic ordine. Dixerat enim potius esse vetere illo, nouum hoc testamentum, quod inde liquet, quia melioribus promissionibus legem acceperit. Si itaque promissa sunt meliora, & præmia longe præstantia perspicuum erit, & testamentum hoc nostrum præstare, & eius iussa esse magis diuina. Sed vnde id patet, vt huius sint potiora promissa? Hinc sane, quia Paulus asserit fuisse vetus illud eiectum, & effectum est hoc nouum, ob idque nouum hoc dominari & superius iam euasisse, quia & melius sit, & eius sectatores faciat meliores. Nam si vetus illud culpa vacaret, id est si alios irreprehẽsibiles redderet, nequaquam fuisset aliud vllum eius in loco inductum. Nam quemadmodum vsurpare, id omnes solemus, domũ aliquam quæ sit propediem collapsura, vitio non vacare, sic &
C vetus dixerim testamentum minus esse non incusandum. Non quia hoc aliquid habeat in se prauitatis, sed quia nequeat meliores efficere, vt quod paruulis sit & infantibus traditum. Vetus testamentũ nouo sua peruenientẽ reijcit, non quia malũ, sed qa insufficiens ad iustificandum.

Vituperans enim eos dixit. Non enim illud vituperans dixit, sed eos, id est, Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad perfectionem nequiuerint.

Ecce dies ueniunt dicit dominus, & consummabo super domum Iuda testamentum nouum. Clarius hoc loco ostendit fuisse antiquum illud repudiatum. Deum enim inducit per Hieremiã dicentem. Aliud quoddam instituam testamentum & nouum, id est nuper omnino institutum. Haud tamen in eam hæc sententiam protulit, vt Iudæi accipiũt, quod Esdras Propheta innouarit scripturam. Non enim hæc & noua effecta, sed antiquo & suo statu permansit tametsi de hac illa etiam fecerit mentionem. Hiere. xxxi. Esdras ꝓpheta.

Non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum ut educerem eos de terera Aegypti. Ne quis forte existimet testamentũ illud eiectũ iri, quod deus abrahæ reliquisset, in die adiecit, qua illorum manum apprehendi. Perinde ac si dicat. Illud sum ipse testamentum repudiaturus, quod in Synai monte patribus vestris tradideram, qui vitulum sibi conflauere. Nam illud quod est abrahæ traditũ, in Christo, finẽ est assecutum. Ait enĩ. In semine tuo benedicentur omnes gentes, quod vtique Christus est.

Quoniam ipsi non permanserunt in meo testamento, & ego neglexi illos, dicit dominus. Vides quẽ

admodum mala quæque a nobis initium deducant, ipsi(inquit)non permanserunt,pro pterea eos neglexi.Et bona a deo & benefacta sumunt originem.Cur vero id agat,perin de ac sciscitanti cuiquam,ita respondet.Hos equidem eorum ob inconstantiã dereliqui. D

Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel, post dies illos dicit dominus. Post dies illos quosnam hos dicit?Ferunt nonnulli hos esse,in quibus ex Aegypto abeuntibus Hebræis, lex est per Mosen tradita.Mihi vero videtur de his diebus nunc dicere, de quibus & superius dixit.Ecce dies veniunt. Cum itaque (inquit) hi dies aduenerint,testamentum disponam cuiusmodi audies.

Lex xp̃i lex spũs. Ioan. xiiij

Dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorum superscribam eas. Prodeant nunc Iudæi in medium,& ostendant quo vnquam tempore legem sine scriptis acceperint.Nã vel post ex Babylone regressum literis exarata, lex illis per Esdram illum imposita est. Constat tamen Apostolos in scriptis nil accepisse,sed spiritus legem cordibus admisisse, & ideo Christus his vsus est verbis.Paracletus veniens suggeret vobis oĩa, & docebit vos oĩa.

Et ero illis in deum, & illi erunt mihi in populum. Id sane per euangelium effectum est. Nam qui antea deos colebant,idolorum erant seruituti addicti. Nunc veri dei habita notione illi in populum concesserunt.

Lex Iudaica paucis nota.

Et docebit unusquisque proximum suum,& unusquisque fratrem suum dicens, cognosce dominum.Quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem eorum. Doctrinam hoc loco eam dicit,quæ ad alios instruendos plus insumit laboris. Licet enim nobis perspicere, haudquaquam pluribus verbis nos indigere ad eos qui mente valent,persuadẽdos,vt Christi fidem excipiant & credant. Atqui lex quidem Iudaica in vno aliquo reconditur angulo,delitescitque adeo,vt paucis innotescat.Apostolorum vero clangor,& vox illa sonora, terras omnes peruasit.Quinetiam cum deus ipse carne assumpta versaretur in terris & naturã hanc induens nostram diuinitatis fecisset participem, illuxit tunc sane omnium animis splendor ille verę dei cognitionis,& velut quędam agilitas & aptitudo est a gratia diuina naturæ humanæ imposita, vt dei veram habeat notionem. E

Quia propitius ero iniquitatibus eorum,& peccatorum eorum & nequitiarum non recordabor. Baptismo nanque nos ille & commissorum sordibus abluendo,nil vltra eorum quæ eo sunt semel lauacro diluta,reminiscitur deus.

Dicendo autem nouum,ueterauit prius. Interpretatur propheticum dictum,cum testamentum hoc nostrum nouum prorsus appellat,arguitque plane prius illud vetus videri.

Rom. vij.

Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est. Redditus per prophetam fidentior, legem carpit,arguens nostram nunc germinasse & florescere magis in dies.Ex prophetę itaque dictis vetustatis nomen accepit,a se autem ipso senectutis adiecit, & legi demum deberi adiunxit interitum.Subinde id inquiat,non enim non opportune nouum hoc nostrum sustulit vetus,sed senectutis & vetustatis gratia cessare coegit.Quia infirmum esse: & plane inutile,sicut & alibi dicit.Nã ĩpotentia legis in quo infirmior est per carnẽ.

CAPVT NONVM.

Tria erãt tabernacula.

Habuit quidem prius iustificatibnes culturæ. Ostendit per sacerdotẽ quod dixerat,sacerdotiũque & testamentum fore vt in Christo eadem hæc terminantur,idipsum & nunc ex ipsius tabernaculi figura demonstrat.Tria itaque erant tabernaculis loca, Exterior quidem omnibus vt Iudæis, ita gentilibus destinatus. Deinceps & velum secundum in loco obtendebatur,quod sacerdotes ingressi, sacrificiis & diuino cultui quotidie intendebant.Hic locus sancta appellabatur, quæ formã veteris præferrent testamenti,quia ibi immolationes perficerentur.Erat & sancta, interior locus, quæ nos sanctorum sancta nunc dicimus,& præfigurabant mysterium.Habebat itaque(inquit) prius id est vetus testamentum,iustificationes,id est symbola vel statuta & leges,quæ & si olim habuerat,in pręsenti tamen his caret.Quandoquidem irritum illud sit, & superuacaneum per nouum hoc redditum. F

Sæculare sanctum quale.

Et sanctum sæculare. dicitur, quia ab omnibus adiri permittebatur, & vulgatior esse hic in tabernaculo locus & notior,vbi & Iudęi,& Nazaręi,& Proselytæ, & Græci consisterent.Et qm̃ & gentibus,id est sęculi hominibus patebat accessus, sęculare hoc dicit.

A *Tabernaculum enim factum est primo in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quod dicitur sancta.* Primum hoc dicit, quod & sancta sanctorum tabernaculum, quia alias intermedium erat. Antehac enim æreum holocaustomatum altare sub diuo erigebatur, deinde velo obtenso, & tabernaculo intersepto sequebatur, & medium illud, vbi & candelabra, & mensa & propositio panum statuebantur.

Post uelamen autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum. Vides fuisse & aliud quoddam velamen quod Epispastron idcirco appellat scriptura, quia euellat & separet, distrahatque, quod arcam seiungebat, quam indifferenter adirent, qui vellent, in qua sacrificia offerebant ex aduerso ærei altaris tabernaculo, quod quotidie sacerdotes exciperet sacrificantes. Vbi vero hoc præterieris, offertur secundum aliud velum, post hoc tabernaculum aliud quoddam aditur, quod sancta sanctorum denominatur, quod alius nemo nisi pontifex solus inibat, & is quidem in annos singulos semel σκηνὴν autem, id est, tabernaculum vbique denominauit, ex eo quod ibi deus inhabitaret. Tabernaculum.

Aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circuntectam ex omni parte auro. Arcam testamenti appellat, quia tabulas seruaret, quibus lex omnis contineretur, quæ a deo fuisset Hebræis per Mosen tradita. In arca erant vrna aurea, virga Aaron & tabulę.

In qua urna aurea, habens manna, & uirga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. Hæc haud dubie cuncta Iudæorum sunt ingratitudinis monumenta. Nam quod in vrna manna illud asseruauerit, quo illi quondam cum alerentur, obmurmurassent, eo est constitutum, Nũ. xi.
B vt huius rei fama transiret ad posteros. Et quemadmodum illi deum exacerbassent, memoriæ proderetur, Aaron autem virga, vt illorum contumacia innotesceret, & quemadmodum ipsi Aaron iam obstitissent. Tabulæ vero testamenti illos infidelitatis coarguunt & inconstantiæ, quorum de caussa illæ attritæ sint, quia vitulum sibi conflassent, & idolis inseruirent. Quæres fortasse. Cum constet in libro regum literis proditum, nil aliud fuisse in arca præter tabulas conditum, cur nunc & vrnam adiunxerit Paulus & Aaronis virgam illa concludi? Eo forte id dixit, quia vt a Gamaliele instructus optime hebraicam callebat historiam, & natu maiorum traditione, rem ita se habere acceperat. Præsertim cum ex hebręis qui pharisæos sectantur, idipsum & sentiunt & profitentur. Nec tamen in ipsis primordijs, sed longo post tempore cum esset necesse, vt Hieremię temporibus arca occultaretur, in ea & vrnam dicunt fuisse & virgam reconditas. Nũe. xvi. Exodi. xxxij. Deu. ix iij. re. viij

Super quam. Id est, arcam.

Etiam erant Cherubim gloriæ. Vel gloriosos angelos dicit, vel quia ad dei gratiam sint ad id ministerij instituti. Quos tamen de industria intulit, vt arguat nostra longe præcellere.

Obumbrantia propitiatorium. Propitiatorium erat arcæ operculum, vt fieri ex sacris literis certior poteris, cauendumque ne id præter aliud esse existimes. Hoc autem Christũ præfigurabat, qui nostrorum est prauorum facinorum conciliator effectus. Is præterea qui vetus & testamentum complectitur, & obsignauit, & reddidit tutiora.

De quibus non est modo dicendum per singula. Patefacit hoc loco, non oculis solum & ob
C tutu hęc terminari, pręferreque duntaxat quod esse videntur, sed ęnigmata quędam esse & argumenta, atque contemplanda perspiciendaque, longiore sit opus tempore. Propitiatorium quale.

His uero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. Erant quidem hæc inquit, sic instituta, cum nulla tamen esset Iudæis istiusmodi pręcipiendi facultas, vt quia velamine interiecto secluderentur, sed nobis hęc seruabantur, quibus & prophetata sunt & prædita.

In secundo autem semel in anno solus pontifex. Vides quemadmodum vel a principio sint figurationes & figura præmissa. Et ne illud forsan obijciant quidam inquiantque. Cum semel constet secundum Christum fuisse sacrificatum, qui fieri potest, vt cũctos ille vno hoc sacrificio sanctitate donauerit? Quia prioribus sęculis fuerat Christi hoc sacrificium destinatum, quod omnibus esset saluti futurum, tametsi sanctum illud, & tremendũ fuisset, quod a pontifice semel in annos singulos offerebatur.

Non sine sanguine. Cum itaque sacrificium crucem dixisset, quæ nec ignem haberet, nec lingua nec sępius fuisset oblata, ostẽdit hãc semel ĩmolandi, & in sanguine priscã consuetudinẽ, vel crucẽ hãc ipsam ꝑferre. Quęsiuere nõnulli quo pacto, cũ in Exodo scriptũ comperiamus incensum adolebit super aureo altari quod videlicet in sctã sanctorũ fuisset. Aaron ei (inqt) incensum cõpositionis suaue olẽtis diluculo cũ lucernas cõponit offerat super illud, & cũ accẽderit Aaron lucernas adolebit ĩcẽsum. Vnde cõstat dieb⁹ sin Exodi. xxx. Aaron incensum adolens.

gulis, vt incẽsum hoc adolerent, sancta sanctorũ bis põtificẽ adijsse, nõ semel. Siqdẽ vnꝰ esset ad incensum locus, non multa. Cur ergo apostolus dicit in annum semel põtificem sancta sanctorum inijsse? Huic quęstioni ita occurritur, cum sanguine semel Aaron, his vero cum incenso sanctorum sancta ingrediebatur. E

Aarõ bis in ãno cũ incẽso sancta sctõrũ ĩgrediebatur, cũ sãguine vero semel tantum.

Quem offert pro sua & populi ignorantia. Rursum pro seipso dicit. Nam legis pontifex (inquit) pro se offerebat, Christus vero longe secus. Cur enim illud egisset, qui a peccatoribus est longe disiunctus, nec vnquã deliquerit? Quo fit, vt plurimum hic a legis pontifice differat. Ignorantiam autem dixit, non vt per eam peccata exprimeret, sed vt maiorem terrorem incuteret, cum olim Iudęis, tum cæteris, qui Christi fidem profiterẽtur, & multorum frenaret superbiam. Perinde ac si dicat. Si enim non sponte, sed inuitus deliqueris, ignorantiæ argueris, eiusmodi criminis nemo est profecto immunis. Nonnulli vero hæc dixisse Apostolum credunt, vt sacrificij quod secundum Christum offertur, & legis immolationum differentiam significaret. perinde ac legis oblationes huiusmodi, ignoranter duntaxat commissa remitterent, Christus vero iam immolatus, vel scienter delinquentibus parcat.

Anagogica cõtemplatio.

Hoc significante spiritu sancto nondum propalatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Aggreditur demum anagogice cõtẽplari, quæ a tabernacula spectãt, atque. Quod em ad sancta sanctorũ tabernaculum sacerdotibus cæteris minus pateret accessus, per sancta hæc cæli pręfert figura. Tabernaculi vero locus ille anterior, qui erat sacerdotibus legis accessibilis semper & patens, leges cultum præfigurabat. i. quãdiu staret hoc tabernaculum, & lex ipsa dominaretur, iuberetque, & pro eius instituto, & cultꝰ & sacrificia fierent, nequaquam pro legis ritu sacrificantibus, sanctorum sancta patere, id est cælorum aditum esse his interclusum, quod tamen Christo sit a sęculo destinatũ. E

Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quod munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt secundum conscientiam perfectum facere seruientem. Quod superius dixerat, confirmat Apostolus, videlicet tabernaculum illud quod sacerdotes ingrederentur, parabolam, id est figuram fuisse & vmbram temporis quo lege astantis, ante Christi aduentum, quo tempore huiusmodi hostiæ immolarentur, infirmæ adeo & imbecillæ, & tam nullius momenti, vt nequeant secundum conscientiam, id est secundum interiorem hominem, perfectionem adijcere offerentibus. Quandoquidem corporum sordes duntaxat eluerent, non peccata purgarent. Non enim vel adulterium poterant, vel homicidium, vel sacrilegium illi dimittere.

Lex hũanis solum rebus imposita. Leuit. x Nũe. vi.

Solummodo in cibis, & potibus, & uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis usque ad tempus correctionis impositis. Lex (inquit) vt legis ipsius instituta, humanis solũ sunt rebus imposita, vtpote quibus & vesci homines debeant, & in potu vti, & istiusmodi quędam iniungunt, hoc commode, illo abstinebis. Verum quo pacto & potibus dixit cum constet de potus diuersitate nil quicquam legem mandasse? Aut enim id refert apostolus, quia sacerdoti sancta paulopost ingressuro, interdicta sit vini potatio. Vel in eiusmodi mandatorum contemptum hoc potius addidit. Erant præterea & varij baptismatũ modi. Nã si mortuum quis attrectasset, vel esset morbo infectus, vel fluxũ seminis pateretur, baptismo, id est, aqua abluebatur, & hunc in modum existimabant, vel a crimine, vel a contagione purgari. Carnis vero iustificationes erant pręcepta quędã, quę eorum carnẽ dũtaxat abstergerẽt, qui secũdũ carnẽ viderentur sordidiores. Nec tamẽ hæc erat ꝑpetuo permansura, sed vsque ad tẽpus correctionis, hoc est, vsque ad Christi primum aduentũ, qui vniuersa hęc erat emendaturus, inducturusque cultum verum & spiritalem. Cum esset autẽ lex graue admodũ iugũ, iure imposita dixit, sicut & in Apostolorum actis est scriptũ. Qui tẽtat is imponere iugum discipulis, quod neque patres vestri portauerunt? F

Actu. xv.

Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum. Priscus enim (ait) cultus ille, nequaquã in cælum quempiam deducebat, sed Christus adueniens intrauit semel in sancta. Nã eo hęc redit oratio, qđ superius dixerat. Nõ em̃ effectus põtifex dixit, sed assistens, hoc est huius rei gratia uenit, cum nondũ alias se antehac contulisse, sic institutus est pontifex. Eius tamen mens & cogitatio, vt ad terras descenderet huiusmodi fuit, vt pontificatum iniret. Nec quidem sacrificantiũ dixit pontificẽ, sed futurorum bonorũ, tanq̃ nequirent diligenter hæc explicare, sed simpliciter & confuse expressit, quæ fuissent in nosipsos collata. Verum futura hæc dixit quo ad legis tempus. Nam vt hoc instans vocauit, sic futura quę Christi sunt nuncupat, si cum ipso hoc tempore vel momentaneo cõparemus. Vel futurorum dicit mysteriorum, videlicet, quę in futurum nobis reuelabuntur.

A *Peramplius & perfectius tabernaculum.* Carnem hoc loco tabernaculum dicit, quæ amplius quidem eo habetur, quo deus verbum hanc ipsam assumpsit, quod omne & spiritus sancti sit opus. Et perfectius dixit, quia perfectiora perficiat.

Non manufactum, id est non huius creationis. Huc prosiliunt hæretici omnes, dicuntque cœleste esse, & aereum. i. Christi corpus, idipsumque & Paulum sentire hoc loco fatentur, alioquin quo pacto asseueraret, inquiunt, non huius hoc esse creationis? Neque enim a creatis excipitur cœlum, quippe quod vtique & conditum sit. Nā quid sibi vellet quod dicit hic idem vetus quidem tabernaculum, quod circa Veseleel erat, hi construxerunt. Dei vero & verbi tabernaculum spiritus sanctus composuit. Hac igitur de causa Paul' dixit, nequaquam Christi carnem huius esse creationis. i. non harum creaturarum in modum creatam, sed spiritalem esse & diuinam. Eorum nanque quæ condita sunt, nihil habet in se deus verbum subsistens, sed caro hæc substantialiter est Christo vnita. Secundū itaque materiam ipsam domini corpus, nostram & conditionem & humanitatem accepit, nobisque & consubstantialis fuit hæc caro, Vt ex sanguine purissimæ virginis cōpacta, pro modo tamen eius essentię supra nos est, & humanam excedit naturā. Tum etiā quia per subsistentiam vnita sit deo verbo, vel quia materia omnis veteris tabernaculi pellibus & lignis constabat, quę auro erat aut ęre vel distincta vel intertexta. Id ipsum cum aduerteret Paulus, non huius dixit creationis, cuius vetus illud tabernaculum indigeret. Huius autem hæc omnis ratio comparationibus quibusdam transigitur, & demōstrat Christi carnis præstantia. B Vocat pręterea & Christi corpus tabernaculum aliquod, vti hoc loco facit, vt quod vnigenitus ipse inhabitet. Insuper & velamen appellat, vtpote quod in se diuinitatem occultet, veletque. Et his ipsis nominibus, vel cœlum tabernaculum nuncupat, perinde hoc ipso resideat, pontifex Christus, idipsum & velum dicit, quia sanctis sit mœnium instar obseptum.

In hæreticos dicentes christi corpus esse aereū. Exodi. xxiiij. lxxxvi. Luc. i.

Cur xp̄i corpus dicatur tabernaculum & exlamen.

Neque per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem. Atqui longe secus se habet res Christi, quam leges pontificum, & eo excellunt & incomparabiliter præstāt, quoniam beluarum sanguis quem illi tabernaculum oblaturi adibāt, nequit prorsus cū sanguine illo diuino conferri.

Introiuit semel in sancta. Id est, in cœlum.

Aeterna redemptione inuenta. Non enim breuem & momentaneam aliquam purgationē illorum more inuenit, sed perpetuam deliquentibus animis libertatem. Vel quia semel ingrediens, & vnico aditu beneficium nobis in ęternum persoluit. Aduerte autem quēadmodum cum inuenta dicit, spem præter rem obuenisse demonstrat. Nihil enim nobis erat de nostra liberatione & salute compertum, nisi ille hanc inuenisset.

Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationē carnis. Quia incredibile forsitan multis id videbatur, vt per hostiam vnam, & vnius hominis sanguinem afferri posset redemptio, confirmat hoc ipsum, redditque verisimillimum & certius facit, ex Iudæorum opinione. Si enim vos, inquit, vituli cineris aspersione, & ex taurino hircinove sanguine creditis vos sordibus iri ablutum, quo pacto & C Christi sanguis, non animas ipsas peccatis absterserit? Erat enim apud priscos Iudęos cōsuetudo, vt vituli cineres asseruarent, cuius postmodum aspertione, inquinatos quosq; & infectos purgarēt. Si igitur, inquit, vel hirci puluis in eam vos credulitatem induxit, longe magis credetis, Christi hunc sanguinem, sanctimoniam allaturum. Si enim autem, non eo dixit, vt ritus Iudaicos comprobaret, quippe qui mox illud subiecerit, ad carnis purgationem fuisse hos institutos. Nec sanctificat dixit, quod sanctimoniam sibi hi per beluarum sanguinem vendicarent, sed quia carnem purgabant, non animam.

Iudęorū cōsuetudo in sacrificijs.

Quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. Non enim pontifex aliquis obtulit Christum, sed a seipso oblatus est. Nec per ignem vt vituli offeruntur, sed per spiritum illum æternum. Sic quidem & gratiam & redemptionem reddidit sempiternam, & immaculatum id est peccati expertem. Nam & in veteri testamento bucula in sacrificium quærebatur, quę maculis prorsus careret.

Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Ibi quidem vt sanctificet, dixit, & ad carnis tamen adiecit purgationem. Hic vero purgabit inquit, hoc est, interiorem hominem reddet hic puriorem, quod sane ibi videbatur deesse. Ibidem præterea qui morticinum aliquod & cadauerosum attigerat, purgabatur. Hic vero mortuorum operum purgatio fit, quæ possunt hauddubie hominem inquinare, & morti obnoxium reddere.

Bucula quæ sine macula esset in sacrificium.

Ad seruiendum deo uiuenti & uero. Qui ergo operibus mortuis incubuerit, haudquaquā

deo viuo & vero inseruiat. Quin opera ipsa quę sibi spectanda elegerit, pro deo habebit & colet. Sic enim qui gulę sunt dediti pro deo ventrem constituent. Sic, inquam, & cupidus idolis seruit. Sunt itaque istiusmodi opera mortua appellanda. Nec solum quia sint a vita perpetua aliena, sed quia cum hæc exercentur abominanda redduntur & fallacia quidē quia nos vbi elexerint, capiant & videantur suaui a cum minus sint. D

Et ideo noui testamenti mediator est. Quod deterrere quam plurimos videbatur infirmiores, quia illud sæpe ac multum vsurparent. Si christus obiīt mortem, quo pacto daturus est quod promiserat? Id ipsum nunc Paulus leniens, ob id arguit christi ratum esse & firmius testamentum, quia mortuus sit. Neque enim dum superstites sumus, testamenti nomen illud sortitur, quod testando nos instituimus. Vt igitur, inquit, puriores nos redderet, mortem subiuit, & testamento nobis peccata remisit, & cœlestium reliquit bonorū fruitionem, nos inter & patrem mediator effectus, cum patri haud quaquam in animo esset, nobis hæreditatem relinquere, vt quibus acriter succensebat, & erat iratior, tanquā liberis a se alienis. Christus itaque intercessit: & patrem nobis concilauit. Quo modo? Id nanque quod erat nobis ferendum, vt contumacibus, ille iam tulit & mortem, quę fuerat per nos subeunda, pro nobis subiuit: effecitque hęreditate hac dignos. Est igitur & testamentum hoc prę filij mortem iam confirmatum, quod minime vt ad indignos hęreditatem transmisit. Habet pręterea & testamentum hęredes. Sic enim, inquiens, testatus est Christus. Volo pater, vt vbi sum ego, illic & ministros meos esse Quos vero exhæredauerit ille, sic exprimit, non pro omnibus peto, sed pro his qui me & professi sunt & crediderunt. Habet insuper testamētum & testes. vt patet ex his Testimonium autem perhibēt de me qui misit me pater: & paracletus testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibetis. *Vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant in priori testamento.* Vides quemadmodum vt nos redimeret christus obieret mortem. Quo ergo pacto vel ex imbecillitate, & impotentia effectum id esse existimas? Quandoquidem christi mors tam efficax fuerit & valida, vt per eam legis pręuaricatio omnis, ad sanitatē redierit. Cur igitur ad legem confugis, quę iam impotens sit & imbecilla, vt quod vel in se fuerit pręuaricatum, corrigere nequeat? Nec tam id eo fit, quia illa iniquior, sed quia infirmior sit. E

Testamētū p̄ filij mortē cōfirmatū. Ioan. xij. xiiij. xvij. Ioan. vij. & xv.

Repromissionem accipiant qui uocati sunt æternæ hæreditatis. Ni enim, inquit, christi nos obitus peccatis & facinoribus exemisset: quibus patrem iam hostem reddideramus quo pacto essemus diuinam hanc adepti hæreditatem? Cum vero vocati dicit, ostendit q̄admodum initio deus erga nos vt pater se in liberos gesserit. Nam cum essemus iampridē ad hæreditatem acciti, nos tamen ipsi indignos hęreditate hac fecimus, nisi filius intercessisset, qui nos in hęreditatem restituit.

Testamētū morte testatoris cōfirmat.

Vbi enim testamentū est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enim in mortuis confirmatum est. Haudquaquam, inquit, vos christi mors terreat. Nam si naturę ille non concessisset quomodo ipsi hæredes efficeremur? Constat enim & testamentum post testatoris excessū & vim habere & firmitatem. Vel quo pacto digni huiusce essemus hęreditatis, si nondū fuissent nos inter & deum sublatæ inimicitiæ. F

Alioquin non ualet dum uiuit qui testatus est? Per interrogationem id & lege & intellige.

Vnde nec primum sine sanguine dedicatum est. Non enim solum Apostolus quæ diceret ex communi quadam consuetudine confirmabat, sed vel a rebus ipsis quę in veteri contigissent. Quod sane Iudæos ad incredulitatem magis inducit, & fidem vt sibi adhibeant admonenti. Vnde, inquit, necessarium est, vt mors testamentum præcedat. Vnde fuit necesse, vt prius illud testamentum non sine sanguine fuerit dicatum. Sanguis vero mortis est argumentum, sed vetus illud per agni sanguinem figuram prætulit noui, in quo dei filius in carne mortuus est. Verum quid illud designat, cum testamentum, inquit, fuisset dedicatum? Id quidem. Quia hoc ipsum principium sumpsit confirmationis & roboris. Neque enim aliter peragendi sumpsisset initium, nisi sanguinis effusio præcessisset.

Lecto enim omni mandato legis à Mose uniuerso populo. Secundum legem, id est, quod lege cautum erat & constitutum.

Lecto mādato Moses aspergebat populum.

Accipiens sanguinem uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyßopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit. Quamobrem & liber & populus asperguntur? Nimirum vel præciosum sanguinem præfigurat, quo sumus ipsi & corda hæc nostra aspersi, quæ profecto nobis pro codicibus insunt, vti & superius dixit. Dedit leges in cordibus ipsorum. Vel baptismi aquam designat. Hunc enim & sanguis & aqua conficiunt, & ex

duobus his alteris constat. Seorsum tamen baptismus, qui etiam cum per aquam conficiA tur, dñi mortem denunciat, quã sanguinis demõstrat effusio: hyssopum vero ĩtelliges eo inductum, quia & densius sit & bibulum magis, & liquore quouis perfunditur. Nec secus & lanam, vel quia & eius nomen sortitus est Christus, veluti ex parte totum acceperit. Est nanque & agnus denominatus & ouis, quæ hisce velleribus obducuntur & lana. Quinetiam & coccineam dici hanc volunt & rubram, quia colore ipso figuram sanguinis pręferat.

Dicens. Hic sanguis testamenti quod mandauit deus ad uos. Christus sane sic inquit. Hic sanguis noui testamenti in remissionem peccatorum. In veteri vero nec nouum dicitur, nec peccatorum remissio. Vides vt sanguinem dixerit testamentũ. Necesse est igitur vt Christi mortem intelligas, vbi testamenti fit mentio.

Et tabernaculum & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit. Vel hoc quidem nostri præfert figuram qui & tabernaculum sumus. Ait nanque. Inambulabo in eis & inhabitabo. Et alibi. Vasa autem magnæ domus dei, quędam aurea sunt, quædam argentea. Sumus itaque nos vero Christi sanguine respersi, & sanctificationem adepti, quãdoquidem & in eius fuerimus morte baptismo abluti.

Cur in aspersione inducatur hyssopus & lana coccinea Iohan. i. Apoc. v. vi. vij. Esa, lij. Exo. xiiij. mat. xxx mar. xiiij Le xxvi ij. cor. vi ij. tim. ij.

Et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Cum enim pene illud proposuit, quia vet⁹ illa lex nec purgationem quidam perfectam, nec remissionem potest afferre, quippe quæ nec peccata dimittit, nec delet.

B *Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his hostijs mundari.* Cœlestium exẽplaria nostram ecclesiam dicit. Habita est enim superius mentio, quemadmodum cælum ecclesiam præferat. Horum itaque & argumenta prætulerant, & figuras Iudaici ritus, eoque & uitulorum sanguine purgabantur olim Iudęi, & buculæ cinere siue hirci, & huiusmodi vilioribus.

Ipsa autem cœlestia. Id est, quę ipsius ecclesiæ sunt nostra.

Melioribus hostijs quam ista. Cum itaque longe sint nostra iudaicis potiora, & tantum excellant, quanto cælum est terra pręstantius. (Siquidem illorum terrena sunt bona, nobis vero in sortem cesserit cælum) iure ipsi videmur maiori quadam immolatione dignati, dei scilicet filij sanguine, qui nos penitus repurgauit. Est ergo non solum perfectior mors Christi ob testamentum iam affirmatum effecta, sed qui animam ipsam hauddubie quauis labe abstersit. Eo igitur mortis huius commemorat Paulus beneficia, & vti debet illam extollit, quia & turpior sit & ignominiosa, quam pluribus visa, quippe quam in patibulo & cruce subierit Christus, quod plane apud veteres illos detestabile erat & fœdius tormenti genus.

Iudaici ritus.

Non enĩ in manufacta sancta introiuit Iesus exemplaria uerorũ, sed in ipsum cœlum, ut appareat uultui dei pro nobis. Plurimi quidẽ tẽplum existimabant Iudęi, quod Hierosolymis erat, vtpote cui nusquam terrarum aliud vllum par esset, cum pulchritudine, tum & ornatu, tum ædificij varietate & sumptu. Et quoniam præsentibus & corporalibus bonis hi trahherentur, iniunxerat deus, vt permagnificum illud construeretur. Vnde vel ab vltimis terræ finibus templi huius visendi gratia, Hierosolymã homines cõfluebant. Paulus itaC que quemadmodum in hostijs & immolationibus egerat, quas penitus ex Christi morte inductione substulerat, Ita hoc loco, cum tẽplo cœlum opposuisset, arguit quãto vtraque hęc inter se differant interuallo. Proinde legis pontifices dicit, sancta manufacta adijsse quæ proculdubio certiora quædam & vera pręfigurarent. i. cœlum ipsum. (Hoc enim Certo hæc præferunt sancta) Christum vero cœlum hoc fuisse ingressum, tametsi per se omnia teneat ac pręsto vbique sit ille. Id tamen humanitatis gratia dixit & carnis assumptæ. Nec solum ex his differre a pontificibus legis Christum demõstrat, sed hunc ipsum nostrum pontificem deo fatetur propinquiorem. Nam & si pontifices prisci illi per signa quędam deum videbant, at Christus hunc ipsum spectat & intuetur, & præsens alloquitur, & in faciem illi & vultum apparet. Verum quid illud pro nobis, cum inquit, designat. Quia pro nobis cum hostia & immolatione est cœlum ingressus, quæ valeant, cũ patrem nobis propitiũ reddere, tum angelos ipsos conciliare. Nam & hi quidẽ in nos, tã quam sui dñi infensissimos hostes inimicitias exercebant. Nunc vero pro nobis vel dñs ipse intercedit. Quod autem sit ille cœlum ingressus, id conciliandi nos gratia fecit.

Mortis xpi bñficia extollit paul.

Hierosolymitani tẽpli excellentia

Christi põtificatus.

Neque ut sæpe offerat semetipsum. Neq; enĩ eo in cœlũ se contulit, vt alias sępe, eodẽ se cõ(ferat.

Quemadmodũ pontifex intrauit in sctã per singulos annos. Aduerte quã lõge plurimum Christus legis pontifices antecedat. Illi nanque in singulos annos & semel dunta-

xat sancta sanctorum adibant, Christus vero seipsum & semel recepit.

In sanguine alieno. Pontifices. s. istiusmodi in alieno cruore, taurorum videlicet & hircorum, ingrediebantur hæc sancta, Christus vero proprio inuectus est sanguine. D

Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Si enim, inquit, seipsum esset sæpius oblaturus, & mortem subiret frequentius, fuisset necesse. Quandoquidem per proprium sanguinē esset oblationē facturus, non per alienū, taurorū videlicet vt legis pōtifices.

Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Hoc loco quoddam reuelat mysterium. Verum in sęculorum consummatione, & post multa peccata, & non statim in ipso principio se obtulit dominus. Si enim cum diffusa adeo scelera nondum essent, mortem Christus obisset, & in hunc postmodum nemo mortalium credidisset, nonne secundo fuisset illi mors obeunda? Nonne & inutiles plane omnes eius fuissent conatus? Nunc vero, cum demum magnum in modum praua hominū increuissent facinora, iure optimo deo se obtulit, & in eius conspectu per hostiam suam & mortem apparuit. In ipsa sęculorum consummatione & fine, cum tempus iam aduentasset, quo prophetarum dicta adimplerētur, & deperdita hominum nequitia ad summum iam euasisset, Vt anathesi, id est vt peccatum deuincat, & omnem illi demat fiduciam sui ipsius oblatione & hostia, hoc est per suæ carnis interitum. Idipsum fere & alibi dixit, cū inquit. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Demitur enim tunc peccati fiducia, cum hi qui peccata commmiserint, per gratiam impunes missi sunt facti. Nam pœna delicti peccatum, id est diabolum facit fidentiorem, vt homines ad peccādum magis instiget, vnde hos sentiat perditum iri. Quærit Gregorius Nysses, cur in sęculi consummatione carnem assumpserit filius, aitque. Quemadmodū enim peritissimi medici, febre adhuc in præcordijs permanente, & ægroti corpus acrius diuexante, & ægritudini fomentis adaucta magis, incensaque nullam afferunt languenti medelam, quæ langoris causas tollat, sed vt morbus increscat, opperiuntur. Sic & nobiscum agit animarum medicus ille. Expectat enim vt prorsus omnis retegatur nequitia, vt nihil maneat ex his quę recondita sunt incuratum: sic demum retectis ille & patentibus malis medebitur. E

Cur tantū sit dilatus aduentus xpi. — Rom. vi — Gregori⁹ Nysses. — Apta similitudo

Et quemadmodum est statutum, hominibus semel mori, post autem hoc iudicium. Nunc & causam explicat, cur semel obierit Christus, qui vnam, inquit, mortem redemit. Erat nanque hominibus sic præstitutum, vt semel morte naturæ concederent, vnde vt semel ille pro cunctis est mortuus. Quid ergo, inquiet aliquis, nonne & hoc tempore morimur? Ita quidem. Haud tamen vllum habet, vt quodam in nos mors ipsa imperium. Quin potius resurrectionem speramus, ad quam præuium se nobis & ducem moriens Christus exhibuit. Nec mors quidē eiusmodi, pro morte habetur, sed pro somno potius ducitur. Et quoniam vniuersos erat mors complexura, propterea ille e vita excedere voluit, vt morte nos liberaret. Vel forte significare hic nititur Paulus eam Christum fuisse mortem perpessum, quæ nobis esset in supplicium debita. Veruntamen cum illi in deo accederet vera humanitas, quemadmodum semel homines moriūtur, deinceps & iudicium sequitur, sic & ille semel est vita perfunctus. Sed audi quę insequuntur.

Cur semel obiit xp̄s.

Sic & Christus semel oblatus est. A quo nam ille oblatus est? A seipso, non ab alio quouis hominum. Qui etsi pontifex sit, hostia tamen ipsemet est & oblatio. F

Xp̄s est offerens & oblatum.

Ad multorum exhaurienda peccata. Quemadmodum enim cum rem diuinam exequimur, & sacrosancta illa administramus mysteria, commissa commemorando præcamur, siue vltro delinquentibus nobis, siue minus veniam dari, hoc est prius delicta meminimus, mox illa nobis remitti deposcimus. Sic & ille huiusmodi affatus est patrem. Pro his pater meipsum deuoueo. Vel peccata ab hominibus ipsis exhausta detulit patri, qui illa dimitteret. Verum cur multorum dixit, non omnium? Quia nequaquam cuncti crediderе mortales. At Christi mors omnium æquauit perditionem, id est sat valuit, ne omnes perderentur: & pro cunctorum salute depensa est, & quantum in eo fuit pro cunctis est mortuus. Nec tamen oīm, quia illi reluctarentur peccata exhausit. Vnde inutilem sibi hi prorsus CHRISTI mortem hanc reddidere. Quod sane horrendum est dictu, & admodum deplorandum, cum multis illa salutem attulerit. In hunc sensum & Basilius ipse concedit. Reperim⁹ tamen in euangelio, quod traderet animam suam in redēptionem pro multis, pro omnibus interpretatum. Multi em̄ plerunq; vniuersos designāt.

Basilius. — Matth. xxvi. — Matth. x.

Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem per fidem. Mortuus, inquit, est ille nostris onustus criminibus, & eadem deo offerens patri, vt deleat obliteretque, quorū

gratia mortem sit ipse perpessus. Eum nanque qui peccatum nullum patrarit, sontem ef
A fecit pater tanq̃ qui nostra in se cõsciuisset facinora. Apparebit tñ secundo, nil vltra defe
rẽs pctorũ, ꝑ qbus nõ iterato erit huic moriendũ, qui semel obiuit, sed vt iudex adueni
et saluti futurus se expectantibus. i. in se cũ spem tum fidẽ habentibus, operiẽtibus illi⁹
aduentum, pro cuius dignitate duxerint & vitam. Nec solum in salutem ventu rus est
ille, sed supplicio minus credentibus & peccatis obnoxiis.

CAPVT DECIMVM.

Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. Id est, forma existens bono
rum, quę pro noui testamẽti promissis, in futurum a Christo hos
manent, qui illum expectant.

Non ipsam imaginem rerum. Id est, non veritatẽ ipsam. At qua
rum dicit hic rerũ? immolationis nimirũ & remissionis. Vmbra
tili enĩ scripturę, vestutiora illa similima videbãtur, quãdoquidẽ
subobscura essent nec satis patentia. Noua vero imagini. i. verita
ti, vtpote quę clare subsistũt, & finem sunt nacta. Accedit etiã, q
magnus ille Basilius plerisque in locis de ac apertius differit in-
quiens. Legis pascha & audio & cõfiteor figuræ fuisse subobscuriorẽ figurã. Vnde da-
tur intelligi, vmbrã quidẽ sermonẽ dici apud apostolũ, imaginẽ vero quę nũc in nostra
ecclesia peraguntur, tanquã & reliqua fore perfectiora argumento sint, quę in futuro sę
B culo perfruentur qui digni his videbuntur. Quæ quidẽ & rerũ nũc dicit Apostolus, hoc
est futurorum bonorum. Nam vt imago a quo fuerit dissumpta differre nõnulla in par
te videbitur, sic & præsentia mysteria hæc in sæculo illo futuro a rebus illis perfectiori-
bus, haud paruo interuallo distabunt. Vtque ipsa imagine adumbratio quæ proxime
fingitur, inferior est, sic & vetus illud a nouo hoc superatur.

Quæ sub lege fiebant figurã futurorũ pferebant, q̃ vero ĩ ecclesia, imaginem.

*Per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter nunquam accedentes possunt perfe-
ctos facere.* Talis est huiusce oratiõis cõtextus sentẽtia. Si em̃ huiusmodi legis, ĩmo
lationes, & hostię, aliquid essent viriũ nactæ, nequaq̃ continenter adeo offerentur. Quip-
pe cũ semel oblatæ, aliquid ꝓfuissent, & offerri præterea desiuissent. Nunc vero cũ sin-
gulis annis, & persæpe illa fieret oblatio, perspicuum est, hostias hasce ad perfectionem
volentibus afferendam fuisse infirmiores, eoque post primã oblationẽ, & secunda dein-
ceps, & alia itẽ atque alia sequebãtur. Nam & inter medelas ea dicitur & valida esse, &
efficacior, quę semel vel ĩposita vel hausta curat & sanat. Quod vero & sępius & variæ
immutatũ imponitur, vĩ medendi nullã habere arguitur, nec prodest languenti. Quęret
aliquis. Num & ipsi sine sanguine immolamus? Ita quidẽ, sed Christi tunc reminiscimur
obitus & vna nobis est immolatio, nõ multæ. Quandoquidẽ est & ille semel oblatus. Eũ
dem enĩ semper offerimus, quin potius oblationis illius memoriã facimus perinde ac es
set hoc tẽpore immolatus. Quocirca constat vtique vnũ esse nostrũ hoc sacrificiũ, legis
vero multiplex. Tãetsi (vt dictũ est supra) eo frequentius offerebatur, vt plurimum ac
multis prodesset, quod tamen longe secus se habet. Nostrũ vero (vt diximus) vnicũ est
& semel oblatũ, & tũ in hac vita, tũ in futura integrũ manet, & perfectius est. Nã & vn⁹
C est sanguis, & semel effusus, & vnũ est corpus, quãuis fuerit pro multis oblatũ, nõ mul-
ta & itẽ vna est quę offertur hostia hanc nãque semꝑ vt pręsentẽ offerimus. Exẽpli gra-
tia. Oblatus est forte pridie agnus, alterũ hodie ĩmolamus, nec tñ vt pridiani illius vllã
faciamus memoriã, hodiernus vel cęditur vel offertur, sed præsens iste per se sacrificium
peragit non ꝑteritũ refert. Verũ cur Apostolus eisdẽ ipsis hostiis dicit? Quia nõ absimi
les hostię erant, sed eiusdẽ generis amantia cędebãtur, hodie. s. agnus & in crastinũ ag-
gnus, diuersę tñ numero hostię erãt. Nõnulli vero eisdẽ pro modo ĩmolãdi interpretati
sunt, hoc est, vel cum mactari hostiæ viderẽtur, vel igne cõsumi, specie tñ diuersę, vt-
puta ouis, bos, turtur, colũbus. Nunquã possunt perfectos facere. i. cũ futurorũ bonorũ
vmbram lex habeat, nequit eos qui ei adhęserint, ad perfectionẽ deducere. Nec qui ho-
stias offerunt, reddere ex omni parte perfectos vel sanctos poterunt ad se concedentes.

Medicina q̃ sit efficacissima

Vnicũ ẽ semel oblatũ nostrũ sacrificiũ, legis vero multiplex.

*Alioquin nonne cessassent offerri, ideo quod nulli haberent conscientiam peccati cultores semel mũ-
dati.* Si eĩ, inquit, peccare desissent, nõne & hostię desiuissent offerri, cum illi istarũ
ope nil egerent? Quia satis iã profecissent, & nullorũ sibimet essent prauorũ facinorum
conscii quibus mederi esset necesse, cum semel purgati fuissent & abstersi criminibus.

Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos. Nil aliud, inquit, efficiunt hostiæ
nisi quod peccata commemorant, arguuntque, non enĩ commissorum præstant remissio

Hostia pec̃m̃ nõ purgabat sed ostendebat.

nem, sed plane ostendunt oblatione assidua minus esse populi peccata soluta, nam si soluta iam essent, quid vltra immolandum fuisset? Commemorationem vero cum inquit (vt intelligas) facit, non modo futurorum gratia delictorum, sed præteritorum ob causam hostias ab his immolari, quia haudquaquā sint pręterita illa dimissa, sed cōscientijs vterant adhuc hærentia. Esto singulis annis vituli sanguis offerebatur pro populo, fit tamen vt ijsdem delictis permanentibus, necdum abolitis, idipsum sacrificiū offerretur. Non itaque eadem erit futurorum scelerum ratio, ac præteritorum habenda, sed cōstat priora illa insoluta manere, vnde & eandem semper oblationem fuisse arguitur. Nec secus quam cum vna semper languenti apponitur medicatio, argumento est hunc ipsum morbo eodem assiduo identidem repetente laborare. D

Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ex oblatorum hac vilitate, & morbi ipsius magnitudine, dicta sua confirmat. Perinde ac si quispiam medendi peritus, si elephantico morbo affecto cuique in medelam dari linozosam herbam perspexerit dicat necesse est, nequaquā hanc herbam elephantico illi restituere sanitatem.

Elephantic⁹ morb⁹.

Ideo ingrediens mundum dicit. Christus siquidem in mundum humano corpore veniens per Dauid inquit. Est autem Apostolo mens istiusmodi. Nam cum illorum immolationes & hostias inualidas esse, & plane inutiles coarguisset, ne quis id quærat, cur ergo has ipsas Iudęi exercent? Extabat enim adhuc illorum & templū, & quę legis erant omnia illi exequebantur, cur inquam hęc facere non desistunt? Vnde & rei huiusce causam aperit, aitque. Desitæ sunt quidem, vt deo placitum est, immolationes huiusmodi, alioquin cum constet Iudæos peruicaces & esse contentiosos, & sancto spiritui reluctantes, adhuc his detinentur incumbūtque. Ostendit præterea quemadmodum vel ante domini incarnationem deus reiecisset Iudæos. Attende autem cum ingrediens, inquit, quēadmodum vel ante eius ingressum audijsse hunc Iudæos ostendit. E

Psal. xxxix.

Hostiam & oblationem noluisti. Quæ lege scilicet sunt institutæ. Et si satis fuisset hostiā duntaxat dixisse nihilominus vt ipse existimo eo & oblationem adiunxit vt sanguinis expers sacrificium designaret.

Corpus autem aptasti mihi. Perinde ac si dicat. Cum enim corpus hoc meum consummatam perfectamque hostiam fore iam a sæculo destinasti.

Vñ multiplicitas sacrificiorum.

Holocaustomata & pro peccato tibi non placuerunt. Nec holocaustomata hæc quæ scilicet igne conficiuntur sacrificia, tibi placuerunt id est noluisti, nec in acceptum hęc retulisti, neque quæ essent de peccato oblata. Erat quidem vt diuersis de causis, ita & diuersum sacrificijs impositum nomen. Nam alia quidem pro commissis offerebantur, nonnulla pro negligentia, quædam etiam salutaria dicebantur, & conciliatoria quædam, alia insuper precatoria, alia demū purgationis gratia conferebantur. Quę tamen eo sunt prorsus sublata, quia sacrificium & oblationem noluisti.

Psal. xxxix. Quid per caput libri intelligitur. Gene. ij. Quęstio notanda. Duplex voluntas. Paul⁹ nuptiarum expers. i. Cor. vij. i. Tim. v. Cur deus p̄miserit sacrificia fieri & animalia sibi offerri.

Tunc dixi. Ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus uoluntatem tuam. Vides quemadmodum vel antequam dominus carnem assumeret, eiecta sacrificia fuerunt & repudiata. Nā & post sublatos sacrificandi pristinos ritus, tunc Christus ipse professus sum, inquit. Ecce venio tuæ exequendæ gratia voluntatis. Patris vero voluntas huiusmodi est, vt filius immoletur pro mundo, & homines iustificentur, non in sacrificijs, sed huius in morte. Annunciaui enim, inquit, iustitiam in ecclesia magna. Et deinceps illud est interiectum. In capite libri scriptum est de me. Librum autē lapideas tabulas dicit, quibus lex fuisset inscripta, lex vetus testamentum. Perinde ac si dicat. In omni scriptura de meo aduentu facta est mentio, & quemadmodum ipse essem offerendus pro mundo. Vel caput, veteris testamenti principium interpretatur, nam & in ipsius Mosi libri primordio, cum hominem, inquit, faciamus ad imaginem & similitudinem nostram, suę diuinitatis cognitionem aperit deus. F

Superius dicens. Quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi. Ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam. Enodat Paulus Dauidicum dictum. Sed quæres fortasse quid ergo? Nū legis ipsius oblationes & sacrificia haudquaquam ex dei voluntate prodierant? Voluntate quidem, sed duplex est volunas huiusmodi, vult enim quispiam præcipuum aliquid, quemadmodū Paulus. Volo autem omnes homines esse vt ego sum, id est, solutos & nuptiarum expertes & cœlibes. Præterea altera quædam voluntas, vt aliorum condescendatur libidini, promptior, vt Paulus idem. Volo iuniores viduas nubere, quod tamen eo se velle affirmat, ne de Christo quærantur, & idcirco hoc illis permisit, sic deus principio nidores

A & sanguinem respuebat. Vbi vero compertum habuit Iudęos dęmonibus immolare sacrificijs & immolationibus hisce plurimum detineri, assensus est, vt in sui honorem hostias illi offerrent. Verum cur Paulus, cum infinita haberet ad eam rem testimonia, hoc vno est vsus & in medium protulit? Id sane ob Iudęorum impudentiam egit, iactantiū veteram illam idcirco desitam esse immolandi consuetudinem, nō quod inutilis esset sed quia facinorosi fuissent qui hostias illas offerrent, & Esaiam producunt horum incusantem peccata, dicentemque. Manus vestræ sanguinis plenæ. Et Dauid præterea huiusmodi proclamantem. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et illud. Quare tu enarras iustitias meas? Hęc ita vel huiusmodi contentiosi Iudæis obijcientibus, testatur nunc Paulus certioribus argumentis, pristinos, illos immolandi ritus, eo fuisse a deo reiectos, quia nec integritatem nec perfectionem præferrent. non ob populi ipsius peccata, vt illi assererent. Non enī in nouo & tricesimo psalmo vnde id productum est testimonium, populi scelera propheta commemorat. Quod autē idcirco hoc Paulus vsus sit testimonio, audi quę insequuntur. Esaię.i. p̄s.xl. Ibidem.

Aufert primum ut secundum statuat. Quod illud est primum? Sacrificia & immolationes. Quod vero secundum? Patris voluntas, id est, Christi corporis per crucem immolatio. Ejciuntur itaque priora illa vt confirmetur quæ fit per Christi mortem oblatio, quam voluit quidem & acceptam habuit pater. Fit igitur, vt nequaquam vllo offerentium crimine, sed sua imperfectione repudiata sint, & eiecta hęc sacrificia. Repudiata sunt sacrificia, q̄a īperfecta, & nō p̄pter offerētium peccata.

B *In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.* In qua patris scilicet voluntate, per Christi corporis immolationem sumus sanctificati, quę semel effecta sit. Credentes nanque nos & fideles ex vnigeniti oblatione sanctificari, hanc ipsam sumus patre volente sanctificationem adepti. Haud itaque legis veteris instituta dei præferunt voluntatem, sed CHRISTVS oblatus & quæ ex eius oblatione profecta est sanctitas.

Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquā possunt offerre peccata. Astare ergo ministrantis officium arguit, sedere vero Christū dicimus, cui assistitur, & ministerium id exhibetur.

Hic autem unam offerens pro peccatis hostiam in sempiternum. Ipse vtique Christi, inquit, vnicam duntaxat & semet obtulit hostiam, corpus videlicet suum pro nostris delictis ad salutem nobis perpetuo valituram, et ita vt secunda nil egeamus.

Sedet in dexteram dei de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Est itaque hic non pontifex solum, sed deus. Postquam vero opus illud absoluit quo fuerat pontificijs nomen sortitus, consedit tandem vt deus, opperiens eiusvt hostes pedibus sibi subijcerentur. Huius autem inimici cum infideles sunt omnes, tum dæmones ipsi qui & demum subdentur, id est eorum cessabit nequitia, nec vltra obesse poterunt, & in ignē illū inextinguibilē detrudentur. Paulus tamen infideles Iudæos nunc CHRISTI inimicos appellat, vt consoletur qui ex Iudæis crediderant, qui malis innumeris a perfidis illis afficerentur. Perinde ac si dicat. Nolite animo ipsi concidere, futurum est C enim, vt qui in pręsenti vos vrgent superbiendo, non modo subijciantur, sed quod grauius est pedibus conculcentur. Cui rei argumento est CHRISTVM ad patris dexteram consedisse. Quod quidem & si ita se habere pro indubitato tenemus, & illud p̄ dauidicis dictis fiat necesse eum. Dicet aliquis. Cur non statim huius sunt pedibus illi suppositi? hoc est. Quamobrem non sunt e medio confestim sublati? Eorum quidem causa dixerī, quę ex his essent adhuc p̄futuri fideles, vt e sentibus suauissimi flores. Ps.cix.

Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Prorsus, inquit, & a peccatorum seruitute exemit, & qui sanctiores essent iam redditi, & suo fuissent delibuti iam sanguine quandoquidem essent illius in morte & sanguine baptizati. Omnes nāque qui huiusmodi sunt baptismo abluti, & complantati mortis huiusce similitudine, perspicuum est per eius esse cruorem sanctificatos.

Contestatur autem & nos spiritus sanctus. Quidnam ille, inquit, testificatur? Quia vel vnica oblatione a peccatorum nos ille exemerit iugo, & ita, vt secunda nobis minus sit necessaria.

Postquam enim dixit hoc est testamentum, quod testabor ad illos dicit dominus, post illos dies, ponam leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum scribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vides quemadmodum testificetur his deus delictorum se contulisse remissionem cum nouum traderet testamentum, quod sane per eius filij mor- Hiere. xxxi. Sup.viij.

tem & tulit & confirmauit, vt supra iam patefecimus.

Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. Si enim peccatorum remissio vna oblatione permissa est, quid vltra est opus secunda? Liquet itaque vna duntaxat CHRISTI oblatione perfectiores nos esse effectos, accepta prauorum facinorum remissione, nec alio sacrificio indigemus. Sunt itaque Iudaicæ immolationes illæ superuacaneæ, tametsi Iudæi plurimum altercando contendant. Quandoquidem iampridem inutiles fuisse coarguuntur. D

Habentes itaque fratres fiduciam. Cum magnitudinem prætulisset qua & noster pontifex Christus legis veteris pontifices illos præstaret, & quantum testamentum nostrum hoc nouum, vetustum illud excedat, quave legis immolationibus & sacrificijs præstet Christi oblatio, per quam sumus & ipsi a peccatorum iugo & pondere liberati, desinit iam de dogmate disputare, & peropportune ad immortalitatem pertransit, & spatium præbet auditoribus, sese colligendi. Nam cum de remissione disseruisset, commonefacit demum ne rursum in commissa olim facinora relabantur. Habentes (inquiens) fratres fiduciam, quia nobis scilicet sint peccata dimissa. Quemadmodum enim pudorem affert peccatum, cogitque ne quis audeat qui eo obstringitur prodire in publicum, sic remissio ipsa animos facit & fiduciam præstat.

In introitu sanctorum. Cum itaque nobis remissa sint scelera, confidimus semper sancta illa nos adituros, id est cælum.

In sanguine Christi. Id est per sanguinem. Per crucem nanque & Christi sanguinem, veniam meriti, fidentiores efficimur. E

Quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem. Quam scilicet in sancta introitum initiauit, id est dux ipse ad ingrediendum & præuius fuit, & prior hanc ipse viam aggressus est & incessit. Nouam autem dixit, quia nuper & nostris temporibus id iter innotuit. Quod vtique nobis ad gloriam cedit, vt hisce rebus quibus nec Abraham ipse dignatus sit, nos simus digni effecti, vtpote quibus iam pateat cælum. Viuentem autem dicit prioris viæ respectu quæ fuerat mortifera, & ad legis sancta ductabat. Neque enim illud pristinum iter locum habet vllum salutis, quin & in exitium trahit se adeuntes. At nostrũ hoc ita ad vitam deducit, vt & ipsum viuens & perpetuum sit, quia vitam præbeat sempiternam. Viuentem nouam viam intellige, & florentem, ad veteris illius & obsoletę iã differentiam, qua in sancta ibatur, quę proculdubio mortua est.

Per uelamen, id est carnem suam. Innouauit hac ille nobis in cælum viam per eius carnem quæ vtique cum esset in crucem sublata, & deinceps ad cælos euecta, tũc sane & nobis cælestia reserauit. Vnde & aperte velamẽ carnem hanc dixit. Cum enim fuerit velamen detractum, quod intus latuerat, reseratur.

Leu. xxvi ij. cor. vi. *Et sacerdotem magnum super domum dei.* Habentes scilicet & sacerdotem Christũ quidem super dei domum, id est fideles, qui dei sunt templum & habitaculũ, vt illud est. Et inambulabo & inhabitabo in eis. Vel quod verius dixerim cælum ipsum. Illud nanque sancta appellat, & in eo suo perfungi munere pontificem dicit, pro nobisq; intercedere.

Accedamus. Ad quem? Ad finem videlicet & cultum hunc spiritalem. Vel ad cęlum præterea, vbi noster pontifex residet. F

Plenam fidem adepti, nõ desperant. *Cum uero corde.* Hoc est quod careat dolo, & apertũ se erga fratres exhibeat, nec hæsitans sit, & de futuris subdubium, vnde & in desperationem aliquam recidat.

In plenitudine fidei. Commonefacit hoc loco, quemadmodum minime nobis in desperationem sit concidendum, si fidei fuerimus plenitudimem consecuti, hoc est si fidem certiorem adepti, quævis ex parte perfectam. Potest enim quis credere, fidei tamen carere plenitudine, sicuti & illud in ore habent plerique. Non ęque omnes resurrecturos, id est non singulos habituros resurgendi licentiam. Qui istiusmodi sentiunt, haudquaquam igitur plenam sortiti sunt fidem, sed manci hauddubie in ea sunt isti & imperfecti. Accedamus itaque ad fidei hanc plenitudinem, cum nihil offertur quod cerni oculis possit, nec templum hoc quod cælum præfert, nec pontifex ipse. Quippe qui postquam sancta illa, id est cęlum ingressus est, non vltra humanis obtutibus patet. Quocirca opus est fide, & abundantiore quidem, & nihil subdubia.

Aspersi corda conscientia mala. Cum de fide disseruisset, ostendit nunc non fidẽ solũ, sed vitã etiam virtute excultã requiri. Atqui Iudęi corpore & carne aspgebãtur, nos corde & aĩo, & ita vt nil nobis simus nequitię cõscij. Respergimur etiam virtute ipsa vel spũs gratia, quia nobis in lauacro reliquit peccata, & fortitudinẽ cõdonauit. Quo fit, vt si stu

A dio fuerimus & diligentia usi futurum sit ut nil ultra in pristina recidamus commissa.

Et abluti corpus aqua munda. Baptismi. s. aqua. Mũda vero, quia puros efficiat abstergatque a labibus, vel quia nihil habeat sanguinis intermixtum, vti & apud veteres illos cinis sanguine erat respersus. Vel munda dicit, quia in lauacro ipso spiritus gratia animas mundet, & nitidas reddat. Visibilia tamen cum inuisibilibus coniunxit apostolus. Nam corporis abluendi gratia aqua desumitur, tametsi duplex purgatio sit, vt ipsi duplices sumus id est vt corpore constamus & anima.

Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Hoc est, quam professi nos sumus, spem teneamus stabilem & immotam. Sperauimus nanque in fidei susceptę primordijs ingressuros nos cœlum, deinceps & illud sumus confessi, resurrectionem nos credituros futuram & vitam illam perpetuam habituros. Id quidem est nobis cum fide conuentum, & sic licuit depacisci, quocirca hæc nobis tenenda confessio est.

Fidelis est enim qui repromisit. Vires scilicet ille suppeditat, quatenus spem hanc inconcussam seruemus & firmam. Quod sane futurum est, si fidem nouerimus pollicentis. Fidelis est enĩ id est veredicus Christus & certiora sunt eius promissa, ait nanque. Vbi sum ego, illic & meus erit minister.

Et consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, Quod vtique perfectius est charitatem adiecit. Ait itaque. Consideremus. i. diligenter & enixius aduertamus, Ioan. xij.
B vt virtute præditos pernoscamus, vt hos imitemur, non tanquam liuore capti, sed laudabili quadam æmulatione & ipsi illorum operibus prouocati, quę ijdem gesserint, factitemus. Cuiusmodi prouocatio charitati est, non inuidię argumentum. Nam vt ferro acuitur ferrum, sic & animus qui cum animo cõflictatur bene instructo, magis ac magis ad bonum accẽditur. Vel forte hęc in prouocatione dixit hic charitatis, vt illos hortetur perinde ac si inquiat vnum sentire inuicem, vt ad mutuam accẽdamini charitatẽ. Prouer. xxvij.

Non deserentes collectionem uestram. Callebat hic sane ex conuentu huiusmodi gigni beneuolentiam, & ideo monet ne conueniendi inter se deserant consuetudinem. Neque ad secessus aliquos studeant, vel diuerticula se conferre, ait nãque. Vbi duo fuerint vel tres in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum ipse. Quinetiam ecclesiæ preces, id est filium congregatio, precando Petrum vinculis soluit & carcere, vbi erat catenis cõstrictus, exemit. Matth. xviij. Acto. xij.

Sicut est consuetudinis quibusdam. Hoc loco quosdam incusat qui ab Ecclesiæ conuentu secederent. pu. xviij.

Sed consolantes. hoc est, alternis vos consolamini, alternis commonefacite, instruiteque. Frater enim inquit, fratre adiutus, erit, vt ciuitas communita.

Et tanto magis quanto uideritis appropinquare diem. Consummationis videlicet seculi vel quo ex hoc sęculo excedendum sit, quod est ab inuicem abeundũ. Id sane dictum plurimum hos consolatur, qui spem omnem ex multis tentationibus amisissent, quemadmodum & alibi dicit. Dominus prope est, nihil enim solliciti sitis.

Voluntarie enim peccantibus nobis. A potioribus hos supra hortatus est, cum dixit, Fi-
C dutiam habemus, quia sumus peccatorum remissione dignati. Nunc vero eosdem a tristioribus terrefacit, & mœstis. Attende qua sit iste clementia. Voluntarie enim, inquit, peccantibus, tanquam si haud sponte deliquerint, spes aliqua sit moderatioris veniæ assequendæ. Peccantibus vero dicit, quos nil vnquam penitet commissorum, perinde ac si dicat. Nolimus immolari peccatis, sed pœnitentiam præferamus, sic facile consequetur venia.

Post acceptã notitiam ueritatis. Vel Christi videlicet accepta cognitione vel dogmatũ.

Iam non amplius pro peccatis reliquimur hostia. Non vt pœnitentiam tollat, hoc intulit, quemadmodum huius contextus sententiam deprauarunt nonnulli, sed vt arguat baptismum iterari non posse. Nec secundum aliquod esse baptismatis lauacrum, eoque nec secundo Christum mortem subire, quam hostiam dicit, vt patebit inferius, cum inquit. Vna enim hostia finita est in perpetuum. Baptismus enim hic noster, mortis Christi pręfert imaginem. Nam quemadmodum vnus est Christus, ita & vnum est baptisma. Quid igitur imprudenter [illegible] laberis, si nil speras per baptismum vel vllo labore abolere te posse peccata? Sunt it[illegible] & vobis, ait, recta opera comparanda. Baptismus mortis xpi pręfert imaginem. Ephe. iiij.

Terribilis nanque est quedam expectatio iudicij dei & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Excipit enim, inquit, terribile nos iudicium illud, & ignis zelus. Aduerte vt perinde animatum effecerit ignẽ. Nã vt belua aliqua irritata non ante sęuire desistit, q̃

aliquem arripiet, laceretque, & vorans expleat iram, sic & ignis æmulatione ductus & zelo vlciscendi mandatorum transgressus, ob idque desæuiens quencunque corripiat, D depascitur semper. Aduersarios vero non infideles modo id dicit, sed eos etiam, qui & si fuerint fidem adepti, factitant tamen quæ Christi iussis aduersantur.

Irritam quis faciens legem Mosi. A minoribus arguit non iniuria in eos id futurum supplicium, vt maiores his verbis faciat fidem. Mosi autem legem dicit, quia multa admodum ille instituit.

Sine ulla miseratione, sub duobus uel tribus testibus moritur. Sic contextus iste construitur. Quis irritam Mosi faciens legem, sub duobus vel tribus testibus sine vlla miseratione moritur, hoc est, si duorũ vel triũ testimonio pateat mandata hunc fuisse transgressum?

Ma.xviij. Ioan.viij. *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit?* Iudicium illis permittit, quod facere consueuimus in rebus certissimis, vel cum auditores ipsos iudices facimus. Conculcauerit vero id est contempserit. Nam quemadmodum nullam habemus eorum quæ pedibus suppressimus rationem, sic & Christum nihil ducimus, cum ad peccandum prouehimur. Et sanguinem testamenti pollutum duxerit, id est, quod nil cæterorum præstet. Sic græce vel pollutum, vt tanquam inquinatum hunc ducat & aspernetur. Testamenti autem dicit, quia per dei filium confirmatum est testamentum, qui nobis concessit hæreditatem, vt dictum est su-

Cap.ix. pra. Hæc quidem de mysterij ipsius perceptione dicuntur. Cum enim immaculati corporis illius & sanguinis communicando participauerit, carnem hanc ipsam quæ corpus id E & sanguinem sumit, si cœno impuritatis & luxus, & ueneris sordibus inquinamus, nonne dei filium conculcamus? Nam cœnum hoc & terreum lutum haudquaquam adeo est

In Nestorianos. diuino corpore illo indignum, quam nostri corporis labes & immunditia. Videtur autem id dictum facere contra Nestorianos, opinantes Christi sanguinem nil quicquam a cæterorum animantium cruore differre.

In quo sanctificatus est. Ingratitudinis hoc loco & stultitiæ arguit, qui Christi sanguinem nil veneretur, a quo & sanctitatem acceperit.

Qui beneficia accepta nõ recte dispensat bñfactorẽ afficit cõtumelia. *Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Qui enim accepta beneficia nõ recte dispensat, benefactorum proculdubio afficit contumelia. Dei te filium ille effecit, tu vero es, proch vitiorum seruituti obnoxius. Venerat ille apud te mansurus, tu vero pro eo diabolum admisisti. Est ergo spiritui gratiæ iniuriam inferre.

Scimus enim qui dixit. Mihi uindictam & ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit dominus populum suum & horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Hęc quidem subiunxit, vt orationis seriem prosequeretur, ostenderetque dominum sumpturum supplicium aliquãdo de peccatoribus pœnas, quamobrem & huiusmodi per prophetam dixit. Consolatur pręterea & hos qui non æquo animo ferrent pressuras, cum a Iudęis & infidelibus opprimerentur. Subinde istiusmodi inquiat. Nolite considere animo, habetis nanque qui illatas vobis iniurias vindicet, & pro meritis reddat vnicuique pręmia, & perpetuo viuit, ita vt effugere hunc nequeant hi, qui vobis mala ingesserint. Et vos quidem illorum in manus concidistis, qui mortales habentur. Ipsi vero in eius manus deuenient, qui vitam perpetuo ducit. Quo fit vt declinare hunc nequeat quispiam aut demeritas pœnas defugere. F

Rememoramini autem pristinos dies. Neque enim dictum est frustra, mihi vindictã, & ego retribuam. Cunque latenter esset hos antea consolatus, nunc eos & alloquitur palam, & cohortatur, ne a dei deficiant tollerantia, aitque. Nolite alios imitari quoscunque, sed ipsi vos imitemini, qui ab ipsis fidei susceptæ primordijs decertastis. Velim tamen vestrũ hoc acceptum certamen, animo & cogitatione versetis, ne per ignauiam atque socordiam labores quos olim tuleritis, amittatis. Aduerte quam prudenter & spiritaliter hæc dixerit Paulus. Cum enim prius eorum animos gehennæ memoria obturbasset, nunc lenit & consolatur. Nec blandiens quidem, sed ex his quæ antea tolerassent, facit fidentiores hortaturque. Vendicat enim sibi proculdubio fidem, qui cuique consulit impellitq; vt seipsum quæ antea gesserit, imitetur.

Magni ẽ aĩmi ferre conuitia. ps.xli. *In quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum.* Aut enim ob baptismum hos dici fuisse illuminatos, vel simpliciter ob mysterij notionem, & ... norũ quę fideles sunt consecuti. Luce nanque futurorum cognitionis accepta omnia tolerastis. Nec tentationes, sed certamen dixit. Quod vtique animi & magnitudinem præfert & tolerantiam, & hanc quidem pręcipuam.

Psal.iiij. *In altero quidã opprobrijs & tribulationibus spectaculũ facti.* Vide quales in hos cõgerat lau

A des Est sane magni & excelsi aĩ ferre conuitia, sicuti & propheta ipse testatur. Obortę mihi sunt lachrymæ, cum mihi obijceretur, vbi est deus tuus. Et alibi. Si inimicus meus male dixisset mihi sustinuissem vtique, & opprobrium insipiẽti dedisti me. Iob præterea & si iniquo animo contumelias tolerabat, cętera tamen adamantis in morem, forti & valido. Quod si in propatulo & omnium in conspectu inferatur iniuria, eo maior & virilis requiritur ad tolerantiam animus. Quod sane hoc significat Paulus, cum spectaculum, inquit, estis effecti, contemplare itaque quam essent hi magno, & pręstanti ingenio viri, qui Christi ob gratiam, & gloriam simul & opes contempserint. Contumelijs deinde affecti cum spectaculo derisui essent, nec secus quam qui in theatro exibilantur & illudũtur, vel a tenuioribus, & abiectis illatas iniurias tolerabant.

In altero autem socij conuersantium taliter estis effecti. Non modo, inquit, vestras pressuras tulistis quę non vltro videntur inferri, sed viriles adeo vos pręstitistis, vt comites sitis apostolorum taliter conuersantium, hoc est, in pressuris degentibus & contumelijs, sponte ipsi vos subiecistis, vt cũ simul perpeti mala velitis, & passionũ esse participes voluistis.

Nam & uinctis compassi estis. Non modo, inquit, vestris in malis consolante nemine indiguistis, sed & alijs consolationi fuistis, & mihi coniecto in vincula.

Et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Dixerat quemadmodum alijs essent in malis perpetiendis societate coniuncti: nunc vero & quę in sese fuissent ingesta, æquo

B animo tulerint. Aitque bonorum direptionem huiusmodi, magnum fuisse eorum fidei magnitudinis argumentum. Nã eo, inquit, vestra omnia in prędam cessere, quia in fide suscepta stabiles pręstitistis. Licebat enĩ & vobis si libuisset, minus illã suscipere. Vbi vero hãc suscepistis, volũtariã ꝓculdubio indicat tolerãtiã, & quod bonis fortunæ Christũ non inuiti ꝓponitis. Et cum gaudio, inquit, eos direptionẽ hãc suscepisse. Reddit vtique apostolis pares, qui gaudentes redirent, quod pro christi nomine cõtumelijs essent affecti. Acto.vi

Cognoscentes uos habere meliorem in cœlis substantiam & manentem. Vel id, inquit, certiori quodam iudicio ac fide vos agitis. Nostis enim meliorem vos esse in cœlis adeptos substantiam, diutius permansuram, quam ea fuerit, cuius nunc iacturam feceritis. Illa nanque & certior est, nec amitti vllis hominum insultibus potest.

Nolite itaque amittere confidentiam uestram. Cum nolite, inquit, amittere, ostendit nondũ hos fuisse collapsos, esse tamen & confirmandos & de bonis futuris certiores reddendos. Cõfidentiã aũt dicit, q̃a qui talia tulerĩt dei ob grãm patientius, plurimum deo cõfidunt.

Quæ magnam habent remunerationem. Subinde inquiat, vos quidem testimonio estis, qui non ignoratis potiores habituros in cœlis in posterum facultates. Patientiã nobis esse necessariã

Patientia enim uobis necessaria est. Nulla enim re alia indigetis, nisi sola hac tolerantia, Nam cętera ista estis iam assecuti, vt addi nil queat. Ma.xxiiij

Vt uoluntatem dei facientes reportetis promissionem. Constat sane deum id apprime velle, vt omnibus in rebus perpetuo pręstetur hæc patientia. Ait nanque. Qui ad finem vsque perseuerauerit, hic saluus erit. Nec secus hos monet apostolus, ac faceret quispiam certatorem aliquem conspicatus, deuictis superatisque aduersarijs, qui nil vltra, nec æstũ ferat

C nec sitim, & vt moræ impatiens, nec emeritam expectet coronam, e medio protinus abeuntem, his dictis prosequendo hortetur. Perfunctus iam tuo munere es, & egregie decertasti, & ita vt palmam retuleris, paulolum opperire obsecro, vt coronas in pręmium referas: contende, vt quoad pręmia deferantur, teipsum vincas, & patienter id more feras. Abac.ij. Ibidem.

Adhuc enim modicum, aliquantulumque, qui uenturus est, ueniet & non tardabit. Producit prophetam Abacuc ita dicentem. In proximo est iudex pro meritis & pręmia redditurus. Quid autẽ Abacuc tunc dictaret, paulopost: qui venturus est, veniet, statim hunc concessurũ demõstrat. Cũ vero aliquantulum dicit, breuẽ admodum aduentus morã ostẽdit. Roma.i. Esaiæ.i.

Iustus autem ex fide uiuit. Quod si substraxerit se, non placebit animæ meæ. Habenda ergo est fides si iustiores sumus futuri. Quod si se subtraxerit iustus.i. subdubius in fide reddatur, hæsiterque. Vel se subtraxerit, id est, si a tentationibus opprimetur, erit id plane animæ meæ nil gratum. Cuius animæ? Dei videlicet, secundum scripturę consuetudinẽ: vt illud Dies vestros festos odit anima mea. Vel de christi etiam dici anima potest.

Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Cum em̃ terrorem his incussisset, cum diceret, minus placebit animæ meæ: nunc ait: non enim ex ꝑditorum numero sumus, vt subterfugiendum sit nobis, vel per ignauiam & socordiam vita degenda, vel sit aliquo pacto subdubitandũ. Sed ex his ipsi constamus: qui in fid esũt stabiliti, vt animas acquiramus, hoc est, comparemus, tutemurque & saluas reddamus. Fides est de non visis.

CAPVT VNDECIMVM.

E*St autem fides sperandarum substantia rerum.* Diffinit itaque nobis hanc fidem, aitque fides quidem eorum substantia est, quę nõdum subsistunt. Qualis est resurrectio, quæ nondũ fuerit, sed fides hãc facit vt futura credat, & hãc nobis tanq̃ prę oculis po(nit. D
Argumentum non apparentium. Argumentum id est demonstratio & manifestatio quędam incertarum rerum, nec apparentium, hoc est, in conspectum non venientium, sed fides fecit vt res eiusmodi mente spectemus, tanquã præsentes. Si hãc igitur habet vim fides, quid ipsi hæc vultis re ipsa perspicere, quę sunt omnino ventura vt excidatis a fide? Nam nil aliud videremini vos ipsi eniti, q̃ a vestra iustitia & labi & cadere. Iustus nanque ex fide viuit.

Iustus ex fide viuit

In hac enim testimonium sunt consecuti senes. Id est, in ipsa fide testimonium excepere tãtopere prisci omnes, vt pro confesso habitum sit Christo morem gessisse.

Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. Cum enim fides ab his obtrectetur, quibus eius sunt vires incognitæ rem omnino esse indemonstrabilẽ asserentibus, & circunuentionem apertissimam atque fallaciam, eo nunc Paulus vel maxima quęque per fidem ostendit fuisse effecta, non ex cogitatione vlla humana vel sensu. Nam quod deus ex nihilo vniuersa condiderit quibus potest argumentis tam ingẽs E facinus explicari? Nullis certe, sed sola fide, cum deo credimus nihil factu esse difficile. Fide itaque nouimus & secula fuisse aptata, id est, verbo effecta. Verum cur fide? Quia ex his quæ nusquam apparent, sunt hęc quę visuntur confecta, quod sane indiget fide, vt factum ita existimemus. Vel ita, verbo Dei condita sunt, quia ex his quæ haudquaquam constarent, quę extant, ille produxerit. Cum sæcula audis, vel quæ sæcula hęc complectuntur intelliges. Nec secus cum tempora dicimus & quę temporibus his includuntur, accipimus. Abusiue tamen & sęcula tempora ipsa designant. Nam proprie vnũ esse sęculum constat, quod a tempore differt.

Sæculum quõ dicat

Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit deo. Cum enim magni sit fides hęc faciẽda, & virilem exigat animum, cumque & qui ex Iudæis crediderant, in languorem a pristino studio & desidiam recidissent. Quippe qui initio statim fidei plurimum prætulissent ardorem, malis tamen crebrioribus afflictati, animo fere defecissent. Cõsolatur hos Paulus, cum ex rebus per se antea gestis, tum ex scripturæ dictis, sic inquiens, Iustus ex fide viuit. Tum etiam a rei diffinitione, cum dicit. Fides est sperandarum rerum substãtia. Nunc vero & priscorum hominum exemplo, hos cohortatur, & lenit. Cum enim quis malorum & pressurarum inuenerit socios, respirat animo & subleuatur. Vnde Abel illum producit in mediũ, asseritque fide plurimã obtulisse hunc hostiam, q̃ Cain frater obtulerit, id est, honoratiorem, quam fratris esset. At quem is alium qui fuisset ante se genitus vidit? Num patrem? Num matrem? At deum offenderunt. Num fratrem? Vel id quidem deo conuitiatus est. Fit igitur, vt fide ductus quæ potiora haberet, deo ille offerret, vnde esset & præmia recepturus. F

Gen.iiij.
Abacuc.i
Fides hostiã Abel magis q̃ Cain Deo reddidit acceptã

Per quem testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo. Abel munera, deus acceptiora habuisse, & suo testimonio comprobasse videtur, quia sibi bonorum largitori & domino, meliora quidem, quam quæ accepisset ab eo ille obtulerit, cuius hostiam ferunt oblatam, ignem e cœlo demissum, protinus absumpsisse. Vnde & Cain illi innotuiss... Abel sibi fuisse pręlatum, qui enim aliter fieri poterat?

Et per illam defunctus adhuc loquitur. Id est, fideles effecit, vt vita adhuc frui Abel hic videatur, & documento omnibus esse, & vocem fere edere istiusmodi. Imitamini me mortales, & morem gerite creatori, sectantes iustitiam. Loquitur igitur & gloria euectus & fama nominis adeptus celebritatem. Nec secus loquitur, quam cœlum solet, cũ a nobis spectatur & cernitur. Videtur enim illud quasi profari huiusmodi. Suspicite me, & aduertite, vt sim clarissimis distinctum luminibus, vt me incredibilem in modũ ornauerit deus. Neque Abel adeo huius verba proficiunt, quam ea quę est ipse perpessus. Hęc autem dixit, vt his patefaciat, qui forte nec mala patientius ferrent, nec satis deo confiderent, vel in hac vita iustos crederent honoribus frui perinde ac si dicat. Et vos insuper his estis vel in hoc sæculo fruituri.

Cœli ad nos vox

Fides Enoch,

Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Ante

A *translationem enim testimonium habuit placuisse deo.* Maiorem hic quam Abel de se præstitit fidem. Nam quæ Abel ipsi obtigerant, sat sunt, vt huius ostendere animum queant. Quandoquidem & si iustior esset, a fratre tamen obtruncari permissus est. Ob cuius cędem, si carnifex ille pœnas luit, & in vltimas terras abscessit, quid mortuo profuere fratris supplicia? Magnam itaque Enoch constat prę se fidem tulisse, quia certo crederet pro meritis deum, & si non in præsenti, in futurum tamen mercedem cuique redditurum, qua fide hic placuit deo, & cum placuisset, transuectus est. Est ergo fide tanslat⁹, hoc est, fides ipsa hunc alio trāstulit, quia placuisse est visus. Quod autem Enoch viuēs traductus vitamque ad id temporis ducat, nihil ambigimus. Quo vero sit ille traduct⁹, aut quemadmodum agat, incertum est, scriptura nil vltra significante. Enoch translat⁹ est, sed in certū quo

Sine fide autem impossibile est placere deo. Nisi enim futuram bonorum malorumque remunerationem crediderit quispiam, placere deo nil potest. Nam quo pacto laboriosum sit illud virtutis iter adierit aliquis, ni multiplicia speret præmia & firmiora? Sed audi quæ insequuntur.

Credere enim oportet accedentem ad eum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Deum autem esse & fore, vt pro meritis hic faciat satis, per fidem tenemus. Sed qualis illius substantia sit, ab his comprehendi animo nequit, qui terrena hæc sapiunt. Verum quid illud designat, quod ait, se inquirentibus? Id sane hos præfert, qui optimis vitæ actionib⁹

B deo se gratos exhibere contendunt, non illos qui per exteriorem hanc sapientiam, summa cum cura diuina scrutantur. Vide quam prudenter Apostolus remuneratorem deum frequenter commemoret, vt ex Iudæis fideles in fide stabiliat, qui mala ingesta pusillo animo ferrent.

Fide Noe responso accepto, de his quæ adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ. Accepit Noe a deo ex fide responsum, hoc est, instructus a deo fuit de reb⁹ incertis, nec tamen ille dei verbis diffisus est, tametsi in tranquillo omnia agerent, & cuncti homines delicijs & voluptatibus operam darent, & nihil graue expectaretur. Neque enim fuerat istiusmodi aliquid ante conspectum, nec in mentem cuiquam veniebat, vt mundus aliquis deperderetur. Alioqui credens hic deo futuri diluuij formidine percitus, parauit arcam & extruxit, quæ vniuersis quos domi haberet, & animantibus cæteris saluti fuit. Aduerte quemadmodum & deus responsa det, & spiritus ipse, secundū illud quod est de Symeone conscriptum. Erat illi responsum a spiritu sancto. Quo fit, vt deus sit spiritus. Fides noę Gen. vi.

Per quem dānauit mundum. Hoc est, coarguit homines dignos supplicio, cū tandiu pa rari, & strui arcam spectarent, nil prorsus intellexere, nec futurum diluuium crediderūt. Lucę. ij.

Et iustitiæ quæ secundum fidem est, hæres est institutus. Id enim Noe retulit lucri, vt apud deum iustior videretur. Quod vtique iustitiæ nomen, fides illi largita est. Ioan. iiij.

Fide uocatus Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem. Cum enim Abraham & reliquos patriarchas contemplarentur, qui ex Iudęis crediderant bonis fuisse innumeris fretos, ostensurus est Paulus horum adhuc neminem commodi aliquid

C reliquisse. Aitque. Fide Abraham iussus, vt patriam relinqueret, obediuit. Quem enim maiorum hic aliquem viderat, cuius sequeretur vestigia, & pater fuisset idolorum seruituti addictus, nec vllos auditu percepisset prophetas? Quo fit, vt ex fide illud prodiret, vt iubente deo obsequeretur, cuius esse certiora promissa iam nosset, & ea desereret, quę inter manus haberet. Gen. xij Fide abrahā ad īcognitā sibi terrrā ꝓficiscitur.

Et exiuit, nesciens quo iret. Nō enim, vel sciētē quo esset mox abiturus, impulisset quippiam, vt præsentibus & paratis desertis, futura & imparata persequeretur? Sed Abrahę terra illa vel regio erat plane incognita ad quam vocarentur.

Fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena. Terra quam sibi & semini eius daturum se deus erat pollicitus, vt alienā incoluit, sed cur alienā dicit? Quia illam prętio accepisset, vbi Sarā humarat vxorē. Nec tamen aut hęsitans fuit aut subdubius, facturū deū quod ꝓmisisset vel minime. Quin fidēs, credidit, nec mentiri hunc posse existimauit.

In casulis habitando. Et eousque quidem hic fide processerat, & a deo terram hāc, vt alienam īhabitauit, vt in ea nec domum haberet, sed in tabernaculis diuersaretur. Quod facere alienigenæ solent vicatim se transferentes, quia nundum sint proprium aliquid assecuti. Ge. xxx

Cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Quinetiam Isaac ipse & Iacob, vt alienam hanc ipsam incoluerunt. Isaac enim, vtpote cui a Philistæis in iij. xxx. iiij. xxxv.

uideretur,& pueri sunt ab amalechitis subtracti, & vxor arepta. Iacob vero non solũ quia Esau fratris ingenti formidine, sed quia vbi a Mesopotamia rediisset, locum præcio emit, in quo & tabernaculum statuit, & tanquam vagus & in accolæ morem in Bethleem modo & in effrata alias commigrabat. Alioquin erant & hi promissionis hæredes, vtpote & quibus fuerat prædictum. Sum equidem tibi & semini tuo daturus hanc terram. Nil tamen & hi cum variis modis diuexarentur, diuinis sunt dictis diffisi. D

Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem. Eo, inquit, in tabernaculis habitabant quæ minus subsisterent, quia cœlestem ciuitatem operiebantur, quæ veris esset fundamentis & validis ac perpetuis stabilita & firmior, & nullo vnquam situ vel putredide collapsura. Vnde & deus hos conspicatus parui ducere terrena promissa, vt maiora illis pararet, hęc in posterum distulit, vt hisipsis condigna non his terræ bonis elargiretur. Illi nanque longo post tempore, terrenis hisce acceptis promissionibus, haudquaquam magni has faciebant, sed cœlestium cupidine tenebãtur. Cum vos Christi iam fide suscepta, ęternorum bonorum accipientes promissionem terrena hæc, & imprudenter a deo enixeque concupiscitis, nec pudet tamen.

Ge.xvii. xviii. & xxii. *Cuius artifex & conditor est deus.* O quanta supernæ ciuitatis illius est dignitas, vt deum habeat conditorem.

Fide & ipsa sterilis Sara. Perinde ac si dicat, mulier credidit, & ideo consisa est, nil ergo pudebit si fœmella hac coarguamini, animi magnitudine & fide inferiores? Verum quo pacto credere potuit, quę dei dictis arrisit. Arrisit quidem, sed demum tamen conuicta extimuit, quod vtique præstitę fidei est argumentum. Liquet enim hanc credidisse, magnum aliquem & minus humanum hunc esse, qui se alloqueretur. E

Virtutem in conceptione seminis accepit. Hoc est, vires assumpsit, & aptior reddita est, vt viri exciperet semen.

Sara sterilitate & senio infœcunda fide cõcepit. *Et præter tempus ætatis peperit.* Dixerat supra fuisse hanc sterilem, nunc vero præter ætatis tempus peperisse hanc dicit. Quo fit, vt dupliciter fuerit hæc infœcunda, sterilitate & senio.

Quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Fidelem, hoc est, veredicum & nõ mendacem. Fuerat enim huiusmodi pollicitus deus, tali tempore sum ad vos redíturus, & erit Saræ filius.

Ge.xviii. *Propter quod & ab uno orti sunt (& hoc è mortuo) tanquam sydera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est in litore maris innumerabilis.* Nec solum vt partum ederet Sara eius fides effecit, sed multum adeo & abundantem, qualem nec fœcundissima mulier edidisset. Verum quomodo innumerabiles dicit Sara hac emanasse, cum recensiti sint sępe & numerati? Aut enim vt illorum exprimeret infinitam pene multitudinem dixit innumerabiles pro sacrarum literarum consuetudine, vt illud. Vidimus ciuitates ad cœlum vsque sublimes. Vel quia semper alii item atque alii nascerentur.

Nu.xii. Deu.ix. *Secundum fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus.* Duo quædam quæri hoc loco possunt. Primum quo pacto cum dixerit Enoch fuisse translatum, necdũ mortem obiisse, nunc dicat vita hos omnes fuisse perfunctos? Secundo cur inquiat nulla eos accepisse promissa, cum & Abel loqui adhuc dixerit, ob eius nominis celebritatem, & Noe alio fuisse transuectum? Nec Noe accepisse mercedem, qui saluus sit cum domo vniuersa effectus, & iustus sit appellatus. Et Abraham ex Sara filios suscepisse? Quod autem hi mortui sint, omnes intellige excessisse e vita, vnum præter Enoch, qui mortem non vidit, Heliamque. Quod vero promissiones nullus acceperit, constat sane de omnibus dictum. Neque his solum beneficentissimus deus pro maximis susceptis in fide laboribus, mercedem persoluit, vt Abel illi nominis celebritatem Enoch transuectionem, Noe in cataclysmo salutem, Abrahę liberorum procreationem. Sed perspicuum est prægustationes hæc & signa quædam fuisse veræ promissionis, in sanctos collatæ. Et nostri ob gratiam, qui pusillo animo sumus, nec toleramus aduersa, vt ex præsentibus hisce & futura credamus. Quibus pręterea sanctis & alia quædam, & quæ in hominum corda non veniunt, parata sunt necdum tamen hęc acceperunt. Sicuti & in euangelio dominus in hoc mundo centuplum asserit accepturum, qui mundo renuntiauerit, & in futuro vitam æternam. F

Bona q̃ Abrahę, Enoch & aliis sctis deus cõtulit erant velut prægustationes & signa q̃dã verę promissionis futuræ.

Sed à longe eas aspicientes & salutantes. Hoc loco ostendit eos de cœlo, deque cœlesti imperio resurrectionem, & inuisibilium bonorum accepta mysteria, & cognitione tenere & consalutasse, hoc est, lętiores & hilares ĩpertita salute appellasse, nauigãtiũ more

A vel e conspcectu desideratissimas vrbes prospicientium, quas priusquam adeãt, anticipantes appellant lepidius, & sibi asciscunt. Vel eos nunc dicit, qui apud Abraham essent, nequaquam accepisse promissa, quibus terra destinaretur. Longius tamen hanc, propexerunt id est antequam quarta subsequeretur hos generatio. Futurum quippe sciebant, vt eorum nepotes, vbi se ex Aegypto reciperent, hanc ipsam hæreditarent. Hæc tamen posterior expositio nihil est superioribus cõsentanea, cum isti omnes Paulus inquit. Sed his qui Mosi temporibus extitere, videtur magis congruere. Ge. xlvij.

Et confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Nec solum peregrinos & hospites terrę promissę, sed terrarum se hospites profitentur. Quocirca hanc ipsam accipere precabantur. Non enim hac erant, sed cœlo digni. Illorum tamẽ nepotes & posteri hãc acceperunt. Hi nanque terram promerebantur. Peregrinum vero se esse & incolam professus est apud Hebræos & Abraham ipse, alioquin huiusmodi erant & cæteri omnes. Quos vtique & Dauid testificatur cũ ĩquit. Incola ego sum in terra, sicut oẽs patres mei. p̃s. xviij

Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere, & si qua eos patriæ eius incessceret recordatio, de qua exierunt, habebant utique tempus hanc repetendi, nunc autem meliorem appetunt id est cœlestem. Cum enim se peregrinos appellant, arguunt plane patriam quęrere. Aduertamus autem qualem hi patriam quærant, num terrenam quam reliquissent, vt Abraham Mesopotamiam? At patebat illi in eam reditus. Vbi vero non vltra in eam se contulit, perspicuũ est, nec terrę huius hunc meminisse, nec illam sibi fuisse in patriam, sed aliam desiderasse & ampliorem, id est, quam vt adiret, hauddum aduenerat tempus. Abrahã ex mesopotania.

B

Ideo non confunditur deus uocari deus eorum. Adeo enim magnifacit hos deus, vt cum terrarum orbem sub eius ditione habeat vniuersum, & visibilia simul & inuisibilia moderetur, nil tamen hunc pudeat, vel priuatim horum & deum dici. Perinde tantum his insit virtutis, vt cęterorum quę condita sunt virtutem ęquiparet. Nec secus & mundi huius machinæ eo dicitur deus, quia hunc & condiderit & illi dominetur, qua ratione vel gentilium dicitur deus. Hotum vero (quod sine maius) nuncupatur amicus.

Parauit enim illis ciuitatem. Adeo inquit, istorum nil deum hunc pudet, vt eos & in familiares asciuerit, & ciuitatem in cœlis, cuius desiderio tenerentur, parauerit. Ge. xxij.

Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur. Fide Abraham cæteros vicit. Nam in eo nõ solum natura impugnabatur, vt pater filium immolaret, sed dei iussa vrgebant. Nã qui illi dixisset, Tibi, tuoque semini hanc sum terram daturus, hic ipse eidem, & semen & filium vt mactet, iniungit. Vnde tentari dicitur Abraham. Nec ea propter tentauit hunc deus, vt illius virtutem exercendo experiretur, quippe cuius non erat nescius. Sed vt esset nobis id documento, ad perdiscendum ipsius Abrahæ & virtutem imitari & fidem. Quocirca sciendum tentationes a deo illatas, eo magis prodesse, quo nobis nil sinat aliunde inferri, sed ipsum eas obijcere, vt probatiores nos arguat. Fide abrahã cæteros vicit. Tẽtauit deus abraham non vt experiretur eius virtutem sed vt nos ĩstrueret.

Et offerebat unigenitum, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est. Quia in Isaac uocabitur tibi semen arbitrans quia ex mortuis suscitare eum potens est deus. Id sane mirum, vt cum aliũ nullum haberet hic filium per quem dei promissiones habituras euentum existimaret, C vnicum hunc quem suscepisset, obtulerit. Quamobrem id factum si quęras? Præ fidei nimirum magnitudine dixerim. Pro indubitato enim habebat, & fidens sic animum obfirmarat, deo id esse perfacile, filium ad aras occisum a mortuis excitare, vt eum in modũ promissa perficeret, & per Isaac vitæ redditum, eius & semen increscceret. Verũ cur Isaac vnigenitum dicit, quando & Ismaelem haberet, illa ex ancilla susceptum? Isaac quidem promissionis ratione vnigenitus dicitur qui verum & proprium præferret Abrahæ semen. Ait enim, In Isaac vocabitur tibi semen.

Vnde eum & in parabolam accepit. In barabola id est in figura & argumento secundum Christum mysterij. Nam quemadmodum olim dimissus est Isaac, & aries vepribus hærens pro eo mactatus, sic Christus vnus, deus item & homo existens, secundum humanitatem pro nobis immolatus, nil prorsus diuinitate offensa. Vel aliter. Abraham quidẽ dei & patris figuram prætulerat, Isaac vero filij dei. Cum itaque magnum hoc deus & & supra hominũ mentẽ esset mysterium dispensaturus, futurumque vt nostri ob gratiã (quandoquidem erga genus humanum charitate ingenti afficeretur) vt vel filium traderet immolandum. Nec id placuit tanquam de se videretur gratiam elargiri, sed vt debitum solueret. Subinde hęc inquiat deus. Nil nouum humane naturę eius ob gratiam ipse concesserim, filium meum immolando, Abraham siquidem vt mihi obtemperaret filium in victimam obtulit. Ge. xxi. Isaac imolãdus, pabola. i. figura erat christi in crucẽ.

Quo fit, vt debitum ipse dependã, non gratiã faciam. Vel in parabola, id est, pro ariete Abraham filium tulit, qui aries Isaac figuram prętenderat, hoc est, pro Isaac occisus & immolatus est. D

Ge. xxxv bñdictio Iacob & Esau.

Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Quo enim pacto, qui in terra consedisset, aliena, tot bona filijs polliceretur, optaretque, nisi promissa daturum deum fide indubitata sperasset? De futuris vero cum dicit, vel bona quæ in futurum nos manent, demonstrat. Nam & resurrectionem tenebant maiores illi, & spiritalia erant eorum benedicta huiusmodi, vel de terrenis his bonis nunc disserit, quę erãt hi accepturi. Vel eos etiam cum de futuris inquit prætendit, qui essent in posterum ab his oriundi, qui terrã a deo promissam hæreditarunt. Præponit autem Iacob Esau fratri, quia virtute præstaret, & primogenita accepisset, & quod iure deberet cæteris fratribus anteponi.

Ge. xlviij bñdictio filiorum. Ioseph.

Fide Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium uirgæ eius. Ioseph fili Manasses & Effrem. Manasses prior est genitus, posterior Effrem, ille Iacob benedixit & maioribus benedictis & dextera manu illi imposita, vnde a deo ille optimos habitura euentus benedicta hæc credidit. Et quemadmodum Effrem tribus illa, regno esset & imperio potitura, vti & re ipsa & opere patefacit. Nam cum Ioseph illi venerabundus iam ĩclinasset, vel popul⁹ vniuerso venerationi hunc fore ostendit. Verum, quomodo hic veneratus est? In virgæ fastigio id est quia senior esset, virgæ innixus. Vel in virgæ fastigio, vt volunt nonnulli id est ipsius Ioseph virgam hic adorauit. Perinde per sceptrum, regium illud insigne, adorandum hunc esse argueret. E

Gen. l. Exod. ij.

Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mãdauit. Adeo enim hic credidit liberandos ex Aegypto Israelitas esse, & alio esse his demigrandum, vt eos sit obtestatus, quatenus eius vt ossa secum & cineres tunc asportarent, cum esset inde ijs abeundum. Neque eo id egit, vt sepulchri eũ cura teneret. Quo enim pacto, qui sapientia tantum præcelleret, dei esse terras omnes nescisset? Sed vt certiorem populum faceret, ad exitum peruentura omnino dei promissa, eundemque populum ex Aegypto ascensurum. Idque & deo tantopere esse animo crederet, vt nec sibi libeat eius ossa recondi seruarique.

Mosi parentes ignobiles & infimi.

Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eo quod uidissent elegantem infantem. Et non timuerunt regis edictum. Cum summos hic viros dicendo enumerasset, qui fide omnia quæ fecerant peregissent, disserit de Mosi ipsius parentibus, ignobilibus plane, & genere infimis. Quod eo facit, vt fideles hos pudeat saltem animi abiectioris & effœminati, qui minus patienter ferant aduersa, sed sese his reddant infirmiores, qui Mosen genuissent. Quorum genus non modo obscurius sit, & (vt in sequentibus patebit apertius) scortorum petulentia dehonestatum. Ait igitur. Cur Moysen hũc, menses tres occultassent parentes, præsertim cum esset regio edicto iniunctum, vt mares qui nascerentur, genitores ipsi enecarent? Cur inquam, seruare clam eum nequaquam reformidarunt? Id sane liquet. Credidere nanque hunc saluum fore. At vnde hanc accepere fidem? Quod infantem vidissent prodeuntem e vulua; statim festiuum & arridentem, & facie elegantem & iocabundum. Quod vtique argumento his fuit, acceptum hunc deo fore, vtpote in quem vel ab incunabulis ipsis & ortu eius gratiam contulisset. Ferũt prę terea quidem Mosen, vt exponeretur iam traditum gestantibus mox alluxisse, vultuq; lętiori & festiuo, illos ad commiserationem flexisse, vt eum seruarent. F

Moses pa uus volẽs se perimere ad cõmiseratione̓ risu flexit.

Amos. vi Eze. ix. Nõ affligi cũ mœrentib⁹ & afflictis, ĩ peccatum reputatur

Fide Moses grandis effectus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem. Vt hos solaretur, ab eo cœpit exemplũ qui eis admodum familiaris esset & gratus. Vnde & in Mosi huius, vel accepta a deo gratia, vel rebus gestis amplificandis, diutius immoratur, negasse Mosen asserens filiæ Pharaonis se filium esse. Tunc tamen negauit, cum grandis esset effectus, id est cum in virum iam euasisset. Clare enim prospiciebat maiora quædam se accepturum. Negauit autem, cum inquit, accerrimus eius & ingenitum erga Pharaonem odium patefacit, & quam fuerit ab eo natura alienus. Aduerte autem quemadmodum peccatum appellat non simul cum fratrib⁹ affligi & mala perpeti. Idpsum per prophetam sic exprobrat deus. Nil, inquiens, perpessi sunt in contritione Ioseph, & in Ezechiele, plorantibus datũ est signum, & qui nihil huiusmodi paterentur, considere iussi sunt angeli. Quocirca, qui non vltro cum mœrentibus & afflictis affligitur, scelere obstringitur & peccat. Quid erit ergo de his existimandum, qui & ingerunt mala & alios vexant? Temporalem autẽ & momentaneam appellat iocunditatem, regij luxus participationem.

A *Maiores diuitias existimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi.* Non enim cœlestia bona dixit, sed vt Mosi aperiret virtutem, quod & Iudæos sæuitia exemisset, Christi improperiũ dixit. Nam quemadmodum longe post Christo, qui fuissent ab se beneficiis multis affecti, conuiciabantur, & tãdem patibulo suffixere: Sic olim illi & Mosi obmurmurabant, de quibus fuisset is optime meritus. Nam & Hebræus ille, qui reus fuerat, ab se ex Aegyptij manibus erutis in crastinum sibi & paulo post in faciem iurgatus est, inquiens. Quis enim principem te & iudicem nostrum constituit? Num vis & me e medio tollere, vt heri & Aegyptium sustulisti? constat itaque quodcunque vel a domesticis ipsis, nostro quo ... beneficio obstrictis, nobis infertur, in Christi cedere contumeliam. Et quæuis etiã fuerit bene merenti illata iniuria siue insultus, Christo videtur inferri. Quippe qui & maledictis affligebatur & contumeliis. Nam & publicanorum illi amicitia obiiciebatur, vtpote quibus & conuesceretur: quod tamen illorum salutis gratia faciebat, non sibi. Vt itaque peccatores ocium semper & prosperitas consociatur: sic Christi opprobrium iustos persequitur, vtcunque fuerit illatum. Ait igitur, Cum enim & vobis molestos se præbeant vestri generis homines, si Mosen hunc clarissimum virum aduerteritis, vel quod magis est, Christum, cum vobis, cum cæteris illatæ iniuriæ ascribuntur, æquo animo iure censebitis.

Exod. ij.
Luc. v
Prosperitas & ociũ peccatores consociat, iniustos opprobrium.

Aspiciebat enim in remunerationem. Fidei scilicet oculos in hanc intendebatis.

Fide reliquit Aegyptum, non ueritus iram regis, Inuisibilem enim tanquam uidens sustinui. Quid ais

B inquiet aliquis, Nonne in Exodo scriptum est, Timuit Moses, quia vulgatum esset iam verbum, Secessit hic quidem, quia regis iram extimuit: sed rursum post facinus illud patratum in Aegyptum se contulit, prouinciamque illam suscepit, educendi ex Aegypto Hebræos. Timiditatis quidem argueretur, si nec reditum in Aegyptum tentasset, nec exequi perseuerasset, quæ ante acceperat. Quod vero iterato redierit argumento est, deo se credidisse. Verum quo pacto nõ in Aegypto permansit, sed inde longe abscessit, si nulla (vt paulus astruit) formidine tenebatur? Quia hisce quę in promptu sunt offerre periculis dicereque, saluum me facturus est deus, tentantis est deum, non confidentis, & demoniacum opus, nec plane absimile diaboli verbis, Christo persuadentis, vt se deorsum pręcipitaret. Vel nihil veritus iram regis, ita intellige. Perinde, idcirco sit ille affectus formidine, quia non desperasset se euasurum. Nec sane ira percitus rex hunc est insectatus, vel si insectatus fuisset in spem venerat is, nunquam se posse comprehendi. Quod vtique vel illud maxime arguit quia non longe ille secesserat, sed propinquis in locis sibi duxerat diuersandum. Quod sane fidei erat pręcipuum argumentum.

Exod. ij
Nõ est tẽtandus deus.
Mat. iiij.

Fide celebrauit & pascha & sanguinis effusionem, ne qui uastabat primogenita tangeret eos. Vbique Paulus aliquod interserit sacramentum, vti hoc loco: vbi sub quodam hos consolandi prætextu paschatis mysterium explicat. Nam sanguinis illius effusio, hoc est, liminum & valuarum inunctio, Christi effusum sanguinem pręfigurat. Quo ipsi obliti, declinamus in vitæ huius tenebris primigenitorum exterminatorem: qui hoc non sunt sanguine obsignati. Moses itaque cum credidisset, seruaturam omnino primogenita san-

C guinis vnctionem: populo vt ritum hunc perpetuo obseruaret, mandauit. Tametsi agni esset hic sanguis: alioquin quia Christi sanguinem pręferebat, tutandi Hebræos vim habuit. Vos autem qui vero estis sanguine delibuti, nonne confiditis hoc ipso sanguine communiri? Ita quidem. Et pascha, inquit, celebrauit, hoc est, agni & azimorum & lactucarum agrestium esum, & credidit ex Aegypto egredientem populum saluum fore. Erat nimirum cœnę illius modus, de migrantibus accommodatus & congruens.

Exo. xiij.
Fides omnia reddit facilia q̃ alioq; difficillima.

Fide transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram. Ne forsan his dictis illi occurrant, quid enim viros producis in medium, nobis non imitabiles? Populum detulit vt esset exemplo. Hunc, inquiens imitamini, qui tanta multitudine credidit haudquaquam sese iri fluctibus interclusum. Vnde & hi tam multi ausi sunt incredibile facinus: vt mare medium ad vnum omnes trancerent pedibus deo confisi nec secus quam terra, iter se fluctibus habituros, Sic fides ipsa facta cuncta rendidit facilia, quę fieri natura nil posse videntur. Nec vobis itaque est diffidendum, quin fide certiore tenẽdũ, euasuros vos tandem hæc mala.

Miracula circa Hebręos facta calumniari non posse.

Quod experti Aegyptij deuorati sunt. Neque enim quis obiicere poterit perstigiis illud non nullis fuisse effectum, vel aquas illas nequaquam fuisse. Nam & illud pelagus fuisse & mare Aegyptij sũt testĩonio, qui illud transnare conati, absorpti mox sũt coeũtib⁹

aquis,q̃ pauloãte traiicientibus Hebręis in muri speciem constitissent. Queadmodũ & flã
Dañ. iij. ma tribus pueris iniecta flagrantissima fuisse arguitur, quia sit Babylonios illas depasta. D
Iosue. vi. Itemque & Danielis leones, leri fuisse sunt crediti, quia calumniatores illos vorassent.
Fide muri Hiericho corruunt *Fide muri Hiericho ceciderunt circuitu dierum septem.* Deo enim iubẽte disiunctiua sunt Hiericho mœnia, cum Iesus Naue, & populus dixere. Quid illud? Num tubarum, clãgor disturbare lapides valet, & munimẽta? Credidere tamen sic fore & pro ipsorũ pactũ est fide.

Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Ecce quod superius dixeram, nullis prorsus affectam honoribus personam producit, vt illos cogat vel ex eo pudere si hac meretricula appareant inferiores. Simul etiã vt dei vim patefaciat, quæ proculdubio ingens sit: quandoquidem in his quæ ab hominibus improbantur talia cõficit. Fidem itaque & illa tum præ se tulit, cũ viros, quos explorandi gratia venisse haud dubie credebatur, diligẽtissime conquisitos occultauit. Nec sane hos occuluisset, nisi certior effecta, crederet fore vt ciuitas diriperetur, in qua habitaret. Sic enim illa effata est. Scio capturos vos ciuitatem, audiuimus enim opera vestra. Vnde quæ audiuit hæc vtiq; credidit. Qui vero nullam dei mirificis factis fidem adhibuere, perditi sunt.

De Gedeon Iud. vi vij. viij Barac Iudic. iiii v. Sanson Iudic. xiii. xv. xvi *Et quid adhuc dicam?* Cum in meretrice de fide differendi finem fecisset, satisq; esset a personæ conditione hos consolatus, demum compendij gratia & breuitatis, priuatim nihil edisserit, ne forsitan in dicendo videretur effusior. Attamen ne prorsus hæc silentio præterit. Et cum videtur pleraque intermisisse, nihil omisit. Hoc pacto nec auditori parit fastidium: & alioquin confirmat multis, quod animo inest. E

Deficiet enim me enarrantem tempus. Quod tempus? Vel omne tempus. Quod & nos vsurpare consueuimus, cum rei magnitudinem volumus, qua dedicturi sumus, exprimere. Vel tempus dicit se defecturum, quod conscribendæ epistolæ sat videatur.

De Gedeon, Barac, Sanson, Iepte, Dauid quoque & Samuele & alijs prophetis. Quærunt nonnulli, Cur Iepte, Sanson, & Barac inducit hoc loco? Quid vero id quęrunt. Qui enim meretricem induxit, nonne & istos adijceret? Non enim horum nunc differenda est vita, sed vtrum fide claruerint necne cogitandum. Fidei nanque, non vitæ argumenta disquirit hoc loco apostolus.

Qui per fidem uicerunt regna. Hi scilicet qui sub Gedeone duce militiam exercuerant.

Operati sunt iustitiam. Quinam sunt isti? Nimirum Sanson & cæteri, quos dixerat supra. Hi nanque sui generis, & propinquorum vindicarunt iniurias, quos haberent infensos. Et erga iustos clementiores sunt visi, iniustis vero & hostibus obuiam se obtulere. Illud enim ęquitatis est proprium, vnicuique pro meritis bona malaque impatiri.

Adepti sunt repromissiones. Qualis & Dauid fuit, Iurauit enim dominus, Dauid inquit, De semine ventris tui ponam super thronum. Quod vtique habuit sensibiliter in Salomone euentum spiritaliter vero in Iesu domino. Qui vere Salomon est & pacificus erit, & pax in eo versabitur. Salomon nanque pacificus interpretatur.

Obturauerunt ora leonum. Quemadmodum Daniel & Sanson ille.

Extinxerunt impetum ignis. Quales tres pueri illi fuere. Nec ignen dicit hos extinxisse,
Eze. xxx & vii. sed ignis impetum, quod plane difficilius est. Ignis enim ille, etsi flagrãtissimus erat, haud tamen his potuit quoquam pacto officere. F

iiii. re. xx *Effugauerunt aciem gladij.* Vti Iezauel ille & Dauid, qui Saulis defugerant gladios.
iii. re. xvii *Conualuerunt de infirmitate.* Vt qui ex Babylone redierant. Nihil enim (vt in Ezechie
iiii reg iiii le legitur) a demortuis ossibus differebant. Ezechias tamen in languorem incidens vitæ
Mar. vi. accessionem accepit.
Actu. xii. *Fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum.* Hęc eadem vel ipsis ex Babylone re-
i. Thes. iiii deuntibus congruũt. Hi nanque, cum proximę nationes sibi inuiderent, atque his insultarent, dei virtute per fidẽ confisi, hostes importunissimos debellarunt. Possunt hæc & Sansonis gestis accommodari.

Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Vt Saratia illa per Heliam & Sunamitis per Helisæum.

Alij autem distenti sunt. Id est præcisi capitibus, quemadmodum Ioannes & Iacobus Zebedæi. Nonulli vero distentos dixere fustibus cæsos.

Non suscipientes redemptionem. Poterant quidem hi abstinere, ne alios castigarent sermonibus, & hunc in modum ab illatis supplicijs erui, haud tamen id voluere.

Vt meliorem inuenirent resurrectionem. Meliorem quam cęteri homines. Nã sancti claritate

A *immensa in aerem & nubem sublati, prodibunt obuiam domino.* Quod alibi iteratam resurrectionem appellat, & in vitam sunt illi perpetuam resurrecturi. Cæteri vero mortales in terris manebunt & his erit ad ęterna supplicia resurgendum.

Alij uero ludibria. Vt Helisęus, cui a pueris minutioribus illudebatur. Siue vt Sampson ipse, ab alienis fuerat illusus, postquam sibi effossi sunt oculi. iiij Reg. ij.

Et uerbera experti sunt. Vt plurimi ꝓphetarũ & Petrus ipse & Ioãnes & alij plærique.

Insuper uincula & carceres. Vt Hieremias ille & Michęas, & in posterũ apostoli ipsi.

Lapidati sunt. Vt nabot ille & Stephanus.

Secti sunt. Vt a Manasse Esaias, quẽ & lignea serra sectum ferunt, vt eo acrius esset illi supplicium, quo diutius excruciaretur.

In occisione gladij mortui sunt. Vt Michæas ille & Zacharias, Ioannes insuper & Iacobus. Aduerte autem ex fide nonnullos gladij aciem effugisse, nonnullos gladio transfuerberatos vel cæsos, mortem oppetisse. Tanti est fides, quæ vt magna molitur, ita & maxima quædam & ingentia tolerat, & credit se sustinere. Quo igitur pacto & vos cum nihil huiusmodi, inquit, estis perpessi, animo concidistis? Acto. v. Hierem. xxxvij.

Circuierunt in melotis & caprinis pellibus. Qualis Helisęus fuit, & qui secum diuersabantur. Tam prorsus hi erant præsentium bonorum expertes. De apostolis Paulus nil hic meminit quia nondum aliquam de his fidelis Iudęi præsumpserant sanctitatis opinionẽ, vnde vt de his faceret mentionem fuit necesse, quorum valeret plurimum apud hos authoritas. Quorum Helias fuit propheta clarissimus, qui fuerat quondam in igneo curru arreptus. Cum autem inquit, circuierunt, plurimũ hos diuexatos fuisse, designat, & nusquam potuisse consistere, quippe quem praui insectarentur. Melota vero ouis est pellis, qua sancti illi & prisci viri, vt carnem tegerent, vtebantur. iij. Reg. xxij. B iij. Reg. xxi. Acto. vij. ij. Par. x. xiiij.

Egentes. Vt Helias fuit & Helisæus, quos alerent mulierculæ. Mar. vi.

Angustiati, afflictati Non enim parum Heliam Iezabel insectata afflixerat. Act. xij

Quibus non erat dignus mundus. Non enim illud potestis obijcere, eorum sceleribus fuisse eos mala perpessos. Quippe tales erant, vt maioris essent quam mundus, vt qui cœlo essent non mundo digni. Mundum autem hominum nuncupat multitudinem, & terrarum orbis iacturam hanc dicit scriptura, & vtrunque id hoc loco complectitur. Nam si mundi hanc machinam omnem, & homines vniuersos ex altera per te astituas, nihil inuenies quod horum virorum æquiparet dignitatem. Excitat itaque Paulus fidelium animos vt eorum nihil conquirant, quę mundo insunt. Quandoquidẽ nequaquã hic sanctis sit dignus, perinde ac si dicat. Est enim vobis ad iacturã & iniuriã, concessurum, si quod in hac vita pręmiũ acceperitis, id nanque & plane arguet, nullius momenti rebus dignos vos esse. Nam vel si vniuersus hic mundus nequaquam est vel viro aliquo vno, qui sanctimonia polleat, dignus, quas huius partes expectandas existimabitis? iiij. Reg. i. iiij. Reg. ij Melo. ouilla pellis vbi supra.

In solitudinibus errantes, & in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Sicuti Helias & prophetæ plerique, qui in speluncis seorsum, & locis additioribus alebantur, huiusmodi loca nec per quietem licebat incolere, quin ex his etiam tanquam e latebris, alijs persequentibus & intentantibus mortem fugabantur. Et modo hac, modo illac diuagantes longis erroribus vexabantur, his tamen malis affecti, in certiorẽ spem venerant, adepturos se tandem bona ꝑpetua, & idcirco errores huiusmodi animo ęquiori tolerabãt & pęnas. iij. Reg. xix. C

Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Cur (inquit) pusillo animo estis si certando exagitati, nondum sitis susceptis laboribus mercedem adepti? Quandoquidem quos diximus sancti, & si testimonium per fidem sunt nacti, deo perplacuisse, nil tamen adhuc cœlestium promissorum sint consecuti. Tametsi fuisse constat nonnullos, vt Dauid regem, his terrę bonis affectos hos tamen præsentia hæc ipsi requirimus, sed quę in cœlo sunt, certiores & veras promissiones.

Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ut non sine nobis consummarentur. Hoc est vt non sine nostro honore & gloria. Vt enim ne nostra videantur hic vendicare, si coronentur priores, vnum omnibus coronandis statuit tempus. Nec quidem ne coronarentur, dixit, sed ne consummarentur, id est vt perfectionem acciperent. Quo fit, vt perfecti tunc esse appareant, cum coronas & palmam acceperint, habent tamen interea honoris & glorię certissimum pignus. Quæret aliquis. Si enim hi nondum sunt perfectionem adepti, & coronas illas promeritas consecuti, vnde hęc illis opem vt ferant alijs se inuocantibus, opitulandi tam prompta virtus obuenit. Vnde inquis? Nimirum ex fiducia certioris quam habent apud deum intercedendo. Perfectione tamen & pręmia cum cæteris sunt acce-

pturi. Nonne erga hos nil æquum deus se exhiberet, & hisipsis videretur inferre iniuriam, siquidem qui in tolerandis laboribus priores fuissent, in coronis tamen & præmijs capiendis, nos operiantur, necesse sit. Atqui pergrata illis istiusmodi est expectatio, vt cũ fratribus perfectionem & gloriam adipiscantur. Nam & corpore vno omnes constamus & ingens sane corpori ex tam multis compacto affertur, cum coronatur voluptas. Est enim deus erga genus humanum, charitate summa deuinctus. Hic varios suscepit & liberos, quorum alij confectos operibus ex agris ad patrem se quam totius receperunt, alij adhuc operantes foris versantur. Obtulit pater his qui prius operi insudassent aliquid degustandum, operiri hos interea iubens & fratres alios, vt vna cum his opipare & vberrim vescantur. At hi vt fraterna charitate tenentur, læti expectant, vt inter epulas illas instructiores gaudio inter se ineffabili expleantur. D

Vnde nobis auxilium & sanctis.

CAPVT DVODECIMVM.

I*deoque & nos tantam habentes impositam nubem testium.* Non enim obuolitantem, sed impositam dixit, id estvndique nos amplectentem. Testes autem non solum noui testamenti appellat, sed veteris etiam, quando & illos diuinę constat perhibuisse magnitudini testimonium. Quẽadmodum tres illi pueri, Daniel, & prophetę cęteri. Nec quidem multitudinem dixit, sed nubem, quod magis est præsenti materię accommodatum. Nam cum hi pressurarum æstu flagrarint, refrigerabit nos, inquit, hæc testium multitudo, qua vndequaque obducimur, tã quam nubecula aliqua roscida æstuantibus circumfusa. E

Deponentes omne pondus. Id est, terrenorum onus, & curarum ac studiorum deponentes hanc molem, quæ præsentibus rebus impensa nil præfert, præter grauedinem & inanem tumorem. Cur ergo grauiter fertis, vt huiusmodi liberemur.

Et facile circundans nos peccatum. Sic græcum. Hoc est, quod haud difficulter nos circunsistit, vel ꝙ facile potest discrimẽ subire. Est nãque haud difficile, si modo libeat, prauaquæque sperare facinora, quibus leuiter discrimen incurrimus.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Non enim rem pugnis geramus, dixit, vel inuicem colluctemur, sed quod leuius est, currendi imponit officium. Nec ad cursum eiusmodi addamus aliquid intulit, sed in eo perseueremus, & ad propositum nobis certamen, cursum hunc intendamus, quod fieri per patientiam poterit. Siquidem per continentiam alij, per eleemosynam multi & diuersas virtutes debent hunc cursum tenere, vos vero per tolerantiam, quę vtique vobis pręcipua est (vt diximus) necessaria.

Aliqui ꝑ continentiã, alij ꝑ eleemosynã, & alij per diuersas virtutes currũt ad brauiũ

Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Si enim, inquit, perdiscere volumus per patientiam decurrendi hunc mundum, Iesum haud secus spectemus, ac solent qui opificij alicuius fieri volunt peritiores, opificem ipsum vel operantem attentius intuentur. Quod profecto & Iesus dicebat. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et non est discipulus supra magistrum. Author autem & consummator ideo dicitur quia vt a principio nobis & fidem ipse ingessit. Non eñ vos, inquit, me elegistis, sed ego elegi vos. Ita & finem est ipse impositurus. F

Mat. xi. Lucæ. vi. Ioan. xv. Christ⁹ est exemplar bñ viuẽdi

Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contenta. Poterat nec perpeti quod passus est, nec crucem subire, quippe qui peccati esset prorsus immunis. Vnde nec morti erat obnoxius, ꝙ & ipse testatur. Venit, ingens, prĩceps mundi huius, & in me non habet quicq̃. Non enim si libuisset patibulo fuisset ille suffixus, quod vtique & ipsemet fatebatur. Potestatem habeo dicens, ponendi animam meam, crucem tamen ipse sustinuit. Nec mortem simpliciter, sed ignominiosam & fœdam, contempsitque mortis huiusce cõfusionem & ignominiam. Nec tristitiam, inquit, hic paruifecit, cum minus hæc inuitus & mœrens, sed volens & gaudens, tulerit.

Ioan. xiiij. Ioan. x. Philip. ij

Atque in dextera dei sedet. Vides quo patientiæ finis euaserit. Quod & alibi dicit. Propterea hunc deus exaltauit cum de eius carne loqueretur assumpta. Quæ cum ita se habeant, potest hic quidem pro his quas nũc toleratis pressuras mercedem dependere, Cum vero patri ad dexteram assidere hunc dicit, patri arguit parem.

Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem. Si conseruorum tormenta quis secum animo reputet, in suis maxime, quæ sustinet consolatur, q̃to magis si dñi reputat contradictionẽ, id est irrisiões, opprobria, & faciẽ cęsam & q̃ illi bñ monẽti obijciebantur, & in cõspectu Pilati populũ aduersum hũc clamitãtem

A & crucem demum quam subijt volens. Cum autem talem dicit, rē magis explanat. Perinde ac si dicat. Tam vehemens erat istiusmodi contradictio, vt ad mortem vsque traduxerit, quam a peccatoribus, hoc est gentilibus & Iudęis illatam, cum noxijs & latronibus tulit, tam fœdo mortis genere affectus.

Vt non fatigemini animis deficientes. Christum nanque, & eius tormenta mente prouoluere animum vobis corroborabit, nec flaccescere sinet, neque dissolui, nec prorsus cum affligatur in desperationem concidere.

Nondum enim usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. Duo quidem cum afferuntur pręcipue nos consolantur, cum grauia dicimur fuisse perpessi, & cum nondū magni aliquid arguitur tolerasse. Vtrisque his itaque, vt hos cōsoletur, vtitur Paulus. Nam cum dixisset superius quā plurima hos certādo sustinuisse, effecitq; eos hortatus vt seipsum imitarentur, nunc longe aliter facit. Ostendit nanque nondum hos memorandū aliquid & egregium facinus subijsse. Quod eo intulit, ne afferantur & insolescant. Sed q̄ prudenter id agat, aduerte. Cum enim veteres illos commemorasset, quam sanctimonia fuere præclari, & mala ingentia tolerassent, & Christi domini mentionem fecissent, tunc demum aperit, nullius esse momenti quæ ipsi tulerint mala. Vtpote per quos nondū ad mortem vsque & sanguinem sit peruentū, sic persecutiones duntaxat hos sustinuisse, & pręsentiū bonorū direptionem. Christum vero, eo tandem profectum, vt & mortem obierit.
B Cum autem restitistis, inquit, peccata arguit acerrime hos impugnasse, & nondum ab oppugnando resistere. Hos vero, & si aliquando summotos, vrgeri quidem certando. Nondum tamen mortiferis, sed leuioribus quibusdam affectos esse vulneribus.

Et obliti estis consolationis. Adeo, inquit, estis in segnitiē & torpedinem resoluti, vt vel verborum vos obliuio cœperit, ad animi seruandā magnitudinem cohortantiū, tametsi nondū graue aliquid sitis & vrgēs malū perpessi. Solēt eī cruciatus īmensi pręacerbitate nimia, & dolore ītolerabili, vel earū rerū mēoriā tollere, quę magnū in modū cōducerē.

Quæ nobis tanquam filijs loquitur, dicens. Fili mi noli negligere disciplinam dei. Non modo em̄ filios, inquit, his Salomon verbis alloquebatur, sed vniuersos qui possent eius dicta percipere, & vosipsos præcipuæ his monitis castigabat vt filios. Prou. iij.

Neque fatigeris dum ab eo argueris. Ingeruntur ergo & a domino tentatiōes, sed nobis vt prosint, non vt officiant. Nam idcirco tentari plærunque non sinit, vt & nostram tolerantiam periclitetur, & coronis tandem condonet.

Deus nos tentari p̄mittit, vt p̄bet, & corōis, tandē cōdonet.

Quem enim diligit deus, castigat. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Fieri enim non potest, vt quispiam sit, & deo acceptus, & vacet pressuris, & nihil patiatur aduersi. Dicet aliquis. Nonne & prędones & perditi homines affliguntur, erunt ergo & hi dn̄i filij? Nequaquā. Non eī omnis qui flagellatur, inquit, est filius, sed filius omnis qui & varijs modis tentatur, vel flagris afficitur. Latrones itaq; non tanq̄ filij affligantur, sed quia perniciosi sunt, cruciantur. Hic Paulus priori loco castigat posuit, deinde flagellat subiunxit, vt in disciplinā intelligas filijs hæc adhiberi, non in odij & malignitatis vindictam.

Non est deo acceptus, q nihil patitur aduersi.

Si disciplinam sustinetis, tanquam filijs uobis se offert deus. Quis enim filius quem non corripit pater?
C *Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini estis, non filij.* Vel ex his quidem, quæ illi argumento esse existimabāt, sese fuisse a deo iā destitutos, ostēdit curę hos deo esse. Si eī essetis, ingens, pręssurarū exptes, videremini hauddubie adulterini & nothi, nō filij. Quis eī parens illegitimis filijs erudiendis ornandisve studet? Vos itaq;, cum estis malis oppressi, id sane ex his lucri obuēit, vt vitā hāc nō effuse & indecore degatis, nec secus quidē quā iustiores illi & sanctissimi viri, quos paulo ante memorauimus, qui & dei dicti sunt filij, & cōprobati. Illud igitur perspicuū erit, nec poterit quoquam pacto refelli, deum & vobis sese vt filijs obtulisse, habereque item vos curę & mēti, ne euadatis, & nil eruditi, eoque & exhæredet & tanquā adulterinos eijciat.

Adulterini & nothi filij.

Deinde patres quidē carnis nostræ habuimus eruditores, & uenerabamur eos. Num multo magis obtēperabimus patri spirituum & uiuemus? Ex his rursum quę nobis natura suggessit officij, arguit habendā omnino esse hanc tolerantiam. Cum enī, inquit, a parentibus ipsis, quis carnem hanc genuere, erudimur, haud mediocriter istos reueremur, & castigantibus obluctari, haudquaquam fas ducimus. Quin potius illorum authoritate & reuerētia ducti, animo æquiori & placido quęcunque intulerint sustinemus, quanto magis erit necesse, vt castigantem deum feramus? Aduerte autem, quemadmodum non sustinebimus, dixit sed subijciemur (vt græce habet) arguens, subsistentis esse & deo aduersantis, nolli æquo animo pati pressuras. Patrem autem spirituum vel donorum dicit, vel potestatū

Deo aduersantis est nolle æquo aīo pati pressuras.

Inobediẽtes & contumaces mortui.

quę corpore carent, vel quod propius est animarum. Nam vt carnis genitores se iungeret spirituum patri subiunxit. Et viuemus adiecit, vt ostendat inobedientem & contumacem, nec viuere, quidem, qui a deo sit alienus, qui vitam largitur. D

Et illi quidem in tempore prauorum dierum. Non enim carnis, inquit, parentes ad perfectionem vsque erudire nos possunt, quandoquidē vel horum interitus, vel filiȷ ætas prouectior, vel eorundem contumacia sæpe & morum peruersitas castigationi factura sunt finem. At deus quia est sempiternus perfectiores potest castigando efficere.

Secundum uoluntatem suam erudiebant nos. Non enim quodcunque patris arbitrium cōducit & liberis. Nam & ad malas artes hos plærunque erudiunt genitores.

Diuina eruditio

Hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Deus nanque nobis vt conferat castigationem inducit. Nec a nobis sibi vt aliquid vendicet sed potius suam vt impartiat sanctitatem, hoc est, puritatem vt ad eius bona excipienda aptiores reddamur. Est igitur nil aliud diuina hæc eruditio, nisi sanctitatis participatio quædam. Quam qui fuerit adeptus, non solum sibi, sed aliȷs prodest. Animas nanque factis dictisque ad deum retorquet, nihil has sinens terrenis in rebus demergi.

Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur non esse gaudiȷ, sed mœroris. Rursum a communi hominum opinione causas eruditionis desumpsit, aitque. Omnis qui disciplina, vt diuina sic & humana non gaudio videtu afficere, sed mœrore. Recte autem videtur, dixit. Non enim verum affert illa mœrorem, sed apparentem. Qui enim fieri id posset, quādo iocunditatem in posterum pariat? Sed nostri gratia videtur apposuit, qui ęgre disciplinam hanc ferimus. E

Postera autem fructum paccatissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ. Quid nā sibi vult cū pacatissimum, dicit? Nimirum non turbulentum, sed suauem & lenem. Nam qui mœrore afficitur, & animo obturbetur, necesse est. Qui vero gaudio, & lenitatem assequitur, & tranquillior est. Fructus vero huiusmodi iustitiæ erit. Deus enim cum iustior sit, his pro culdubio qui in hac vita mœrore & malis afficiuntur, in futura quietem est allaturus. Aduerte autem quemadmodum ex ercitationem, quandam disciplinam appellat. Vtpote quę fideles ipsos tanquam athletas quosdam obfirmet & validiores efficiat. Cur ergo inquit hanc vos declinatis, quæ animis vires adiȷciat?

Propter quod remissas manus & soluta genua erigite. Haud sec⁹ ac apud athletas aliquos concionaretur & certatores, ex Iudæis fidelibus ista perscribit. Et in his sane Esaiam hic imitatur, arguens a proprioribus membris esse hos animo resolutos. Manus siquidem actionum præferunt argumentum, pedes motus. Desperantis itaque, in primis animi organa dissoluūtur deinceps & corporis quę vt attollant, hortatur, & nil ꝓrsus desperēt.

Trochia quid.

Et gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans qui erret magis autem sanetur. Hæc quidem tanquam ad cursores aliquos disserit, sicuti & superius dixit. Per patientiam curramus inquit igitur. Rectos facite τροχιὰ, quod gressus dixit interp̄s. Græce tamen τροχιὰ, vel currus impressum humi vestigium est, vel tellus ipsa cursorum pedibus cōculcata. Perinde ac si inquiat. Sint velim viæ vestrę leniores & planæ, hoc est, nihil quod durum tristeve sit, & tortuosum, animis vestris insideat, sed leni gradu & neminem offendente decurrite. Ne quis claudicans erret, id est nemo vestrum animo fuerit pusillo & intoleranti, cum a Iudæis ducatis originem qui istiusmodi sunt. Vel ne scilicet circa futurorum bonorum spem & fidem e vobis quispiam sit inconstantior, & obliquis distortisque incedat pedibus. Nam si aliqua cuipiam fiat ad ingenitam timiditatem accessio, ita vt nec seipsum sustineat, sed diffidentiæ se totum permittat, omnino clā nescio quo pacto procumbens, in desperationis sese præcipitium adiget, vnde erui haud facile poterit. Quin potius itaque incumbite, inquit, vt ad sanitatem redeat quodcunque in vobis mancum fuerit, & claudicans, id est corrigite, si qua inerat vobis ad id temporis diffidētia. Non enim potest in eo qui toleranter ferat aduersa, incredulitas residere. F

Esa. xxxv

Pacē cum omnibus habenda.

Pacem sequimini cum omnibus. Quod antea hosipsos monuerat, nolite inquiens congregationes vestras deserere, idipsum & hoc loco commonefacit, vt inter hos mutuam cōciliet charitatem Quam vt non solum in domesticos & beneuolos seruent, hortatur, sed cum alienis & hostibus pacatiores sit, admonet. Ait itaque. Cum omnibus gentilib⁹ scilicet & Iudęis, vel hisipsis quos habetis infensos. Perinde ac si dicat Quantum vestra interit, cum vniuersis hominibus pacem seruate. Hac enim si mente fueritis, nil prorsus animo concideritis, cum mala vobis intentabuntur. Aduerte autem cum sequimini, inquit, illud præferre, vel si longe pax ista abfuerit, vt hāc cōprehēdatis enixe cōtendite,

A *Et sanctimoniam.* Id est, puritatem, & cęlibatum, siue quis vxore caruerit & virginitatem tuetur, siue hanc habeat, & continentiam seruet. Nec quia pro sanctitate nuptiæ habeantur. sed quia sanctimoniam sit per baptismum adeptus ineluibilem, ob legitimā copulam Sunt quidem honorabiles nuptię non tamen sanctimonię seruatrices. Honorabiles nuptiæ.

Sine qua nemo uidebit deum. Non enim aut fornicatores, aut adulteri, aut molles, aut marium concubitores, regnum dei hæreditabunt. Et dominus in euangelio. Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt.

Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. Tanquam hos peregre & longius, & maximo cum comitatu proficiscentes alloquitur, & sic inquiens, commonefacit. Cauete, ne quid per vos reliquū fiat, vel aliquid ad iter necessarium relinquatur, vel quispiam proficiscentium restet. Non enim id solum deposco, vt ipsi quo tenditis, tuto perueniatis, sed vt comites etiam obseruetis, perdiscatisque vtrū vobiscum iter faciāt oēs, necne. Quod plane solet imbecilioribus euenire, qui præcedentium vestigia persequi nequeunt. Contemplamini itaque, inquit & oculis collustrate, etsi quem cernitis post terga relictū, nequaquam hunc negligatis. Gratiam autem dei fidem dicit, & optimum viuendi modū, & bona futura. Hæc nanque omnia per Christi gratiam comparantur. i. Cor. vi.

Ne qua radix amaritudinis sursum germinans, impediat uos. Idipsum & in Deuteronomio positum est, quod e quadam plantarum est desumptum metaphora. Itidē fere & alibi scribit Apostolus, cum inquit. Frumenti pusillum totam massam corrumpit. Quod dicere & hoc loco videtur subīde inquiat. Nemo permittatur in aliorum perniciem praue agere, sed pręcidenda est amaritudinis radix, id est peccati, ne producat ramusculos, hoc est ne alios sui similes reddat. Quod autem si peccatū amarius, vel potiusquod nil magis quam hoc amarescat, compertū habent & exploratum, qui vbi illud cōmiserint, a cōscientia & macerantur, & corroduntur. Aduerte aūt, quemadmodum non radicem dixit amaram, sed radicem amaritudinis. Potest nanque vel radix amarior, suaues fructus producere. De. xxxiij i. Cor. v. Amaritudo peccati quāta.

B

Et per illam inquinentur multi. Nam viros sceleratos, cum segniores quidā & ad malū procliues spectarint prauis incumbere facinoribus hos imitari admodum cōcupiscunt. Hoc pacto, eorum inquinant animos. Quocirca ne id eueniat, succidendæ sunt radices huiusmodi. Gene. xxix

Ne quis fornicator aut prophanus, unā Esau, qui propter escā uendidit primogenita sua. Arguit illorum nonnullos fuisse in fornicationem prolapsos. Nec tamen hos retegit, quin potius eius rei ignarum esse simulat, vt corrigantur nondum patefacti. Vel prophanum dicit, vt Esau, quasi ventri deditum, & huius sæculi rebus addictum, & inquinantem, quę spiritus sunt & conculcantem, Esau nanque delatum sibi a deo primogenituræ honorem, alteri cibi gratia contulit. Est autem istiusmodi inquinatio diuininorum contempt⁹. Ostēdit præterea quam sit voracitas improba, & mala segnities, siquidem qui primatum obtinuisset, sit inferior reddit⁹, quia ferre nequiuerit cibi cupidinem, & nil prorsus eiusmodi obstiterit voluptati. Esau primogenita vendidit.

C *Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionē, reprobatus est.* Tunc enim Esau fuit reiectus, cum istiusmodi locutus est pater si dominum tuū illum constitui, tibi quid faciam fili? Nonnulli vero a deo fuisse reprobatum hunc dicunt, quia dei instinctu deceptus sit Isaac, vt Iacob illi benedictionem prius impartiretur, & sic Esau reprobari sit visus, qui eandem illam paulopost efflagitarit a patre, vel a deo & patre. Est enī perspicuū Isaac patrem, Esau filium pro dei arbitrio reprobasse. Ge. xxvi. Esau a patre reprobatur.

Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quemquam cum lachrymis quæsiuisset eam. Dicet aliquis. Tollit ergo e medio pœnitentiam Paulus? Nequaquam. Cur igitur, inquit, pœnitentiæ locum non inuenit, quāuis lachrymans quęsiuisset? Primum intelligas velim pœnitentiam hoc loco benedictionē significare, deinde benedictionē hanc petijsse hunc quidē fateri Apostolum sed modum in ea petenda nullum seruasse. Quod enim esse poterit pœnitentiæ argumentum, cum Esau ipse hæc iactet. Appropinquet luctus dies patris mei, & interficiam fratrem meum. Ob id itaque pœnitentiam non inuenit, quia non vt oportuit, depoposcit. Nā etsi lachrymas fuderat, haud tamen erant pœnitentiæ lachrymę, sed liuoris, & odij, & animi exacerbati, cui minus æquo animo toleraret præferri sibi germanum. Quemadmodum nec mœror quidem, quem Cain ille vultu prætulerat, pœnitentis fuerat, sed inuidentis. Vel forte pœnitentię locū non esse prudenter Paulus dixit, vt eos qui nondum essent in aliquod scelus prolapsi, terreret, cum inquit. Nullum esse grauiō Esau etiā cū lachrymis postulans exaudiri non meruit. Ge. xxvi. Gen. iiij.

ribus delictis pœnitentię locum, dispẽsatione quadam id agens, vt in timore saltem hos ipsos fideles contineat ne labantur. Et si forsitan lapsos perspexerit aliquo, a lapsu reuocet, ne prorsus desperent, sicuti & ad Galatas. Fili mei, inquit, quos iterum parturio quousque formetur Christus in vobis. Non itaque hoc loco Paulus reijcit pœnitentiã, quippe quam sæpe alias prædicarit, sed fidentiores reddit ex Hebræis qui fidem acceperant, ne in posterum cadentes procumbant. D

Gala. iiij.

Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum. Ostendit hos maioribus esse malis obnoxius, si minus se præbeant patientes, & pollicenti deo haud secus diffidant, quam prisci illi & veteris testamenti sectatores. Aduerte autem vt nostra hæc veteribus comparet, probetque magis. Nam postq̃ hoc nostrum, vetus illud excedere magnitudine pluribus patefecit, inducit nunc quæ & magna & mira videntur, si priora illa spectemus, quæ & in Syna monte sint gesta, decernitque hęc pusilla admodum fore, & infima quędam, si nouũ hoc spectes. Illis nanq; multę & varię inerant rerum imagines, vt harum contemplatione obstupesceret populus. Ille infanti similis. Nam ignis eo offerebatur vt legumlatores indictas præferret pœnas, & terrorem statim incuteret. Nebula vero & caligo testamentum vetus illud præfigurabat, opertum adhuc permanere, necdum fuisse tunc temporis reuelatum. Nam cum figuram noui præferret, liquet sane adusque veritatis & Christi aduentum subobscuras fuisse significationes illas formas. Et cum nondum essent pro earum significantia intellectæ, vt quibus quod deerat occultum, haud dum oculis pateret humanis, portendebatur. Caligo enim, inquit, sub pedibus eius. Atqui procella excitabat Hebręos, qui tardiores essent, vt dei dictis & rebus mirandis intenderent animos. Tubæ vero adesse regem & deum significabant, quod ipsum erit & in secundo Christi aduentu futurum. E

Exo. xix.

ps. vij.

Et uocem uerborum. Quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret uerbum. Deus eñ loquẽs exaudiebatur, vt fides latis iam legibus fieret, nec crederent Mosi verba esse, & viri mortalis. Deo nanque vox inerat horribilis quędam, sonora & tonans. Mosi vero gracilis & exilis. Vnde & vocem illi huiusmodi reformidantes, deum se nolle loquentem audire fatebantur, & Mosi dictitabant. Loquere tu ad nos, & non deus nobis loquatur.

Exo. xix. Mosi vox gracilis & exilis.

Non enim portabant, quod dicebatur. Hoc est quod a dei ore prodibat, quia esset horrisonum, nequibant auribus sustinere. Causam ergo hi obtulere, vt deus appareret in carne vt percipi posset ab his & intelligi.

Etsi bestia tetigerit montem, lapidetur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Demonstrat hoc loco noui excellentiam testamenti. Vetus nanque, & si nihil haberet quod sui præcelleret magnitudine, nec simile quicquam quo nouum hoc potiretur, formidini & tñ erat terrori, & adeo, vt nec beluas fas esset montem attingere, id est bruta animantia, quæ populus possideret. Nouum vero cum perfectiora contineat, nihil pręfert quod horridum sit, sed in eo cuncta sunt mitia & periucunda.

Bestia tãgens montem, lapidabatur.

Moses dixit, exterritus sum & tremebundus. Si Moses, inquit, qui sub caligine subijt montẽ, ita extimuit, cur non debuit populus terrore comprehendi?

Sed accessistis. Illi quidem monti nihil appropinquarunt, sed procul astabant. Vos vero ad hunc iam accessistis. Videtis ergo quanto hos interuallo præstetis. F

Ad syon montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem. Hoc est Syna montem, qui & mente concipitur & ciuitatem habemus, quæ item & animo potest & sensu complecti, hoc est cęlum ipsum, non eremum aliquem vt illi adiuimus.

Et multorum milium angelorum frequentiam. Pro populo scilicet angelorum nacti iam sumus innumerabilem comitatum. Et pro timore sumus lętitiam assecuti. Id nanq; cum frequentiã, inquit, expressit. Nã vbi vel hoĩm aderit multitudo, ibidẽ & hilaritas adsit, necesse est. Erit itaq; dies hic celeberrimus, qui tot angelorum frequentatur præsentia.

Lucæ. x.

Et ecclesiam primitiuorum, qui conscript, sunt in cælis. Primitiuos fideles appellat, qui vt deo iam dedicati, sanctiores etiam euasere, quorum nomina in libro vitæ conscripta sunt sicut & dominus dicebat discipulis. Nomina vestra scripta sunt in cęlis. Et quoniam deus est omnium parens huius, & homines communiter vniuersi sunt filij, cuius & primitiui, id est primogeniti (quod grece habetur) erunt fideles digni quidem secundum prædestinationẽ, acciti in filios. Vel etiam credentes dici filij poterunt. Primogeniti vero, qui deo & patri gesserint morẽ, & apud eundẽ sunt cum verbo, tum vita ingentia dona ꝓmeriti.

Deus omnium futurus iudex.

Et iudicem omnium deum. Vel hoc loco eos perterrefacit, cum inquit. Omnium esse, nec Iudæorũ modo, sed fidelium etiam futurum hunc iudicẽ. Quocirca & vobis cauẽdũ erit

A Ostendit præterea quam ipsi priscos illos antestent, cum illi nec deum quidem loquentẽ potuerint sustinere, nec propius montem accedere. Ipsi vero vel iudicem ipsum, id est Christum adierint. Pater quippe iudicat neminem, sed filio iudicium omne permisit.

Et spiritus iustorum perfectorum. Id est, proborũ animas qui ad perfectionem euasere per fidẽ. His eritis & vos hauddubie æterne fœlicitatis cõsortes, si eorũ fueritis vitã sectati.

Et testamenti noui mediatorem Iesum. Non enim Moysen, qui fui seruituti obnoxius vos adiicitis, sed Iesum dominum, qui noui mediator est testamenti.

Et sanguinis aspersione. Hoc est, purificatione. Christi enim nobis sanguis aspersus & labibus plane detersit, & sanctos effecit.

Melius loquentem quam Abel. Abel nanque illius effusus sanguis, hunc est in modum locutus. Vos sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vel (vt diximus supra) & nũc sanguis hic loquitur, quia fama apud omnes & nomine celebratur. Sed domini sanguis vocem clariorem emittit, & maioris significantiæ, cũ ipsis ex rebus vniuersis inclamet se sanctitatẽ largiri. Vel alias quidẽ vocem hic edidit, cũ mentem inuadit, quã integram reperit, eandemque excitat & loqui compellit, spiritus per gemitus quosdam loquitur ineffabiles & suauissimos. Vel etiam vt nonnullis videtur, Abel sanguis in germanum obclamitabat, Christi vero pro nobis patrem affatur.

Geñ. iiij.

Cur meli⁹ loqui dicatur sanguis xpi quã Abel

Videte ne recusetis loquentem uobis. Tunc enim videmini loquentem hunc recusare, cum eius promissis nullam fidem præstabitis, & omnem spem amiseritis. Quis enim loqui

B tur nisi Christus ipse? Nam eius si sanguis verba fecerit, longe magis & viuere is arguet.

Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur. Quid illi non effugerunt? Supplicium certe & perditionem. Super terram autem loquentem Mosi dicit, vel deum ipsum descendentem e cœlo, sed per Mosen ad populum concionantem. Est nanq; in Syna monte locutus id est quid esset Hebræis agendum, loquendo iniunxit.

Multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus. Christum videlicet de cœlo nobis loquentem, id est, qui vbi fuit assumptus, legem nobis per spiritum didit. Nec quia discrepantem aut diuersam tulerit legem, hæc Paulus dicit, perinde aliam quandã nobis, vbi est in cœlum sublatus, statuerit legem. Sed modus ipse hanc statuendi videtur differre. Illam siquidem cum esset in terris induxit, hanc ĩ cœlum subuectus, vt diximus. Quo fit vt magis sit ille extimescendus. Quod autem minus fuerit prior lex illa ab insequenti diuersa, audi quæ insequuntur.

Exo. xix.
Aggæi. ij
Terrã bis fuisse cõmotam.

Cuius uox mouit terram tunc. Videsne eundem fuisse, qui tunc loquebatur, & qui nunc nobis e cœlo profatur? Vox enim eius tunc temporis, cum lex ferebatur, terram concussit.

Exo. xix. xx.
Ps. lxxv.

Nunc autem pollicetur, dicens. Adhuc semel & ego mouebo terram. non solum terram, sed & cœlum. Bis terram apud sacras literas legimus fuisse succussam. Primum cum in mõte Syna lex ferebatur. Nam & terram contremuisse Dauid testificatur, cum inquit Terra tremuit. Secundo, cum carnem CHRISTVS assumpsit & venit in mundum. Commota est enim, inquit, omnis Hierusalem, & quatiebantur manufacta Aegypti,

C id est sublata sunt, ne suos fallant cultores, & deiecta est illorum potentia. Cum autem semel, dicit post secundam arguit & tertiam fore terræ quassationem, hoc est, cum sæculum hoc euertetur, cum immutata omnia a corruptione ad immortalitatem denique transferantur.

Matth. ij.
Esa. xix.
tertia terræ quassatio futura in fine sæculi.

Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem, tanquam factorum. Hoc est, corruptibilis naturæ immutationem, quæ mobilem in se naturam tãquam factorum, id est, que vt aliquid esset principium sumpsit. Vnde & necessario finem sit habitura. Quodcunque enim conditum est liquido patet aliquando cœpisse. Quocirca, quo ad eius naturam, & finem habet. Siquidem & angeli ipsi nequaquam sunt natura perpetui. Quippe qui nec principio careant, per gratiam tamen sunt immortalitatem adepti.

Angeli non sunt p naturã perpetui, sed p gratiam.

Vt maneant ea quæ sunt immobilia. Id est, bona futura. Cum enim corruptibilia ista immutabuntur, quæcunq; tamen sunt sanctis futura, nec corruptionem admittẽt nec motũ. Quippe quæ nullam sunt vel translationem vel mutationem aliquando subitura.

Quæ sunt sctis futura, neq mutationẽ admittent, nec motum.

Itaque immobile regnum suscipientes, habeamus gratiam. Cum itaq;, inquit, tot bonis dignabimur, quæ nec transferri possunt nec immutari, & spiritalibus donis in pignus acceptis immobile regnum suscipiemus, habeamus gratiam, hoc est, patienter aduersa feramus, & nullus nos subeat dolor, si quam sumus in rebus externis iacturam perpessi, sed gratias illi dicamus, qui bona nobis hæc contulit, & maiora est propediem collaturus.

Per quam seruiamus, placentes deo. Per quam gratiam scilicet, cum gratos nos pręstiterimus, tunc nostra deus oblectabitur seruitute, sciemusque eundem esse nos & dominū D consecutos. Sin autem nullas illi, vti pro ocio & rebus quietioribus, ita & pro aduersis & quietem nostram turbantibus egerimus gratias, nec eū colere, nec placare poterimus.

i. Corin. x Idipsum fere & Paulus idem alio in loco commemorat, cum nolite inquit murmurare.

Philip. ij. Et rursum Omnia facite sine murmuratione. Quinetiam israelitæ illi, quia in deum ob

Nu. xxi. murmurassent vt impatientes & queruli in eremo conciderunt.

Cum metu & reuerentia. Nil, inquit, vel imprudentes, vel petulanter loquamur. Quin præferat velī exterior facies erga homines verecundiā, & in deum reuerētiā & pietatē.

Etenim deus noster ignis consumens est. Cum enim veteris testamēti vniuersa dixisset formidinis esse & terroris plena, noui vero longe secus, ne mansuetudinem negligant. Cū metu & reuerentia deo, inquit, per nos agendę gratię sunt. Siquidem qui pressuris & malis affligatur animus, si prorsus desperet, facere imprudenter videbitur. Vel vester in de

Deus vt ignis consumens. Deut. iiij. um cultus, vt verecunde & reuerenter exhibeatur, necesse est. Deus nāque hic noster, cū ignis sit subinde consumens, erit a nobis omnino vrendus, ne veluti contemptores & sui nullam habentes rationē, tollamur e medio, hoc igne assumpti. His pręterea dictis & hoc consolatur, subinde diceret. Talem sumus dominum assecuti, qui possit aduersarios nostros vt ignis absumere.

CAPVT DECIMVM TERTIVM

Charitas fraternitatis maneat in uobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. E
Non enim hæc vobis dixit cōparate. His nanque, vt apparet, potiti iam erant. Sed cū frequentioribus vrgerentur pressuris, in discrimen propemodum veniebant, ne de cętero virtutes huiusmodi negligentius exercerent. Inquit igitur, maneat fraternitatis & charitas & stabilis sit, nec abscedere a vobis hanc sinite. Haud secus & hospitalitatis nolite obliuisci. Fieri enim poterat, vt hi cū

Hospitalitas deo gratissima. bonis fortunę essent priuati, partius forsan & raro hospites & pegrinos exciperent. Et eos hortatur, vt prius cœperant, hospitalitatem hanc prosequantur.

Ge. xviij. xix. *Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis.* Ignorauerunt græce habetur. Eo nanque processit hospitalitatis, inquit, officium, & libera peregrinorū susceptio, vt vel Abrahæ ipsi & Loth occasionem præbuerit vel ignorantibus vt angelos domi exciperent. Non enim sciebant angelos esse qui fuissent per se excepti hospitio, alioquin honorifice hos exciperent. Quod sane factum illos prouexit. Nam si non ignari hospitio angelos admisissent, non eo fuissent magnitudinis euecti.

Magnum charitatis vinculū. *Mementote uinctorum tanquam simul uincti.* Qui enim cuiquam vinctus est charitate, & fide, vel volens obliuisci nō potest initę necessitudinis Vel vinctorū dicit, qui Christi ob fidem vel in carcerem essent coniecti, vel alijs quibusuis malis afficerentur.

Et laborantium tanquam & ipsi corpore commemorantes. Laborantes siue in carcere, siue esurie, siue alia quauis pressura. Nam qui reputauerit e patibuli carne se esse abductum ab eiusmodi sese eximet malis, si proximum fuerit commiseratus. Verebiturque ne & F ipse in eadem illa incidere permittatur.

Cap. xij. Cōnubiū nedū adolescētulis, sed & ętate puectis honori est Cōnubiū honorat. Cap. x. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.* Aduerte quoties de continentia hic disseruit. Nam & superius cum sanctimoniæ meminisset, his ipsis vtitur verbis, & rursum vsurus cum de fornicatoribus & adulteris dissereret, in omnibus inquit. Nō quia nuptiæ ętate prouectioribus minus conueniant, adolescentulos vero admodum deceant, sed cunctis ait honori sunt. Vel in omnibus, hoc est, quibusuis modis & quouis tempore. Nec quidem quia mœrentibus & afflictis connubium illud sit honorabile, ocianti vero & prosperis in rebus agentibus minime. Nec quia alteram in partem honoratius sit, in alteram vero nequaquam, sed passim & cunctis in rebus honore est dignum.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Vel hoc loco connubium honorē assequitur. Quippe quod adulteria interpellet, prohibeatque. Iudicabit aūt deus, id est, condemnabit, & merito quidē. Nam si permissæ sunt nuptiæ, nil poterit fornicarius aliquis vel adulter, carnis illecebras excusare, sed iure excruciabitur.

Sint mores sine auaritia. Neque enim, nolite bona hęc pręsentia cōparare, inquit, sed si vel hæc estis iam cōsecuti, haudquaq̄ fueritis illorū seruituti addicti. Sed ad liberalitatē bona huiusmodi habetote, & ita, vt si vel ex his est excidendū, nil ęgre feratis. Qđ ipsum

A & superius dixit, direptionē scilicet substantię vestrę libenter suscipite. Et quoniā multi vbi eorum fortunas exhauserint, iterato sarciendis incumbunt, excusantes velle se in alios esse beneficos, sic inquit. Sint sine auaritia mores. Vnde & ita subiungit.

Contenti præsentibus. Ostendit quemadmodum hac ipsi possumus cupiditate vacare, si fuerimus scilicet cōtenti pręsentibus, si nihil præter necessaria naturæ quęramus. Nam qui plura quam habeat conquisierit, & accessionem facere rei familiari studuerit, is plane auidior erit, & pecuniæ cupidus. Iosue. iij.

Ipse enim dixit. Non te deseram, neque derelinquam? Non enim, inquit, ille mentitur vel fallit. Posset quispiam his dictis occurrere, quid ergo nobis erit agendum, si necessarijs rebus carebimus? Ait itaque ad hęc Paulus. Haudquaquam futurum est. Nam deus per Esaiam sic fatur. Non equidem te derelinquam, facturus est hauddubie quæ pollicetur. Esa. xlix. Possent præterea ex Iudæis fideles, ad quos Paulus epistolam scribit, nec iniuria illud obijcere. Dic Paule, quibusnam præsentibus bonis contenti esse iam possumus qui sumus in prædam dati, vt quibus direpta sunt ōnia, & nihil sit reliquum? Ait itaq; ad hęc Paulus. Licebit saltem vel satis hæc ducere quę sunt vobis relicta, & si tenuia sint & angusta, contenti tamen his sitis. Non enim vos ille qui dicit, nequaquam te deseram, desertus est deus. Vel forte apostolus de rebus ad vitam hanc necessariis disserit.

Ita ut nos, confidenter dicamus, Deus mihi adiutor est, & non timebo quid faciat mihi homo. Cum ps. cxvij.
B itaque istiusmodi sit deus præfatus, certiora erunt omnino quæ loquitur. Is nanque vobis est prospecturus, si mala illata patienter tuleritis.

Mementote præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum dei. Vel Thessalonicenses talibus commonefacit, vt eos vel maximo in honore haberent, qui sibi essent erudiendis præfecti. Et quemadmodū illi euangelium sibi prędicando impartirentur, ita & ipsi hos alerent. Id enim prætenditur, cum mementote inquit. Vel vt illos imitentur, quos habuisse præpositos suadet.

Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Hoc est enixius contemplantes. Vtque & pectoris discipulus, in exemplar aliquod sibi propositum oculorum & ingenij intendit aciem, sic & vos sedulo exitum considerantes, id est eorum conuersationem & vitæ finem qui ad fidem vos instruunt, quod optimus sit futurus, imitamini & illorum fidem. A fide nanque integer viuendi modus emanat. Ni enim futuris bonis fidem hi præstitissent, & nihil hæsitantem, nunquam tam integre & sine culpa vixissent. Lenit præterea & istorum intolerantiam, vel forte dogmatum fidem inducit his imitandam. Subsequitur itaque, Fidei virtus.

Iesus Christus heri & hodie, ipse idem permanebit in sæcula. Apparet ex his fuisse nonnullos qui Christi fidem iam deprauarent, asserentes alium quempiam esse, non Christum ipsum venturum, vel eum quem ad id temporis Hebræi opperiuntur. Ait igitur Christum eundem esse heri, id est præteritis sęculis, & hodie, id est in præsenti, & in futura sęcula & infinita. Nec alterum quempiam hunc pręter, asserit esse venturum. Abijcite ergo
C errores huiusmodi. Vel quemadmodum ille ductores vestros nunquam deseruit, sed tutatus est maxime, sic & vobis opem est allaturus. Est ei qui fuerat antea semper, & in p̄senti permanet, & in æternum est permansurus,

Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Variæ tunc quidem uidentur cum ab alijs item atque alijs afferuntur doctrinæ. Peregrinę vero, id est a dogmatis rectitudine alienæ. Potest nanque varia esse doctrina, nec peregrina dici, eoque nec improbanda. Cum vero varię fuerint, hoc est aliter atque aliter illę ingestę, & peregrinę, a veritate scilicet ipsa dimotæ, tunc sane erit magnopere ab ipsis cauendum. Veritas siquidem & simplex est, & in aliquod vnum intendit. Abduci autem & circunferri, in leuioribus vsurpatur quibusdā, quæ hac illac circunferuntur. Iudaica ciborū obseruatio vitanda.

Bonum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Hæc sunt profecto peregrinæ illæ doctrinæ. Arguit autem eos, qui Iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationem induxerant. Estis enim vos, inquiens gratia, hoc est fide stabiliendi, reddendique certiores, nil esse prorsus immundum & perpura esse credentes omnia. Est itaque fides hęc, non escarum obseruatio necessaria. Qui enim a cibis precauerit, id est qui in eiusmodi escarum obseruationem semper intendunt. perspicuum est nil hos profecisse, vt qui extra veros fidei terminos diuagentur, & legi inseruiant prorsus inutili. Quid enim commodi ex ea obseruatione assequebantur? Quando quidem adeo essent flagitiosi, vt nequirent sacrificiorum fieri participes.

Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quoniam minus esse cibaria dixerat obseruanda, ne & nostra facile possent contemni, quia nihil huiusmodi caueant instituta. Et nos, inquit, obseruationem habemus, haud tamē in esculentis hisce, sed in ara siue in hostia illa incruenta, & corpori vitam elargiēte. Huius itaque nil penitus licet sacerdotibus legis participare, quandiu tabernaculo seruiūt id est legis institutis, & figuris iam dissolutis, & superuacaneis redditis. Nam istiusmodi aliquid, cum in tabernaculo dicit, pręcendit. D

Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Arguit quæ apud Iudæos pro veris creduntur, rerum esse figuras, quę ad fidem nostram hanc faciant. Atque nullius fuisse momenti hostiis quarum populus particeps fieri prohiberetur. Nostri sacrificij nec legis participant pontifices ipsi. Nam vetus illud nostrum hoc nouum præfigurabat. Et quemadmodum animantium sanguinem & quę populi delictis offerebantur, in sancta pontifex deferebat, cadauera vero extra castra comburebantur. Sic Christus pro mundi peccatis perpessus, sanguinē quidem suum vt pontifex detulit patri, corpus vero patibulo est pro castris extra vibē insutum. Ait igitur. Pontifices vestri qui immolationis huiusmodi memoriam factitāt, domini sangninem in sancta quę apud nos sunt in aram, tanquam in cœlum important, & idcirco legis pontificibus ipsis haudquaquam fas est ex hostia edere vt qui alienigenæ sint, & mundi huius curam suscipiant. Nos vero & mundum contemnimus, & hunc vt peregrini & aduenæ inhabitamus. E

Sanguis animātiū in sancta deferebāt cadauera extra castra cōburebātur.

Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Cum enim mortē sit Christus extra portam perpessus, concedamus & ipsi ad hunc extra castra, hoc est, extra mūdum improperium eius portantes, id est, eadem illa quæ ipse sustinuit, toleremus. Foris illi vt noxius quidam & latro cruci affigitur, nec nos itaque pudeat ex hoc mundo excedere, & honores & gloriam quæ mundi sunt, destituere, vel si ad ignominiam nobis id cedere videtur. Simul etiam hos adhortatur, vti tolerantius ferant, quæ ab ipsis ingeruntur Iudæis, siue contumelias inferant, siue bona diripiant.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Quemadmodum sit extra portam & mundum hunc abeundum, confirmat. Nō enim quemquam habemus in hoc mundo participem, quippe qui mansurus non sit. Erit itaque nobis ex hoc, alio concedendum, & futura ciuitas, cœlum videlicet conquirenda.

Miche. ij.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Per ipsum inquit (tanquam per carnem) pontificem, offeramus laudis hostiam deo patri, hoc est, gratiarum actiones. Agendę nanque per nos sunt gratię patri, quia filium eius tradiderit vt nobis sanctimoniam largiretur. Hęc autem eorum de causa intulit, qui infirmiores essent & imbecilli. Istiusmodi itaque laudis hostia & actio gratiarum, labiorum est confitentium fructus, id est eorum qui illius nomini confitentur. Fit itaque, vt neque istiusmodi immolationis liceat legis cuiquam participare pontifici. Quippe qui nequeat pro Christi sanguine gratis reddere, nec ex illo sint sanctitate donati, quandoquidem in incredulitate perpetuo persistent. Aduerte autem vt ad dicendum has gratias deo, hosipsos compellat, vt nihil obmurmurent, prohibeatque vel audax aliquod & temerarium verbum, per impatientiam fundere. F

Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuisci. Vbinam gentiū sunt qui paupertatem excusant, & nil quidpiam alijs impartiuntur. Intelligant vel summa inopia laborantibus, & bonis omnibus expoliatis, Paulum suadere, ne alijs benefacere obliuiscantur, & eleemosynamstipemque indigentibus tribuant.

Summa etiā īopia laborātibus Paul[9] eleemosynā suadet

Talibus enim hostijs promeretur deus. Gratiarū scilicet actionibus & beneficentię. Constat enim eum qui gratus sit, & liberalem esse, vt qui minus declinet conferre in alios bona, quibus sit ipse affectus.

Principibus etiam īprobis obtēperādū esse, modo fidē nō obturbent.

Obedite præpositis uestris. Hoc loco de episcopis disserit. Nam cū prius eos sic inquiēs collaudasset, fideles & dignos quos imitantur, & eis vt vitæ magistris intenderent, obedite admonuit. Num igitur omni erit principi obtemperandum? Ita quidem, vel si nequior sit ille & improbus, modo ne fidem obturbet, vel hanc vt deseras cogat. In cæteris vero nequitiam exercenti parendum censuerim. Ait nanque. Quęcunq; dixerim vobis vt faciatis facite, secūdū autē illorum opera nolite facere. Idipsum & de his qui corruptiori sunt fide, dixerat Paul[9], cū illud ītulit. Doctrinis varijs & pegrinis nolite cir

A cu nferri. Quid ita? Quia qui praue duxerit vitã, & alios vt nequiter viuant, hortabitur (pudore enim offunditur) suorum scelerum magnitudine, vt sua occultare facinora quibus poterit modis nitatur, & latere existimat eius flagitia, si alios vt se imitantur induxerit. Fit itaque, vt qui in fide deliquerit & nequior sit, aliquid assidue moliatur, quod afferat, vt fidem impugnet. Idipsumque deductum in medium, populo promulgabit, vt & ille eodem implicetur errore.

Et subiacete eis. Cum enim subiacete & succumbite, inquit, enixe maioribus obsequendum esse, demonstrat, & ad fidem nos instruentibus.

Ipsi enim uigilant pro animabus uestris tanquam rationem reddituri. Intelligant qui aliorum sunt duces, & cæteris præsunt. Quia quemadmodum necesse est, vt populus obsequentem se præbeat & præsidibus ipsis morigeretur, ita & sacerdotem oportet vt aliorum animas curet, vel noctes ducat insomnes, vt populi saluti inuigilet, vt qui rationẽ sit pro populi facinoribus redditurus. Quę sit prelatis habenda cura.

Vt cum gaudio hoc faciant, et non gementes. Hoc enim non expedit uobis. Si prępositis (inquit) succumbueritis, & his gesseritis morem, leuabitis quidem id oneris quodcunque ex vestri cura suscepta hos premit. Quippe qui ex vestra hac facili obsequentia hilariores reddentur. Sin vero contumaces vos præstiteritis, etsi vobis inuigilare nihil desinant, nec contumaciam hanc vestram castigent, ingemiscendo tamẽ ad deum dolendoque in vos
B proclamabunt, quod sane vestræ saluti minus conduxerit. Aduerte autem quemadmodum haudquaquam aliter sinat qui aliis præsunt, nisi per lachrymas subditorum in se vlcisci iniurias. Quippe quorum lenitatem & tolerantiam vult culpa vacare. At discipulis ipsis pertinax illa & incastigata inobedientia, maiorem supplicii pyram succendit, vt qui seueriorem in se concitent indicem, deum videlicet qui acerbiora est supplicia illaturus. Quocirca haudquaquam illud est ęgreferendum, quod discipulorum contumacia gemitũ afferat præceptoribus, & in contemptum his cedat. Sed verendum id potius erit & deplorandũ quia deo traduntur hi iudicandi pœnas demum acerrimas luituri. Prælati non nisi lachrymis suis vlciscant iniurias.

Orate pro nobis, confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus. Cum ex Iudęis fidelibus plerique Paulum obtrectarent, quia destituendam esse pristinam legem doceret, eo hunc inuisum habebant nonnulli, cuius odii gratia, nec eius nomen Apostolus initio epistolę huius adiecerat, pręsertim cum compertum haberet hosipsos nec auditu quidem eius nomen laturos. Excusans itaque & quasi odium purgans. Primum illos precatur, pro se orent. Quod vtique & ipsi solemus, a beneuolis & fide coniunctis deposcere. Deinde arguit se esse insontem, nec quippiam deliquisse. In omnibus vero, hoc est, non solum in gentibus ipsis, sed aliis vniuersis. Ait pręterea conscientiam se bonam habere, hoc est, puram & nitidam, nec se conscium esse praui his quippiam consuluisse, nec malũ aliquod attulisse, vel hos improbasse.

Beneuolentes conuersari. Hoc est, neminem studentes offendere, nec dissensionum causas serere. Nam etsi illud asseuerauerim superuacaneam esse redditam legem, non vt legi infensus id dixi, sed legis potius induco nunc plenitudinem, & quæ illa præfigurasset, fi-
C nem esse in Christo adepta. Quis ergo quod a lege defecerim me iure potest culpare? vel cur non potius beneficus dicor, qui vos ad perfectiora traduco, & ab vmbraticis illis legis figuris, abegerim.

Amplius autem deprecor uos hoc facere, ut quam celerius restituar uobis. Id sane dictum vehementiorem quandam præfert Apostoli in nos charitatem, quod ita velit pro se illos ardenter orare, & omni studio preces fundere, vt ocyus liceat sese illis restitui adireque, & cum iisdem versari. Simul etiam arguit confisum se conscientiæ percupere, hos conueni re. Quod vtique haudquaquam optaret, si cuiuspiam sibi esset conscius mali.

Deus autem pacis. Cum pri⁹ ab his preces afflagitasset, & honorem hisipsis vel ex hoc detulisset, orditur & ipse pro his deprecari, perinde ac si dicat. Cum enim constet deum habere pacis vos authorem, nequaquam vos decet inimicitias ex tenui auditione conceptas in me exercere.

Qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium. De resurrectione factum apud hos confirmat sermonem, ex Esaia propheta dicendi modum hunc sumens. Magnum autem dixit, quia & esse alios constet inferiores, siquidem fuerint introductores plerique, vnus tamen pręceptor sit & magister Christus.

In sanguine testamenti æterni dominum nostrum Iesum Christum. Hoc est, ex mortuis hunc excitauit. Qui & mortem obiuit, & eius sanguinem fudit, vt nobis traderet testa Esa. xii. xl. lxiii.

mentum non dissolutum aliquod & inane, quale legis est factum, sed sempiterne futurum. Vel suscitauit eum a mortuis, & in sanguine testamenti, id est illo iam resurgente, eius nobis in testamentum datus est sanguis. D

Aptet uos in omni opere bono. Ostendit autem, etsi bona sint opera iam ipsi adorti, in his tamen vt perfectionem adipiscantur, necessarium esse. Quod quidem vt assequatur, his comprecatur. Aduerte quemadmodum nobis necesse sit, vt demus ipsi rebus initiū, a deo deinceps & finem cœptis his deposcamus.

Vt faciatis eius uoluntatem. Qui enim in omni opere bono perfectus deprehenditur, sane dei exequitur voluntatem.

Faciens in uobis quod placeat coram se per Iesum Christum. Fit itaque, vt cum aliquid ipsi quod rectius sit operemur, deus in nobis id peragat, per Christum Iesum, id est mediatore & cooperatore hoc vsus. Nec mirum quidem, si his qui ab initio nobis est operatus salutem, in actione ipsa virtutum mediator efficitur, & patris exequitur voluntatem, collatis nobis vt quæ recta peragamus, & viribus. Cum vero quod placeat, inquit, & se coram, statim adiecit. Tunc enim hauddubie illis placemus, cum in dei conspectu boni videmur, non hominum. Quod & Dauid testatur sic dicens. Secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Et Esaias. Auferte iniquitatem ab oculis meis.

Deo quādo placemus.

Rogo autem uos fratres ut sufferatis uerbum consolationis. Vides quod nulli antehac scripserat Paulus, in præsentiarum his scribere. Non admonitionis dicit sermonem sed consolationis verbum, id est, exhortationis ad tolerantiam. Quippe qui oppressos & malis plerisque affectos alloqueretur. E

Et enim perpaucis scripsi uobis. Et si copiosius scripsit, perpaucis tamē & breuibus scripsisse se dicit epistolam, quia longe plura dicere concupisceret. Perinde ac si dicat. Et si collapsi animo estis, ferte tamen adhortantem me tolerantius. Neque enim quis poterit, & si prolixior hæc forte videatur oratio, dicta mea hæc refutare. Quod illis videmus contingere, qui moras nequeunt pati, longiorem orationem fastidiunt.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum. Eo Paulus his præfert Timotheum, quia hunc nihil odissent. Dimissum autem dicit vel quia in carcerem fuerat coniectus, & inde iam liberatus. Vel quia ex Athenis vbi antea fuerat dimissus.

Ac. xvii.

Cum quo (si celerius uenerit) uidebo uos. Vel id quidem sat esse videtur ad illorum sedāda in Paulum odia, si quidem promptior sit cum discipulo sese ad eos conferre. Forte etiam id fieri poterat, vt ab vrbe in Iudæam concederet, cū constet hunc fuisse dimissum, vt primū fuit a Nerone cōprehensus, quēadmodū in epistolæ huius exordio diximus.

Salutate omnes præpositos uestros & omnes sanctos. Vide quanto hos persequatur honore, cum per illos & præpositis ipsis, & cæteris omnibus impartiatur salutem. Fuisset enim decentius vt scriptis ad præceptores epistolis horum interuentu reliquos appellaret. Hic tamen vir prudentissimus, vt infirmiores hos, & lenit & curat.

Salutant uos de Italia fratres. Adeo vos, inquit, charitate complector, vt non solum ipse saluere vos iubeam, sed alios etiam indixerim ex Italia fratres, & ex tanta locorum intercapedine vosipsos vt colant, obseruantque, & salutem impartiantur.

Gratia multis modis accipitur apud Paulum.

Gratia cum omnibus uobis, Amen. Cum itaque communis sit huiusmodi gratia, communiter etiam tam præsidentibus quam subiectis hanc Paulus comprecatur. Gratia autem cum peccatorum dicit remissionem, tū animi puritatem, tum ipsam spiritus sancti participationem. Verum quo pacto vobiscum est permansura? Nimirum si nulli iniuriam intuleritis, si dignam hac gratia ducetis & vitam. Tamdiu enī hęc apud vos gratia manet quandiu operibus bonis incumbimus. Enodat autem statim, & procul abscedit, vbi eius instituta & leges, male viuendo deserimus qui nobis hanc contulit. Velim itaque vos istiusmodi gratia vitam ducere nō indignam, nec ad illius iniuriam viuere, qui vos tot bonis donarit, quin recta potius operando, eundem collaudare, vt pateat tandem ex nostris optimis actionibus, & illatorum malorum in nos tolerantia, non ingratos hunc gratiam hanc contulisse, Amen. F

FINIS.

THEOPHYLATꝰ


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm